
Geographia. Mit Beig. von Johannes Andreas (de Bossis), Bischof von Aleria. Übers. Guarinus Veronensis

Vollständiger Titel:	Geographia. Mit Beig. von Johannes Andreas (de Bossis), Bischof von Aleria. Übers. Guarinus Veronensis
PPN:	PPN1013785738
PURL:	http://resolver.staatsbibliothek-berlin.de/SBB00021D6A00000000
Erscheinungsjahr:	1469
Signatur:	4° Inc 3308
Kategorie(n):	Historische Drucke, Inkunabeln, Geschichte / Ethnographie / Geographie
Projekt:	Art of Reading in the Middle Ages: previously digitised item
Strukturtyp:	Monografie
Seiten (gesamt):	495
Seiten (ausgewählt):	1-495
Lizenz:	Public Domain Mark 1.0



Panz. II. p. 413. n. 21.

Editio hec, quod Vetustissima, teneatur.

Eographiá multos scripsisse nouimus Pater Beatissime Paule. II. Venete. Pont. Maxime. tempoꝝ nostrorú felicitas et gloria. cú eiusmodi sit doctrine opus: qđ omibus gratú: a pluribusq; tractatú: uix unq̃ tñ ad plenú: uel apprehensum: uel explicatú eẽ: censeat. dú núc celi: núc mariú: núc sitlú ceteroꝝ róe: aliqd poꝝ scriptis adici posse: pspicit. tanta consequente lectionis huius studiosos utilitate: ut indoctus nemo uideri sanius possit: qui uel exactá mébratim: uel in summá collectá: rationé reddere patriarú queat. Illú sane Reges maxio honore ꝓsequuti sunt: illú ingétes sunt exercitus admirati: illú Ductores legionú: tanq̃ celesté ducé: sunt sequuti: illum miro amore oms mortales sunt exosculati: qué regionú pictá callere didicerút. Ob eá re diuino ingenio atq; erudit1óe uiri Hipparchus. Eudoxus. Eratosthenes. Hippias. Sebosus. Bion. Xenophon Lampsacenus. Beton. Timeus. Dyonisius. Et artis totius splédor: et cóstás artifex Ptolemeus: et ante illú Plynius ac Mella. Augustiq; tpibus Strabo: aliiq; ppluresꝭ: núq̃ satis laudati: prodiere. Absq; id genus uiris nulla ab Imꝑatoribus ac Regibus unq̃ expeditio est suscepta. Id christianitatis Principes: ac sedis tue Romane ecclesie sanctissimi Antistites recte intelligétes: et ante oms Póntificum Maximoꝝ splendor ingens Nicolaus. v. predecessor: haud dudú tuus Pater Sácte: miro studio egerút: ut Ptolemeus: Straboq; Creté sis: nó minus historicus q̃ Geographus: atq; philosophus: et Homerice magestatis illustris expositor: Romanis uocibus audirentur. demandata rei mire difficilis prouintia: multi nóis uiris: Iacobo Angelo Florentino: in Mathematicis doctissimo: Ab Alexandro. v. transferédi in Latinum Ptolemei: Strabonis uero: a Nicolao ité. v. Guarino Veronensi: et Gregorio Tifernati. Quorú ego in manibus sumptis exemplaribus ex Gregorii Archecypis Asiá atq; Africá describi feci. Guarini aút Europa plecta: q̃ in ea multa deerát fragmẽtis: ut puto Grecoꝝ illius exéplariú: amicoꝝ ope: addi oĩa ꝓcuraui. In quo Theodoro meo Gaze: atq; Andronico: Lampo ité Birago Grece Latineq; doctissimis uiris: non exigua gratia est hñda. Equidé Straboné scio: lectióis uarietate: copiaq;: ac súma rerú plurimaꝝ eẽ eruditióe: singularé multoq; in sua q̃ in nostra lingua magnificétioré: in qua etiá si non est uerior: aliquáto tñ futurus est clarior: Latinis hominibus incredibiliter placituꝝ. de quo pro uiri merito: atq; amplitudíe: nihil dici nimiú pót.

Sed ab optimo hoíe Cretensi: ad ineptissimú rabulá: bonos oms calúniantẽ Pater Sancte cú tua bona uenia: uertenda est epistola. Illius enim maledicétia irritatus: tam diu tacui: qđ locú in quo insigniter eú affigeré: omnibus spectandú: nó qa tam diu mihi silendú foret: exspectabá. Feret igit Cretensis illustris: cóinsulanú suum: per totum orbem obscurissimum: q sanctis laboribus meis: utilibusq; cómuni studiosorú Rei. Pu. medius irruit importune: ut seua in fruges calamitas: utq; in armenta lues: Erinnys uerissime improba quietorú. Hunc quoniá amaruléto quondá Timoni: mortales omnes odio insequenti: simillimus est: nó alio q̃ Cenotimonis: id ẽ noui Timonis nomine: cú honoris pfatione doctis omibus iuste mihi ignoscétibus: appellabo. ita: ut si inter ulcerosi illum tergi: ut dicitur: plagas tetigero: responsú sciat: nó dictú prius. nec deinceps usq; adeo fiat precepsꝭ in conuitiando: ne dicendo quod uelit: quod nolit: cogatur audire. Ignoscam enim illi in presentia poene omnia: que: si irritabit crabrones: secundú hác pregustationé profúdentur. Nam tanq̃ omis docte casteq; scribédi occupatus locus omnino foret: nec ulla superesset materia sapientie: in tetrá penitus ac cadauerosam totum sese conuitiandi demersit foeditatem: ut nostra iustior fiat iracúdia. Que enim prob pudor incéperies: que larue: que nisi extrema deméntia:

hos impulit in Platonem? Quę quidē nos humanitatis: uirtutisq̄ dulcedie: ac laborū quos maximos: atq̄ utilissimos in studiis pertulit: ad posterosq̄ transmisit: non ullis cō/tentionum ptibus: ab huius: pro uirili: turpitudine uendicamus. Nō ignari satis supq̄ esse in platonica defensione illum ab integerrimo et doctissimo et phīo et theologo scriptore defensum. Quādo igit̄ cogor: qđ mīme expectabā: conuitiis respōdere: qd mihi de his pstigiis uideat̄: hac epistola lectores intelligant. Gorgiā Leontinum ferunt pmū aureā statuā et solidā Delphis sibi in tēplo posuisse: q̄ sūmus illi docēde oratorie artis questus foret. huc emulaturus: sed male: Cenotimō iste isignis Rhetor ut ipsius ad Turcum iactat epistola impia: atq̄ gloriosa: ut Christiani docti omnes intelligunt: scoria: sordesq̄: nō imagines aureas: nō plūbeas salte psonas: aut luteas: sed conuitiosas sibi in phīe quodā templo: ac cādore Platōico laruas et intempies collo/cauit: plenas sane argēto uiuo sui stultiloquii: qđ rebus omībus est uenenū. p quas se nigrore ac fuligine in ppetuū indelebili deformauit. Nec contētus tā inopis cerebri errore: immo scelere inaudito: mugit p plateas: et in triuiis nō stridet: sed boat: in me: q nemini hōim unq̄ maledixi: et ei sepe adiutor fui: nō cessans oblatrare: nisi si est ig/noscēdū e cōpotatiōe nō cōuiuio madido ut fieri solet puenti. Platonē diuinitatis Secretarium a me pessime dictū: tanq̄ nefas: atq̄ facinus impiū stomachatur homo religiosissimus: atq̄ egre fert: diffamatq̄ christianissimus: quē etiā phīe sacrariū: immo phīorū deū: a sūmis uiris scriptū: tātus fuit semp amplissimi uiri illius amor: tā ingēs apud doctissimos admiratio: etsi obliuiosissimus ē: et minime pudēs: nō negabit. Teq̄ Pater sancte: cōuitiatōis sue uindicē flagitat. ignorans miser: q̄ uirge baculiq̄ tui cē/sura: magna eē nosciī pculsi cōsolatio. Secretariū tu diuinitatis homo formosissime atq̄ doctissīe Cenotimō: Platonē dici uetas? ac grauissime: ut nefas accusas? irridere hoc debui: nō rescribere: nec tibi in plateis cātillāti: q nemini oīno parcis: respondere. Sed ne nimiū tibi sapere uideare: nō tacebo. Tune solus bone uir: tune qd secretarius sit: cū tandiu uolueris secretarius dici: nō nosti? Tabernarius qd sit: nō. n. dicā caupo/narius: ne cōuiciādo imiter: quē conuitii accuso: e taberna ut scribis conuiuali: immo cōbibali nup egressus: aut usurarius: nā feneratoriū nomē: ppter decoctionē phor/rescis: aut carcerarius: si memīsti frequēs tuū diuersoriū. neq̄. n. hec in te sūt cōuitia: que ipse pdicas: queq̄ sūt omībus magis: q̄ tibi ppter obliuiosū ingeniū tuū cogni/tissima: q̄re nō itē qd sit secretarius: ppter nominū pportionē: tenes? Vt enī illi a taberna: usura: et carcere. sic iste deflectit̄ a secreto. queadmodū igitur qui tabernis uacat: opatq̄: tabernarius: q itē usuris: usurarius: qui carceri: carcerarius: nonne pari lege: q secretis: dicet̄ secretarius? Deus quidem: Quisnam: aut qd sit: si uis me credere: te nescire: neganti facile assentiar. nō. n. potes cōuiciis simul: et deo querēdo: indulgere. et in coeno occupato maledicentie: necessario nulla ē de celestibus cura. uerū te ego pietatis gratia: ne me criminandi: nō docēdi tui causa: rescripsisse putes: paucis aduerte docebo. Ita. n. cui rei studueris: qd assidue mediteris: me quoq̄ nosse: tibi ostēdero. De uicario tu quidē dei iugiter cogitasti: nec desinis: uti mea est opinio: cogitare. merito sane: merito inq̄. fuisti. n. sis ne uero adhuc: ignosce hoc mihi: id equidē nescio: illius secretarius. Idcircoq̄: tu quoq̄: diuinitatis poteras: nō iniuria: nō mēdacio: secretarius dici. Nam si deus: uti est: ipa ueritas est: et uicarius dei cathedram ueritatis tenet: qsq̄s huius amplissimi uicarii: uerus est secretarius: id est: q partē aliquā principis huius sui secretorū nouit: qn̄quidem is pnceps est dei uicarius: eiusmodi uir: iure est diuinitatis secretarius. Sed heus diuine Secretarie: et si ego te nunq̄ illius magestatis nosse ullū omnino secretum: certus sum: tn̄ asserenti tibi: de tuo te pricipe cogitare: nō negabo.

Cogitaſti tu quidem: lepidū caput: de Chriſti uicario: ceterū omiſ tua cogitatio: imo furioſa mentiſ agitatio: et ſceleroſa inſania: fuit: quo mō illū: qd illū dixi? quomō cū illo: ſanctū populū chriſtianū: Turco ꝑ epiſtolaſ tuaſ: licet ſtultaſ: tñ ueneoſiſſimaſ ſimul traderes infideli. Audi Cenotimon audi: etſi quiſ pudor eſt: late: ac publicam: ſi chriſtianus eſt uiſ: publici facinoriſ: age penitudinē: qſ p̄ter te inſignē pōtificiū ſecre/tariū: Turcū impiiſſimū: chriſtianorū ſanguine rorantē: Imꝑatorē unq̄ appellauit uniuerſi? Quiſ illi: ſe chriſtianitatē ꝓditurꝫ ſcripſit? Hec quidē a me tacerent: ſi eēnt occulta. Hortatur deliruſ barbarꝫ impiiſſimū: ut ſeſe ad eum cum litteriſ et pecunia accerſat: uiaſ ſe illi apturū: ac cōſilia: qbuſ iugo infidelitatiſ chriſtianitatē ſubiciat: quo populū a cōfuſione: ut dicit inſanuſ: ac colluuiōe regentiū: in libertatē uēdicet. Suū diuinū p̄ncipē: xp̄i uicariū: et Regeſ omneſ: ac p̄ncipeſ catholicoſ: tali dedecore impetit: atq; contaminat. q̄ſi de omībuſ male meritiſ. Huc uſq;: nō ego: ſed indignatio iuſtiſſima: et fidei zeluſ: et mētecapti huiuſ: ſceleriſ horror: me ad nō tacendū: īpulit. Iā me hōinē eſſe: epiſcopūq; cōſiderāſ: ad humanitatē redeo: atq; miſerationē: Inopſ cōſilii homo: et multū multūq; lugende: que te noſtra iniuria: ad excorſ facinuſ in/auditūq; irritauit? Nō te hoīem: aduenam: egentem: ad noſtroſ p̄ncipeſ ueniſſe olim recordabare? nō tu liberalitate pontificū grandē cogitabaſ te aliq̄n feciſſe pecuniam: quorū p̄ncipū nulla iniura: ſed ſponte: a te foenoribuſ obligatam: ſi omnē turpiſſime amiſiſti: ꝓpter uſurarū auidū ingeniū tuū: debuiſti ne ꝓpterea factuſ a mēte alienuſ: tā nefario te ſcelere obligare? pudet: miſeretq;: cū ceterorū tuorū: tuiq;: tum ueteriſ ſchole: in q̄ loquētiā forſitā: certe nullā ſapientiā didiciſti: loquax eſ factuſ: abſq; omī modeſtia: et tui tm̄ te ꝑiculo cōſceleraſti. Modo etiā qſ de te: in mea epiſtola loque/batē? Tu te illū eē ꝓfiteri nō erubuiſti: q ſiſ cōuiciatuſ ī Platonē: ꝓduſti Subſcriptor magnifice ſoluſ tante criminatiōiſ inuentor. Ego tñ tibi omī tꝑe: nomē ſacri fontiſ: pie condonabo. Sed reuertor ad Secretariū. unde diſceſſeram. Siue igitē deuſ eſt ipſa Sapientia: ſiue uirtuſ: ſiue enſ ipſū: ſiue maximū ipſū: quo maiuſ cogitari etiā: queat nihil: hoꝝ oīm ſi qcq̄ Plato ſciuit: ſciſſē aūt multa preter te: diffitetē nemo: diuinitatiſ ſecretariuſ: citra omnē iniuriā: rep̄henſionēq; pōt appellari: qppe quo gentiliū ſcrip/torū nemo ſapientior: caſtior: et uerior: legitē. Tamq; ſecreta: et ſecrete omnia ſcribit: ut decidentibuſ ſibi etiā: ut in quadā epiſtola ſcribit: ꝓpriuſ tabelliſ: non poſſit tñ: niſi a diuiniſ hōibuſ: lectuſ: atq; plectuſ: intelligi. Ecce iterū Cenotimon inſurgit: et in mediū Prophetaſ ꝓfert. Itē Apoſtoloſ: atq; Sācte Doctoreſ Eccleſie. et qcqd poteſt ueritatiſ chriſtiane: ut in coeno Platonē cōuoluat. Aurita imago: hōiſ et eiuſ qdem deformiſ: umbra: qſi ita loqtē de Platone: ut de chriſtiano? Scimuſ gentilē fuiſſe ph̄i/loſophū. Scimuſ illi multa defuiſſe: homini neceſſaria baptizato. de fide certiſſimi: & conſtantiſſimi: doctrinā diligimuſ in Platone. Boetiuſ pueriſ nr̄iſ in ſchola Platonē facit admirandū: niſi etiā Boetiū pari errore: inſaniaq; condēnaſ. Diuuſ Auguſtinuſ mirabilē p̄dicat in eccleſia: ꝙ maxīe mirū pōt uideri: cū tot ea tempeſtate florerent infideleſ. quo circa ſe ipſū uir ſciſſimuſ: quodā loco digne ē retractādo interpretatuſ. Sed impetu detrahēdi: in ſpurco ore naſcentia uerba ꝓfūdiſ. Igitē cū ſanctiſ: Platonē ut antiſtitē quendā ph̄ie admiramur: conſciūq; ex maxima pte nature. Gratiā nobiſ chriſtuſ dominuſ bn̄ficentiſſime attulit. Illi natura dux fuit: uirum bonū credo fuiſſe Platonē: doctiſſimūq;. ac ſummū: q̄tū gentiliſ homo aſſeq ualuit: theologū: et a nr̄iſ indytiſ theologiſ magna ex pte mirifice cōmēdatū. et in quo quidē tui maxīe diſſi/miliſ ē: ſūme fuiſſe uerecūdū: ideo diuinitatiſ: id ē ſūme uirtutiſ cōſciū atq; ſecretariū. Expectaſ ut tibi Cenotimon rn̄deā: ꝙ me ex Gurguſtio ꝓduſſe oblatraſti? Hoc ego

ingenue fateor me cõmunẽ habuisse cũ sanctis humilibus mãsionẽ. pro q̃ cũ uicinis meis: non esset mihi futura certatio. immo ne gurgustiũ q̃dem ipsum unde prodirem: ante Pauli. ii. Veneti Pontificatum felicissimum habui. prius fui Acciensis episcopus: ex qua ecclesia: post quadriennium potest q̃ttuor cornuũ uertix unus expectari. Nunc modeste illius mei diuini principis beneficio collocatus sum: in sancta et q̃eta Alariensi ecclesia: quia fui omnes laudando illi carus: non ut tu conuitiando rabiosus. Sed ego a te Rex palatiorum peto: gurgustio ne carcerem quoq; anteponis. Ego bonarum fui: ut ais artium studiosus: tu mea sententia: aliquãdo magister excellens. Sed tua recentia opera: neq; doctrinã sapiunt: neq; modestiam. et tamẽ uetera non probo. Non te miserabilis pudet: loqui de doctrina: qui doctrinarum arcem: ut gigantes celũ: oppugnasti? que ẽ munimẽto adamante omni firmiore: plus q̃ centuplici muro cincta: illa illustri defensione Platonis. pictus es ibi pictus Magister: eius generis coloribus: atq; pigmẽtis: que om̃is mũdi aq̃ nõ possit abluere. Multa tibi et ego et ceteri cõdonamus: quos immũdo ore cõtaminas: aut potius ornas: quia delirorum: ut aiũt: conuitia: sapientũ sũt p̃conia. Didicisses miser ab illustri terrarꝫ situs Scriptore Strabone pudorẽ: q tm̃ glorie laudãdo ꝑmeruit. In eius ego te frõte spectandũ idcirco cõstitui: ut patrie cõmunis caritate: te secreto alloquutũ: moneret: tãdẽ aliq̃n resipiscere. Diceretq; se orbẽ diligẽtissime lustrasse terrarũ: neq; us q̃ tibi simile mõstꝝ inuenisse. Platonis laudatores om̃s ubiq; repperisse. q̃ppe te nõ feris mõ: serpẽtibusq;: sed Anthropophagis etiã eẽ tetriorẽ. Illos humana carne uesci: te mortuorũ post duo ꝑpe ãnorũ milia cadauera deuorare. Immo uero: in aĩmis oĩm hõim sapiẽtũ uiuẽtes: discepe: et nulla penitus eoꝝ laceratõe saturari. Tu solus restabas Cenotimõ addẽdus nostro opi: ne q̃cq̃ eẽt oĩno in terrarũ orbe mõstrosũ: q̃d nõ in Strabone possemus inuenire. Ceterũ indocti hõines scio q̃ sint ad carpendũ ꝓpensi. Si potes cum tuis combibonibus ac mandionibus philosophis intelligere: docebo uos equidẽ humanius: in quo lacerandi rabidi: queatis absq; calũnia diuersari errores meos querite. et corrigite. sed timetis: scio: me docere. Verũ ignoscãt omnes necessitati mee: et ꝑ te pater sancte ante alios uir cultissimus atq; elegãtissimus põtremulensis Nicodemus: ad tuã sanctitatem: Ducalis Orator Mediolenensis ornatissimus. Nam ꝙ illũ inter ceteros amicos meos ueteres sinceros: ac uetustissimos magna ratione plurimum ueneror: ac obseruo: timeo ne ego illi: etiam lacessitus iniuria: et iuste iratus: uidear: non quidem nimium: sed preter meum morem: exarsisse. Straboñ sane ei scio mirifice placituꝝ. nam ille ut qui optime intelligit: quiq; supra modum cultioribus studiis delectatur: hanc precipue sciendi partem auide complectitur: situs omnes in quibus fuit: optime tenens: ceteros ad quos illi ire non contigit: perdiscit ex libris studiose. Et tẽpestatũ singularum uiros excellentes: in propriis quosq; patriis: nõ magis ꝑquirit ad laudãdũ q̃ ad imitandum. atq; assidue: quod facit: superandum. Illum quidem reor Cenotimõi huic miserabili et importuno: multa humanitate: ut resipiscat: suasurum. Vt tu pater beatissime etiam atq; etiam obsecro: ignosse necessitati huius epistole: que omnino est contraria studiis mee uolũtatis. Vale semp felicissime: scĩssimeq; ac placidissĩe põtifex.

Vmmatim extra philosophiā non est: ipsa de situ orbis tractatio q̄ utilis. Et q autores attigerunt de Geographia. Quod Homerus passim suo in carmīe orbis descriptione sit usus. cui et Oceanus sit cognitus: et mare mediterraneum. Alios post Homerū autores fuisse: de situ orbis scribentes. et locorū cognitio putilis et priuatim et publice ad peritiam et prudentiam comparandā. et que ad illa dicere sint necessaria. Autorē ipsum nō esse accusandū. si de iis scribat: de qbus alii pores: cum posterius multa ad noticiam peruenerint: que prioribus erant incognita. Contra Eratosthenem: de poetis mala sentiētem. et laus magna poetice. precipue de poesi Homeri. q̄ uaria sit utilitas: quanta locorum noticia: et uentorum. Contra falso uel incomposite sentientes: uel inter se discordes probatiōes et argumenta: qbus autor uerisimiliter indicat: q̄ multis in partibus terra et mare inuicem permutate: atq̃ transposite sunt.

I ad philosophum alia pertineat ulla tractatio: et hanc: quā hoc tēpore de situ orbis delegimus: consyderandam illi esse putamus. Quod autē nostra minime uilipendēda sit estimatio per multa declaratur. Nam qui eā primi attingere confisi fuerant: tales ex/titere. Homerus. Anaximāder Milesius. Hecateus cōciuis eius: ut inqt Eratosthenes. Democritus. Eudoxus. Dicearchus. Ephorus. Aliiq̃ cōplures. Post hos etiā Eratosthenes. Polybius. Posidōius uiri philosophi. Multa uero disciplina: per quam ad hoc opus perueniri pōt: nullius alterius est: nisi eius: qui diuina et humana ualeat intueri. Quorū sciētiam: philosophiā esse dicunt. Eodē modo uaria est utilitas: quedā ad res urbanas. actionesq̃ principū. Nōnulla ad celestium terrestrium rerumq̃ maritimarum sciētiam: aīmaliū: plātarū: fructuum: et aliorum: que penes uniuersos cernere fas est. Hec eūdē designat hoiēm: qui artes uite: ac beatitudinem: cura et cogitatione complectitur. Ex iis autem que dicta sunt: unumquodq̃ assumentes: magis adhuc consyderemus. In primis: quia et nos: et maiores nostri: recte sumus arbitrati. Ex quibus hipparchus est: q Homerum huius peritie primarium autorē esse tradidit. Is non solū uniuersos priores: ac poste/riores uirtute poetica superauit. Sed etiam ipsa ferme rerum ciuilium: que ad uitam spectant experientia. Ex qua nō modo singulare: ad res gerendas studiū adhibuit: ut plurimas cognosceret: cognitasq̃ posteris traderet: uerum etiam et singularū partiū locos: et qui per cunctum orbem: terram uidelicet habitabilem: ac mare sunt. Non enim ad extremos usq̃ ipsius terminos peruenisset memoria circunlustrans. Nec ipsā primum quidem ab Oceano allutam: sicut est: demōstrasset. deinde pleraq̃ loca no/minatim expressit. Nōnulla uero signis quibusdam occultius insinuauit. Africam et Ethiopiam. et Sydonios. & Erembos: quos Arabes Troglodytas: hoc est cauernarum incolas: iure dixeris: uerbis eloquutus est. Qui uero ad ortus: et occasus pertinerent: obscurius significauit: qui alluantur Oceano. Ab hoc enim orientem: solē: et in hunc occidentem facit. pariter et stellas.

Inde recens radiis iam sol percusserat arua.
Oceani lentas alti prefugerat undas.
Incidit Oceano lux fulgentissima solis:
Nigrantem noctem: et madidantia sydera ducens.

Ex Oceano uidelicet dicit. Eorū etiam qui occasum incolunt: mortaliū felicitatem

ostendit. et aeris temperiem. Cum: ut uidetur: Hispanie nauigationem intellexisset. quo et hercules: et posterius Phoenices exercitū ductarūt: et late imperiū tenuere. Post quos: et Romani. Hic enim et Fauonius spirat. hic et Helysium campum esse: poeta decantat. In quem a deis mittendum esse Menelaum asserit.

Helysium ad campum: summas telluris ad oras:
Numina te mittent. flauens ubi nunc Rhadamanthus.
Victus ubi est facilis. non nix. hybernaue multa.
Oceanus Zephyri suaues exuscitat auras.

Fortunate etiam Insule contra Mauritanie finem: ad occidentem sunt. Quā qdem ad partem et Hispanie terminus cōcurrit. Ex ipso autem nomine manifestū est: qm̄ et has ipsas felices existimabant: qa huiusmodi locis propinque forēt. Sed enī Ethiopes ad Oceanum extremos esse manifestat. qd̄ extremi quidem Ethiopes bifariam partiti: sint hominum extremi. Nec uero inaniter dictum est bifariam partitos esse: sicut posterius demonstrabitur. Quod autem ad Oceanum ait.

Iupiter Oceanum atq; epulas pietate proborum
Ethiopum hesternus petiit.

Quod autem et septentrionalis ad ursas ora extrema: sit ad Oceanum hoc pacto sub uelamine de ursa loquens: et aliud agens: inquit.

Oceaani sola est undarum atq; equoris expers.

Nanq; per ursam et plaustrum polum demonstrat arcticum. Non enim cum suo in loco semper apparenti: tot circūuoluantur astra: solā undarū: atq; equoris dixisset expertem: adeo illum imperitie minime damnant. perinde ac pro duabus ursis: unam tantum nouerit. haud enim par est: alteram inter stellas nondū collocatam extitisse. Verum ex quo phoenices annotauerunt. et ad nauigationē eis utebantᷓ: hāc quoq; distantiam ad Grecos accessisse. quemadmodum et Berenices Cesariem: et Canobum: cuius nomen hesterno die: aut pridie: uulgatum est. Complures etiam hoc tempore: absq; nomine: ut inqt Aratus sunt. Crates igitur non recte scribit: solus equoris exps. Non fugiēda: fugiens. Melius Heraclitus: et magis Homero consonās: qui ꝑ circulo arctico: arcton id est ursam: nominant. Aurore enim et uespere termini fit ursa. et ꝑ ursa: sereni Iouis terminus. Nam non arctos: sed arcticus ipsius ortus: et occasus: est terminus. Per ursam enim quam et plaustrum nuncupat: et Orionem seruare dicit. arcticon sane declarat. Per Oceanum autem Horizontem in quem: et a quo ipsos occasus: ortusq; conficit. Cum uero illic uerti: et Oceani prorsus expertē esse diceret: ad signum Horizontis: qui maxime accedit: ad arcton: circulum esse nouit arcticū. Consequenter autem huic illud poete applicantes: id Horizontem accipere debemus: quod in terra propinquius est Oceano. Ipsum uero circulum arcticum: qui terram attingit: propinquitatis signum: uelut ad sensum: secūdum propinquissimā portionē ad arcton. Quocirca: et eā partē terre Oceanus ꝑ seipsum inūdat: et septētrionales maxime agnouit homines: quos nominatim quidem haud sane commōstrat. Necdū enī hac etiā etate commune illis nomen uniuersis inditum ē. Ceterum a uiuendi ritu: illos eloquitᷓ Nomadas id est in pascendo pecore assuetus: et eos nobiles eq̄s mulgētes: lacte uescētes: et locupletes describens. Alioquin Oceanū terras circuire demōstrat: quum Iuno hunc inquit in modum.

Ibo ut telluris alme confinia spectem.
Oceanumq; deum genitorem.

Terminum enim cunctis assuetum obseruari: dicit Oceanum: nouissima uero habitus

circuncingit.et in fabricandis Achillis armis: et clipeo: circa eius oras ponit Oceanum. Eodem etiam pertinet diligens illa inquisitio: quod euntis et redeuntis Oceani estuaria nequaquam ignorauit. Vt modo campos inundet: modo nudet arescentes: quom refluū memorat Oceanum.

Terque die scandit refluens: ter surripit undas.

Et enī si nō ter: sed bis accidit: ex accidēte forsitan historia: aut aberrāte descriptōe. Ceterū eiusmodi fuit institutio. et illud Oceani lentas dicēs undas: quādā inūdatōis habet expressionem. que accessum quidem lenem: non fluxum omnino uehementē: habeat. Posidonius: cum scopulos interdum tectos: interdum nudatos dicat: et flumē appellet Oceanum: eius fluxum: et inundationes: demonstrari: suspicatur. Primum quidem recte. Secundum uero nulla cū ratione dictū est. Non enī ipsa inundatōis accessio fluuiatili cursui comparanda est. longe magis nequaquam talis est ipsa regressio. Quod Crates ait: quippiam uerisimilius docet. Altifluum enim ac refluum. Eodemque modo totum Oceanum flumen appellat. Flumen etiam partē aliquā dicit Oceani. et fluminis fluxum. non quidem totius. sed partis: quom hunc inquit in modum.

Oceani fluxum fluuii: quom cymba reliquit

Atque uagi late maris aduentauerat undam:

non uniuersum: sed fluminis fluxum in Oceano dixit partē Oceani existētem: quā refusionem quādam: sinumque ab hyemali tropico in australem polum procedentem: Crates dixit: hunc sane relinquens aliquis: in Oceano adhuc esse posset. At uero totum relinquens: ut in toto adhuc sit: fieri minime potest. Sic autem inquit Homerus.

Deseruit fluuii cursum. Maris iuit ad undam.

Quod certe aliud quam Oceanus non erat. Itaque si aliter accipias: efficitur: ut Oceanum egressus in Oceanum ueniat. Verum hec longioris indigerent immorationis. Quod autem habitabilis terra sit insula: primum a sensu: atque experientia capiendū est. Nā quocunque accedere mortalibus ad terre nouissima possibile factum est: mare obuenit. quod Oceanū appellamus. ubi uero sensu percipere nō obtigit: ratio ipsa demōstrat. Latus nanque ab oriente: quod ad Indos pertinet: et ab occasu: quod ad Hispanos: et Mauritanos: ut plurimū ab australi pte: ac boreali: nauigationibus ambitū. Reliquū ad hāc usque tempestatem: nobis eam ob rationē innauigabile: quia qui circūnauigēt: et inter se obuiam commisceantur: nulli admodum sunt. Non multum est: si quis ex mutuis eorum distantiis componat: ad quos permeare nobis licet. Nec uero pelagus Atlanticum bimare esse putandū est: quod prominentibus anguste distinguitū frōtibus. sic enim Isthmos uocant: quibus nauigationis ambitus prohibeatur. Sed in unū potius continuatum confluit. Nam qui nauigiis circuire conati sunt: cum inde reuertissent: haud ullam sibi terram continentem occurrisse perhibent: qua ulteriorem impediēte nauigationem: sese reiectos fuisse dicerent. Verum per ambiguitatem: indigentiam: et solitudinem: cum nihilo minus mare cursum haberet: ac transitum: perque Oceano accidētes casus: undarum scilicet accessus: atque recessus. amplius confessum est. Idē igitū permutationum ubique modus existit. incrementorum inquam: et diminutionum. uel non multū uarians. Perinde ac uno ex mari causa una: et motus unus edatū. Hipparcho fides habenda non est: qui huic opinioni contradicit: ut Oceano similia prorsus non accidant. neque si detur concedatur istud: sequatur illud: ut Atlanticū pelagus uniuersū circumcirca confluens sit: ad hoc ne similia accidant. Seleuco Babylonio teste utitur. Nos autē maiorē de Oceano ex inundatiōibus rationē posidonio: et Athenodoro reponimus: qui factas hisce de rebus disputationes: abunde peruicere. In presentiarū

autem tantum dicimus: qđ ad accidentium similitudinem sic existimare: satius sit: qđ celestia melius exhalationibus hinc teneãtur: si amplius circumfusus humor existat.
Sicut autem extrema: et terrarum ambitũ poeta nouit: et aperte differit: sic et mare internum. Hoc autem a Columnis incipiens Africa continet: et Egyptus: et Phenice. Deinde ipsam ambiẽs Cyprum. Inde Solymi. Lycii. Cares. Post hos uero inter My/calen: et Troadis littus: et adiacentes Insule. Quarum mentionem facit omniũ. Inde earum: que circa Propontidẽ sunt. Tũ Euxini: usq; in Colchorũ agrum: et Iasonis expeditionis. Et item Bosphorum Cimmerium agnouit. Cum et Cimmerios sciuerit: non utiq; Cimmeriorũ cognitũ habens nomẽ: ipsos ignorauit. q eius etate: uel paulo ante illũ: totã e Bosporo ad Ioniã usq;: terram discursarunt. Eorum igiť agri Clima insinuans attingit. Quod tenebrosũ est. et sic meõrat. Aere ac nebula cohoperti sunt. Illis sol nunquam phecon sua lumina spargit.
Perniciosa super nox semper tenditur istis.
Notum facit et Istrum: Thrasiam Mysorum gentem memorans: que penes Istrum habitat. Inde maritimã totam: que Thracia est: oram usq; ad Peneum. Peones etiam nominat. et Athon. et Axium. et uicinas illis insulas. Deinceps est ora Grecorũ mari/tima: usq; ad Thesprotas. cuius uniuerse mentionẽ facit. Et Italie ꝓmontoria nouit. eam mediam uocans. Scit etiam Siculos. et Hispanie promontoria. eiusq; felicitatẽ: quam nuper diximus. Si qua uero interdicendũ uidebuntur omissa. ignoscendũ erit. Nam qui terre descriptionẽ re uera exponit: si multa particulatim omittit: uenia cõ/cedẽda ei est. Siq; per historiã: doctrinãq; differendis fabulamẽta nõnulla implicẽť. Absint autem querele: et incusatio. Haud enim illud Eratosthenis uerum est. Poetas omnis: nõ docendi: sed oblectandi gratia: cõiecturis agere. Contra uero sapiẽtissimi: qui de poeticis quicq̃ eloquuti sunt: primam quandam philosophiam: poeticam esse asserunt. Sed aduersus Eratosthenem longiore sermone denuo: differendum erit. In quo: et de poeta rursus habebitur oratio. Nunc que de partibus descriptionis terraꝝ Homerus orsus est dicere memorata sufficient. Manifestum est: eos qui illũ sequuti sunt: eximia dignitate uiros: et philosophie intime deditos extitisse. Ex quibus post Homerum duos tradit Eratosthenes: Anaximandrũ Thaletis familiarem: et cõciuẽ: et Hecateum Milesium. Illum quidem prius de situ orbis descriptam edidisse tabulã. Hecateum uero codicem reliquisse. Sic enim ex alia eius scriptura ab eo scriptũ fuisse traditur. Verum enim uero: ꝙ ad hec multiplici opus disciplina sit: frequẽtes autores sunt. Bene et Hipparchus in iis que ad Eratosthenem scribit: edocet: qđ unicuiq; tũ priuato: tum doctrinarum cupido: cum terrene descriptionis noticia pertineat: eam capessere sit impossibile: absq; rerum celestium: et Eclipticarũ obseruationũ discretiõe. Sicut Alexandria: Egypti deprehendi nequit: utrum magis q̃ Babylonia in Septẽ/trionẽ: q̃ in Austꝝ sit exposita. Nec quãta sit earũ distãtia sine climatũ cõsyderatiõe. Simili mõ urbes ad Orientẽ: et ad Occasũ: magis minus ue accedẽtes: nullus diligẽter sane dignosceret: nisi per eclipticas solis et lune cõperatiões: ubi et hec dicit. Quicũq; locorum proprietates edifferere nituntur: proprie rem attingunt quum celestiũ: tre/restriumq; mensurarum: figuras: et magnitudines: et interualla: et climata: et calores: et frigora: et simpliciter aeris naturam manifestant. Quandoquidem et q domicilium apparat: edificator: et qui oppidum construit: architectus: hec ipsa prouideat: nedũ qui uniuersum terrarum situm homo animo uersat. Huic enim lõge magis attineat. Nam exiguis in locis siue ad septentriones: siue ad Austrũ uergant: nõ multa habeť permutatio. In toto autem orbis ambitu: quod ad septentriones usq; ad extrema est:

uel ad Scythiam:uel ad Galliam pertinet. Que uero ad Austrum:usq; ad Ethiopū ultima:hoc autem differentiam habet plurimam.pari etiam modo et ad Indos:et ad Hispanos habitatio.e quibus illos ad oriente maxime:hos aūt ad occasum inclinari: scimus omnes. Sic et antipodas inter se quodammodo esse:nescii non sumus. Tale aūt hoc totum ex solis:reliquorumq; syderum motu:ortum habens:et adhuc agitationis ad medium:uel celū suspiciendi necessitate habet.et ad ea:que in celo unicuiq; nostrum appareant. In his aute ingentes habitationū uarietates cernūtur. Quis igitur locorum differentias exponens:bene ac sufficienter edoceat:nullam:aut ne tantillam quidem illis curam adhibens? Et enim si uniuersa pro huiusmodi materia diligenter rimari nequeam:cum ea magis ac magis ciuilis existat:tantum saltem prosequi:quantum ciuili pertinere queat homini:iure conueniret utiq;. Qui enim in sublime sic cogitationem extollit:nequaq̃ a tota absens est terra. Ridiculum nanq; uidetur:si quis orbe terrarum explanare dilucide cupiens:celi res attingere:et eas ad doctrinam usurpare audeat: terram autem totam:cuius:quod habitatur:una pars est:nec quanta:nec qualis sit: nec in quo totius mundi loco sita sit:exponere curet. Neq; si una tantummodo pte: quo ad nos:seu pluribus habitet.et quanta pari modo q̃ multa illius inculta e portio. qualisq;.et quamobrem. Hec igitur Geographie species cuidam rerum sublimium:et geometrice tractationi uidetur esse coniuncta:que sic terrena cum celestibus in unū coniungit:ut propinqua maxime existentia. Sed nō longinquitate tantum distent: quantum a tellure celum absit. Eia tante discendorum multitudini terrenā aponā disciplinam:sicut animantium:plantarū:et ceterorum:quicquid utile:et inutile terra gignit et mare. Nam planius atq; euidentius fieri posse:quod dixerim:arbitror:qđ quisquis talem perceperit:noticiā:ei non mediocris afferet utilitas. Id cū ex uetusta memoria:tū ex oratione ac ratione manifestatur. Poete igitur heroas illos singulari preditos sapientia fuisse declarant:qui ad multa peregrinantes loca longis uagabant erroribus. In amplissimo enim ponunt:multorum mortaliū urbes uidisse:et prudentiā agnouisse. Nestor ipse gloriatur quoniā inter Lapithas uersatus fuerit. Aduentans longinqua ex tellure:uocatus uenerat ipse:et eni uocitātibus illis. Itide et Menelaus.

Atq; uagans Cyprum:Phoenicem:egyptiaq; arua:
Ethiopesq; adiitum Sidonios:et Erembos:
Et libyen.ubi sunt longis cum cornibus agni:
Adiecit et agri propriam ubertatem.
Ter pecudum fretus largum funduntur in annum:
Et in Egyptiis Thebis inquit et illud
Plurima frugiferum donat cultoribus aruum.
Has centum claudunt porte. Tum queq; ducentis
Porta uiris seruatur. Equis uectantur.et altis
Curribus. Omnia enim huiusmodi magnum ad capessandam prudētiam comparant adiumentum:quom regionis ingenium animalium:et plantarum:forme ac species pdiscuntur. Maritima etiam apponi licet. Gemino nanq; quendā in modū cōstamus ex uictu:nec terrarum magis sumus:q̃ maris incole. Herculem quoq; p multā pitiā: et perspicientiam appellari licet ingentium perspectorem:et cognitorem operum:& sane uetusta iam ex memoria:atq; sermone nostro ab initio dicta testant. Egregie uero ille ad presens institutum sermo mihi uidetur adduci:q̃ situs orbis descriptio:est ad ciuiles usus maiori ex parte conducens. Rerum nanq; gerendarum campum mare explicat:prestat et terra:quam incolimus. Exiguarum quidem:exigua. Magnarum

uero magna. Maximarum autem uniuersa: quam habitabilem uocamus aut orbem. ut amplissimarũ quidem actionũ hic ipse sit locus. Excellentissimos autẽ Impatores illos extitisse constat: qui terre ac maris imperium adepti: natiões ac ciuitates sub unã potẽtiam: gubernationemq; ciuilem: cogere ualuerunt. Haud igitur dubitandũ est: terre descriptionis noticiam: quã Geographiã dicimus: omnes ad Impatorias actiões adducere: in terra continenti cuncta digerentem. atq; maritimis. et que intra orbem: et que exterius existunt. pretereaq; us utilem eius dispositionem. quoꝝ interest nosse: hoc sese habere modo uel aliter. Cognitione posse: aut non posse deprehendi. Sĩgula enim ii melius pertractarent: qui quanta sit regio: quonam modo iaceat: cognouissẽt: quasq; celi differentias: et quas in se ipsa contineat. cum aliis alii in partibus ualeant. & alia de cã: atq; ꝑmordio res añ gerẽdas aggrediantᷓ. et imperii magnitudinẽ extendãt. nec rõe parti: aut illis cũcta pnoscere licet: aut ipsis etiã terrã pingẽtibus. Ceteꝝ multo magis: aut minus ĩ ãbobus hisce cõspiciẽ. Vix eni cuiq̃ eq̃li mõ cuncta manifesta esse cõtingeret: et si orbis uniuersus unũ sub ĩperiũ: statũq; ciuilẽ subducatᷓ. Sed ne hoc qdẽ pacto eueniret: qn propinqora notiora fierẽt. Hec tñ pluribus exꝑmere cõue/niret: ut nota essent. Ista uero ꝓpe usũ ac necessitatẽ: magis sũt. Itaq; mĩme mirãdũ eẽt si alius loci descriptor Indis attineat. alius Aethiopibus. alius Grecis. alius Romãis. Nam quid attineat Indie descriptori sic Boetice partis eloqui? Sicut Homerus inqt. Quiq; colunt Hyriam. lapidosamq; Aulida. Choenonq;
Ac Scolon. Nobis autem conuenit: que uero apud Indos sunt: que ue apud Iigulos: non etiam utiq; conuenit. Haud enim usus adducitur: et utilitas. Nam maxime talis experientia mensura efficitur. hoc et in pusillis manifestum est. quemadmodũ in ue/nationibus. Et enim qui siluã: qualis: et quanta sit: noscitat: melius uenatóes instruit. Et in loco bene castra locaret. Insidias poneret: et iter faceret is: qui locos ĩtelligit. Id autem et in magnis longe dilucidius est. quãto maiora sunt peritie premia: et impitie defectus. Agamemnonis exercitus cum Mysiam: uelut agrum troianum populatus esset: magna cum ignominia retro cursum egit. Perse autem et Afri traiectus aquaꝝ quosdã: et freta: uelut nauigationis angustias esse suspicati: parũ abfuit: quin magna incurerent pericula. Ignoranticq; sue reliquerunt Trophea. Illi quidem Salganei monumentum: penes Chalcidis Euripum. Quem Perse ideo iugularunt: tanquã ex Malea ad Euripum sue classis cursum improbe direxisset: hi uero Pelori sepulchrũ: quem et ipsi similẽ ob causam necauere. Naufragus etiam a Xerxis exercitu Grecia referta est. Bolicorum et Ionicorum Colonia q̃plura huius generis errata prebuit. et res itidem prospere gestas: ubi per locorũ peritiam illustria cõplura gessisse facinora contigit. Sicut Ephialtes ad angustias Thermopylarũ leonide cõmilitones Persarũ manibus tradidisse fertur: et Barbaros intra Termopylas accepisse: cum hostibus per montana semitam ostendisset. Omittens uero antiquitatis exempla: Romanum hoc tempore aduersus parthos exercitum: Idoneum satis harum rerum documentũ esse arbitror. Simili modo et expeditionem in Germanos: atq; Gallos. cum intra paludes: et difficiles accessu siluas: et loca deserta: Barbaries illa belligerasset. Et que erant ꝓ/pinqua: longiqua: locorum ignorantia faceret: uiasq; occultaret: et commeatuum: et ceterarum rerum copiam. Et hoc quidem: quod amplius est: ut diximus ad Impatoꝝ uitas usumq; cõducit. Insup maior moralis et ciuilis philosophie portio: circa prin/cipum uitas uersatur. Cuius rei signum est: q rerum Vrbanaꝝ differẽtias a ꝑncipibus discernimus. Alium quidem Monarchie principatum ponentes: quẽ Regiũ uocamus. Alium optimatium potentatum: idest Aristocratiam. Tertium regimen populare: id

eſt Democratiam. Tot ciuilium rerum moderamina cenſemuſ eſſe. iiſdem uocabuliſ nominanteſ: ut ab illiſ faciende ſpeciei principium habentia. Alia enim lex eſt Regiſ iuſſio. Alia uero optimatium. et alia deniq; populariſ. Rei uero ciuiliſ forma: et figura lex eſt. Quamobrem iuſtum nonnulli aſſeruere: potentioriſ eſſe commoditatē. Quod ſi ciuiliſ philoſophia utplurimum circa principeſ uerſatur. Eſt aūt Geographia circa principaleſ uſuſ: ac neceſſitateſ: et ipſa quampiam ad hoc prerogatiuam haberet. Et iſta quidem prerogatiua ad actioneſ eſt. habet autem cōtemplationem profecto: nō uilem: ipſa tractatio. Aliquam quidē arte: diſciplina: natura: captabilē. Alteram uero in hiſtoria fabuliſq; poſitam: nihil ad actioneſ exiſtentem. Veluti ſiquiſ Vlyxiſ: aut Menelai: aut Iaſoniſ erroreſ enarrauerit: ad prudentiam nullū ſane conferre uideatū adiumentum. Quod agenſ ipſe perquirit. niſi eorum: que facta ſunt: neceſſariorum: utilia permiſceantur exempla. Inſtitutionem attamen haud illiberalem ſecernit: ei q ad locoſ applicet: fabuloſa figmenta prebenteſ. et enī qui actionibuſ glorie: aut uo/luptatiſ cauſa intendunt: hoc perquirunt. Ceterum non permultum. Maiore nanq;: ut par eſt: maior huiuſ: q̄ illorum utilitatiſ ſtudio tenentur. Quocirca ei q terrarum deſcriptor eſt: maior huiuſ: q̄ illorum cura ſuſcipienda eſt. Similiter et de hiſtoria: et de diſciplinis ſeſe reſ habet. Ex hiſ enim quod utile magiſq; credibile ſit: ante omnia capeſſendum eſt. Maxime autem tali materie geometria: et aſtronomia: ut dictū ē: opuſ eē uidetur. Et re uera opuſ eſt. Nam figure: climata: magnitudineſ: et alia hu/iuſcemodi propria: ſine illarum ſcientia: deprehendi nequeunt. Sed quemadmodū ad totiuſ terre menſuram pertinentia in aliiſ demonſtrantur. hic uero ſupponenda ſūt: et credēda: que illic demonſtrata fuerint. Supponēdū et mundi formā eſſe rotūdā. et rotundam terre ſuperficiem. Id etiam ante iſta: corporū ſcilicet curſum ad mediū deferri. hoc ſolum in ſenſu eſt: qui communium animi cōceptionum propinquuſ eſt. Siquidē ea deſignanti ſummatim: procul parua ſubmonitio ē. Sicuti ꝙ terra rotunda eſt: ex motu. Nam ad medium: ueluti etiam unumquodq; corpuſ: ad idoneam eiuſ conſeruationem: inclinat. Ex iiſ autē: que per maria: et celū apparent: prope. Senſuſ enim teſtimonio eſſe poteſt: conceptioq; communiſ. Nauigantibuſ autem manifeſte incuruatio mariſ intercurrit. ut longe lucentibuſ: que pariter elongantur: iiſ uiſum applicare non poſſiſ. Ampliuſ autem ſupra uiſum eleuata: apparuerunt: non nihil etiā ab eo magiſ diſtantia. Similiter et ipſe altiuſ eleuatuſ: ea que priuſ occulta fuerant; aſpicit. quod et poeta declarat. Nam illud tale eſt:

Fluctibuſ elatuſ uiſu proſpexit acuto. Adnauigātibuſ etiam ſemper magiſ: ac magiſ parteſ terrarum enudantur. et que ab initio humilia uidebantur: magiſ extollūtur. Ipſa etiam celeſtium conuerſio: cū alioquin manifeſta ſit: ex ipſiſ quoq; gnomoniciſ patet. Ex iiſ enim cogitatio ſtatim intendit. Nam ſi radicata in infinitum terra eēt: non utique taliſ circuncurſio contingeret. Et que ad climata pertinent: ꝑ habitatōeſ demonſtrantur. Nunc uero imprompttu nonnulla captanda ſunt. Et hec quidem: quecunq; ciuili: et exercituum ductori conducunt. Nec enim ſic celi parteſ: et terre ſitum ignorare oportet: ut cum aliq̄ multiſ apparere in celo ſolita: pro lociſ ꝑmutata fuerint: perturbatione teneatur: et talia loquatur:

Me latet o ſotii tenebre locuſ. aut ubi eonſ
Aut ubi ſol terraſ ſubeat: danſ lumina mundo.

Aut ubi cōſcēdat. Nec adeo accurate rimari: ut omnimodiſ paſſim cōiunctim ortuſ: coniunctim et occaſuſ cōiunctim et medioſ celi meatuſ: et polorū eleuatōeſ agnoſcat. et que ad uerticē ſigna ſint. et quecūq; huiuſmodi: ſecundū Horizōtiſ trāſmutatōeſ

pariter: et septentrionis uarietates. Hec uniuersa nota habere· que parti aspectu: pti
natura pateant. Verum aliqua nec omnino curanda: nisi philosophie contemplatõis
gratia. Quibusdãq; fides adhibenda· licet propter quid: intueri nõ possint. Hoc enim
est solius philosophantis officium. Ciuili autem homini tale non impartitur ocium.
Aut non omni tempore. Eum tamen: qui in hac descriptiõe uersatur: neq; adeo sim/
plicem: rudemue: neq; adeo inertẽ esse uelim: ut neq; Spheram intueatur: neq; illius
circulos: quosdã parallelos: et inter se mutuo distantes. Aliquos ex ipsis rectos: aliquos
obliquos. Neq; Tropicorum: nec equinoctialium: nec signiferi situm: per quem solis
cursus uertitur. Doceatq; Climatum: et uentorum uarietates. hec enim et que ad Ho/
rizontas attinent: et ad arcticos: et reliq̃· quecũq; in prima disciplinaꝝ introductõe
traduntur. Si quis aliter intelligit: quonam modo ea: que hic dicũtur: assequitẽ? Qui
neq; rectam lineam: neq; curuam: neq; circulum: nouerit: neq; spheralem superficiẽ:
nec planam: nec in celo septem maioris Vrse stellas: nec aliq̃ talia omnino ꝓdoctus:
is uel huius minime tractationis indigeat: uel nequaq̃ hoc in tempore. In illis autem
prius obseruatus sit: sine quibus huic terre descriptiõi familiaris esse nõ poterit. Sĩpli/
citer hoc uolumẽ publicũ: ciuile: ac passim utile: putamus: sicut & historie descriptionẽ
Illum enim ciuilem hominem dicimus: non quidem prorsus indoctum: sed q̃ circularis
discipline: ac homini libero: ac studioso consuete: partem attigit. Nec enim laudare:
nec uituperare: nec res gestas meõratu dignas diiudicare posset is: cui uirtutis ac pru/
dentie: earumq; rationum cura nulla extitit. Eodẽ modo q̃ circa portus: et nauigãdi
ambitus: negotium suscepere: imperfectã facere consyderationẽ: nisi & doctrinarũ
mathematicarum: et celestium partes adiecerint: quas applicare conuenit. Itaq; cum
historiarum commentaria cõfecerimus: ad moralem et ciuilem phiã: ut arbitramur:
non inutilia: et hanc addere compilationem decreuimus. Hec enim eiusdem generis
est: et ad eosdem uiros attinet: maximeq; in fastigio collocatos: et hic itidem: et illic.
Que enim ad clarissimos in uita hoĩes inscribũtur: meõrie cõmendationẽ assequũtur.
Que autem exigua: et ignobilia sunt: relicta iacent· hinc etiã pusilla: obscura: et cla/
ritatis expertia omittentur. In his autem immorabimur in quibus negotium ipsum
commemorationis iucunditatem afferet: cum et magnitudine excelluerit: & gloria.
Qualiter in statuis contingit arduis: in q̃bus non effictã pticulatĩ diligẽter inqrimus:
sed operi magis intendimus uniuerso: q̃ singulis partibus: q̃ bene sint expresse. Sic et
in his faciẽdum est iudicium. Hec siquidẽ et quedã statue fabricatio est: que magna
quonam modo et in toto se habeant: eloquitur. Nisi negotiosum hominem et sciẽdi
cupidum: quippiam ex illis mouere ualeat. quod propositũ opus sapientie ĩdagatorẽ:
et studiosum deceat hominẽ. hec ita dicta sint. Si uero ãte nos cõpluribus eloquutis:
et ipsi eisdem de rebus dicere aggrediamur: absint querele: cum nõ omnia eundem in
modum differamus. Ceteros enim quicquid aliud recte effecerint: aliam non paruam
operis partem omisisse putamus. ad quos cum paululum addere possimus: non inepta
sane conatus nostri uidebitur occasio. Nam et Romanorum et Parthorũ potentia
magnam huius experientie portionẽ hominibus etatis nostre prestitit. Sicut et pos/
teritati illa Alexandri magni expeditio: ut ait Eratosthenes. Alexander enĩ magnã
Asie partem nobis aperuit: et Boree incolas omnis Europe: usq; ad Istri ripas: Ro/
mani uero: que ad occasum uergunt: Europe singula usq; ad flumen Albin: qui duo
in spatia Germaniam diuidit: queq; trans Istrum usq; ad amnem Tyram. At uero
ulteriora: usq; ad Meotidẽ et nouissimã Colchorũ maritimã Mithridates cognomĩto
Eupator: cognita fecit. eiusq; prefecti. Parthi aũt Hyrcanos: et Bactrianos: et ultra

eos Scythas: notiores nobis reddiderunt. cū antea maioribus nrīs minus noti fuissent. Ita ut quicquid amplius: q̄ supiori etate notuerat: meōrie mandaremus. hoc maxime uidere licet: ex iis uolumibus: que ad ueteres scripta reliquere. Ii quidē q̄ prisci minus aberrauere. precipue post Eratosthenem. Et ille ipse: q quo maiore fuerant eruditōe prediti: eo difficilius a posterioribus increpari potuerunt: si quid dicendo peccauere. Quod si eis: quos ceteris in rebus maxime sequimur: necessario contradicendum erit: concedenda nobis uenia fuerit. Haud enī omibus cōtradicere institui. At ii omittēdi: quos ut sectemur: arbitramur indignos. De illis faciendum est iudicium: quos maxīa ex parte rectissime scripsisse nouimus. Quandoquidem: non in omīs sapientie studio certare dignum ē. Sed aduersus Eratosthenem: Posidonium: Hipparchū: Polybiū: et alios huius generis: honestum est. Consyderemus imprimis Eratosthenem: et simul aduersus illum Hipparchi descriptionem aducientes. Nō adeo discurri facilis ē Erastosthenes: ut non Athenas illum uidisse dicatur. Quod Polemo demonstrare nititur. Nec ipsi tantum fidei babendum est: ut plerisq; acceptus est: licet ut ipse inquit: inter bonos uiros: plurimosq; uersatus eēt. Hac .n. etate īqt: sicut alias unq̄ unū ītra septū unamq; urbem florentes extitere philosophi Aristonis et equales. et Arcesile. Hoc uero minime satis esse arbitror. Sed ꝙ eos bene iudicet: quibus accedēdum est. Is aūt Arcesilan et Aristonem: omnium qui eius etate floruerunt: principatum uindicasse ponit. Cui et Apelles multus est: et Bion: quē philosophiam quandā primū cōplexū esse ait. Attamen sepenumero quandā: ad hoc ipsum dixisse: qualē ipsam: ex ptusa lacerna Bion. In hisce nanq; sentētiis sufficientem debilitatē ingenii eius satis ostēdit. q Zenoni Citieo notus Athenis ē factus. Eoꝝ uero: q ei successerīt: meminit neminē. Illi autem aduersantes complures: quoꝝq; successio nulla seruatur: Ipsos ea tēpestate floruisse dicit. Manifestatq; is etiā: quē de bonis edidit tractatus: et declamatiōes. Et siqua alia talia: huius doctrinam: qđ inter philosophari uolentem: et hāc ꝓfessionē formidantem: medius tergiuersatus est: ad ostentationem quandam usq; dumtaxat progressus. seu trangressionem: hāc ab Circularis alis adeptus: ad institutionē: aut ad disciplinam. In ceteris itē quodammodo talis est. At missa faciamus illa. Impñtiarū enitendum est pro uiribus: ut terre descriptionem emendemus. Ac primū qđ a nobis nuper suppositum est. Poetam inquit: non quidem docendi: ceterū delectādi gratia: omnia coniecturis assequi. Antiqui uero contra: qui Poeticam primam philosophiam quandam esse perhibent: que ab ineunte nos etate ad uiuendi rationes adducit: que mores: que affectiones edoceat. que res gerendas cū iucunditate ꝑcipiat. Posteriores uero solum poetam ipsum sapientem: esse asseruerunt. Quamobrē Grecoꝝ ciuitates ab ipso primordio eorum liberos in poetica erudierunt: non nude utiq; uoluptatis: sed caste moderationis gratia. A qua quidem ipsi musici cantus: et lyre: et Tibiarum modos edocentes: hanc sibi uirtutem uendicant. Seq; morū magistros: et emēdatores esse profitentur. Hec ipsa non modo a Pythagoricis audire licet. Verum etiā Aristoxenus huius est sentētie. Et Homerus Cantores castigatores appellauit. sicuti Clytemnestre custodem illum:

Cum Troiam peteret: cui plurima mandat Atrides
Tutari thalami sotiam.

Nec uero Egistus ꝑusillā superare ualuit: q̄ Cantorē abigēs deserto in littore liqt.
Assensamq; uolens ipsas perduxit ad edes.

Preter hoc Eratosthenes sibi ipsi repugnat. Nā paulo añ: q̄ suam eloquat̄ sentētiā: prima de Geographia uerba inchoās. Omīs inqt initio gloriari: ut de rebus huiusmōi

suam in medium afferant preceptionem. Igitur Homerum quecunq; de Ethiopibus didicisset: in poetice sue uolumie collocasse. Et item de Egypto: et Africa. Que uero per Greciam: et loca maritima perceperat: accurate uehementer extulisse: cũ diceret. Frequentes fert Thesba colũbas. Et Herbosamq; aliarton. et extremã Anthedonẽ Lileamq; Cipbessi fontem. Nec adiectionem ullam inaniter locis apposuisse. Verũ igitur uates qui ista canit: delectare: an docere uelle uidetur? docere per Iouẽ. Verũ ea hunc in modũ ille tradidit. Illa uero: que extra sensum sunt: et hic ipse: et alii mõstrosis impleuere fabulamentis. Hoc itaq; modo dicendum erat: ꝙ quisq; poeta: alia ad oblectandum animum solum: alia uero ad erudiendum profert. Is autem intulit: non quidem eruditiõis: sed uoluptatis causa solum. Insuper et alius operosius adiecit: percontatus: quidnam ad poete uirtutem conferri potest: qui locorum complurium peritiam continet: uel militaris discipline: uel rei rustice: uel artis dicendi: uel qualia nonnulli illi uendicare: et attribuere uoluerunt. Omnia itaq; illi uendicãda querere: amentis ostentationem: et iactantiam posueris. Veluti siquis ut inquit Hipparchus. Eresionen id est ramalia: obiurget: attica: pendentibus quaquauersum omnis generis pomis: et que mala et pyra nequeunt producere: Sic omnem illius disciplinã Carpat omneq; artificiũ: hoc sane recte dixeris o Eratosthenes. Illa uero nõ recte: ꝙ tantã ab eo rerum noticiam auferas: et poeticam anile quoddam fabulamentũ eẽ definias. Cui quodcunq; censuerit: uoluptatis causa fingere: propriũ est. Nunquid et poetaꝝ auditoribus nihil cõfert ad uirtutem: ut locorum multoꝝ: et militie: et Agriculture: et Rhetorice gnari existant? que ipsa audientis maxime preceptio uendicat. Verum hec tñ oĩa Vlyxi poeta tribuit: quẽ añ omĩs omĩ in genere uirtutũ ornatũ eẽ cecinit.

Oppida multa adiit: fuit huic sapientia nota:
Hic etiam ille est:
Consilium: uariosq; dolos qui nouit et artes.

Hic est: quem urbium populatorem semper appellat. Qui consilus Ilion: et arte: et astutia: et facundia cepit. hic est: quo sequente ardẽtis more incendii: refugimus ãbo. Vt Diomedes ait. Qui quidem in agricultura tantopere gloriatur. In messe: in herba curuam tenerem falcẽ: et frumentũ haberes. et in aratione me spectes longũ scindẽs cum duxero sulcum. Nec uero Homerus hisce de rebus sentit: et non reliq doctrina prediti: eo poeta rectissime dictante: teste utũtur: utpote huiusmodi peritia ad prudentiam tendente maxime. Illa uero eloquẽtia utiq; in orando uersatur: quã in omĩ poesi oñdit Vlyxes: intẽtãdis aĩmis. In rogatiõibus. in legatiõe: ĩ q̃ illud uates eloqt:

Quom uero ingentem misit de pectore uocem:
Instar erant Hymbris fluitantia uerba niualis:
Mortalis nemo contenderet alter Vlyxi.

Quis igitur poetam: qui alios Oratores: alios Imperatores: alios reliqua uirtutis opa demonstrantes decenter inducat: nugatorem quempiam: et histrionem eẽ putet: qui auditorem magnificis tantum miraculis afficere: et assentationibus demulcere ualeat: cum nihil afferre queat adiumenti? Num poete uirtutẽ aliã dixerimus: q̃ que uerbis ad imitandam uiuendi rationẽ: excitaret? Quonã uero modo is imitaretur: q uiuẽdi rationis imperitus: et insipiens foret? Non enim sicuti uel fabrorum: uel edificatorũ: ita et poetarum uirtutem esse memoramus. Sed hãc quidem nihil boni: nihil honesti continere. Ipsa uero poete uirtus et hominis bono coniuncta est. Nec uero poetam bonum esse posse: nisi prius uir bonus existat. Qui autem Oratoriã dicẽdi uim poetis eripit: nobis non modo eam minime concedere: sed et nobis nos haudquaq̃ indulgere

uidetur. Nam quid eq; oratoriũ est: atq; eloquutio? Quid porro tam poeticũ? Quis Homero pstantior ad eloquendũ? Mediusfidius. Verũ alia est poetica eloquutio: et utiq; priuatim: ac prope dicendo. atq; in ipsa quidem poetica: Tragica cõtinetur. et Comica: et in oratione soluta historica iudicialisq; disceptatio. Nunqd non genus ẽ oratio: cuius species sũt metrica: atq; soluta? uel oratio qdẽ generalis ẽ. Verũ rhetorica oratio generalis non est. et eloquutio: et orõis uirtus: ut aũt sic dixerim: sermo pedester apparatus: ipsius poetice imitatio ẽ. Primũ añ omnia apparatio ipsa poetica pcessit ĩ mediũ et approbata cõplacuit. deĩc illã imitati: cũ metrũ soluissent: reliqs poetice seruatis partibus: rẽ scriptis cõmendarũt: Cadmus uidelicet: et Pherecydes: et Hecateus. Qui deinde post illos fuere: cũ semp aliqd ex talibus adimerent: ad eum: q nunc usurpat modũ: ueluti ab ipso fastigio: ad inferiora reduxere. Quemadmodũ si qs Comediã: ab ipsa Tragoedia cõsistentiã suscepisse diceret. Et ab illius altiloquẽtia. ad hoc humile sermonis genus declinatã. Accedit ad idem: argumẽtum: qđ pro eloq: canere olim posuere maiores. Quoniam eloquutiõis ornatus: apparatusq; Rhetorice: fons et origo fuit ipsa poetica. Ipsa enĩ ad demonstrationes usa est cantibus: hoc enĩ erat Oda: sermo scilicet modulatus. Vnde et Rhapsodiã: et Tragediam: et Comediã ueteres dictitarunt. Quocirca: cum priscis temporibus eloqui dicerent: de eloquutiõe poetica: hoc autem dicerent cum modulatione: Idem erat apud eos canere qđ eloqui. Cum autem alterum et in oratione soluta usurparent: ad alterum quoq; transgressa est abusio. Cũ uero pedestris: id est absq; metro dicatur oratio: id manifestat: ut si ab excelsiore loco: et uehiculo sane decurrat in planum. Ceterum nõ modo propinqua: et grecanica: ut inquit Eratosthenes: sed etiam longius remota: et quidem accurate: commemorat Homerus: magisq; q̃ posteriores: fabulamẽta enarrat. Nec in mõstroꝝ rationem omnia: sed interdum ad doctrinam: occulte: atq; per allegorias: pergit: uel preparat: uel populariter inducit. et alias. et item in Vlyxis errore: de quo et ipse Eratosthenes permultum aberrat. et eius expositores et poetam ipsum: garrulos esse manifestans. De quibus dignum est pluribus dicere. Primum quidẽ: q nõ mõ poete: Sed etiã ciuitates: longe prius fabulas delegerunt. Nec non ipsi legũ latores: publice utilitatis gratia: cum rationantis animantis intuerentur ingeniũ. homo enĩ cognitõis auiditate ducitur. huius autem uia prima fabularũ studium est. hinc pueri audire incipiunt. et ad communicanda studia ultro proficiunt. Causa est: quia nouũ quoddã est studium fabulatio. que non res consistentes: sed alia quedam exponit. Dulcis qdẽ est nouitas. et id quidem: quod nemini prius est cognitum. Hoc autem ipsum ẽ: quod oblectatiõis auiditatem ingenerat. Cum autem admiratio adsit: et monstra: intẽditur oblectatio: que discendi illecebra est. Ab ipo igit̃ primordio: hoc pacto inescandi sũt. Etate uero prouectiore: ad rerum disciplinã pducendi: corroborata iã cogitatione: cum adulationis amplius nequaq̃ indigeant. Omnes Idiote: et doctrinarum exptes: quodã mõ pueri appellãdi sunt. et pariter fabularũ auidi. Similiter: & q mediocriter instructi sunt. Isti enim haud multum ratione ualent. Adde etiam usq; ab infantia consuetudinem. Quando aũt que monstrosa sunt. et amenitatem: et terrorẽ afferũt: utriusq; generis: et pueris: et in etate productioribus necessitate adhibẽda sunt. Pueris nanq; iucundas efferimus fabulas: ut promoueantur. Terrificas uero: ut amoueant̃. Lamia fabula est. et Gorgon: et Incubus. et larua. Pleriq; eorũ: qui urbes inhabitãt. fabularum iucunditate promouentur: quom poetas uirorum probitates: fabulis inuolutas: enarrantes audiũt. Qualia sunt Herculis. et Thesei certamina. Seu tributos ab deis honores. Seu mediusfidius quũ picturas. aut imagines: aut simulacra: spectant

que fabulosam quandam denotant additionem. Auertũtur autem: quãdo irrogata a deis supplicia: uel pauores: uel minas per uerba: aut inuisibiles quasdam formas ex/pectant. aut aliquos in illa incidisse credant. Non enim turbe feminarũ: aut unicuiq; confuse multitudini. philosophie ratiões iduci possũt. Nec ad religionẽ: sanctitatẽq; ac fidem: facile inuitari. Ac numinum timore opus est. Id autem nõ sine fabularum: ac miraculorum figmentis agitur. Nam et fulmen: et egidem: et tridentem: et faces: et dracones: et thyrsorum bastas: arma deo℞: fabule: et uniuersa prisco℞ Theologia: pre se fert. Hec ab illis accepta fuere. qui rerum publicarum institutionem facientes: aduersus non nullos: qui infantiam redolebant: instar laruarum efferebant. Ceterũ cum huiusmodi fabulosa foret effictio. que ad ciuilis uite cõmunicationem: formãq; et rerum cognitionẽ uersaretur: ueteres puerilẽ educationẽ: usq; ad etatũ pfectionẽ: conseruarunt: et omnem etatem satis castigate instrui posse per poeticam arbitrati sunt. Posterioribus inde temporibus historiarũ descriptio: et huius etatis philosophia processit i medium. Et ea quidem ad paucos: poetica autem uulgo fructuosior: et ad complenda spectacula potẽtior: et homerica pcipue. Prisci quoq; historici atq; phy/sici: per fabulas scripta sua reliquere. Ceterũ poeta pinde ac fabulas ad docendi genus referat: ad multas ueritatis partes curam suscepit: et falsitatem interposuit. Illã quidẽ acceptans: hanc uero ad perducẽdam multitudinẽ populariter: et militariter inserẽs. Sicuti quispiam argento circunfundit aurum: sic et poeta ueris contemplationibus fabellas apponit: quibus eloquutionem: et dulcedine conciliat: et ornatu. Eundem: quem et historicus in enarrandis rebus finem aspiciens: hoc pacto bellum troianũ: uti gestum est: assumens: illud fabulosis figmentis adornauit. Sic et Vlyxis errores. At. n. nulla ex ueritate noua annectere prodigia: nequaq̃ homericum ẽ. Hoc enim modo ut aliquis uerisimilia mentiatur. Vere contingit: siqua uera permisceat. Quod et Po/lybius de Vlyxis errore: enixe asserit. Eius generis illud est: pleraq; cõfert p figmẽta: cum simillima ueris fuissent haud omnia: sed multa: quandoquidẽ minime erãt ueris consona. Nam ab historia sumpsit exordia. Eolũ enim adiacentibus Lipare Insulis imperasse tradit. Vicina itidem Aetne loca: et Leontinis: Cyclopas: et Lestrigonas: immanes quosdam homines tenuisse. Idcirco fretum ipsum illius tempestatis mortales nequaq̃ adire ausos. Charybdim: et Scyllam a predonibus occupatas. Sic et alios de locis ab Homero dictis: legimus historicos: sic et Cimmerios: Cimmerium Bosporum ad Boream: et tenebrosa incolentes loca nõ ignarus: ad finitimas inferno: et obscuras regiones proprie traduxit: que ad fabulamenta de errore plurimum conducebant: ꝙ Homero non ignoti fuerint: per eos manifestum est: qui rationes temporũ scriptis prodiderunt: uel paulo ante illius etatem: uel eo uiuente: et ad Cimmerios accessum extitisse. Similiter nouit et Colchos. Et Iasonis ad Ean nauigationem. Deq; Circe ac Medea fabulis: et historiis commendata. De ueneficiis: et simillimo℞ tractatu. Eo℞q; cognationes confirmauit: qui in põti recessu: quiq; in Italia diuersi habitauerunt: et utriusq; fortuitam in Oceanũ egressionem. Et Iasonis ad Italiã usq; errorẽ. Quedã enim et circa Ceraunios montes: et circa Adriam signa ostenduntur: et in Posidõiate sinu. Itemq; circa Etruscorum Insulas errantium Argonauta℞ monstrantur indicia. Addiderunt aliquid et Cyanee: quas Symplegadas petras uocauere non nulli: que p Byzantiaci oris angustias: asperrimũ nauigantibus fecere transitũ: adeo ut ab Eaede: et ab Symplegadibus. Plecte id est errabiles dicte sint. Ipsaq; Iasonis nauigatio per illas uerisimilis apparuit. Penes Styllam autem: et Charybdim per scopulos agitata uidetur excursio. Eui autem illius homines simpliciter ponticum pelagus: uti quendã

Oceanum arbitrati sunt. Quiq; eo usq; adnauigabant: non aliter in exteriora ígredi maria credeb ntur: q̃ qui extra columnas longius producti fuerant. Et enim inter ea: que nos a lmiramur: id maximum estimabatur. Quocirca per excellentiam ꝓprie pontum appellauere. Sicuti per poetam Homerum intelligimus: forsan et ob hanc causam ex ponto ad Oceanum uocabulum transtulit: sicut facile acceptabilius: ꝓpter eam: quam tenuit opinionem. Etiam cũ Solymi excelsos Tauri uertices circa Lyciã: usq; Pisidiam tenuerint. Cumq; intra Taurum habitantibus: presertim circa pontum: excessus a meridie clarissimos prebuerint: similitudine quadã: et hos ipsos in Oceanũ egressos fuisse reor. Et enim illum in rate nauigantem sic inducit:

Ethiopum ex oris redit Neptunnus: et illum
Montibus e solymis longe prospexit.

Forte et Luscos quoq; Cyclopas de Scythica transtulit historia. Eius nanq; generis Arimaspos fuisse memorant: quos Aristeas Procónesius in Arismaspio carmíe edidit. hisce presuppositis consyderare oportet: quid illi dicant: q Vlyxis errorẽ circa Siciliã aut Italiam: secundum Homerum: aut fuisse: aut non fuisse: meõrant. Est ení utrũq; uel melius: uel deterius suscipere. Melius quidem: cum sic accipiat: ꝙ Vlyxis errorem illic fuisse credens: ueram hanc materiã suscipiat. et poetico more eã instruxerit. Hoc enim proprie de illo dici posset. Nec de Italia solum: sed etiã usq; in ultimis Hispanie finibus illius erroris uestigia reperiuntur: et plura alia. deterius autem: siquis illius cõmentum: tanq̃ historiam accipiat. Illic scilicet esse Oceanum: Infernum: Solis boues: dearum hospitia: Transformatiões: Cyclopum proceritates: et Lestrigonum. Scylle formã: nauigationis interualla. Aliaq; huiusmodi plurima: ut monstra aperte scribẽte: minime contradicendum est. Perinde ac contra poetam apertis mendaciis cõtradicat. Quemadmodũ si hoc modo Vlyxem Ithacã reuertisse neget. et Procoꝝ occidionẽ. Nec in agro constitutam aduersus ullum Ithacensium pugnam fuisse. Nec aduersus accipientem illa: proprie manum conserere: iustum est. Eratosthenes uero utriusq; sententiis aduersatur. haud recte sane. Ad secundam quidem: qm̃ pluribus criminari conatur mendacia manifesta. cum mentione indigna sint. Ad primam uero: quom in omnibus poetam garrulum eẽ declarat. Et neq; locorum noticiã habere. Nec ullas ad uirtutem artes intendere putat. Et in locis nõ fictis: fabulas diuulgatas nõ tenere. Sicut in Ilio: í Ida: In Pelio. Fabulas uero í locis fictis: sicut in iis in qbus Gorgones: uel Geriones. huius forme eas esse dicit: que de Vlyxis errore dicũtur. que ab eo neq̃q̃ ficte fuerit: sed subsistant: ex hoc falsi arguuntur. ut aiũt: ꝙ míme concordant. Itaq; sunt: qui Syrenes in tractu Peloriο ponant. Alii ad Sirenussas insulas: que plus q̃ duo milia absint stadiorum. Illas autem triuerticem esse scopulum: qui Cumanum a Posidoniate sinum dirimat. Verum scopulus ille: nequaq̃ triuertex est. Nec omnino in sublime tollitᷓ. Ceteꝝ cubitus qdem longus: et angustus: a deductis ad Capreaꝝ fretũ locis: extenditur. altero ex montis latere Sirenum sacellum habens. Ex altero autem ad Posidoniatem sinũ: parue tres adiacẽt insule deserte: petrose: q̃s Sirenussas uocãt. Super eodem freto extat Atheneum: pari quo cubitus ipse nomine. Quod siq; locoꝝ historiã tradiderunt: discrepant: haud cõtinuo uniuersa eiicienda est historia. Ceteꝝ in uniuersum potius fides habeatur interdum. Tale quid dico. Inquiratᷓ si ad Siliciam et Italiam error ille fuit. Sirenes ne eo in loco uspiam fuisse dicantur. Qui in tractu Peloriο dixerat: ab eo: qui in Sirenussis inqt discrepat. Ambo uero ab eo: qui ad Siciliam et Italiam dixit: minime discrepant. At maiorem adhibent fidem: quoniã licet eundem locum non asserãt: tamen ab Italie ac Sicilie loco non discesserunt. Siqs aũt

adiecerit: φ Neapoli Parthenopes unius ex Sirenibus monumentū ostēditur: adhuc fidei plus adiungitur. licet tertius dictus sit locus. Quod aūt hoc in sinu: quē Cumanū appellauit Eratosthenes: quē Sirenusse efficiunt: edificata est Neapolis: firmius his in locis Sirenas extitisse credimus. Haud enim poetam ad unguem singula pdidicisse remur. Nec nos ipsi ab eo rerum diligentiam exquirimus. Verūtamen haud ita sus/picari possumus: ut cū nihil de ipsius errore pceperit: q̄lis: et ubi: fuerit: suo exposuerit carmine. Eratosthenes quidē Hesiodū de Vlyxis errore audisse: coniecturis asseqt̄. qui ad Italiam: et Siciliam fuerit. Et huic opinioni credentem: non modo dictorum ab Homero mentionē fecisse. Sed etiā Aetne: et Ortygie Syracusis adiacētis insule: ac Etruscorum. Homerum autem illorum prorsus ignarum. Ignotisq; in locis errorē facere uoluisse. Vtrum igit̄ Aetna et Thuscia cognita: Scylla uero Charybdis: Circeū Sirenusse non admodū? Nunquid Hesiodū non garrire? Sed inualescentes opiōes sectari decebat? Homerū aūt quicquid obuenerat: diserta resonare lingua. Preterea que de loco: et conueniente Homero fabulatione dicta sunt: ipsa etiam scriptorum illa diuulgantiū: multitudo: et uagata p locos fama: documēto esse possēt: φ ea mīme sunt uel poetarum. uel scriptorum figmenta: sed et personarum: et rerum gestarum uestigia. Et Polybius recte de errore cogitat. Eolus enim in ipsius freti locis: per que cursus: et recursus est: et enauigationis asperitas per fluxus: atq; refluxus: aggrediendi signa premonstrat. Itaq; uentorū custodem: atq; Regem: creditū fuisse refert. Sicuti Danaum in Argis inundationes ostētantem: Atreū aduersum celo solis cursum: uates: et auspices Reges demonstrari. Sacerdotes Egyptios: Chaldeos: et Magos: aliq; sapi/entia ceteris excellentes: principatum et honorem apud maiores nostros comparasse. Sic et unumquenq; deorum commoditatis alicuius repertorem: honoribus celebratū fuisse. hec premonefaciens: Eolum in fabulamenti forma prorsus accipi: et sentiri nō sinit. Nec totum Vlyxis errorem. At pauca fabulantem adiecisse: quemadmodum de Troiano bello. Totum autem circa Siciliam poetice fictum esse: a poeta: reliquisq; scriptoribus: q adiacentia loca differunt Italie: atq; Sicilie: non sane probat: nec hu/iusmodi Eratosthenis sententiam laudat: quoniā quedā inquit repperisse errauerit Vlyxes: cum coriorum sutorem inuenisset: qui uentorum utrem consuisset: hoc aūt proprie de illis dictum esse: qui ad Scyllam aduentant: et ibi Galeotarum piscationē tractent: illic circa Scyllā: et eius Scopulū piscosum: delphinorū: canūq; indagatrix. et siqua apud Grecos maior est balena. Thynni enim cum gregatim preter Italiam acti elabuntur: et Siciliā attingere prohibentur: in maiores incurrūt beluas: utputa delphinos: canes. aliasq; balenis similes. E quoꝝ uenatiōe canes: et galeotas pīguescere. Quos Xiphias: id est gladios. appellari ferunt. Idem enim hoc in loco contingere: et in Nili incrementis. aquarūq; ceterarū: qđ in igne: et in ardentibus siluis. Cōgregatas enim feras: cum ignem aut aquā effugiant: a ualentioribus deuorari: Hec eloquutus: Galeotarum uenationem exponit: que circa Scylleū tractū instituitur. Manētibus enim in statione frequētibus remorum duorum scaphis: speculator quidam cō munis superne instat: Duos singule scaphe tenent. Alter remigat. Alter hastā habēs manet in prora. Cumprimum uero speculator super eminentiā Galeote signo indicat: belue uero supra mare pars tertia eminens fertur: scapha propius appellitur. Deinde iacto manu telo uulnus incutit. Tū euulsa sine cuspide: de corpore hasta: quod telum sane est hamatum ut educi facile queat. Apteq; infixo ei funiculo appensum: sauciate ac/clinant belue. donec agitata: suffugiensq; lassetur. Tunc in terram subducūt. Aut ītra scaphā accipiūt: nisi prorsus immensū corpus existat. Quod si ī mare telū exciderit:

Haud sane perit. Est nāq; uel e quercu: uel ex abiete compactum: adeo: ut querna grauitate demersum: deinde in sublime relatum: facile possit apprehendi. Contingit autem interdum et remigem in scapha per magnum Galeotarū gladium uulnerari. et cum instar Apri belue uigeat impetus: asperrime fit ipsa uenatio. Talibus ex re/bus: quadam coniectura colligi posse inquit Vlyxis errorem circa Siciliam secundū Homerum fuisse. quoniam huiusmodi uenationem Scylle coniunxit: que Scylleo tractui usitata est. Et ex iis que de Charybdi memorantur: que freti illius periculis similia sunt. Quod ter quidem pro his iaceat: scriptorum: uel potius historici peccatum ē. Dicta quoq; in Meninge lotophagorū rumori similia sūt. Sin uero aliq̄ dissonāt: mutationes causari oportet: uel inscitiam: uel poeticam licentiam: que ex historia: et dispositiōe: constāt: et fabula. Historie finis ē ueritas. Sicut in nauium dinumeratiōe poeta omnibus obuenientia locis explicat. Aliam quidem lapidosam urbem. Aliam uero extremam. hanc columnis refertam. Illam maris uicinam. Finis aūt dispositiōis: expressio: et efficacia est: quemadmodū preliātibus introducēdis. Fabule: delectatio: et stupescentia. Cuncta uero fingere: neq; consentaneū est. nec Homero conueniēs. Illius enim poesin sapientie studium esse. Ac philosophiam uniuersi estimant: non ut inquit Eratosthenes: q ad intelligentiā: et mentē: poemata iudicari non debere: iubet. Nec ullam ex poetis historiam esse petendam. Verisimilius esse: illud:

Atq; die hinc nona me flamina dira ferebant:

breui in spatio accipere. Nam dira flamina: hoc est cursus obliqui: quoniam Oceanū penetrare: perinde ac assidue uentis a pupe surgentibus. Interuallum autem a Malea ad Columnas componens: stadiorum uigintiduomilia et quingenta comperiret. Si hoc ait ponamus: diebus nouē equali celeritate: confectū eē: singulis diebus cursus euenit: stadiorum duorum milium: et quingentorum. Quisnam tradidit aliquem e Lycia: seu Rhodo: ad Alexādriam biduo aduectum esse: cum quattuor milium stadiorum spatiū intersit? Percontantur nō nulli quopacto: cum ter Vlyxes in Siciliam aduenerit: ne semel quidē p fretū ipsum nauigarit? Respondet: qm̄ et posteri omnes eā effugerunt nauigationē. hec quidē ab eo dicta sunt. Sunt et alia: que recte ab illo dicantur. Cū uero in Oceanum excursionē preparat: et dierum nauigationē diligēter ad mēsuras adduxit: et spatia discrepātie excessuum minime reliqt. simul. n. poete uersus addit.

Atq; die hinc nona me flamina dira ferebant.

Simul et occultat: et enim hec ipsius poete sunt: ut illud:

Oceani fluxum fluuii mox cymba relinquit. et illud.

Insula in Ogygia: qua ponti umblicus inheret:

Quodq; ī eo loco Atlantis filia domiciliū habet. Et illud de Pheacibus:

Littora fluctisoni colimus suprema remoti.

Nemoq; mortalis nobis confinia miscet.

Hec enim omnia in Atlantico pelago ficta: manifeste declarantur. Ea uero ille oc/cultans: que manifeste dicuntur: tollit. Hoc autem non sane recte. At circa Siciliam: et Italiam errorem factum esse: recte: et ab ipso poeta confirmatur. Quandoqdem: quisnam aut poeta: aut scriptor: Neapolitanis Sirenis Parthenopes sepulchrū nun/cupare suasisset? Incolas autem Cumarum: et Dicearchie: id est Puteolorū: et Vesubii ignitum plegethontem: et Acherusiam paludem: et mortuorum uaticinium: Auernū et Baias: et Misenum: Vlyxis quosdam socios: sic et que apud Sirenussas: et que sunt ad angustias freti: et Scyllam: et Charybdin: et Eolum: hec quippe nec ad unguem perscrutanda sunt. Nec absq; radice: nec absq; fundamento prorsus omittenda: cū nec

ueritatem: nec historie attingant utilitatem. hoc cũ intelligat Eratosthenes. Suspicet aliquis inquit: poetam uoluisse Vlyxis errorem ad occidentis loca facere. et a ꝓposito desistere: cum quedam non diligenter hausisset: et quedam hũc in modũ nõ elegisset: Sed ad id quod terribilius: et monstrosius est: educere cũcta uoluisse. hoc quidẽ ipsũ bene. Illud autẽ cuius gratia hoc faciebat: male assumens. Non enĩ garriendi gratia: sed ut prodesset. Quapropter rationem subire iure debet: et huiusmodi rei: et illius: ꝙ eum idcirco remotissima monstra cecinisse maluit: ut facilior ei mẽtiendi prestaretur occasio. Quota est enĩ pars remotissime de monstris dicta: pre iis que in grecia: et in locis Grecie propinqs: decantantur. Sicut Herculis: et Thesei certamina. et de Crete: ac Sicilie fabulis scripta. Similiter et in reliquis Insulis. et ad Citheronẽ: et Heliconẽ: et Parnassum: et Pelium: et Atticam. et uniuersam Peloponessum. Nec ullus est: qui ex fabulis fabulatoris ignorãtiam criminetur. Rursus: cum nequaꝗ̃ oĩa fabulenẽ: sed plura fabulis adiungant: presertim Homerus: inquirens: quidnam ueteres fabulis addiderunt: nec inquirit si fabularum additamenta: uel fuerint: uel sint. Sed magis de illis ueritatem inquirit locis: ac personis: ad que fabulatur. Sicuti si Vlyxis error fuerit: aut ubi. Totum autem ipsum nequaꝗ̃ bene: Homeri poesin: cum aliorũ poetaꝝ poesi ĩ unum adducere: cum ad aliam: tum uero ad propositam de orbis situ materiã: et nullum ei tribuere principatum. Et enim si nihil aliud: uel Sophoclis Triptolemũ: uel Baccharum prologum Euripidis: si percurras: et Homeri diligentiã: ex hisce potissimum rebus: ipse comparaueris: facile fuerit: comparationem: ac differẽtiã ꝓponere. Nam ubi locorum: quos meminit: ordinẽ necessitas exigit: ordinem seruat. Similiter Grecorum: similiter et longe positorum.

Ponere certabant properantes Ossan Olympo.
Pelion inde Osse frondosum. et illud:
Ac preceps Iuno celerem linquebat Olympum:
Pieriam accedens dehinc: Zmathiamq; beatam.
Fertur et ad Thracas equites: rupesq; niuales.
Hinc ab Atho pontum petit.

In dinumerandis uero auxiliis: urbes quidem: haud ordinem seruans: eloquitur. Non enim necessariũ erat. Ordine uero gentes explicat. Simili modo: et de remotis. Cyprũ Phoenicem: et Aegyptios: errabundus:
Aethiopasq; adii cum Sidonios: et Erembos:
Ac Lybien. Quod Hipparchus quoq; annotauit. Reliqui uero ea: in quibus ordo exigitur. hic liberum patrem gentes adeuntẽ inquiens. Alter ut Triptolemus: terras disseminat: que longe disiuncta sunt: coniungunt. et continuata separant. Linquẽs inquit auriferos Lydorũ sulcos: et Phrygum ac Persarum urbes: sole ꝑcussas. Menia Bactriana: Hybernaq; Medorum tellurem: accedens. et felicem Arabiam. huiusmõi sane Triptolemus agit. ꝑmultã uero ad Climata: et uẽtos: doctrinã. qđ ad Geographiã attinet: ĩ locoꝝ descriptõibus Homerus ostẽdit. hec et cõpluribus in locis asserit.
Hec humilis iacet ad tenebras: multũ equora supra.
Hec secus auroram spectant. Solisq; nitorem.
Due uero illi sunt fores. quedam ad Aquilonem: quedam rursus ad Austrum: seu ad dexteram pergant ad auroram: atq; solem. seu ad leuam: uersus tenebras. Atqui harũ rerum ignorantiam omnimodam rerum omnium confusionem arbitratur.
Me latet o socii tenebre locus. aut ubi Eons:
Aut ubi sol terras subeat.

Cúq; poeta hec benedixerit: Boreas et Zephyrus q e Thracia spirāt: is male aspiciēs: criminatur eum: qui Zephyrū uniuerso tēpore: et omnino spirare e Thracia dixerit. cum is minime spirare omnino dixerit. Ceterum cum per mare Thracium: ad nigrum sinum ingruant: cum Egei pars maris existat. Conuersionem enim recipit ad Austrū Thracia: quasi promontorium sit: ubi macedonie adiungitur. et pelagus incurrens: flantes hinc Zephyros ostendit us: qui ad Thasum: et Lemnum: et Imbrum: et Samothraciam: et his uicinū mare pertinēt. Sicut et in Attica Zephyri: q a Schironis petris flant: Schirones appellantur. et potissimū Cauri. Quod Eratosthenes nequaq̄ intellexit. Tamen suspicatus est. Ipse igitur regionis conuersionē: quā dico: narrat. Quod igitur uniuersaliter spiret: is capit. Postmodum poete imperitiam criminatur: q cum Zephyrus ab occidente: et Hispania efflet: illorsum minime ptēdit Thracia. Nunquid ab occidente spirantem ignorat Zephyrum? At uero cum hunc dicat in modum proprium: eius obseruat ordinem.

Vna Eurus: Notusq; cadunt. Zephyrusq; fremiscens. Et Boreas.

An Thraciam ignorauit ultra peonios: et Thessalicos montes: non excurrētem? Sed et huius que porro ad Thraces attinet: gnarus: ac minime nuncupās: partem quidem maritimam: partemq; mediterraneā: Magnetas quosdā: et Malies. Reliquosq; deīceps grecos: dinumerat: usq; ad Thesprotas. Pariterq; etiā peonibus finitimos Dolopas: et Sellos: ad Dodonem: usq; ad Acheloum: Thraces: ultra non meminit. Ad finitimū autem: hicq; notissimum pelagus facile fertur. Sicuti quom ita commemorat.

Concita turba fuit longe uelut equoris unde: I careo in ponto.

Sunt quidam qui primarios duos esse uentos asserunt: Aquilonem scilicet: atq; Austrū. Reliquos uero modica quadam acclinatione differre. Ab ortu quidem estiuo Eurū. A Brumali subsolanum. Ab occasu uero estiuo Fauonium. A Brumali autē Caurū. Duos uero esse testari uentos: et Thrasyalcem: et poetam ipsum aiunt: quom Austro Caurum attribuit. Dicans Caurum Austro. Zephyrum: id est Fauonium Aquiloni: quom dixit: Aquilo et Fauonius: qui duo spirant e Thracia. Ceterū ex iis: quos nouimus: tātope de hisce tradidit nemo. teste Posidonio: atq; Aristoteles: Timosthenes: et Bion Astrologus. Ab estiuo ortu Ceciam. cui ab ocasu brumali ad lineam Africus opponitē. Rursus ab oriente hyberno Eurus opponitē: Contrarius Caurus ē. Medios esse Subsolanum: et Fauonium. Poeta quidē illū uiolenter spirantē inqt Fauoniū: quem nos Caurum appellamus. Africum flantem Fauoniū: qui et a nobis Fauonius siue Zephyrus. Caurum uero Austrum Leuconotum id est album Austrum. hic enī paucas creat nebulas: cum reliquus totus Auster quodammodo sit Eurus.

Dissipat ut Zephyrus nubes: grauibusq; procellis

Cauri Austri pulsant.

Nunc enim uiolenter sperantem Zephyrum dicit: qui que Leuconotos cōgregat: dissipare consueuit: cum illa debilia existant: ubi adiectiui loco Austri Cauri dixit. hec cum ab Eratosthene in primo de Geographia in initio dicantur: talem quādā habēt emendationem. Porro Homeri dictis falso deprehensis insistens: et hec ait. Nili ostia plura existentia ignorasse. eiusq; nomina. At ea nouit Hesiodus: quippe q et mētionē facit. Verum enimuero eius nomen illius etate: necdum nuncupatum fuisse credibile sit. Ostia uero tū obscura: tum modicis cognita. Quod uero nō unū: sed plura fuissēt: facile persuaderi potest. Sin autem inter res Egyptias celeberrimum: et q̄ admirabile et super omnia memoria simul: et cognitione dignissimū: flumen et fuit: et ē: pariterq; et incrementa: et eius ora: quis sibi nuntiantes nequaq̄ sciuisse suspicetur? qui flumen

simul: et agrũ Egyptiũ: et Thebas Egyptias: et Pharũ cognitũ fecerint. Cognoscẽtes uero ipsum: nequaq̃ dixisse: nisi rerum celebritate: ac nobilitate: subticuissent? Adhuc incredibilius uidetur: si de Ethiopia: de Sidoniis: de Erembis: de exteriori mari: de bipartitis Aethiopum populis: uerba faciebat: de propinquis aũt: et pspectis: tacitus erat. Qui si horum memoriam nullam egit: id haud ignorãtie propterea signum est. Et enim nec proprie mentionem patrie: nec aliorum complurium reliquit. Quin ea que ad modũ nota patent: memoratu digna non uideri: ad scientes potissimũ: diceret aliquis. Nec bene illud obiiciunt Homero: perinde: ac per ignorantiam differenti. q̃ Insulam Phariam ambitam pelago dixerit. Contra enim nihil eorum: que nuper de Egypto diximus: ignotum fuisse poete: testimonio uti possumus. Dignoscere s autẽ inde: quod arrogans est: quisquis potius eius errorem asserit. Menelaus ad Ethiopas usq; conscendens: incrementa Nili discere potuisset. Et limum: quẽ agris infert. et eũ: qui est ante Ostia transitum: quantum sane ad continentẽ accumulans adiecit. Itaq; Aegyptus uniuersa ab Herodoto: fluuii munus appellari: iure potuit. Et si non uni/uersa: ea saltem: que sub agro est inferiore: qui Delta nuncupatur. Pharum etiã p̃scis annis ambitam pelago tradidit. Ita pelago ambitã esse mentitus non est: licet pelago nunc amplius ambita nõ sit. hec qui sic instruxit: poeta fuit. quibus ex rebus: et ipm incrementa nosse simul: et Nili Ostia: coniecturis putare licet. Idem etiam delictum esset: et agrum inter Egyptium pelagus: et Arabicum sinum interiacẽtem: ignorasse. Et extremos hominum Aethiopes: bipartitos falso dici. Nã cum is hoc bene dixerit: posteriori etate uenientes reprehendere nõ recte ausi sunt. Improbe sane. Homerũ enim hos ignorasse agros: tantum a ueritate longius abest: quantum: non modo non ignorasse: sed apte patefecisse: dixerĩ. Ipsi quoq; Grãmatici: ab Aristarcho: et Crate: eius artis prĩcipibus: q̃uis eo tacẽte: sane sentiũt. Quoniã cũ uates ipse dicat: Extremi hoĩm Ethiopes bipartiti sũt: de sequẽti uersu discrepãt. Nã scribit Aristarchus q̃dẽ ita.

Solis ad occasum quidam. quidam sed adortum. Crates uero ita:

Hec sane occasum solis: hec illius ortum.

Cum nihil intersit ad utriusq; materiam: siue hoc: siue illo modo: scribatur. Ille enim Mathematicorum dicta sequutus: torridam ab Oceano detineri Zonam inquit. ad ambas autem partes huius temperatam esse: et ad nos: et ad latus alterum. Sicut igitur Ethiopes ad nos uersi illi dicũtur. qui ad orbẽ uniuersum in meridiem inclinati: alio℞ postremi: Oceanum iuxta incolunt: etiam nõnullos item trans Oceanum Ethiopes: intelligi oportere existimant: aliorũ ultimos: in altera temperata: q iuxta eundẽ hũc Oceanũ inhabitãt. Geminos aũt eẽ. Et ab Oceano biptito diuidi. Adiectũ aũt illud.

Solis ad occasum quidam: quidam sed ad ortum.

Hec sane occasum solis: hec illius ortum.

Cum Zodiacus semper supra uerticem sit: ad terrestrem Zodiacum. Hic cũ semper extra ambos obliquitate non excedat. Ethiopes: omnis solis meatus intra latitudinẽ istam necessario intelligitur. et alios alius ortus: et occasus: secundum alia: et alia signa contingere. Sic autem magis per Astronomorum sententiam loquutũ putãt. Dicere autem simplicius erat illud: saluantem bipartitos sic Ethiopes esse: sicut dictũ ẽ: q̃d ab oriẽte sole: usq; ad occasum. Ethiopes Oceanum utrobiq; inhabitãt. Quid autem ad hunc differt intellectum: Vel sic dicere: ut scribit ille: aut ut Aristarchus?

Solis ad occasum quidam: quidam sed ad ortum.

Et enim hoc est: et ad occasum: et ad ortum: ad Oceani latus utrunq; inhabitare. At Aristarchus cãm hãc abiicit. Dupliciter aũt diuisos Ethiopes existimat dici oportere:

secundum nos uidelicet: et eos qui ad meridiem positis Grecis ultimi sunt. Quos quidē non ita diuidi putat: ut due sint Ethiopie. Vna quidem ad orientem: altera uero ad occidentem. Verum unam tantū ad meridiem iacentē: Grecis. Sitā uero ad Egyptū. Hoc autem poetam ignorasse. Sicut et pleraq; alia ab Apollodoro dicta: de nauium dinumeratione: in secundo uolumine: de locis: que non erant: ementitum. Aduersus Cratem uero longiore opus est oratione: que forsā impresentiarum nihil attinet. Aristarchū in hoc approbamus: ꝙ omissa Cratis materia: que cōplures accipit instātias: de nostra Ethiopia sermonē factū esse suspicatur. Cetera considyeremus. Ante om̄ia: qđ de ipsa incassum descriptione exiliter ratiotinatur. Et enī si aliter describatur: suis aptari cogitatiōibus potest. Quid enī differt dicere: uel sic: duo quo ad nos: Ethiopes sunt. hi quidem ad ortum. Illi autē ad occasum: uel sic. Et enim ad ortus: et ad occasū. Deīde quia fallaci instat opinioni: Eia poetā ignorasse interiacentē agrū. Ethiopiā uero Egypto uicinam meminisse. quom dicit: Bipartitos Ethiopes. Quonā modo nō sic Bipartitos? Sed ignarum sic dixisse poetam. Vtrum neq; Aegyptus: nec Aegyptii ab initio Delte: usq; Syenen: a Nilo Bipartiti sunt: aliqui ad occidentem solem: aliq ad surgentem. Quid autem aliud Egyptus est: ꝗ insula fluuiatilis: quā mundat aqua? Hec autem ad utranq; fluminis partem ad ortū: et occasum iacet. Et utiq; Ethiopia recte opponitur Egypto: et ad Nilum: et ad locorum ingenium: pari mō se habens. Etenim ipsa et angusta: et oblonga est: et irrigatur. Que uero extra inundationem sunt: deserta. et aquarum expertia. et raro habitabilia. Pleraq; ad auroram. Nōnulla ad occasum uergentia. Quonam igitur modo non Bifariam diuisa est? ut qui Asiam ab Africa separant. Nilus is idoneus uisus est terminus. Cuius longitudo ad meridiē: plus ꝗ decem milia stadiorum portenditur. Latitudo uero tanta: ut insulas admittat: quas decem hominū milia incolāt. Quarū maxima est Meroe: Regia: et Metropolis Ethiopum. Hanc ipsam uero Ethiopiam bifariam diuidere: non fuit Idoneus. Attn̄ qui eos redarguūt: q adiunctas flumini terras diuidūt: uehementissimū illis peccatū obiectant: qđ Egyptum: et Ethiopiam distrahunt. Et unam quidem utriusq; earū partem Asiaticam. alteram uero Africanam: faciunt. Vel si hoc quidem nolunt: aut terras non diuidunt: aut nō cum flumine. Preterea alio pacto diuidi potest Ethiopia. Omnes enim qui per Oceanum in Africam adnauigarūt: et qui a mari rubro: et qui a Columnis herculeis usq; ad magnum progressi spatiū: inde cū multarū impedimēto molestiarum reuersi sunt. Vnde uulgo credulitatem reliquerūt: qđ que intermedia tellure disiungitur: atq; mare Atlanticum: ꝑsertim ad meridiē spectans: totū alluens: ii omnes extrema loca: ad que nauigātes aduentarūt: Ethiopica uocauerunt: et hūc in modū renuntiauere. Quidnam igitur absurdum est: si talibus auditis sermonibus adductus: Homerus: quoq; bifariam partitus est? et quosdam ad orientem: quosdam ad occidentem asseruit. Cum alii qui in medio positi sunt: prorsus ignoti fuerint: siue sint: siue non sint. Ephorus tamē aliam quidem peruetustam narrat historiam. quā et Homerum legisse: non rōe caret. Rumor est inquit apud Tartessios: ꝙ Ethiopes Africam: usq; ad occasum ingressi sint. Partimq; ibidem mansisse. Partim uero etiam maritimam magno spatio occupasse. facit aūt conie cturam: eo ꝙ Homerus dixerit: Extremos hominū Ethiopas bipartitos fuisse. Hec in Aristarchū. eiusq; sectatores: dicat aliquis. Aliaq; hisce modestiora: quibus a poeta multā auferet inscitiā. Dico enī pro priscorum opinione Grecorum: sicuti nobiliores ad Aquilonem partes: uno uocabulo Scythas: uel Nomadas appellabant: ut inquit Homerus. Posterioribus autē annis notiores: ad occasum Celte: et Hiberi: uel mixto noīe Celtiberi. et Celtoscythe:

uocabantur: cum gentes omnes sub uno uocabulo per ignorantiam instituerentur: sic et exposita in meridiem omnia Ethiopiam ad Oceanum uocari. Testimonio autem et huiusmodi sunt. Nam et Aeschylus in Promytheo soluto: sic inquit. Phoenicum solum: sacer rubri maris fluxus. Ereumq; flumen: uicinum Oceano stagnum: quod omnino Ethiopas alit. ubi spectans omnia sol: immortale corpus: et equorū laborē: per feruidas aque mollis effusiones: quieti reddit. Ad totum enim meridianum Clima hūc ad solem usum: et ad Ethiopas: eorūq; sitū Oceanus habere uidet̄. Et Euripides in Phethonte. Traditam esse Clymenen Meropi. et terre eius imperiū habere dicit. Quam primam tellurem: Sol quadrigis exoriens aurea flamma percutit. Eam uero: finitimi: facie nigri homines: id est melambroti: lucentem auroram: et solariū equorū stationes uocitant. Nunc quidem communes: et aurore: et solis ipsas equoꝝ stationes facit. Deinceps in sequentibus uicinas Meropis habitaculo dicit esse. Et in toto ipsius Tragoedie ope hoc ipsum applicat. Quippe cū nō adiacētis Egypto Ethiopie ꝓpꝛū sit: sed maritime magis: que meridianū Clima totum attingit. Ephorus etiā antiquā de Ethiopia manifestat opinionem: sicut ait in libro de Europa. Et celestiū ac terrestrium locorum: qui quattuor in partes diuisi sunt. Eam que Subsolanū spectat: Indos habitare. Ad Austrum uero Ethiopas. Ad occidentem Gallos: ad Aquilonem Scythas. Addit etiam: ꝙ Ethiopia: q̄ Scythia maior est. Ait enim Ethiopū nationē ab ortu brumali usq; ad occasus extendi. Scythia uero huic e regiōe opponit̄. Poetā autē hisce cōcordare ut hinc constat: ꝙ Ithaca ad tenebram id est ad Arcton iacet.

Heq; sub aurore lucem: Solem ue seorsum.

Sic uniuersum Australe latus apppellans. Itē cū dicit.

Dextera siue adeant Auroram: et lumina solis.

Siue petāt leuā: tenebrasq; sub aeris illi. Et rursus.

Me latet o Sotii tenebre locus. aut ubi Eons.

Aut ubi sol terras subeat mortalia lustrans.

Aut ubi conscendat.

De quibus in sermōe de Ithaca manifestius disseritur. quom itē inquit.

Iupiter Oceanum atq; epulas pietate proborum Ethiopū: hesternus petiit.

Communius dicendū est: Oceanū et ad uniuersum meridianū Clima: et ad Ethiopas instituit. Cuicunq; enim huius Climatis loco: mentem apponas: ad Oceanum existes: & Ethiopam. Sic et illud inquit.

Aethiopum ex oris redit Neptunnus. et illum.

Montibus e Solymis longe prospexit.

Tantundem dicens a meridianis locis. Ut si Solymos dicat: non quidē Pisidiā habitantes: sed ut ante dixi: finxisse quosdam nominis eiusdem: qui consimili ratione sese ad eum in rate nauigantem haberent. Et meridianos illos: sicut Aethiopas: quemadmodum Pisidici: & supra Pontum: et supra eos Aethiopas qui Egypto adiacent. Sic et gruum mentionem communem faciens: ait.

Postq̄ hyemem fugitant: nimii quoq; frigoris hymbrem:

Oceani aduolitant refluos clangoribus estus.

Cedem Pygmeis populis: clademq; ferentes.

Non enim per Grecie quidē loca grus: ad meridiem delata spectatur. In Italia uero: et Hispania: nullo mō: uel Caspia: uel Bactriana. Ad meridianā igit̄ oram maritimā cunctā extendente se Oceano: ab uniuersa fugitantes hyemem: et traditos in fabulis Pygmeos: admittere oportet. Quod si posterioris etatis homines Ethiopas. ad eos qui

iuxta Egyptum habitant: solos traduxerunt. Sic etiam Pygmeorum sermones nihil ad antiqua pertinent. Et enim Argiuos: et Acheos non cunctos dicimus: q aduersus Ilium expeditionem suscepere. Homerus autem omes appellat. Simile et qđ loquor est: de bipartitis Ethiopibus. Omes accipiendi sunt: q ad Oceani oras excẽti incolũt: ab oriente: usq; ad occidentem solem. Nã qui sic appellantur Ethiopes: bipartiti na/turaliter sũt sinu Arabico: sicut ĩstar flumĩs: meridiani circuli ptitiõe nõ cõtemnẽda: longitudine ferme stadiorum supra quindecim milia. Latitudine non multo maiore: q̃ mille: ubi maxĩa est. Insup et longitudini illud adest: istius sinus secessũ a Pelusiaco mari: tribus uel q̃ttuor diebus distare: ꝙ terra ipsa interiacens id est Isthmos: cõtinet. Sicut igitur qui eruditiores Asiam ab Africa diuidunt: hunc esse natura commodiorẽ arbitrantur terminum: utriusq; terre sinum: siue Nilum. Illum nanq; omniformiter fere a mari: ad mare peruenire. Nilum autem: multipliciter ab Oceano distare: ita ut minime Asiam omnẽ ab Africa diuidat. Hunc in modum: et ego poetam ipsum puto omnis meridianas partes: hoc ipso sinu: per totum terrarũ orbẽ biptire iure cogitasse. Quonam enim modo terram ipsam intermediam: id est Isthmon ignoraret? quam ad Egyptiũ pelagus ipse facit. Et enĩ penitus absurdũ est: si Egyptias Thebas plane nouit: que a nostro mari paulominus stadiis quinq; milibus distant: recessum autem sinus Arabici minime nouerit: nec mediam ipsius latitudinis tellurem: que non plus q̃ mille stadiorum latitudinem habet. Multo autem absurdius uideretur: si ab eodem cognitq Nilo: qui tante regionis idem assequutus est nomen: eius quidem causã non inspiciebat. Precipue uero illud ab Herodoto dictum incidit. Cur regio donum erat fluminis. et ob eam causam merito idem assequebat nomẽ. Alioquin ex iis: que apud omnes gentes propria habentur: ea notissima sunt: que admirationem quãdã habẽt: et in aperto cunctis extant. Tale et Nili incrementũ ẽ. et exaggeratio pelagi. Sicut et ad Egyptum delati: nihil prius de regione ipsa perscrutãtur: q̃ Nili naturam. Cũ indigene nihil hisce maioris nouitatis ad hospites narrandum habeant. Nec ullas rerũ suarum illustriores. Nam scrutanti de flumine manifesta fit regio: qualis tota sit. Ita et qui longe audiunt: nihil antiquius habent: q̃ ut hoc ipsum inqrant. ad hoc et illud adiicitur: quanto et ipse poeta discendi studio: et peregrinandi cupiditate teneretur. Quarum rerum testimonio sunt: tum uite sue scriptores: tum exempla plurima suis de poematibus desumpta. Hic igitur ex multis potissimum arguitur: et cõprobatur: cum dicenda eloquenter exponat. Et admodum uulgata silentio ptereat: ut p Epi/theta: id est adiectura dicat. Egyptios autem et Syros: ad quos noster nũc sermo ẽ: mirari oportet: ꝙ eo differente: ne sue quidem gentis: et agri res intelligãt. Sed et in/scitiam hominis incusent: cui obnoxios illos esse: ratio ipsa demõstrat. Simpliciter aũt non iccirco ignorantie signum est: q̃ non eloquatur aliqs. Nec enĩ Euripi mutatões: nec Termopylas: nec alia complura inter Grecos celeberrima commemorat. haud tñ ignorasse dixeris. Quod iis minime uidetur: qui spõte sua surdas occludant aures. Qui quidẽ uehementer accusandi uenĩũt. Poeta sane prapida et incita flumina nũcupat: non torrentes solum: uerum omnia communiter: quoniam hymbribus aque pluuie omnia complentur. at quod commune est: excellentioribus peculiare fit. Aliter enim torrentem: aliter perpetuum fluentum a Ioue incitatum audires. hic nãq; aliquo mõ conduplicatur excessus. Et sicut nõ nulli super excessibus: excessus sunt: ut illud. Le/uiorem subere: umbram. Et illud: formidolosiorem lepore: Phrygem. Et illud: Ager minorem tellurem habet: q̃ epistola laconica: Sic excessus: super excessum concurrit: cur incitus a Ioue Nilus dicitur. nam rapiditas torrentis cetera superat flumina: usq;

adeo incitus precipitatur. At Nilus ipse etiã torrẽtes excellit in tantã uim magnitudĩs: temporisq; repletus. Itaq; quando ipsi poete cognitus illius erat euentus: ut fabulati sumus: etiã de illo tale usurpauit adiectiuũ. Quod nec alio: q̃ diximus: pacto accipiendum est. Pluribus autem erumpere Ostiis: quia etiam commune pluriũ ẽ: ꝓpterea mentione dignũ nequaq̃ suspicatus est. Et eo magis qa ad scientes loquebatur. Sicut et Alceus sese in Egyptum peruenisse professus. Exaggerationes autem: et incremẽta: et ex iis facile possunt intelligi: que de Pharo tradidit. Is enim de Pharo sua tẽpora posteritati commendans: magis q̃ fama communis dixit. Quippe quod a continenti tantum abesset: quantum per diem nauis cursus est: haud sane falso uulgatum erat: incrementa: et exaggeratiões tales excitisse. Cõmuniter illum audisse crediderim. Ex quibus poeta in unum conferens. Insulã plus a terra continenti distetisse: quom Menelaus aderat: q̃ tunc suo tempore: fabulamenti gratia: longe maius adiecit ĩteruallũ. Fabulose uero fictiones: non ignorantie causa fiunt. Signa enim profecto sũt. neq; de Proteo scripta: siue Pygmeis. neq; ipse ueneficiorum potestates. neq; siquid huius generis tale fingitur a poetis. Haud enim per locorum ignorantiam: sed per oblectamenta: et leticiam: dicuntur. Quonã igit᷑ pacto aquarũ expertem: aq̃s habere dicit?

Commodus est portus. bene structas unde carinas

Post haustas lymphas ponto induxere natantes.

Sed neq; scaturiginem defecisse: impossibile. Neq; aquationem ex Insula fuisse: inqt: sed adductionem solam: propter portus ipsius uirtutem. Aquã uero ex ulteriore cõtinente haurire. facultas erat. profitente quodammodo per insinuationem poeta: qđ non ad ueritatem: sed ad excessum: figmentumq; poeticum: pelago dixit ambitam. Quandoquidem de Menelai errore dicta: locorum illorum ignorantie adiumentũ uidentur afferre. Forte satius est. ut in uersibus quesita exponentes: hec ipsa precidamus. et de Poeta clariorem suscipiamus defensionẽ. Telemachũ regiorũ tectorum ornamenta mirantem: sic Menelaus alloquitur.

Multa quidem passus: multisq; erroribus actus:
Nauibus octauo ueni peruectus in anno:
Cyprum: et Phoenicem: Egyptia pulsus ad arua:
Ethiopasq; uagans: et Sidonios: et Erembos
Et Lybien adii.

Querunt autem: quosnam ad Ethiopas nauigans ab Egypto profectus fuerit. qm̃ maria nostra nulli Ethiopes incolunt. Neq; per descensus Nili precipuos: id est Cataractas: ullus ẽ nauibus transitus. Et qui Sidonii sint. non enim illi sunt: q in Phenice habitant. Cum enim genus ante posuisset: speciem nequaq̃ addidisset. Quiq; Erembi: nouum nanq; est uocabulum. Aristonicus quidem etate nostra Grammaticus: ĩ libris: quos de Menelai errore edidit: complurium uirorum sententias circa omnia ibidem occurrentia capita: conscripsit.. Sat erit nobis: si longiora pcidẽtes: eos tm̃ differemus ex iis: q eius nauigationẽ ad Ethiopiã narrant. Nõ nulli circũductũ p Gades cursũ tenuisse: ad Indicã usq; regionẽ inducunt. Simul errori et tẽpus accõmodãt: cũ dicit:

Nauibus octauo ueni peruectus in anno.

Quidam per Isthmum: id est per intermediam terram: et sinũ Arabicum. Alii p fossaꝝ aliquam. Circumductus autem cursus minime est necessarius: quẽ Crates introducit sic: impossibilem esse. Et enim Vlyxis error impossibilis. Ceteꝝ ad materiã Mathematicã minime utilis: neq; ad erroris tẽpus. Inuite nanq; more: et nauigatiõis incõmoditates: eum detinuerunt: cum dicat: quod e nauibus sexaginta: quinq; relique superfuerãt.

et quidem spontanee colligende pecunie gratia. loquitur enim Nestor.
Ille ubi ꝑ multū cogens censum: haud minus auri:
Nauibus errabat Phoenicem inde Cyprumq̄:
Aegyptumq̄ uagans.
Ipsa quidem nauigatio per Isthmum: id est terram intermediam: aut per fossas facta: enarrata quidem: in fabule formam audienda erat. Nō enarrata autem: supuacue: et incredibiliter introduceretur utiq̄. Incredibiliter inquam: ꝙ ante Troiana tēpora ne una quidem fossa erat. Qui autem facere conatus est. Sesostrin fuisse aiunt. Ceteꝝ idcirco destitisse: qđ maris summitatem sublimiorem esse deprehenderat. Terra etiam ipsa intermedia haud ullo nauigari pacto poterat. Eratosthenes haud rectam in eo facit coniecturam: qđ ad Columnas ut iretur: nondum fracta tellus erat: ut huic in/teriori cōtinuaretur exterius pelagus. ne: cū sublimius esset: terrā operiret ītermediā. Diruptione uero facta: humilius esse deprehensum et Casii: et Pelusii agrū: ad Rubrū usq̄ mare detexisse. Quā igitur de eruptione ista habemus histroriā: qđ ān Troiana tempora nō extitisset? Fortassis pariter Vlyxem hac in Oceanū enauigasse fecit: di/ruptione iam peracta. Pariter autem Menelaum ad mare rubrum ab Egypto classe transisse. diruptione necdum facta. Sed enim et Proteum sic illi dicentē introduxit.
Te uero Helysium ad campum: uel ad ultima terre
Celestes mittent.
Quenam igitur: et qđ occidentalē hūc extremū locū dicit:
Adiunctus Zephyrus declarat. et ultima terre.
Ast late Zephyri stridentia flamina: semper
Oceanus fundit.
Hec ambigui plena sermonis: et et enigmatis. Si igitur medium hunc agrum poeta: et confluum: quandoq̄ extitisse tradidisset: quanto maiorem ad id fidem haberemus: bipartitos Ethiopas fuisse: tāti maris interiectiōe disiūctos? Que pecuniaꝝ collectio: et questus: ab exterioribus: et Oceanum colentibus Ethiopibns. Atqui Telemachus regalium ornamentorum: magnitudinem admiratur.
Electri: atq̄ auri: argenti simul: atq̄ Elephanti.
Verum nulla horum: preter ꝗ Elephanti facultas illis adest. Plurimi enī et impͥmis Nomades pastores rerū omnium mediussidius mendicissimi sunt. Adiacet Arabia usq̄ ad Indiā. Ex iis sola ex omnibus altera felix uocatur. Alteram etsi talē nō nomināt putant tamen: et felicissimā esse scribunt. Indicam quidem ignorauit Homerus. Quā si nouisset profecto et meminisset. Arabia que hac tempestate felix appellatur: illis temporibus minime locuples erat. Quin et ipā admodū erat egena. Cuius ciuitas fuit: hominum in tentoriis degentium. Scenitorū scilicet. Pars ipsius rara ferens aromata. Vnde regio uocabulum consequuta est. Quia taliū penes nos rerū pondus: et rarū: et preciosum est. Hac quidē etate ubertatē hn̄t. et ditescunt: cum frequens: et copiosa mercatura facta sit. Tūc autem minime credibile. Ipsorum gratia aromatū: et odo/ramentorum: negotiatori pariter: et Camelario talium rerū facilis copia ē. Menelao uero principalibus spoliis simul: et Regum muneribus opus erat: qui et haberēt: quod erogarent: et libenter cuperent: propter uiri claritatem: et gloriam. Igitur Egyptii: Ethiopesq̄ propinqui: et Arabes: nec omnino inopes erant. Nec Atridaꝝ fama illoꝝ aures effugerat. Presertim ob res in bello Troiano magnifice gestas. Vt capessende ab illis utilitatis spes oriretur. Sicuti de Agamemnonis Thorace fertur.
Quem signum hospitii Cinyres donauerit olim

Maxima Cypriacas uolitarat gloria in oras.
Maius nanq; erroris spatium in Phenice: Syria. Egypto: et Africa: fuisse dicendum est: et Cypri locis: et summatim per maritimam nostram: et Insulas. Et enim eum ab his munera comparasse: et ab inuitis discursādo predas uendicasse. Potissimū ab his: q Troiani belli socii fuerunt: hinc factum est. Qui uero exterius: et longinqui fuerāt Barbari: nullam eius generis spem ostentabant. Menelaus igitur in Ethiopiā uenisse dicit. Non quod adusq; terminos Egypti uenerit. Forsan enī propinquiores Thebis erant ea tempestate termini. Ceteꝝ: et qui nunc ad Syenen: et Philas ptinēt termini: propinq sunt. Quorū illa quidē ad Egyptū est: Phile uero Ethiopū: et Egyptiorū commune domicilium est. Eum igitur ad Thebas profectū licet: uel ad usq; terminos uel ultra Ethiopas: et eo amplius: qđ Regali fretus esset hospitio: haud ullū incon/ ueniens. Sic et Vlyxes se ad Cyclopum terram peruenisse inquit: e mari ad speluncā usq; profectus. Et enim uspiam in extremo consistere: ait: et in Eoliam quidem: et ad Lestrygonas: et aliorsum: ubicunq; stetit in anchoris: eo permeasse differit. Eodē mō Menelaus in Ethiopiam: sic etiam in Africam: q alicubi ad ea loca applicuit. Ex quo et Ardanie portus supra Paretonium: Menelaus uocatur. Quod si Phoenices et Si/ donios interloquendum: idem eorum Metropolin nominat: consueta utitur figura.
Sicut: Troas adit: simul Hectora naui. et illud.
Magnanimi nec erat proles tunc Oeneo sulla.
Is nec erat. Meleager obit sub funere flauus. et illud.
Idam adeunt: et Gargaron. Et illud.
Euboeamq; tenent cum Chalcide. Eretriamq;
Et sapphon.
Seu te Cyprus habet. Seu te Paphus. atq; Panormus.
Et preterea loci alii superant. Atq et cū iā Phoenicis meminisset: proprie et Sidonē connumerasset. Denuo inquit: qđ non nulli inquirunt: ad connumerandas. n. ordīe gentes: satis erat hunc in modum dixisse.
Cyprum: et Phenicem: Egyptia littora oberrans.
Aethiopasq; adii.
Vt autem et Sidonios peragasse: et eam amplius peregrinationem exprimat: eorum felicitatē laudibus manifestat: siue repeteret: siue assumeret: ex artis bonitate: se bene habere. Et Helenam cum Alexandro hospitaliter acceptam: ab eius loci hominibus. Quocirca et Alexandro multa eius generis adsistere: dicit.
Vestis erat uaria: quam perfecere marite.
Sidonie. Sidone uehit quas nauibus ipse
Pulcher Alexander.
Viam quoq; per quam subuexit Helenam: et apud Menelaū exponit. Telemachū enim alloquens ait.
Extructum cratera dabo: est argenteus omnis.
Labra micant auro perfecta: est Mulciber autor.
Sidonius tribuit Rex nunc clarissimos heros.
Illuc me placida protexerat ede reuersum.
Ad excellētiam dictum accipere oportet. Est Mulciber autor. Sicut etiam pulchra opera Minerue dictitātur: et Gratiarum. et Musarum: cum quod homines ipsi or/ natissimis artibus celebrati essent: Homerus craterē laudibus extollens: ostendat. Quē Euneus pro Lycaone tradiderat. ait enim.

Ipse decor reliquos toto uincebat in orbe.
Sidonii ingenuis uariis atq; arte crearunt.
Attulerantq; uiri Phoenices.
Multus etiam de Erembis factus est sermo. Longe uerisimilius dixere: qui eos Arabes esse putant. Noster autem Zeno: hoc modo scribit.
Aethiopesq; adii: cum Sidonus: Arabasq;.
Scripta quidem: cũ puetusta sint: mouenda nõ sunt. Satius est uocabuli mutationẽ accusare: que pmulta: et cunctis ingentibus uulgata existit. Quippe nõ nulli uariatis litteris ipsum fecere nomen. Optime et in hoc loco dixisse uisus est Posidonius: qui ab gentium cognatione: et communione ueram nominis rationẽ: id est Etymologiã explicat. Nam Armeniorum: Syrorum: et Arabum natio magnã pre se fert generis coniunctionem: seu linguam: seu uiuendi ritus: siue corporis lineamenta consyderes: cũ maxime finitimi sint. Indicio est Mesopotamia ex hisce tribus cõstituta gẽtibus. Precipue ex iis similitudo manifesta est: ꝙ siqua sane fit trans climata differentia: ea utplurimum fit inter septentrionales: et meridionales populos: et cum iis: inter illos precipue qui regionis incolunt terminos medios. Sed qđ cõmune est: obtinet. Assyrii quidem: et Arimanii: et Armenii quodammodo pariter se habent: et ad hos: et ad se inuicem. Harum uero gentium appellationes inter se q̄similes esse retur. Ipsi.n. Syri: quos Syros nos ipsi uocamus: Armenios: et Arammeos uocãt. huic aũt uideri: et Ar/menios: et Arabas: et Erẽbos: Grecis fortasse ipsis hoc mõ Arabas uocantibus. Simul et ad id uera uocabuli significatione: id est Etymologia adiuuante. Quia.n. terram subeãt: id est antra: multi Troglodytas: q̄si antricolas: quos suscipiẽtes posteri: uulgo per nominis Etymologiam apertius Troglodytas dixere. Hi ex Arabibus sunt. qui ad alteram sinus Arabici partem uergunt: ad Egyptum: et Ethiopiam. horũ meminisse poetam: et ad eos Menelai profectionem dixisse: credibile est: et eo ad Ethiopiã: quẽ dixi modo. Et enim hi quoq; Thebaidi propinqui sunt: similiter non operandi: aut lucrandi gratia nominati: haud.n. hoc multũ esset: uerũ pegrinationis longinqtate: et celebritate. Celeberrimum est nanq; tam remota peragrasse loca. Tale et illud est.
Hic hominum multas urbis et pectora nouit.
Plurima perpessus. multisq; erroribus actus.
Hesiodus in catalogo inquit: Arabi puellã: quã hermaon genuit: et Beli solio digna puella Regis: ut ait Stesichorus. Credẽdum igitur est: qđ ab isto Arabia iam tum nõ/minabatur. Heroum uero annis nondum fortasse. Qui aũt Erembos fingunt: ꝓpũ unum Aethiopie genus: et aliud Cephenorum: et tertiũ Pygmeoꝝ: et alia innume/rabilia: minus credulitatis consequerẽtur: cum preter hoc: qđ haud fide digna ꝓferãt: quandam poetice et historice figure: confusionem demonstrant. Similesq; illis sunt: q Sidonios in mari Persico: aut alibi ad Oceanum ferant. et Menelai errorẽ: et Phe/nicis extra Oceanum ponentes. Huius autem incredulitatis causa est: non minima: ꝙ sibi ipsis dicendo inuicem aduersantur. Quidam enim Phenicas: et Sidonios: q nobis propinqores sunt: ex Oceano in colonias deductos esse tradunt. Et qa a mari rubro sunt: Phoenices: id est rubros uocatos fuisse adiiciũt. Non nulli illos ab istis esse dicũt. Sunt etiam qui Ethiopiam in nostram Phoenicem traducãt. Et res de Andromeda gestas in Iope contigisse aiunt. Non quidem per locorum aut rerum: que dicuntur: ignorantiã. Sed fabule potius figura. Sicut penes Hesiodum: atq; alios: que profert Apollodorus nesciens profecto: quẽ in modum ista Homeri rebus apponit. Res enim Homeri ad Pontũ et Egyptũ apponit: inscitiã causatus: qđ cũ existẽtia cõmeõrare

uelit: non tamen existentia commemoraret. Sed non existentia: uelut existentia: p ignorantiam. Hesiodũ nemo utiq; inscitie criminaretur: q semicanes: et lõga ferentes capita: dicit. et Pygmeos. Hec enim haud Homeri sunt: fabulosa fingentis. Quorũ e numero et isti existunt Pygmei. Neq; Alcmanis: qui digitos interiectos alios: pedũ digitis scribit. Nec Eschyli: qui canino capite: et oculatis pectoribus. et monoculos. Quibus in rebus: nec ipsis qui pedestri sermone historie formam conscribunt: mẽtem in multis adhibebimus: nisi fabulamenta sese conscribere profiteantur. Nanq; initio statim clarum est: eos fabulas sponte sua contexere. non per rerum ignorantiam. sed impossibiliũ figmento: admirationis et uoluptatis gratia. At per ignorantiã putanẽ: quom maxime: et credibiliter talia: de occultis: et ignoratis: p fabulamẽta cõscribũt. Ceterum Theopompus interdicendum sese fabulas in historiis narraturũ confitetur. Melius: q̃ Herodotus: et Ctesias: et Hellanicus: et ceteri: q res Indie litteris ꝓdiderũt. Verum de obtingentibus Oceano: in fabule modum commemoratum est. Nam de illo coniectura poete facienda est. Ab aquarum enim siccitatibus: et alluuionibus de Charybdi: fabulas ipse confecit. Cum tamen illa penitus Homeri fabulatio nequaq̃ existat. Sed ex iis: que de freto Siculo ab historia tradũtur: ante comparata. Nam cum bis fiat die noctuq; recursus: si ter ille sic dixerit:

Terq; die reuomit: ter sorbet inde refluxus.

Haud per historiarum ignorantiam hoc fieri suspicandum est: sed per miseria: ac terrorem: quem interloquendum Circe permultum adiecit. auertendi gratia: u• ipsis in uersibus mendacium misceret: quom ea dixit hunc in modum:

Terq; die reuomit: ter sorbet deinde refluxus.
Terrificum est. ibi ne fueris sorbente Charybdi.
Te neq; ab hac peste seruauerit Ennosigeus.

Atq eam in sorbitionem incidit Vlyxes: nec tamen ut inquit ipsemet: extinctus est.

Illa quidem salsos sorbebat ab equore fluctus
Ast ego tollebar caprifici in uertice summe.
Cui steteram fixus ceu uespertilio.

Tolerans inde naufragia: et ab eis rursus interceptus: saluus euasit. Vnde Circe mẽtita est. et sicut hoc: sic et illud. Terq; die reuomit: pro: Bisq; die reuomit: cum huiusmodi superlatio ab omnibus usurpetur. Vnde ter beatos: et ter infelices dictitant: et poeta ipse. Ter beati Danai. et ter benigna: ter exorabilis. Et terq; quaterq; beati. Forte aliquis ex loco signum faceret: ꝙ aliquo mõ ueritatẽ sub uelamĩe dicat. Ad id enĩ: qd̃ bis in utroq; diei ac noctis tpe fiat refluxus: magis cõuenit: q̃ ad id: qd̃ tanto tpe ter demersa maneãt naufragia. Tarde uero reiici: cũ optaret: et assidue ramis detineretẽ:

Continue specto reuomit dum ex equore retro
Carbasa: uel proram: sed spes tardissima uenit:
Quando e consilio: uir cene ad fercula surgit:
Atq; fori lites diiudicat ordine multas:

Tempore in hoc: resonans mihi pandit dona Charybdis. Cuncta hec: notabilis cuiusdam temporis indicium exhibent. Presertĩ: cum uesperam intendisse: ne cõmuniter quidem inquit. Quando Iudex exurgit. Sed quãdo lites multas diiudicat. ut ita uel longiorem quandã moram protrahat. Alioquin haud credibilẽ naufragio liberationẽ subiecissẽt: si prius q̃ extraheretẽ: confestim multo retro refluxus ipse recideret. Reprehendit autem Apollodorus Callimachum: assentiens Eratostheni: quoniam: licet eẽt grammaticus: ultra Homericam materiam: et exteriorem per Oceani locos cursum:

circa quem errorem asserit: Caunum nominat: et Corcyram. Quod si nullibi quidem error extitit: quin totum Homeri figmentũ est: recte fit increpatio. Sin aũt extitit: uerum alia circum loca: confestim illa dicenda sunt. et illius corrigenda ẽ ignorantia. Totum autem esse figmentum: nequaq̃ uerisimile dicitur: quemadmodũ ostẽdimus. Nec aliorum locorũ: pro ut maior demonstratoꝝ est fides. Et a criminatiõe liberari Callimachus posset. Nec enim probe Scepsius Demetrius: q quorundã Apollodoro delictorum causa extitit: aduersus Cyzicenum Neanthem ambitiose contradicens. Neanthes enim dixerat: qd̓ Argonaute ad Phasin nauigantes: Homeri et ceteroꝝ dictis super nauigatione concordans. Idee matris sacra: apud Cyzicum collocarant: in ea regione principẽ. Nequaq̃ uero exploratam Iasonis peregrinationẽ ad Phasin Homerum habuisse: hoc non modo cantatis ab Homero: sed etiam sui ipsius dictis repugnat. Homerus enim Achillem: et Lesbum: et alia loca populatum a Lemno: ceterisq; propinquis Insulis sese cõtinuisse: dicit: ꝓpter Iasonis: eiusq; filii Eunei cog/nationem: ea tempestate Insule imperium obtinẽtis. Quonam igitur pacto id poeta quidem sciuit: quod uel genere: uel gente: uel uicinitate: uel quouis modo necessarii fuerant: et Achilles: et Iason: et non aliunde sane: nisi ꝙ ambos Thessalos fuisse con/tigerat. Hunc quidem ex Iolco: Achillẽ uero e Pythia: Achiua. Id autẽ ignorabat: unde euenisset Iasoni Thessalo: et Iolcio existenti: qd̓ is sibi in natali solo successorẽ et heredem neminem reliquisset. Filium uero in Lemni dicione: constituisset. Peliãq; et Pelie filias: et earum prestantissimam: eiusq; filium nouerat Eumelum:

Quem parit Admeto matrona Alcestis honora.

Que Pelie natas forma superauerat omnis.

At Iasonis casus: et Argo: et Argonautas uulgo manifestos: ne audierat quidẽ. Eete uero nauigationem per Oceanum fingebat: nullum ab historia captans exordium. Nam ꝙ nauigatio ad Phasin primum: ut omnes asserunt: fidem habet: mittẽte Pelia: et reditus ipse. et internauigandum: ꝙ insulas occuparit. et qd̓ sicut Vlyxi: ac Me/nelao: amplius medius fidius factus est error: hac etiam mõstratur: et creditur etate. et ex Homeri carmine. Etenim Eea circa Phasin urbs ostendit̃. et regiõis Colchidis imperium Eeta tenuisse creditur. Et Indigenis hoc ipsum gentile nomen illic est. Et Medeã ueneficã extitisse: memorie traditur. Et regionis eius opes: ex auri: et argẽti: et ferri metallis: iustã quandam in ea loca expeditionis suballegãt occasionem. Quo Phrixum antea: per mare transmisisse ferunt: et amboꝝ militie monumenta extant: Phrixium enim in Colchidis: et Hiberie confinibus est. et Iasonia multis in locis: et Armenie: et Medie finitimis ostentantur. Atqui et circa Sinopen: eiusq; maritimam oram: et Propontidem: et Hellespontum: usq; Lemnum: complura rerũ. ab Iasone ac Phrixo ea in militia gestarum: feruntur indicia. Colchorumq; Iasonẽ insectãtiũ usq; in Cretam: et Italiam: et Adriam. Quoꝝ non nulla quoq; designat Callimachus. Tunc quidem Egleten linquens: et Anaphen: uicinas Lacedemonie There: incboat: et ab Aeeta Cytheo rursus ad antiquã semidei Hermionẽ nauigauit. Tũ de Colchis ait. Hi in traiectu Illyrico amissis remigus: apud flaue Armonie anguem oppidũ cõ/diderunt. Quod quidem: cum e profugis quidam Greos asseruisset. At eorum lingua Polas nominauit. Quidam maximam Istri partẽ Iasonem annauigasse cõmeõrant. Aliqui autem usq; ad sinum Adriaticum. Quidam sane per locorum inscitiam. Alii per fluuiũ Istrũ dicũt. q ab magno incboans Istro effundit̃ in Adriam. Hec ꝓbabiliter: ac non incredibiliter: dicta sunt. Poeta igitur tales nactus occasiões: quedã historicis conuenientia: minimeq; discrepantia: dicit. In his etiam seruato more suo: et cõmuni:

fabulas immiscet. Minime aūt discrepat: quum Eetā nominatim explicat. Et Iasonē et Argo dicit: et preter Eean effingit. et Euneum in Lemno constituit. Et Achilli dilectam facit insulam. Et preter Medeam: Circen ueneficā perniciosi Eete sororē facit. Adiicit uero fabulose extra per Oceanū occurrentes errores: ea in nauigatiōe: cum suppositis istis: illud apte dicat. Cure existens omnibus Argo. Períde ac cognitis in locis: ac populosis nauigatione futura. Quod si quemadmodum Scepsius inquit: Mimnermum testem accipiens domicilium Eete in Oceanum ad orientem faceret: Exterius Iasonem missum a Pelia esse: et pellem reportasse: nulla ratione credibiliter ea ad pellem transmissio diceretur: ad ignotos: obscurosq; locos. Nec ipsa nauigatio p deserta: et inculta peregrinans usq; adeo gloriosa: et omnibus curiosa fuisset.

Nec uero ad pellem: quo tempore scandit Iason:
Mestum de terris ipse profectus iter:
Tristia crudeli pelie certamina patrans
Oceani refluas tum petisset aquas: et illud:
Tunc radiis alte sol splendidus actus in urbem:
Eete auratis emicat in thalamis:
Littore ab Oceani diuus ueniebat Iason.

Neq; pbe illud Eratosthenes: qđ de hominibus nulla dignis meōria: amplius mētionē facit. Quorum nonnulla redarguit. Non nulla credit. et testes illos usurpat. Sicut Damasten: et alios generis eiusdem. Quoniā etsi quid ueri pdicant: nō in eo testibus illis uti oportet. Nec ob eam causam fides est eis habēda. At dignis et grauibus tm̄mō uiris sic utendum est: quiquidem permulta bene disseruerunt. Multa uero omisere: uel non satis plene explicuere. Nec uero falso teste utitur damaste. nec quicq̄ differt: ac si testem uocaret Bergeum: uel Messenium Euemerum: et reliquos quos ille noīnat: eorum ambages accusans. Ipse horum unum deleramentū commemorat. qđ Arabicū sinum lacum esse censent. Diotimen quoq; Stronibichi filium: legatiōes Athenīēsiū enarrantem: e Cilicia per Cydnū in Choaspen flumen adnauigasse: qui preter Susa defluit. Et quadragesimo demum die ad Susa peruenisse. Hec sibi narrasse Diotimē. Inde miratur si possibile fuit. Cydnum interciso Euphrate: atq; Tigri in Choaspen irrumpere. Aliquis non modo hoc annotauerit: sed et alia: quod de locis sua nondum etate cognita: singula exquisita digeste esse dicat. Iubensq;: ne leuiter qbuscunq; fidē adhibeamus: et causas pluribus reddens: propter quas: haud ita nobis fides prestanda quibus uis sit. Sicuti de Ponto: et de Adria: ipse tamen nescioquibus credidit. Igitur Issicum sinum longe magis ad orientem expositum: q̄ mare nostrum: putauit. Signū cum orienti uicinior tribus ferme stadiorum milibus sit: q̄ Dioscuriade: que in secessu Ponti est. Et secundum ipsum: ex stadiorum mensura: quam de Adria dicit: et septentrionalia et alia nominatim loca extrema exponens: a nulla temperat fabulatōe: fidem quoq; preterea habuit de exterioribus columnis herculis: pluribus fabulamētis: et Insulam Cernen: et alia nominās loca: que hisce temporibus nus q̄ mostrantur. de quibus memoriā postea faciemus. Uetustissimos inquit aut Piraticā: aut mercaturam exercentes: eo nauigasse: non in pelagus quidem egressos: sed Iasonis mō pter littora permeasse. Quem quidem in Mediam usq;: et Armeniam: et Colchos: nauibus omissis: bellum intulisse. Postremo dictitat ātiquis temporibus neminem: aut mare Euxinū: aut preter Libyam: Ciriam: Ciliciā: nauigiis adire ausum. Quod si antiquos eos dicit: qui nostram ante fuere meōriam: de illis: seu nauigarint: seu nō: nulla mihi sane cura est. Si in eos inquit: qui memorie pduntur: nullus eloq sane torpesceret: aut uereret:

qđ ueteres et maritima: et terrestria longinquius emensi fuerint itinera: q̄posteriores uideātur: si aīmos ad ea: que de illis posteritati scriptis cōmendata sunt: adhibuerimus. Sicuti liber pater: Hercules: et Iason ipse quidem. Illi etiam de quibus poeta cecinit. Vlyxes: Menelaus: Theseus: Perithous: qui longinquas subiere militias: ut fama fert: ut immortalia de se monumenta relinquerent: ut etiam ad inferos usq; penetrarent. Castorem et Pollucem maris curam suscepisse. et nauigantiū saluti preesse. Minoem maris Imperium tenuisse. Phenicum item nauigationem: qui etiam extra columnas herculeas egressi fuere. et ibi urbes condidere. et ad mediterranea Africe: oramq; maritimam: paulo post Troiana tēpora. Eneam: et Anthenorē: et Enetos: et simpliciter omnes: qui e Troiano bello in uniuersum terrarum orbem pererrarunt: dignum est: nequaq̄ inter uetustos homines recenseri. Cum autem Greci similiter et Barbari ob lōgiora militie tēpora: domestica bona: et facultates bello partas amisissent. obuenit utrisq; ut euerso Ilio: uictores per egestatem ad latrocinandū uerterentur. Et uicti bello supstites: multo magis: a qbus et oppida plurima cōdita: per omnia littora extra Greciam feruntur. Et ad nō nullos mediterranee locos. Ipse aūt eloquutus: quousq; habitabilis ad cognitionem post Alexandrum: et eius etatem perlata sit: ad faciendū iam de forma sermonem transiit: non tantum de ipsa dico habitabili: quod quidem de illa sermoni proprium magis eēt: sed uniuersa de terra. Huius autem facienda quoq; est memoria. Modo ne preter ordinem. Profatus itaq;: q̄ tota rotunda existat: non quidem ut tornatilis: cum ineq̄litates quasdam habeat: inducit qđ globi illius particulares sint transfigurationes: que aquis: et igne: et terremotibus: et exhalationibus: & aliis generis eiusdem: contingunt. Neq; hac in parte reꝝ seruans ordinem. Nanq; rotunditas totam circa terram ab ipsa totius uertigine prouenit. Tales uero transformationes totam minime terram permutant. Etenim in magnis: que sic parua sūt: euanescunt. Alias uero atq; alias terre dispositiones efficiunt. Aliasq; ac alias ꝓpinq̄s habent causas. Precipuam uero questionē prebuisse dicit: quonā mō fiat: ut duobus: tribusq; stadiorum milibus longe a mari: intra mediterraneam: frequentibus in locis: concharum: et Ostreorum: et Cheramydū magna cernatur multitudo: et salsi lacus: sicut circa temp'um Ammonis: et uiam: qua itur ad illud: triū miliū stadiorū eē dicūt. Per multam enim ostreorum effusionem: extare. Non parum etiam hac tempestate salis inueniri: Maris p̄terea exhalationes in sublime reiici. Prope ipsū etiā maritimaꝝ fragmēta nauium ostentari: que hiantibus terris escaturiuisse tradūt. Sup Columellās incubare Delphinas: hanc inscriptionem habentes: Cyrenensium spectatorum. Hec effatus Stratonis Physici commendat opinionē: et Xanthi Lydi: qui regnante Artaxerxe ingentem adeo fuisse siccitatem ait: ut flumina: lacus: putei: defecerint. Eūq; ipsum multis in locis a mari longinquius uidisse lapidibus inherētes cōchulas: pectines: et testarū formas. Salsumq; lacū in Armeniis et in Mattienis. et in inferiore Phrygia. quas ob causas persuasum habere: campos illos mare aliquando fuisse. Strato autem causas: et rationes magis attingit: quoniam existimare se dixit. Euxinum initio ad Bizantium os nequaq̄ habere. Flumina uero in ipsum irrumpētia: uiolenter apuisse. Deinde aquas in Propontidem et Hellespontum excidisse. Idēq; in nostꝝ euenisse mare. Ibi enim ad columnas: cum mare amnibus impleretur: effractum eē transitum. E quorum effluentia: que coenosa prius fuerant: patefacta sunt loca. Causam uero affert. Primum quidem: quod exterioris et interioris maris aliud fundū: et alia sedes ima est. Deinde: quia uitta quedam sub aquis ex Europa in Africam protēditur: q̄si antea interius et exterius mare unum esset: et fundū esse in ponto breuissimū. Creticū

uero:et Siculum:et Sardoum pelaguſ profundum eſſe uehementer. Amnibuſ enim plurimiſ et maximiſ:a ſeptentrione et oriẽte labẽtibuſ:illa limo repleri:et alia pfũda manere. Quocirca ponticum mare dulciſſimum eſſe. Fluere uero ad locoſ:ubi magiſ fundum inclinatur. Videri et ponticum ipſum humũ altiorem tollere poſſe poſteriuſ: ſi taleſ permaneant influentie. Nã et ſiniſtraſ ponti parteſ nũc coeno increſcere. Sal/mydeſſum uidelicet:et ea que naute uocant pectora:ad Iſtrũ:et Scytharũ deſerta. Vtiq; et ipſum Ammoniſ templum ſupioribuſ anniſ mari propinquum:ob effluẽtiã hoc tempore in mediterraneam iacere. Ipſum etiam oraculum:cum mare uicinũ eſſet: eo celebritatiſ.et noticie perueniſſe: iure quidem ſuſpicatur. Tãtamq; loci a mari diſ/iunctionem:haud ſane nominiſ claritatem: et gloriam ueriſimiliter hac etate poſſe facere. Egyptum etiam priſciſ temporibuſ ad peluſiaſ uſq; paludeſ:et montẽ Caſiũ: lacumq; Sarbonidem:mariſ inundationibuſ opertã fuiſſe. Nũc quoq; dũ pEgyptũ huiuſmodi effoditur ſalſedo:etiam ſub arena ſalſa referte Conchyliſ fouee repiunẽ. Perinde ac agro mariſ aquiſ inundato. Locuſ etiam omniſ ad Caſium:et ad ſcuta:ſic enim appellant:paluſtrem limum habebat.ut mariſ Rubri ſummũ attingeret:Mari autem cedente detectum extitiſſe.et lacũ Sarbonidẽ manſiſſe. Inde & hũc fferactũ: et paluſtrem factũ. Similiter et ſalſi lacuſ ripaſ:mariſ magiſ:q̃ flumiſ:uideri. Idcirco magnam continentiſ partem quibuſdam temporibuſ inundatam:et rurſuſ detectã extitiſſe concedereſ. Eundem in modum inequale profundum: terram nunc totã eſſe ſub mari. Sicut mediuſ fiduſ:et que emerſit:quam incolimuſ:que tot permutationeſ admittit:quot uerbiſ pſequutuſ eſt Eratoſtheneſ. Eaſ ob reſ aduerſuſ Xanthi dicta nihil abſurdum profecto proferaſ. In Stratonem autem dici poteſt: q cum multe cauſe adſint:illiſ omiſſiſ:que non ſunt criminatur. Primam etenim inquit cauſam:qđ Exterioriſ:et Interioriſ mariſ non idem pauimentum ac fundum eſt. Ad hoc enim: quod altiuſ tollitur:aut in ima declinat:aut aliquoſ inundat locoſ:et ab illiſ refugit: hanc ipſam minime cauſam eſſe. Alia uero et alia eſſe pauimenta: et hec quidem eſſe humiliora.hec autem eminentiora. Verũ ipſa quoq; pauimenta:nũc quidẽ in ſublime ſcandere:nunc aũt in ima eẽ deducta. Simulq; et pelaguſ tollere:et inclinare. Altiuſ quidem elatum inundare. Preſſiuſ uero in priſtinum recurrere ſtatũ:quod:ſi ſic eſt: opuſ erit repentino mariſ incremento inundationem euenire:ſicut creſcẽtibuſ undiſ: et fluuiorum aſcenſibuſ: interdum altera ex parte aqua infertur: interdum rurſuſ exaugetur. Neq; uero incremẽta aggerata et repentina fiunt:nec inundationeſ tpe tanto permanent:nec inordinate ſunt:nec in alterum inundãt mare: nec ubi euẽtuſ tulit. Reliquum igitur eſt: ut in pauimentum cauſa ponatur: aut in eo quod mari ſubiectum eſt:aut quod inundatur. Immo uero quod ſub undiſ eſt. Humidũ nanq; ualde mobiliuſ eſt.et permutationeſ celeriuſ ſuſcipere poteſt. Etenim horum omniũ cauſa ſpirabilitaſ eſt.hoc magiſ in loco:uerum:ut dixi.hinc talia fiunt accidentia:qđ fundum:et ipſa pauimenta interdum extolluntur:interdum reſident.non autem:qđ aliqua ſublimia ſint. Aliqua uero minuſ. Iſ autẽ aſſumit hoc:quom id mari obuenire putat:quod et fluuiiſ accidit:qđ ab altiſ lociſ fluentia ſint:haud enĩ fluxioniſ ad By/zantium cauſam diceret.e fundo eſſe:qđ Euxini alueum altiorem eſſe dicat:q̃ uel in Propontide.uel in reliquo deincepſ pelago:ſimul et cauſam apponenſ. Nã ex limo e fluminibuſ delato:fundum repleri:ac breuiuſ fieri. Quamobrem ad exteriora elabi. Eandem uero rationem in mare noſtꝝ uniuerſũ traducit ad exteriuſ.ut hoc altiora efficiat fundamenta: q̃ que Atlantico ſubiecta ſunt pelago. Et enim hoc quoq; ex pluribuſ impletur amnibuſ et defecationem limi pro ſua quãtitate decollãdi ſuſcipit.

Irrumpentem igitur per columnas et Calpen fluxum: et qui ad Bizantiū est: similem fieri opus erat. At istud quidem omitto. Etenim hoc ibidē contingere decet. Distrahi uero circa estuaria: et inundationes: et occultari. Illud interrogo: quidnam ꝓhiberet: prius q̄ Byzantii os aperiretur. Cum Euxini fundū Propontide: et reliquo deīceps mari sit humilius: fluminibus impleri: seu mare fuisset antea: seu Meotidis palus āplior. Nam si hoc concedatur: et illud interrogabo. Num illius: et Propontidis superficies aque: non ita se habebat: ut quoadusq; ea erat: ad effundendum nequaq̄ impelleret: propter aduersam ex equo resistentiam: et oppressionē. Postea uero q̄ internū mare superabundauit: quod Uberius erat: euidentius fluxum repulit. Qua ex re: interius et exterius in unum confluxere pelagus. Et eandem cum illo mari faciem accepere: siue marina: siue palustris prius erat. Postea uero marina facta: ꝓpter ꝑmixtionē: & inualescentiam. Si enim hoc dabunt: fluxus: q nunc est: haud sane impediretur. Nō a superiore fundo: neq; decliui: quod ratus est Strato. Ista uero: et ad nostrum mare totū: & ad exterius transferre: non infundi: aut eorū inundatiōibus effluētie causam ponentes: sed in fluminibus ipsis. Quandoquidem non incredibile ē: secundū eos etiā: etsi totum mare nostrum antea paludem fuisse: contingeret: quod a fluuiis impletū: superundās per angustias columnarum excideret: q̄si per cataracten: assidue crescēs: & magis in unum confluens mare effectum temporis diuturnitate. et unam in faciē concurrisse. ac propter inualescentem potentiam in marinas euasisse aquas. Nō autē omnino naturale: fluuius comparare pelagus. Illi enim per decliuia allabendo ferunt. hoc uero indecliue perstat. freta uero intra terras agitant alio quodā modo. nō scd̄m limi ex fluminibus prolapsum: altitudinem pelagi reddentē. Nanq; aggeratio circa ipsa fluuiorū ostia consistit. Sicut in Istro ea que pectora dicunt. Et in Scytharū solitudine et in Salmydesso: alus etiam ad hoc torrētibus opem afferētibus. Ad Phasin uero Colchicum littus est arenosum. et depressum. ac molle. Ad Thermodontē autē: et ad Irin tota Themiscyra: totusq; campus Amazonū: et maior Sidene pars. Sic. n. et in aliis. Omnes nanq; Nilum imitantur. ante ipsos meatum existentem in terram continentem redigentes: nonnulli plus: nonnulli minus. Minus quidem: qui nō multū deferunt limum. Plus uero qui permultum: et mollem transeunt agrum. Torrētesq; plurimos accipiunt. A quibus est Pyramus: qui magnam Cilicie partem adiecit. De quo tale est editum oraculum.

Tunc erit undisonus late cum Pyramus olim
Littora perfundēs Cyprum labetur in almam:

In medius enim Cataonie cāpis nauigabilis delatus: et per angustias Tauri in Ciliciā elabens: ad oppositum huic et Cypro transitū erumpit. ne autem delata a flumībus terra in pelagus deueniat: causa est: quia mare natura ipsa refluens: eam reuerberat. Animantibus enim simile est. ac sicut ille spiritū assidue admittunt: et remittunt. Sic mare semper in se: et ex se recurrenti quadam agitatione mouetur. Id autē ꝓstanti in littore indicat fluctuatio. pariter eni pedes alluunt: et nudantur: et rursus alluūt. et istud assidue: et fluctui superincurrit quoq; unda. et si tranquillum sit: uim quādā maiorem habet. ut omnia aliena eiciat in terram: magnum indicium est e mari alga permulta in littus proiecta. hoc magis spirante uento contingit. Ceteꝝ et in malacia: et terrestribus flatibus. nihil. n. minus fluctus ipse in terram fertur cōtra reflāte uēto: sicuti proprio quodam maris motu cū eo pariter agitato. Tale et illud est.

Fluctus in extremis curuans attollitur altus.
Sordentemq; uomit spumam. Et illud.

Littora iam reboant. foras eructatur aque uis.
Igitur ipse undarum impetus: ad aliena propulsanda uim quandam habet. Et hanc maris purgationem quampiam esse ferunt: per quam et cadauera: et naufragia ũda expellente: ad terras extrudunt. Nec ipsa tantã uim habet reuersio: ut uel defũctũ corpus: uel lignũ: uel suber: a fluctu reiciatur in terram. Sic et uicina mari loca sub/tercaptante unda: ruunt in pelagus. Sic et terram: et turbulẽtã secũ aquã exũdare contingit. Et adiuuante simul põdere: prius q̃ ultra in pelagus erũpat: onus ad terrã inferius defertur. Nam et fluminis uis ipsa quiescit: cũ ab ore paulisper fuerit egressa. Hunc igitur in modum possibile fit: ut pelagus omne ab ipsis inchoans littoribus coenum obducat: si assidui amnes affluant. Id obueniret utiq;: si pontum Sardonico pelago profundiorem esse supposuerimus. Quod supermensurata mille passibus pro/fundissimum esse aiunt: ut autor est Posidonius. Talem igitur causaꝝ rationationẽ: quidam minus admitteret. Ex manifestioribus: et cotidie quodammõ ꝓspectis potius applicandus est sermo. Nam diluuia: et terraꝝ motus: et exhalationes: et tumescẽtie merse mari telluris: sublime tollunt mare. Illud autem subsidentie humile reddunt. Haud enim lamine fluitantes quidem: aut pusille quedam Insule sursũ afferri ualẽt. Magne uero nequaq̃: neq; insule quidem. Continentes autem terre mĩme. Similiter et commixtiones. et parue: et magne fiant. Siquidem locorum hiatus: et absorbitiões domiciliorum: quemadmodũ Bure: et Bizone: aliarũq; plurium: ex terremotu factas: fuisse perhibẽt. Et Siciliam nihil magis q̃ abscissum ab Italia fragmentũ eẽ ꝓputaret aliquis. Vel ab Etne incendio: effundo reiectam: coniunctam ꝑmansisse. Sicut etiã Lipareorum insulas. atq; Pithecussas. Is uero adeo iucũdus est: ut cũ Mathematicus non sit: nec Archimedis opinionem confirmet. Ille enim in libro: de iis que uehunẽ: ait: εϱτοισ περι τωϱ οχουμεϱωϱ. Cuius libet humidi modo constet: et ꝑmaneat: superficiem esse rotundam: et sphericam: cum sphera idem cum terra centrũ habeat. Hanc omnes admittunt opinionem: qui Mathematica modo aliquo attigerũt. Ille uero mare interius: etsi unum sit: ut asserit: sub una superficie constructum esse: non estimat. Sed nec etiam propinqs in locis. Et talis inscitie testes facit nõnullos Archi/tectos: cum Mathematici: Architectonicam: portionem esse quãdam Mathematice declarent. Ait enim et Demetrium Isthmum Peloponnesiacum perfringere conatũ: ut classibus nauigatiõis transitum preberet. Ab Architectis autem prohibitũ: q quom metarentur: renuntiauerunt: Sinus Corinthii mare altius esse: q̃ quod ad Cenchrias esset. Itaq; intermedium si incideret locum: uniuersum ad Eginam transitũ: cum ipa pariter Egina: et proximas insulas demersum iri. Nec ipsum nauigationis utilẽ fore meatum. ob eam rationem: q᷑ instar Euripi omnes fluxiles forent. Presertim uero ueluti Siculum fretum est: quod eadem: cum Oceani estuariis pati dicitur. Quolibet enim die ac nocte: bis fluxũ alternat. Sicut et Oceanus bis inundat. Totiẽsq; recidit. Itaq; et inundatio Tyreni maris in Siculum delata: confitendũ est: quod ex altiore superficie descendens nominatur. Et rei adstipulatur id: quod etiam eodem tempore incipit et quiescit: quo ipse inundationes. Incipit enim circa exorientem lunã: et oc/cidentem. Desinit autem cũ utriq; celi medio: et ſup terram: et subter terrã adiungiẽ. Et decrescentie quidem contrarium exeũtem uocari utrisq; per celum medius sitibus: lune incipientem. Sicut ipse excrescentie. Inundantie uero coniunctiõibus ad ortũ: et occasum desinentem. De fluxibus sane et refluxibus Posidonius: et Athenodorus satis commode loquuti sunt. At uero de fluxibus: et refluxibus circa freta: q ipsi quoq; maiorem presenti materia: nature rationem habent: tantum dixisse sufficiat: quod ea

fluxilia esse:non unus specialis est modus. Non enim Siculum fretũ bis die et nocte: ut ille inquit:alternat. Calchidicum uero septies. Bizantinum aũt neq; permutat. Sed duntaxat excursionem tantum pdurat eam:habens e Pontico pelago in Propõtidẽ. Vt uero tradit Hipparchus:et mãsiones quãdoq; faciebat. Nec si unus quidẽ modus esset:hanc habere posset causam:quam dicit Eratosthenes. qđ utrobiq; mare aliam: atq; aliã superficiem habet. Hoc enim in fluuiis quoq; minime fieret:nisi cataractas haberent. Quod si habeãt quidem cursum haud retro flectunt.sed ad ima semper de/feruntur. Id uero contingit:quod decliuis est:et fluxus:et eius superficies. Quis autẽ pelagi decliuem diceret esse superficiem? Maximeq; secundum materiã:que rotũda facit illa quattuor corpora:que uocamus elementa. Adeo ut nedum non refluãt:sed neq; consistant quidem:neq; permaneant:cũ in ipsis sit confluxus:nec una supficies. Sed una quidem altior.alia uero humilior. Non enim sicut terra secundũ habitum stabilis formata est a deo:ut permanentes concauitates:et substentacula habeat. Sic et aqua:sed ipsa ponderis inclinatione uecturam facit in terra.et talẽ accipit supficiẽ: qualem refert Archimedes. Ad dicta uero de Ammone:et Egypto aducit:ut estimet Casium montem:et locum omnem mari demergi:ubi nunc sunt etiam:que scuta uo/cantur. Et palustria esse cuncta Rubri maris sinui contigua. Coeunte uero mari: detegi. Palustrem autem locum dictum esse Rubri maris sinui contiguum:ambiguũ est. Quoniam esse contiguũ significat:et prope esse. et contingere. Vt si aque forẽt: alterum cum altero conflueret. Ego quidã igitur ita accipio: cõtigua fuisse palustria mari Rubro:donec columnaꝝ obice adhuc fuerãt occlusa. Quibus abscissis.secessionẽ extitisse:mari nostro propter columnarum effluentiam depresso. Hipparchus autẽ capiens Contiguum idem esse:quod una confluere:mare nostrum cũ Rubro:ꝓpter expletionem causam affert. Quidnam igitur nostrum mare:quod illuc trãsmittebat. Nunquid per columnarum effluentiam in mare rubrum transmittit:cum quo prius confluebat?et in eadem supficie haud humilius factum:permansit? Nam secundũ ipsum Eratosthenem. Exterius mare uniuersum una confluũ esse:adeo ut Hispanũ mare atq; Rubrum foret unum. Quod quidem eloquutus:id quod sequitur:infert. Eandem et Exterius mare et Rubrum altitudinem habere. Itaq; qđ ibidẽ ẽ:cõfluũ esse. Sed hoc dixisse negat Eratosthenes:in unum cõfluere per expletionẽ ad mare Rubrum. Sed proprie esse tantum.nec sequitur:ꝙ unum et continuum mare eãdẽ altitudinem:et eandẽ superficiem habeat. Sicut et quod penes nos ẽ:et medius Isthmus: quod est ad Lecheum:et quod ad Cenchras. Quod et Hipparchus ipse in libello ad eum scripto:significat. Eius itaq; talem opinionem nequaq̃ ignorans:quicquid dicat ad illũ:neq; id apparatus suscipiat:quippe qui Exterius mare unum dixit:unã quoq; illius esse superficiem confiteatur. Mendacem uero inscriptionem esse dicens:que in Delphinibus est Cyrenensium spectatorũ:haud credibilẽ reddit causam:qđ Cyrene edificatio in celebratis temporibus fertur. Nemo autem oraculi meminit:apud mare unq̃ existentis. Quid enim si nullus scriptis prodidit. Ex signis uero qbus suspicamur locum aliquo tempore maritimũ extitisse:et Delphinũ inscriptio:de Cyreneis spec/tatoribus extitit. Conceditq; de latitudine fundi:simul et altius mare creuisse:qđ ꝓxĩa oraculo loca demersit:a mari distantia ultra tria stadiorum milia. Neq; cõcedit tãtã altitudinem:ut Pharum totam:et complures Egypti oras operuerit.perĩde ac tanta sublimitas ad hec demergenda:non satis extiterit. Cumq; dixerit:ꝙ si mare nostrum intantum esset expletũ:prius q̃ columnaꝝ diruptio fieret:q̃ntũ dixit Eratosthenes: oportere:et Africam uniuersam:et permultam Europe partem:atq; Asie submersã

esse. Subinfert: quod pontus ad loca quedam: cum Adriatico pariter confluere et. Tanquã Istro ab uicinis Ponto locis diuiso: et in utrunq; mare defluẽte: ꝓpter ipsius loci sitũ. At Ister a propinquis Ponto partibus nequaq̃ habet originẽ. Sed contra: a mõtibus supra Adriaticum. Neq; in utrunq; mare defluit. Verum in Pontum dumtaxat. et in ipsis solum diuiditur ostiis. Communẽ is quidem cum nõ nullis ante illũ ignorãtiã istam ignorauit: qui fluuium quendam Istro cognominem esse: arbitrati sunt: qui ab eo diuisus irrumpat in Adriam: A quo et natio Istra: per quam defertur: appellationẽ assumpsit. Et Iasonem a Colchis reuertẽtem: hac nauigationem fecisse. Permutationũ uero talium nulla sit admiratio. Inundationum taliumq; Casium causas esse diximus: ut circa Siciliam: et Eolias insulas: et Pithecussas: dictum est. Dignum ẽ: et alia complura apponere: que reliq̃ in locis similia his sunt: fueruntq;. Huius. n. generis exẽpla ante oculos coniunctim posita: presentem sedare stuporem poterunt. Si aũt ueritas sensum perturbat: rerum natura contingentium: imperitiã: et uite totius demonstrat. Quemadmodum si quis adiacentes There et Therasie insulas: inter Cretã et Cyrenas transeuntibus constitutas dixerit: quarum Thera inter Cyreneas urbes primaria est. Egyptumq; et per multas eius generis Grecie partes. Nanq; inter Theram: et Therasiam: e pelago prorupere flamme: que per dies quattuor mare totum estuans: atq; ardens reddiderunt. Tũ educta altius sensim: uelut machinis insula: et ex fluitantibus terris composita exhalauerũt. que duodecim stadiorum circuitum continet. Inde cessãte casu. Tum imperantes mari Rhodii: primum capta fiducia: ad locũ nauigãtes: tẽplũ tutori Neptumno in Insula edificarũt. In Phenice quoq; facto terremotu oppidũ super Sidonem situm absorptum fuisse. Posidonius autor est. et Sidonis dimidietatẽ ferme corruisse: non uno quidem ictu. Vnde non magnam mortalium perniciem factam esse. Idem in Syriam totam extentum est malum. At uero mediocriter penetrauit et in Insulas q̃sdã Cycladas: et in Euboeam. adeo ut Arethuse: q in Chalcide fons ẽ: occecatus fuerit ortus. Permultis post diebus alio scaturisse ore. nec añ cõq̃ssari desiuisse multas Insule partes: q̃ in Lelanto campo: aperto telluris hiatu: ignitum fluuium euomuerit. Cum multa sint autem: que tales conductus efficiant. Satis ei ẽ ea: que a Scepsio Demetrio ꝓpe cõgregantẽ apponere. Cũ. n. uersuũ illorum meĩnerit.

Nam duplices currunt formoso margine fontes:
Alter aquas calidas fert exundante Scamandro.
Grandinibus similem reliquum grauis extulit estas.

Admirari autem non sinit: si hoc tempore frigidarum quidem fons aquarũ ꝑmanet. Calidarum uero nusq̃ perspiciatur. Causam enim dicere oportet inquit: calide aque exclusionem. Dicta quoq; ad hec ab Democle memoria repetit. qui ingẽtes quosdã olim circa Lydiam: et Ioniam: usq; Troadem factos terremotus scribit. A quibus et uici sunt absorpti. Et Sypelus submersa: regnãte Tãtalo. Et e paludibus lacus facti. Et Troiã fluctibus immersam. Pharusq; Egypti: que olim erat in pelago: nũc certo quodammodo peninsula facta est. Similiter Tyrus: et Clazomene. Et nos cũ apud Alexandriam Egypti peregrinaremur: elatum altius pelagus circa Pelusiũ: et Casiũ montem: sic terram immersit: ut montem in Insule formam fecerit. Et uia que ꝑter Casium ducit in Phoenicen: nauigaretur. nihil igitur mirandum: si quandoq; media tellus: id est Isthmus: uel sedem inferiorem capiens: que Egyptiũ mare a rubro mari separat: porthmon: id est medias in terris aquas manifestat: et in unum cõfluere faciet mare Exterius: cum Interiore. Sicut in angustiis: ad Herculeas columnas: obtigit. Nonnulla huius generis in ipsius tractatus exordio dicta sunt: q̃bus: ita enĩ oportet:

unum ſub aſpectum collatiſ parandus eſt ualidus ad credendum animus: et de nature operibus: et de reliquis aliter factis permutationibus. Sicuti Pireum aliquando Inſule formā tenuiſſe. et quia tranſitus littoris erat: id nomē uēdicaſſe dicit. Cōtra Leucadē ſupioribus ānis littus extitiſſe: quom Iſthmū Corinthii abſcidiſſent. Ea inſula effecta eſt. De iſta Laerten dixiſſe: aiunt.

Munitam ſolus ut coepi Neriton urbem:

Littus erat terre.

Hoc quidem in loco manufracte excisiones extiterunt. Alibi uero exaggerationes. aut iuncte pontibus ripe: ſicuti de apposita Syracuſiis inſula: que cum hoc tempore ponte continuetur: ad terram: prius quidem agger erat: Logeo: ut inquit Ibycus ex lapide. quem Electum uocat. Bura uero: et Helice: una quidem hiatu: altera uero eſt fluctibus penitus deleta. Tellus ē apud Methonen in ſinu Hermionico: in altitudinē ſtadiorum ſeptem edita: que flammarum uapore facto: interdiu quidē: ꝑpter calorē: et ſulphuris odorem: inacceſſibilis: noctu autem: cum odoris ſuauitate longe luceſcēs. atq; caleſcens. Vnde maris aqua: ad ſtadia qnq; eſtuat. Turbulēta uero eſt: ad ſtadia uſq; uiginti. Effractis etiam petris ad turrium magnitudinem aggerata. ad Copaidē Lacū Arna: et Medea ſūt abſorpte. q̄s in dinumerādis auxiliis: poeta noīatī exp̄ſſit.

Quiq; colunt Medeam et felicem uitibus Arnen.

Nōnulla Thracū oppida: a Biſtonide lacu: et ab Aphnetide demerſa uidentur. Sicut et Treforum: qui Thracibus finitimi ſunt. Inter Echinadas inſulas Artemeta fuerat antea. Nunc in continenti eſt. Alias paruas in Acheloo inſulas idem pati dicūt: fluuiū aggerante pelago. Sic et reliquē: ut autor ē Heſiodus: aggerantur. Sunt et Etolice quedam porrecte lingue: quas Inſulas prius uidebat ſeculum. Aſteria quoq; tranſmutata eſt. Quā Aſteridem poeta nūcupat. Saxea nūc medio ſupeminet Inſula pōto.

Aſteris haud ingens: portus dans pupibus aptos.

Quos ſubeant hinc: atq; hinc.

Nunc aūt nec ad Anchore quidem iactum prorſus idonea. In Ithaca quoq; nullū tale antrum eſt. Nec nympharum domiciliū: quale cōmemorat Homerus. Preſtat rerum permutationi cauſam aſſignare: q̄ inſcitie: uel locorum figmento: de more fabularum. Hoc autem incertum: in cōmune animaduertēdum relinquo. Antiſſa olim fuit inſula: ut Myrſilus ait: Cum antea Leſbus Iſſa uocaretur: et Inſulam Antiſſam appellari contigit. Ea uero nunc Leſbi oppidum eſt. Sunt qui Leſbum ab Ida abruptam fuiſſe: crediderunt. Sicut a Miſeno Prochytā: et Pithecuſam. et ab Atheneo capreas: et ab Regio Siciliam: et Oſſam ab Olympo. Inde et tales tranſmutationes extitere. In Arcadia Ladon aliquando fluentum retinuit. Duris autor eſt: Medie Rhagadas: id eſt effractas: ideo nominatas eſſe: quoniā ad Caſpias portas terremotu tellus fracta ſit. Vnde et urbes plurime: ac uici ſubuerſi: et flumina: curſus uariauere. Ionq; de Euboea inquit: qđ uel tenuis Euripi tempeſtas: Satyrenſium in Euboea agrum ad Omphalen: a Boetie littore ſegregauit: cum apud Cretā fretū appellatū: abſcinderet. Demetrius uero Callatianus terremotus uniuerſe Grecie explicans: et Lichades inſulas: et magnam Cenei partem: demerſas inqt. et aq̄s inde calidas in Edepſo: et ad Thermopylas triduo retētas: rurſus effluxiſſe. In Edepſo: et aliſ ī urbibus fōtes erupiſſe. Moenia Orei: que ad mare pertinent: ſimul et ſeptingentas corruiſſe domos. Magnam Echini: et Phalarorū: et Heraclie: et Trachinis partem cecidiſſe. Phalari uero muros a fundamētis ſolo equatos. Idem et Lamienſibus: et Lariſſis: obtigit. Scarphiāq; ab imis fundamētis humi deiectam: ſeptingentis ac mille: non minus corporibus

oppressis. Thronusq; supra dimidium horum numerum. Fluctus quidē trifariam elatus est. partim in Scaphen: et Thronium: partim ad Thermopylas. partim in campum: usq; ad Phocidis Lauretum. Amnesq; a fontibus: ad dies quosdā exaruisse. Sperchiū alueo mutato: uias nauigiis meabiles fecisse. Boagriū per aliā decurrisse uallē. Alopēq; et Cynum: et Opuntem: multis in partibus detrimētis affectas. Oeum paulo supius sitū Castellū: totū subuersū eē. Elatie murū: magna ex pte discissum. Ad Algonū: cū Thesmophoria celebrarent: quinq; ac uiginti uirgines: cū in Turri concurrissent: in Limeniorum spectaculo: ruete turri: in pelagus et ipsas decidisse. Mediā quoq; Atalāte partē ad Euboeā nauigātibus transitū pbuisse: ob factā in ea scissuram. Quidā cāpi ad stadia usq; uigīti: stagnasse ferunt. et triremis quedā: e naualibus eiecta: sup murum decidit. Cū autē rōes: ne āplius admiremur: cōparare uelint: uti Democritus: et reliqui cantant philosophi: transmigrationum mutationes adiciunt. Id enim securitati: ac tranquillitati incumbit: ut nequis obstupescat. Sicut Hesperiorum qdem Hiberorum: ad pōti regiōes: et Colchidis: deducte colonie. Quos Choaraxes: de quo dicit Apol/lodorus: ab Armenia disterminat. Cyrus aūt magis: et Moschorū mōtes: et Egyptiorum: Et Ethiopes: cum Colchis. Enetorumq; ex Paphlagonia ad sinum Adriaticum. Que et de gentibus Grecis contigerunt: ut sunt Iones. Dorii. Achiui. Eoles. Enianes: nūc Etolis finitimi: circa datium habitabant: et Ossam cum Perebis. et ipsi quidem Perebi transmigrarunt. Talium exemplorum presens refertus est tractatus. Quedam uero impromptu multis sunt. Ille uero migrationes non eodem modo cū ctis in ꝓpatulo sunt. Crarorum scilicet: Trerorumq;: et Teucrorum: et Gallorum. simul et earū duces: longius traducentes. Madys Scytha. Thearcho Ethiops. Cobus Tros. Sesostris: et Psammitichus Egyptii. Cyrus et Xerses Perse. Cimmerii: et quos Treronas noīant. uel eorum gens aliqua: sepenumero dexteriores Ponti locos incursarunt. uiciniamq; suam. Nunc quidem Paphlagonas: nunc uero Phrygas inuadentes. Cū Midas tauri cruore epoto: ad uersuram faciendam usque aduc. Lygdamus uero suos ductitans: In Diam usq; et Ioniam: adequitauit. Et potitus ē Sardibus. et in Cilicia extinctus est. Cimmerii autem: ac Treres: sepenumero eius generis incursatiōes effecere: Treras autem et Cobum postremo a Madye Cimmereorū Rege: eiectos fuisse tradit. Hec quidem historiam propriam continentia: cōmuniter de toto terre ambitu relata sint. Redeamus ad reliq: unde digressi sumus. Autor est Herodotus nullos eē Hipboreos. Neq; superaustrales esse diceret: cuius demonstratione esse ait. et Eratosthenes simile. huiusmodi captioso utens argumento: Siquis nullos malo supgaudentes diceret: neq; item bono supergaudentes. Forteq; superaustrales esse. Per Ethiopiā eteni Aiostrū non flare. Sed Inferius. Mirandum est si per unūquodq; Clima flante uēto: et ubiq; a Meridie uocetur Auster: aliqua existat habitatio: in qua hoc ipsum non contigat. Contrarium enim: non solum Ethiopia: flantem apud nos haberet Austrum: Sed & tota superior: usq; ad Equinoctialem. Quod si Herodoti oportuerat hāc eē causā: ut Hypperboreos dici putauerit: apud quos Boreas non spirat. Et enim si poete fa/bulosius hoc pacto loquūtur. Expositores aūt sanius. facile audirent: q Hypboreos Boree coniunctissimos dici aiunt. Terminus quidem Borealium: polus est. Australiū uero equinoctialis. Et uentorum quoq; idem est terminus. Inde aduersus eos: q palā ficta: et impossibilia dicunt: eloquitur: quedam in fabule: quedam in historie forma: de quibus mentio digne facieda non est. Neq; illum in tali materia nugas cōsyderare oportuerat. Suorum igitur commentariorum discursio prima: talis est. Secunda uero de terre situ: quandam correctionem facere conatur. Et suas explicat cogitationes.

ad quaſ rurſuſ ſi qua eſt emẽdatio: afferre eam conandũ eſt. Mathematicaſ ꝑfecto:
naturaleſq; materiaſ: adducere bene dicitur. et ꝙ rotunda ſit terra. ſicut et mũduſ circũ
habitatur. et alia generiſ huiuſ. Si uero taliſ: quantam ipſe ait: non ſane cõfitentur.
Poſterioreſ autem menſuram collaudant. Hipparchuſ tamen ad eorũ deſignationẽ:
que ad ſingulaſ habitationeſ apparent: illiſ utitur diſtantiiſ: dicenſ meridianũ ꝑ Me/
roen: et Alexandriam: et Boryſthenen: parum preter ueritatẽ uariare. Et de forma:
in iiſ: que deincepſ ſunt: ꝑplura dicit. Et oſtẽdenſ ꝙ globoſa terra: humida cũ natura:
et celum eſt: ſermonẽ alterare uidetur. Sufficit enim quo ad paucũ. Deincepſ uero
orbiſ: qui incolitur: latitudinem definienſ: ait: qđ a Meroe: quidem ab eiuſ meridiano:
uſq; ad Alexãdriam decem milia ſtadium ſint. Hincq; ad Helleſpontũ circiter octo
milia: et centum. Inde ad Boryſthenen quinq; milia. Poſtea ad circulum per Thylen:
quam Pytheaſ inquit. A Brittania uero dierum ſex nauigationem ad Arcton abeẽ
dicit: Prope uero eſſe mare glaciale. Alia item decem milia: et quingenta ſiquidẽ ſup/
addiderimuſ ſupra Meroen: alia item tria milia: et quadringenta: ut etiam Egyptioꝝ
Inſulam habeamuſ: et terram Cinnami feracem. et Taprobanen: ſtadia erunt trigĩta
octo milia. Relique ſane diſtantie concedantur illi. Satiſ enim confeſſum eſt: circulũ
a Boryſthene ad Thylen: ſiquiſ cãpoſ metiſ claret. Cum enim Pytheaſ mendaciſſimuſ
homo: Thylen ꝑſcrutatur: et qui Brittanicam Iberniã uident: nihil de Thyle dicũt:
aliaſ differenteſ circa Brittaniam inſulaſ paruaſ. Ipſa uero Brittania lõgitudine quo/
dammodo equaliſ eſt Gallie. protenſa non maior quinq; milibuſ ſtadium. et e regiõe
iacentibuſ promontoriiſ definita. Inuicem enim opponũtur orientaleſ extremitateſ:
orientalibuſ. Et que ab occaſu: ſimiliter occiduiſ. Et que ab oriente inter ſe ꝓpinque
ſunt: uſq; ad proſpectum: Cantium: et Rheni excurſioneſ. Ille autem ſupra uiginti
milia Inſule longitudinem iudicat. et Cantium a Gallia diſtare: dierum quorundam
nauigationem. et de Oſtideiſ et tranſ Rhenum: uſq; ad Scythiam omnia mentituſ
eſt. Qui igitur de cognitiſ uſq; adeo lociſ mẽtituſ eſt: uix quidem de ignotiſ unicuiq;:
uera proferre ualeat. Hipparchuſ et reliqui eundem per Boryſthenen: et per Brit/
taniam parallelum eſſe arbitrantur: ea ratione: quia Byzantii Paralleluſ: et Maſſilie
ad unguem par ſit. nã ipſam rationem eẽ linee in Maſſilia ad umbram dixit. Eandẽ
et Hipparchuſ ad ſimiliſ nominiſ tempuſ inueniſſe Byzantii refert. E Maſſilia uero
ad mediam Brittaniam: non ultra quinq; ſtadium milia ſunt. At enim e media Brit/
tania: nõ pluſ quattuor milibuſ progredienſ: alio quodam modo habitabile reperieſ.
Hoc autem eſſet circa Iberniam: ut ultra ea: ad que Thylen elongat: haud ampliuſ
habitabilia ſint. Qua uero coniectura dicat ſpatium: quod eſt a Thyle uſq; Boryſ/
thenen: undecim milium et quingentum: non uideo. Aberranſ autem in latitudine: &
male coniectaſſe de longitudine coactuſ eſt. Quandoquidẽ cognita longitudo: pluſ
q̃ cognita latitudo: dimidio eſt. Conſentiunt etiam poſterioreſ: et ex aliiſ doctrina
preſtantiſſimi: Ab extremiſ inq̃ Indie: ad extrema Hiſpanie: circuli Ethiopum: uſq;
ad Ibernie circulum. Terminanſ uero dictam latitudinem: ab nouiſſimiſ Ethiopum:
uſq; ad Thylen: pluſ extendit iam longitudinem: ut pluſ q̃ dimidiã eam efficiat: dicta
latitudine. Ait igitur terre ſpatium Indice: uſq; ad flumen Indum: anguſtiſſimum ſe/
decim milium ſtadium. Spatium enim quod ad promontoria mõ protẽditur: minuſ
tribuſ milibuſ eſſe. Hinc autem ad Caſpiaſ portaſ milium quattuordecim eẽ. Poſtea
ad Euphraten decem milium. Ab Euphrate ad Nilum: quinq; milium. Alia mille: et
quingenta: uſq; ad Canopi oſtium. Inde uſq; Carthaginem tredecim milia qngenta.
Poſtea uſq; ad Columnaſ: octo milia ſaltem. Superaſcendit ſane ſeptuaginta milia

octingenta. Adducēda est etiā Europe curuatura: extra colūnas herculeas: hispanie quidem opposita. Ad occasum autem uergens: non minus stadium tribus milibus. et promontoria partim alia: partim uero Ostidamnia. Appellatur autem Cabaion: et huic adiacētes Insule: ex quibus nouissima Vxisama per triū dierū: ut ait Pytheas: nauigationem abest. Hec postremo loquutus: nonulla de Promontoriis: et de Osti/ dāniis: et de Vxisama: et de dictis ab eo insulis: ad longitudinē contēdentia: adiūgit. Omnia hec enim ad septentrionem: et ad Galliam: non autem ad Hispaniā ptinere inquit. Immo uero ut supra dimidietatem longitudinis: latitudinē esse faluet: figmēta Pythee ad dictas longitudinis distātias: alia duo stadium milia ad occidentem: et to/ tidem item ad orientem adiungit. Exhortatus etiam amplius: quia scdm naturam ē: dicere: maiorem ab oriente ad occidentem esse distantiam. Secundum naturam inqt esse: ab Aurora ad uesperam longiorem esse habitabilem. sicuti diximus: ut Mathe/ matici dicunt: coniungere circulum: ipsam sibi ipsi consertam. Itaq; nisi maris Atlātici magnitudo uetaret: per eundem parallelū: ex Hispania ad Indiā nauigare possemus. Reliquam partem ultra predictam distantiam: supra tertiā esse totius circuli partē. Siquidem is per littora ducentis milibus minor est: ubi predictā stadiorum dinume/ rationem: ab India in Hispaniam fecimus. Nec igitur hec benedicit. Nanq; ratio ista per temperatam zonamq; nostram: secundum Mathematicos dici posset: cuius pars habitabilis est. Ceterum de habitabili. Vocamus enim habitabilem: quam incolimus: et notam habemus. Fas autem est in eadem temperata zona habitabiles duas eē: uel etiam plures. Si sit maxime prope circulum: per littora: qui per Atlanticum pelagus describitur. Rursum psistens in ea demonstratione: ꝙ terre forma sit rotunda: eandē assequeretur increpationem. Similiter et aduersus Homerū deiusdem disceptare non cessat. Deinceps cum dicat: multum de terris continentibus sermonem extitisse. Non nullosq; ipsas diuidere: fluuiis: Insulas Nilo inq̄ et Tanai: declarantes: Aliquos autem Isthmis: id est inter maria terris: qui sunt inter Caspium: et Ponticum: et Rubrum mare: et abscissam terram: Alios aūt Cherrōesoseas dicere: haud intueri dicit: quonā modo hec ipsa questio: in molestias conuertat. Sed eorum tantum esse: qui magis litē diiudicāt: ut inquit Democritus. Nam cum accurati nequaquā sint termini: sicut Co/ lytti: et Melite: quemadmodum columnarum: et septorum: hoc habere dicere nos: Hoc quidem est Colyttus: hoc autem est Melita: terminos habere nō posse dicere. Ideo de locis: aut agris: quibusdam iudicia sepe contingere. Sicut Argiuis: et Lacede/ monis: de Thyrea. Athenensibus et Boetiis de Oropo. Alioqn Grecos tres cōtinētes nominasse terras: non ad habitabilem respicientes: sed ad suam: et contra se positam Caricam. In qua nunc et Iones: et qui deinceps. Tempore autem amplius ꝓgressos semper: et pluribus ad noticiam peruenientibus locis: in hoc cōuersa diuisio est. Vtrū igitur primi: qui tres illas diuiserunt: ut ab extremis incipiamus: litem diiudicantes: nō secundum Democritum. Sed secundum ipsum hi primi fuere: suam ab contra posita Caria determinare querentes. Vel isti quidem solam intelligebant Greciam: et Cariā: et paucam contiguam. Nec Europam: nec Asiam. Similiter nec Africam. Reliqui uero accedentes describere idonei orbis cognitionem: hi sunt: qui in tria partiti sunt. Quonam igitur modo terre diuisionem minime faciebant? Quis autem partes tres ꝑ/ fatus: et terram continentem uocans: unamquanq; partium: non ante totū intelligit: cuius partitionem facit? Quod si intelligit: non quidem orbem: ceterum partis alicuius sue: diuisionem facit. Cuius partis: mundi partem diceret aliquis Asiam: aut Europam prorsus continentem. Hec enim Crasso dicta sunt modo. Adhuc Crassius illud ē: eum

qui loquitur: non intueri: ad quã quidem istarum actionum partẽ cõuertat cõfinitũ inquisitionem: cum apponat Colyttum: et Melitã. Deinde ad contraria subuertere. Si enim de Thyrea: atq; Oropo: bella ob confinium ignorationem: obtigerunt: ad perturbationum aliquid conuerterunt. Quod est: loca ipsa diligenter disterminare: uel hoc dicit: qđ de locis: et medius fidius de gentibus: ad singula negotiũ est accurate disterminare. In continentibus autẽ terris superuacuũ. Et tali de re in his nihil minus. In his enim et amplissimis ducibus: certamen: ac discrepatio fieri potest. Vni quidem: qui Asiam haberet: Alteri uero qui Africã: diuidenti utrius sit Egyptus: Ager uidelicet Egypti: qui inferior dicitur. Catanas autem quispiam: hoc: propter raritatẽ est. Alio modo dicendum est: continentes ipsas diuidi secundum magnam diuisionem: et que ad totum orbem referatur. scđm quem: nec hac de re curandum est: si p flumina fines apponentes: loca quedam indefinita omiserunt: cum flumina ipsa ad Oceanum usq; minime perueniant. Et Insulas reuera relinquant continentes. In fine autẽ cõmentarii eos minime collaudans: qui omnem hominũ multitudinẽ bifariã ptiuerũt: in Grecos: et Barbaros: et qui Alexandrum commonefaciebãt: ut Grecis quidẽ: sicut amicis: Barbaris aũt: sicut hostibus: uteretur. Satius esse inqt: hec uirtute: atq; malicia: diuidi. Cõplures enim Grecos malos esse: et Barbaros urbanos: sicut Indos: et Arianos Romanos etiam: et Carthaginenses: Respublicas p mirifice tractantes. Quapropter Alexandrum: neglectis monitoribus: quot licuit uiros spectatos acceptos habuisse. Eosq; benefitiis ornasse. Sicut ob quicq̃ aliud hoc modo diuidentibus: et alios in uituperio: alios in laude: ponentibus. Vel quia per illos uincit equitas. et Respublica & disciplina: et studiorum coniunctio. Per alios uero contraria. Et Alexander igitur non neglectis monitoribus: Sed sententiam: mentemq; suscipiens: que quidem consequebantur: non contraria faciebat: scribentium cogitationes animaduertens.

Ommentario secundo hec insunt. Proponens ad uerbũ Eratosthenis dicta: diiudicat: et arguit quecunq; non recte dicta: uel diuisa: uel descripta sunt. Complura Hipparchi meminit: reprehendens. In fine precisa expositio: et quodãmõ sub unũ aspectũ tractatus uniuersus de orbis situ: seu cognitõe Geographica.

N tertio de terre descriptiõe tabulã de orbis situ instituens. Linea q̃dam ab occasu ad ortum bifariam dispartitur: Parallelo: linea equinoctiali. Ab occasu quidem eius terminos columnas locat herculeas. Ad ortũ uero summos et extremos montes: qui Indie latus: ad Septentrionem terminãt. Describit autem lineam a columnis per fretum siculum: et extremitates meridianas: et Peloponnesi: et Attice: usq; Rhodiã: et sinũ Issicũ. hucusq; per mare: et adiacentes continentes: predictam lineam esse dicit. Et enim totum mare nostrum usq; in Ciliciam: sic in longum protendi. Postmodũ recte quodammodo eiici ad omnia Tauri montana: usq; in Indiam. Taurum enim recte a columnis mari ex tensum: bifariam in longum totam diuidere Asiam. Vnam quidem eius partem in Boream: reliquam uero in Austrum: Facientem: ut et ipsum similiter in ripaꝝ Parallelo: et a colũnis hucusq; mare locari cõtingat. Hec loquutus: priscam de terre descriptione tabulam: emendari oportere putat. Secundũ ipsũm enĩ montium ab oriente partes ad septentrionẽ uariare: simul et Indicã ad septentrionẽ magis trahi. Huius fidem talẽ affert: qđ extrema Indie ad meridiem propinquissima: multorum consensu: locis Meroes opponũtur: ab aere. celestibusq; signis coniectãtiũ.

Hinc uero ad uiciniora septentrioni Indie loca ad Caucaseas rupes attinentia: stadia esse quindecim milia testatur Patrocles: cui propter hominis dignitatem singularemq; Geographie peritiam: precipua iure fides adhibenda est. Verum tamen a Meroe: ad littora: Parallelum: tantum esse: ut Aquilonarem Indie plagam Caucaseis rupibus attinentem: in hunc ipsum terminari circulum: constet. Aliam quoq; huiusmodi fidē affert: quod interuallum ab Issico sinu: ad mare Ponticum circa stadium tria milia ē: ad Aquilonem progredienti. et ad Amisi: uel Sinopis loca. quanta montium esse lati/tudo dicitur ab Amiso ad orientem equinoctialem procedenti: Prima Colchorum regio est. Deinde sub Hyrcanum mare excessus. Et deinceps ad Bactra. et ulterius ad Scythas uia: dextrorsum montes habenti. Hec ipsa autem per Amisum ad occidentē per Propontidem ad Hellespontum deducta est linea. A Meroe autem ad Helles/pontum: non plura: q̄ decem et octo milia stadium: quot a meridionali latere Indie ad Bactrianam plagam: adiunctis ad milia quindecim: tribus milibus. quorum aliqua latitudinis montium erant. aliqua uero Indie. Quam quidem ad declarationem Hip/parchus contradicit. probationes accusans. Nam Patroclem probabilem non esse: cū duo in illum contraria ferant testimonia: Deimachus: atq; Megasthenes: q quosdam ad locos distantiam esse dicunt stadium uiginti milium ad meridiem maris: ad quosdā autem triginta. Talia hos differere: et antiquas hisce tabulas concordare: haud ueri/simile sane arbitratur: huic soli Patrocli oportere fidem adhibere. eos omittendo: qui eidem tantum attestantur. Et in hoc ipso antiquas emendari tabulas. Sed non sic p/mittere: donec de ipsis quicq̄ pbabilius nouerimus. Hūc sermonē p multas inq̄sitiōes habere censeo. Primum quidem: qd cum multis ille testimoniis utatur: uno Patroclis seipsum uti dicit. Quinam igitur fuere: dicentes: meridianas Indie extremitates locis Meroes opponi? Qui etiam tantam asserentes Meroes distantiam: usq; ad riparum Parallelum? Qui rursus montium latitudinem: uel ex Cilicia ad Amisum: eādem cum ista dicant? Qui ue dicant ex Amiso: per Colchos: et Hyrcaniam: usq; ad Bactra: et pertinentes ulterius ad Orientis mare: directe ad equinoctiales ortus: et ad montes eorum: qui dextrorsum illos habent? Vel rursus in occasum: directe per hāc lineam: quia per Propontidem: et Hellespontum est? Hec enim omnia cepit Eratosthenes perinde ac ab iis testata: qui in locis constiterunt. Et complura incidens in commen/taria: quorum ei est copia: talem habens Bibliothecam: qualem ipse inqt Hipparchus. Hec autem Patroclis fides ex multis confecta est testimoniis Regum: qui talem ei credidere principatū: sectatorum suorum contra opinantium: ut et ipse Hipparchus nominatim explicat. Ipsa enim aduersus illos argumenta: rerum ab eo dictarū: eui/dentie sunt. Nec illud parum probabile Patroclis argumentum: quod commilitones Alexandri omnia cursim spectasse dicit. Ipsum etiam Alexandrū diligēter īspexisse: cum homines peritissimi totam ad eum regionē descripsissent. Quoniam quidem de/scriptionem: sibi posterius traditā fuisse a Xenocle asserit: q regie gaze custos erat. Quoniam inquit Hipparcus in secundo commentario ipsum Eratosthenē Patroclis credulitatem calumniari: propter suam in Megasthenē discrepantiam de lōgitudīe Indie. que ad latus Aquilōis est. Cum Megasthenes asserat stadium quindecim miliū: Patrocles uero mille adimat. A quadam enim stationum discrepatione motum: non/nullis propter discrepantiam non credere. Illi uero animum non adhibere. Si igitur propter discrepantiam hinc Patrocles fidem non habet: cum differentia circa stadia mille sit: quanto magis neganda fides sit: in quibus differentia circa octo milia stadiū existat. Et quod est amplius: aduersus duos inuicem cōsonantes. his qdem asserētibus.

Indie latitudinem stadium uiginti milium esse. Illo autem milium duodecim. Ceterũ dicemus: q̃d nõ nudã causatus est dissonantiã. Sed consensionem comparans: ac fidei dignitatẽ: de stationũ discrepatione. Haud sane uero mirandũ ẽ: si credibili quoquã fiat aliqd credibilius. Et si eidẽ in aliis quidẽ credimus: In aliis uero credere negamus: cũ firmius qspiam aliqd adiecerit. Est. n. ridiculũ: si putes pmultã admodũ dissonantiã id efficere: ut ipsi dissonãtes minus ac minus fidei cõsequant̃. Cõtrariũ enim in eo: q̃d circa paululũ conueniãt: hoc magis uidet̃. Nanq; error ad paululũ: non pusillis tñ: Sed eis: q plus ceteris sapiãt: obuenit. In iis uero circa que pmultũ ille quidẽ q forte ducit̃: oberraret: qui aũt scientia instructior est: minus hoc perpetrat̃. Ideo ei citius credit̃. Vniuersi utiq; Indie scriptores: utplurimũ falsa loquuti fuere. Egregie uero Deimachus. Secũdaq; dicit Megasthenes: Onesicritus aũt: et Nearchus: et alii eius/ modi: iã ferme balbutiũt. Nobis quoq; hec amplius pficere obtigit: Res gestas Alex/ ãdri p cõmẽtaria rimãtibus. Eximie uero Deimacho: et Megasthenı fides abrogãda est. Hi sunt: q hoies in aure cubantes: et oris: et naris: exptes scriptis cõmendãt. Simul et Monoculos. et tibus pceros. et digitis retro inuersis. Innouarũt etiã Pygmeorum aduersus grues decãtata pdem ab Homero plia. Trium etiã palmorũ hõines aiunt. Isti pterea formicas aurũ effodientes: et Panas cuneato capite: Serpentes: qui boues et ceruos: una cũ cornibus deglutiãt. De qbus: unus alterũ redarguit. Quod Eratos/ thenes commeõrat. Nã missi fuerunt ad Palimbothea legati: Megasthenes quidẽ ad Andratotũ. Deimachus uero ad Allitrochaden eius filiũ. Ea de pegrinatiõe eius ge/ neris cõmentaria reliquerũt. Qua de causa olim pducti fuere. Verũ Patrocles minime talis. Et reliq testes haud sane faciles: qbus usus est Eratosthenes. Nã si meridianus p Rhodũ: et Byzantiũ recte dephensus est: et per Ciliciã: usq; ad Amisum: recte dep/ hensus esset. Mutua nanq; distantia: id est parallelũ: ex multis apparet: quãdo neutra in pte coincidentia coarguat̃. Quãdo nauigatio ex Amiso in Colchiden: quia est ad oriente eqnoctialẽ: etiã uentis arguit̃. Et anni tpibus. et fructibus. et eosdẽ p ortus. Eodẽ mõ: et ad Caspiã plagã transgressio. Et uia deicepsusq; ad Bactra. Pluribus. n. in ptibus euidentia est. Quodq; ex omibus cõsonat: instrumẽto fidelius est. Quando quidẽ idẽ Hipparchus ipsam a colũnis usq; ad Ciliciã lineã: haud totã p instrumẽta: aut Geometrie regulas appbendit. qa p directã est. et ortũ eqnoctialẽ. Verũ totã ex Colũnis usq; ad fretũ nauigãtibus credidit. Quo fit: ut neq; ille benedicat. Quã/ doquidẽ neq; diei maxime ad breuissimam ratioem dicere babemus: nec Gnomonis adũbratiões in mõtana radice ex Cilicia: usq; in Indiã. Neq; si in mutuo distãte linea id est parallela obliqtio est: dicere babemus. Sed si indirectã lineã obseruantes: sicuti uetuste cõtinẽt tabule. Primũ quidẽ enĩ non baber: edicere: idẽ est: q̃d cohibere. Qui cohibet: neutram uergit ĩ partẽ. Qui aũt: ut antiqui: illorsũ uergere iubet: magis: q̃d cõsequens ẽ: obseruaret: si cõsiliũ daret. Neq; omnino terre formã describeret. Neq; enim ceteroꝝ mõtiũ situs: sicut Alpiũ: et Pyrenei: et Thraciorũ: neq; Illyricoꝝ: neq; Germanicorũ: hoc mõ dicere babemus. Quis uero maiorẽ antiqs: q̃ posteris: fidẽ ba/ bendã esse duceret: q tantope in tabularũ desciptiõe aberrarũt: q̃tũ haud accusauit Eratosthenes. quoꝝ nulli cõtradixit Hipparchus. Alia deincepss magis referta dubi/ tatõibus sunt. Perspice. n. si qsquã boc nõ moueat. Extrema Indie meridiana oppõi ptibus Meroes: neq; Meroes distantiã: ad os Byzãtii: q̃d ẽ circiter stadiũ milia octo ac decẽ: Faceret aũt eã que est a meridianis Indis: usq; ad mõtes: miliũ triginta: quot euenirent absurda. Primo quidẽ ait: Idẽ est parallelus: q est p Byzãtiũ: et q Massilie: quẽadmodũ Hipparchus: Pythee credens: inquit. Idem autẽ est etiã meridianus: per

Byzantiũ: et Boryſthenẽ. Quod et ipſe Hipparchuſ approbat. Et diſtantiã quoq; approbat a Byzantio in Boryſthenẽ ſtadiũ eſſe tribuſ milibuſ: et ſeptingẽtiſ. Tãtũdẽ ex Maſſilia ad Boryſthenis parallelũ eẽt: q per maritimã Gallie exiſteret. Tot enim quodãmodo ꝑcurrenteſ cõiungũt Oceano. Rurſuſ q̃nquidẽ Cinnamiferam plagã: poſtremã ad meridiẽ habitatã nouimuſ: et ſcd̃m ipſum Hipparchũ per eã Paralleluſ: tempate: atq; habitabiliſ: initium eſt: & ab eqnoctiali diſtat ſtadiũ circiter milia octo et octingenta. Poſtq̃ igit̃ dixit: ab eqnoctiali ꝑ Boryſthenẽ circulũ diſtare ſtadium milia triginta q̃ttuor: reliq̃ ab Orizonte terminãte torridã: et tempatã: ad Boryſthenis plagã: et Gallie maritimã: ſtadiũ uigintiqnq; milia ducenta eẽnt. Nauigatio aũt a Gallia: Septentrionẽ uerſuſ: poſtrema eſſe dicit̃ a noſtri ſeculi hominibuſ. uſq; in Hiberniã. Nã ulteriorẽ Brittania iacentẽ regionẽ: difficulter ꝑpter friguſ habitabilem eſſe: ut ulteriuſ etiam poſita: cenſeant̃ iure: minime eſſe habitata. A Gallia uero hiberniã: non ampliuſ: q̃ qnq; milibuſ diſtare dicunt. Vnde circiter milia triginta: uel paulo plura: eſſent omnia: qbuſ orbiſ latitudo definit̃. Eia iã oppoſitã Cinnamifere in eodẽ Parallelo ad ortũ iacentem ſubeamuſ. Hec uero eſt circa Taprobanen. Ipſa uero Taprobane Indie obiecta eẽ uehemẽter eſt credita. Inſula in pelago ꝑmagna: ad Auſtrũ ſita. Porrigit̃ aũt in Ethiopiam ſupra ſtadiũ milia qnq;: ut fama ẽ. e qua multũ eboriſ ad Indorũ nũdinaſ: et teſtudineſ: et reliq̃ eiuſmõi onera ſubuehi. Huic Inſule latitudo ad ꝓportionẽ: adiicit̃. longitudini. Eleuatio ex India in ipſam ſtadiũ triũ miliũ: nõ minorẽ efficeret diſtantiã: q̃ quantuſ erat terminuſ orbiſ habitabiliſ in Meroen. Siquidẽ extrema Indie opponi debent Meroe. Veriſimiliuſ aũt eſt: plura tribuſ milibuſ ponere. Siqſ hoc adiiciat ad milia triginta: que Deimachuſ ait: uſq; ad exceſſũ in Bactrianoſ: et Sogdianoſ: He genteſ omẽſ extra habitabilẽ: et tempatam exciderent. Quiſ igit̃ hec dicere auſit: cũ et p̃ſcoſ: et etatiſ noſtre hõineſ audiat: qui et tẽperiẽ: et fructuũ fertilitatẽ poſteritati ꝑdidere. ꝑmũ qdẽ depoſitiſ ad Aqlonẽ Indiſ: Poſtmodũ de Hyrcania. et Aria. ac deincepſ. Margiana: et Bactriana. Omẽſ enĩ he extente ſũt ad Septẽtrionale Tauri latuſ. et Bactriana quidẽ: ad excedentẽ in Indoſ plagã appropinq̃t. Tãta uero felicitate fruũtur: ut ab ĩhabitabili q̃plurimũ abſint. In Hyrcania uitẽ uini metretã ferre dicũt. ficulneã ficoꝝ modioſ ſexagita. Triticũ delapſo e culmiſ fructu: denuo renaſci. in arboribuſ apeſ opari: et mella de frõdibuſ fluere. Idq; in Mattiana Medie. et in Sacaſina: et in Araxina Armenie fieri. Verum in hiſce haud ſane tãtope mirandũ ẽ: ſi magiſ q̃ Hyrcania ſpectant ad Auſtrum. Et maior earũ: q̃ alio in loco tempieſ. In Margiana uero: uitẽ ſepiuſ inueniri aſſerunt. cuiuſ ſtipitem duoꝝ uix bõim ulne cõplectant̃. Racemũ duorũ cubitoꝝ lõgitudinẽ implere. Parẽ et Ariã eẽ dicũt. Vini aũt ubertate ſupare. In ea et uinũ ad treſ hõiſ etateſ: id eſt nonageſimũ annũ: ꝑdurare. Idq; in uaſiſ mĩme picatiſ. Bactrianã quoq; Arie ꝓximã rerũ etiã omnium: oleo dũtaxat excepto: fertilẽ eſſe. Nec uero mirari oportet: ſi harũ regionũ ꝑteſ: quot excelſe: et montane ſunt: frigide ſint. Et. n. meridiana climata mõteſ habẽt frigidoſ: et paſſim fundamẽta ſublimia: licet cãpeſtria ſint. Cappadocie igit̃ regio: ad Euxinũ uergenſ: ceteriſ Tauro appoſitiſ: magiſ ac magiſ ad Aqlonẽ ſpectat. Ac. n. Bagadania: cãpuſ ingenſ: inter Argeũ montẽ: ac Taurum intercidẽſ: p raro ſicubi fructuoſã gignit arborẽ: q̃q̃ ad Auſtrũ magiſ: q̃ mare põticũ: tribuſ milibuſ ſtadiũ tendit. Sinopiſ aũt: et Amiſi: et Phanarie anteriora arua: ut plurimũ oliueta gignũt. Oxum autẽ: q Bactrianã: et Sogdianam diſterminat: adeo nauigatu cõmodũ eſſe dicũt: ut tranſportata ab India in ipſum onera: in Hyrcaniã facile deuehant̃. Idẽ porro de lociſ reliquiſ: ꝑ fluuioſ: uſq; in pontũ fit. Quam igitur

calē circa Boryſthenem: et maritimā Galliā: repieſ felicitatē? ubi ne uitiſ qdē naſcit̄:
Aut nata mīme pficit. In iiſ autē: q magiſ ad Auſtrū uergūt: et magiſ maritimiſ: et
Boſporeiſ: cuncta pducta pficit. Sed in ipſa fructuum paucitate: hyberno tempore
defodiūt. Cruſte uero glaciei taleſ apud eoſ quedā ſūt. In ore qdē palludiſ Meotice:
tanta glaciei uiſ eſt: ut quo in loco miſſuſ ab Mitridate Imperator: equeſtri pugna
Barbaroſ in glacie hyeme ſuperauerat: Illoſ eoſdē nauali plio: ſoluto p eſtatē gelu:
uicerit. Eratoſthaeneſ et cuiuſmodi ſit ſcriptū illud in Eſculapii templo Pāticapeēſiū
pfert: de hydria erea p glaciē diſciſſa: Siqſ mortaliū: qlia peneſ noſ gerant̄: minime
credit: hac inſpecta noſcat hydria: quā nō ut pulchrū oblatū deo munuſ. Ceterū ut
ingentiſ hyemiſ indiciū ſtratiuſ ſacerdoſ poſuit. Vbi ſane neq; cū Boſporaniſ facīeda
ē cōparatio de dinumeratiſ antea lociſ. neq; de Amiſo: atq; inope. Et.n. tempatioreſ:
q̄ illi ſūt: quiſpiā dixerit. Nā Boryſthenenſeſ: et Galloſ extremoſ: miſſoſ facile faciāt.
Quippe cū poene uergenteſ ſint: in idē ad Amiſū: et Sinopē: et Byzantiū: et Maſſiliā:
qui uiciniores auſtro Boryſthenenſeſ: et Galli: tribuſ ſtadium milibuſ: et ſeptingentiſ:
uno ore dicunt̄. Deimachuſ aūt milibuſ triginta ait. Siquidē aſſūpſerint Taprobāiſ
ſpatiū: et torride limiteſ: quoſ nō minuſ milibuſ q̄ttuor poſuerint: q exteriuſ locant:
& Bactra: et Ariā: ad locoſ ab torrida diſtāteſ ſtadiū milibuſ triginta q̄ttuor. quot ab
eqnoctiali ad Boryſthenen: dicit Hipparchuſ eſſe. Excident utiq; ad propinqoreſ
Aqloni locoſ: q̄ Boryſtheneſ: et Gallia: ſtadium milibuſ octo: et octingentiſ. Quot
quidē ſtadiiſ ppior ad auſtrū eqnoctialiſ ē: q̄ circuluſ: q torridā: tempatāq; terminat.
Quē p cinamiferam Indie ptem: maxīe deſcribi dicimuſ. Noſ utiq; ſup Galliaſ plagā:
uſq; ad hyberniā: uix habitabilē eſſe demōſtramuſ: que nō pluſ q̄ qnq; miliū eſt. Hec
ratio circulū quendā habitabilē eē declarat: q q̄ hybernia ſtadiſ tribuſ milibuſ octi/
gentiſ: magiſ ad Aqlonē exponit̄. Suntq; Bactra: et Caſpii mariſ ſiue hyrcanii oſtiū
admodū oīno ſeptētrionaliora. Quodqdem ab ſinu Caſpii mariſ: et Armeniiſ: et Me/
diciſ mōtibuſ diſtat circiter ſtadiū ſex milibuſ. & eiuſ maritime ſignū magiſ ad Aqlonē
tendenſ uſq; ad Indiam uidet̄ eſſe: circumflexe ab India nauigatiōiſ: curſum habere
poſſibilē. Sicut eorū locorū prefectuſ Patrocleſ tradit. Regio etiā Bactriana: mille
ad Aqlonem ſtadiſ extenditur. Scythia agrū longe ampliorē: ulteriuſ paſcit̄. et ad
ſeptentrionale mare finit̄. licet paſtoralē ducenſ uictū. Quonam igit̄ modo ſi Bactra
ipſa quoq; incidūt ab habitabili: tametſi diſtātia e caucaſo: uſq; ad ſeptētrionale pe/
laguſ: paulo ſupra milia q̄ttuor p Bactrianā lineā eēt: hec ad ſtadiorū dinumeratōem
adiūcta: que ab hibernia ad Aqlonē cōputat̄: cōficit ſūmatī diſtantiā p inhabitabilē
ſupra ſtadiorū numerū: p hiberniā ſtadiū ſeptē miliū: et octignetū? Siqſ uero milia
q̄ttuor ſtadiū omittat: ee pteſ quidem Bactriane Caucaſo propique: hibernie plaga:
uiciniores erūt Aquiloni: ſtadiſ tribuſ milibuſ et octingentiſ. Pluſ aūt q̄ Gallica: et
Boryſthenica: milibuſ octo: et octingentiſ. Dicit aūt Hipparchuſ: ad Boryſthenen:
et Galliā: totiſ eſtiuiſ noctibuſ: ſoliſ ſplēdorē: ab occaſu: ad ortū ambientē illuceſſere.
Solſtitiiſ aūt hyberniſ ad plurimū: ſolē leuari nouē cubitiſ. In diſtantibuſ autem a
Maſſilia ſex milibuſ: et trecentiſ: quoſ ille quidē adbuc Galloſ arbitratur. Ego uero
Brittanoſ Aquiloni ppinqoreſ arbitror q̄ Gallia: ſtadiū duobuſ milibuſ: et qngētiſ.
Idipſūq; iiſ multo magiſ qdem obuenire cenſeo. hyberniſ uero diebuſ ſol eleuat̄: ſex
cubitiſ. Quattuor aūt diſtātibuſ a Maſſilia ſtadiū nouē milibuſ: et centū. Vlterioribuſ
aūt minuſ: q̄ tribuſ. Qui noſtra etiā rōe: uiciniores eſſent Aqloni: q̄ hibernia. Hic aūt
Pythee credenſ: hāc habitationē ad pteſ Brittanie: ad Auſtrū magiſ ſpectāteſ: locat.
Aitq; longiſſimā hoc in loco diē eſſe horarū eqnoctialiū. decē et nouem. Verū decē

et octo:ubi sol q̃ternis eleuat̃ cubitis.quos ab Massilia distare inquit stadium:nouem milibus:ac centũ. Adeo ut q Brittani maxĩe ad Austrũ uergũt:magis ad septẽtrionẽ: q̃ isti:accedũt. Vel igit̃ in eodẽ parallelo sũt cũ Bactrianis ad Caucasũ:uel in aliquo ꝓpinquo. Dictũ.n.est:scd̃m Deimachũ:Bactrianos ad Caucasũ:ꝓpiores eẽ Aqloni: q̃ hibernia stadiũ:tribus milibus:et octingentis. His autem adiunctis illis:que sunt ab Massilia ad hiberniã:efficiunt̃ milia duodecim:et q̃ngenta. Quis igitur scripsit:illis in locis:Dico autẽ Bactrianis:hac maxĩoꝝ dierũ lõgitudinẽ:uel solis eleuationẽ:medii celi tpe:in hyemalibus solsticiis? Hec nãq; oĩa oculis uisa:uel ignaro:nulla geometrica indigent designatiõe:sicut antiquoꝝ ꝑmulti cõscripserũt:et qui res persicas lris cõmendarũt:et posteriorũ:ad nostram usq; etatẽ. Quonã mõ tanta locoꝝ felicitas:sermõe uulgata:talibus cõfessa fuisset:ex celo cõparẽtibus? Ex dictis aũt manifestũ est:qd̃ et sapienter demõstrationi cõtradicit:qd̃ pariter quesita ualeãt.et quesitũ ad demõstrationẽ suscipiat. Insup cum ille Deimachũ ignarum ostendere uelit:talibusq; carentẽ:et uacuũ:Censere.n.Indiã:inter Autũnale eq̃noctiũ:et hyemalẽ Tropicũ iacere:et Megasthenicontradicere:qui in Australibus Indie ptibus ursas occultari:& cõtrarias umbras cadere:dicit.Quoniã horũ neutrum in ullis Indie ptibus contingit. Cũ hec dicat:Imperite dicunt̃. Putare.n.Autũnalẽ:a uernali differre scd̃m distantiã ad Tropicos:indocti est:eodẽ existente circulo:et ortu:et distãtia:Tropici:in terra ab eq̃nocitali. In quoꝝ medio ille Indiã ponit:cũ in ipsa dimensione multo minus demõstratũ sit:stadiũ uigiti milibus.obtigisse aũt scd̃m illũ ipsum:id qd̃ ipse estimat. non qd̃ ille. Nã quũ uiginti:uel etiã triginta milibus cõstet India:non tantam sane distantiã intercidere posse:q̃tã ille asseruit. Eiusdẽ aũt ignorãtiõis esse:dicere nullis in locis Indie ursas occultari:neq; contrarias umbras cadere:quod ꝓgredienti recte ab Alexandria:milibus q̃nq;:statim obtingere incipit. Eos uero:qui hec dixerũt:rursus Hipparchus nõ bene ꝓfecto corrigit. Primũ ab hyemali Tropico estiuũ assũmens. Postea nõ existimãs uti oportere teste Mathematicarum rerũ:hõine astrologie ignaro:sicut Eratosthene:illius ꝑcipue testimoniũ iudicãte. Nec more quodã cõmuni aduersus uaniloquos utente. unũ eni quoddã ex argumẽtis est cõtra uaniloquentes: cũ illoꝝ sententiã:q̃liscunq; sit:nobis cõsonantẽ demõstramus. Nũc igit̃ supponẽtes ptes Indie:maxĩe in Austrũ spectãtes:ad Meroen opponi:qd̃ ꝑmulti et dixerunt: et crediderũt:que incõuenientia ꝓueniãt:demõstrabimus. Postq̃ Hipparchus nihil huic suppositioni nũc cõtradicens. Postmodũ in secũdo cõmentario minime concedit. Et hec cõsyderanda ratio ẽ. Inq̃t igit̃:cũ in eodẽ parallelo circulo:iacentes:inuicem apponant̃:q̃nquidẽ magna intersit distãtia:hoc ipsũ cognosci nõ posse:qd̃ loca sub eodẽ parallelo sine sine climatũ cõpatione:que ꝑ alterũ locorũ est. Philon igit̃:qui nauigationẽ in Ethiopiã scripsit:solẽ ad Meroes clima:ante q̃ntã:et q̃dragesimam estiui tropici diẽ ad uerticẽ eẽ tradit. Vmbilici quoq;:quẽ gnomonẽ uocant:rationẽ asserere. Ad tropicas aũt:et eq̃nocitales ũbras:ipsũ Eratosthenẽ ꝓpe Philoni concordare. Ipsũ aũt Indie clima cũ a nullo:tũ uero neq; ab ipso Eratosthene tractari. Quod si utraq; illic ursa:ut censent:occultatur:cũ Nearcho credit nõ fieri posse:ut Meroe:et ipse Indie extremitates sub eodẽ iaceãt parallelo. Quod si de duabus ursis disparentibus Eratosthenes pariter:cũ id dicẽtibus declarat:quonã mõ de ipso Indie climate:neq; Eratosthenes:nec ullus demonstrat? Hec.n.de climate rõ est. Si autem non simul declarat:discedat a causa. Sed nõ utiq; simul declarat. Verũ cũ Deimachus in nulla Indie pte ursas occultari:neq; contrarias umbras cadere:dicat:que suspicatus est:Megasthenes imperitiã eius dãnat:implicitũ id putãs mendaciũ. In quo:et scd̃m

ipsum Hipparchū: manifeste. Atq; cōtrarias cadere ūbras: mēdaciū implicauit. Et.n. nisi ipse Meroe opponit: extrema Indie: magis q̄ Syene: ad Austrū expōi: cōcedere uidet. Et in sequētibus quidē de eisdē cū conat: uel eadē redargutis a nobis: dicit: uel falsis utit suppositiōibus: uel qd̄ neq̄q̄ est consequens: infert. Nec.n. a Babylone ad Thapsacū: q̄ttuor milia stadiū et octingenta eē. Hinc uero uersus septētrionē: ad Armenios mōtes: mille ac centū. Sequit ut ex Babylōe: p ipsius meridianū: ad mōtes arcticos: plura sex milibus sint. Nec a Thapsaco ad mōtes mille ac cētū: Eratosthenes ait. Sed reliquū eē: immēsuratū. Itaq; intentio: ex nō data suppositiōe: nō cōcludit. nec usq;q̄q; Eratosthenes Thapsacū declarauit a Babylone: ad septentrionē: plus q̄ milibus q̄ttuor: et q̄ngentis stadiū iacere. Dehinc antiq̄s cōsonans tabulis: non ea que ab Eratosthene dicunt ꝓfert: de sigillo tertio. Sed sibi ad grām declarationē fingit: ad ingeniosam subuersionē. Ille nāq; pdictā sequens positionem Tauri: et maris: ex Colūnis: hac linea orbē duas in ptes diuidens: et unam quidē Borealem: alteram uero Austrinā ptem appellans. Et harū iterū utranq; in portiones possibiles partire nitit. Eas uero sigilla uocat. Et Austrine quidē ptis p̄mū dicens sigillū Indiā: Secundum aūt Arianā: que descriptionē hn̄t facilē: ambarū longitudinē: ac latitudinē reddere ualuit. Modo uero quodā: et figurā: uelut scientia pditus geometrica. Terram enim Indicā: ex lata in acutā speciem porrigi. et Rhomboidē esse: quia latera parti a mari alluunt: et Austrino: et orietali: cū sinuosa mīme ripas agat. Reliq̄ aūt ptim mōte: ptim fluuio. Hic etiā forma: p lineā rectam: aliq̄ in pte seruata. Arianam uero tria mōtiū hn̄tem latera: que ad pducendā: p mutue distantie parallelas inter se lineas: figuram: cōmodissima sunt. Cū aūt occidentalē signis definire non habeat: qa gentes linea quadā inuicē se mutant: tn̄ a Caspiis portis ad extremitatē Carmanie finiente: cōtiguas ptes ad sinū Persicū manifestat. hoc uero latus uocat occidētale. Versus aūt Indū: orientale. Inuicē aūt distantia: id est parallela: reliq̄ nō dicit. nec quod mōte: nec qd̄ mari. Sed unū qd̄ Aqlonare: alterū uero Austrinū. hūc i modū pfecta q̄dā forma scd̄m reddens sigillū: pfectius tertiū sigillū: plures reddit ob causas. Primā qdē dictā. qm̄ que a Caspiis portis usq; in Carmaniā extat: nō apte definita ē: que tertio ad sigillū scd̄m lateri cōmunis ē. Deinde qa sinus Persicus in Austrinū latus incidit: qd̄ quidē et ipse dicit. Itaq; necessario inductus est: ipsam e Babylone lineam: pinde ac rectā q̄ndā per Susa ac Persepolin: usq; ad Carmanie: et Persidis terminos cape: qua emensam repire uiā poterat: que tota paulo pluriū: q̄ stadiū nouies miliū extat. Quod qdem Australe latus uocat. Ceterū parallelū: id est mutuo ad septentrionali distans: nō utiq; dicit. Certū aūt est: ꝙ nec Euphrates: quo latus definit occiduū: per rectā simul lineā ꝓpe est. Verū e mōtibus in meridiē pfluēs: deinde portū: et rursus in Austrū: deflectit: quoad erūpat in mare. Nō rectū aūt amnis ostendit meatū: cū Mesopotamie sitū eloquit: quē Tigris: et Euphrates: in unū coeuntes efficiunt: nauigio similē: ut inquit. Atq; neq; totū occidentale latus: a Thapsaco usq; in Armeniā: dimensum habet: qd̄ Euphrates ipse disterminat. Sed quanta sit pars ab Armenia: et mōtibus Arcticis: habere se negat: cū nondū mensurata fuerit. Quas ob res tertiam se pticulā: in figure modū edidisse refert. Et.n. interualla: ex multis: stationes quasdam tractantibus: aggregasse dicit. Quas sine inscriptione existentes nominat. Ingrate mentis Hipparchus esse uidet: cū ad hāc pfectā rōem: uia quadā geometrica cōtradicat. In qua iis hn̄da gratia est: q locorū ingenia: quouis mō posteritati pdiderunt. Quādo igit ex iis: que ille cōmemorat: geometricas mīme capit materias: sed sibimet fingens ambitiosum aptius explicat animū. Ille quidē tertiam hoc pacto pticulam: in

figure modũ edidisse refert: decẽ miliũ stadiũ: a portis Caspijs ad Euphratẽ. Parti/culati uero diuidens: tanq̃ descriptã: repertu facilẽ: dimensionẽ: sic iterũ ab Euphrate initiũ ponit. Et transitũ eius p Thapsacũ faciẽs: usq; ad Tigridẽ q̃dem: qua traiecit Alexander: mille: et q̃dringenta stadia scribit. Hinc uero ad succedentes inde locos p Gaugamela: et Lycũ: et Arbela: et Ecbatana: qua Darius e Gaugamelis fuga sub/reptus est: usq; ad portas Caspias: decẽ milia explet: trecẽta tm̃ abũdãtius addẽs. latus q̃dem Aq̃lonare hũc metit' in modũ: nõ eq̃li mõtibus distãtia: hoc est parallelum id collocãs. Nec ipsa q̃dẽ: p colũnas: et Athenas: et Rhodũ: linea. Nã Thapsacus multũ distat a montibus. Mons uero: et a Thapsaco uia: ad Caspias portas coincidunt. He aũt ptes mõtis ad septentrionẽ: exposite sunt. Sic Aq̃lonare latus edens: hoc quidem Austrinũ inq̃t ad mare cape nõ licet: q̃a Persicus intercidat sinus. At a Babylone per Susa: et Persepolin: et Persidis confinia: et Carmanie stadium esse nouem milia: et ducenta. Austrinũ quidẽ dicẽs. Neq; Septẽtrionali parallelũ dicens Austrinũ. Dis/crepantiã uero longitudĩs eueĩre: ideo inq̃t: de septẽtriõali et Austrino latere posito: q̃a Euphrates usq; ad quoddã spatiũ in meridiẽ, pfluẽs: multũ inclinat ad ortũ. Verũ ex maritimis lateribus occidentale p̃mũ dicere. de quo unũ ne: an duo sint: in medio cõsyderari licet. A trãsitu. n. ad Thapsacũ: p̃ter Euphratẽ: ad Babylonẽ: stadiũ inq̃t esse q̃ttuor milia: et octingenta. Hinc aũt ad Euphratis eruptiões: et oppidũ Tere/donẽ: tria milia octingenta: a Thapsaco ad Aq̃lonẽ: usq; ad portas Armenias: dimẽsa interualla: ad mille ac centũ existere. Per Gortyneos aũt: et Armenios nõ amplius. Ideo is omisit. Lateris uero ad orientẽ: p̃s ipsa: per Persicã: sc̃d'm longitudinẽ a mari Rubro: ad Medos: et Arctos: nõ minus octo milibus uidet' esse. A promõtoriis uero nõ nullis: ultra milia nouẽ. Reliquũ p Paretacinã: et Mediã: et Caspias portas: cir/citer tria milia. Tigrin aũt fluuiũ: et Euphratem: ex Armenia in meridiem labentes: cũ Gortyneos mõtes pfluxerint: magnũ circumplectẽtes ambitũ: p multũq; intra se circũeuntes agri: Ipsã inq̃ Mesopotamiã: in hybernũ ortum: ac meridiem uertere. Et amplius q̃dẽ Euphratẽ: ex Armenia in meridiẽ labẽtes. Hũc aũt, ppius semp Tigrin cõstitutũ. ad Semiramidis murũ: et uicũ noĩe Opin: a quo circiter stadium ducenta distantẽ: et p Babylonẽ labẽtẽ: in Persicũ irrũpe sinũ. forma uero inq̃t Mesopotãie: ac Babylonie similis fit nauigio. Talia quidẽ tradit Eratosthenes. De tertio uero si/gillo: et alia q̃dẽ cõmittit errata: de quibus cõsyderabimus. Que aũt Hipparchus illi obiicit: nõ admodũ. Que uero dicit: cõsyderemus. Cõfirmare. n. uolẽs ab initio dictũ q̃ India neq̃q̃ ad Austrũ trãsponẽda sit: sicut arbitrat' Eratosthenes: hoc ex iis liquere inq̃t maxĩe: que ille ipse obiicit. Tertiã. n. inq̃ns pticulã ad Aq̃lonare latus: ab linea de portis Caspijs: ad Euphratẽ determinari: que sit stadiũ decẽmiliũ: Post hec affert: latus Australe a Babylone: ad Carmanie fines: pauloplus esse milium nouẽ. latus uero ad occasũ: a Thapsaco ad Euphratẽ esse ad Babylonẽ miliũ q̃ttuor: et octingentũ stadiũ. Et deĩceps ad eruptiões: triũ miliũ. Spatiũ ad septẽtrionẽ a Thapsaco: cũ q̃dẽ mẽsurat': usq; ad mille: ac centũ. Reliq̃ uero nõ amplius. Cũ igit' dicat: Boreale latus tertie pticule ut miliũ uiginti: horũ aũt parallela ab Babylone recta: usq; ad oriẽtis latus: cõputatũ est paulo pluribus nouẽ milibus: patet q̃d' Babylon nõ multoplus: q̃ stadiis mille: ad orientẽ ẽ exposita: q̃ transitus Thapsaci. Dicemus autẽ: q̃d' siquidẽ in eadẽ meridionali recta exacte Caspie porte capent': et Carmanie: ac Persidis fines: in rectasq; decurreret': a p̃dicta meridionali recta: et que ad Thapsacum: et que ad Babylonẽ ẽ: hoc accideret. Nã que eiicit': par etiã foret ad sensũ: et: que p Babylonẽ ducit': usq; ad meridianã rectã ad Thapsacũ. Sup eã uero: que ẽ a Caspijs portis ad

Thapſacū excedit̄: Adeo ut ꝑ exceſſū Babyló: ad orientē íclinatior ē: q̄ Thapſacuſ: quáto excedit illa: que eſt de Caſpiiſ portiſ: ad Thapſacum: q̄ illa: que de Carmaniiſ mōtibuſ ad Babylonē. Sed lineā: que occiduū latuſ diſtermíat Ariane ad meridianū iacenſ: mime cómeōrauit Eratoſthbeneſ. Neq; illā: que a Caſpiiſ portiſ ad Thapſacū ad rectaſ: ei que ꝑ Caſpiaſ portaſ meridianam. Sed eā potiuſ: que et mōte deſcribit̄: Ad quā illa ad Thapſacū: ab eodē ſigno deducta: a quo et mōtiſ linea angulū efficit. Neq; alia Babylonē: a Carmania ducta parallela cōmeōrata ē: cū ea: que ad Thapſacū ducit̄: Nec ſi parallela ſit: non directā uero ꝑ Caſpiaſ portaſ: meridianam: nihil ampliuſ ad computationē efficeret̄. Iſ autē hec ex apparatu capienſ: oſtendenſq; ut exiſtimat: Babylonē ſcd̄m Eratoſthbenē: magiſ q̄ Thapſacū ad ortū expoſitā: paulo pluſ q̄ ſtadiiſ mille: Rurſuſ alio pacto fingit ſibi ipſi ſuppoſitū: ad reliq̄m demōſtrationē: et ait: Si intelligat̄ recta a Thapſaco ad meridiē ducta: et a Babylóe ad hāc ꝑpendiculā: triangulū anguliſ rectiſ fore conſtitutū ab linea ex Thapſaco in Babylonē: extēto latere. et ex ꝑpendiculo a Babylone ad lineā meridianā in Thapſacum ducta: ipſam ꝑ Thapſacū: meridiana. Huiuſ aūt triāguli extentā: recte a Thapſaco in Babylonē: locat: quā q̄ttuor miliū octingentoꝝ: eſſe dicit. Meridianā uero e Babylone p Thapſacū: lineā ꝑpendicularē: paulo pluſ q̄ mille. Quot erat exceſſuſ illiuſ: que ad Thapſacū: ad eandē uſq; Babylonē ꝓcedēdo. At uero ex hiſ: et reliquā computat earū: que ad rectam ꝓminet: que lóge amplior exiſtit: q̄ que ad ꝑpendiculum dicta ē. Huic aūt addit illā: que a Thapſaco ad Vrſā eiicit̄. ad Armenioſ uſq; mōteſ. Cuiuſ menſuratā eſſe ꝑtem inquit Eratoſthbeneſ: et eſſe mille et centum. Quod uero mēſuratū non ē: ꝓrſuſ omittit. Iſte aūt ad minuſ mille ſupponit. adeo ut ab ābobuſ ſimul duo milia ac centū efficiant̄. Quod adiicienſ ad latuſ in rectā trianguli: uſq; ad ꝑpendiculū Babyloniſ: ꝑ multa milia diſtantiā cōputat: que ab Armeniiſ montibuſ parallelo ꝑ Athenaſ: uſq; ad Babyloniſ ꝑpendiculū: qd̄ in Babyloniſ parallelo cōſtituit̄. A parallelo aūt per Athenaſ: ad Babylonem: nō minuſ ſtadiiſ duobuſ milibuſ: et q̄dringentiſ: cū totū meridianū ſupponat̄ tot ſtadiiſ: quot inq̄t Eratoſthbeneſ. Quod ſi hoc ita eſt: neq̄ q̄ forēt Armenie mōteſ: et Tauri: in parallelo per Athenaſ: ut cenſet Eratoſthbeneſ. Sed multiſ ſtadiū milibuſ ſeptentrioni uiciniores: ſcd̄m eundē illum.

Hinc ad uſurpandū ſuppoſitióiſ apparationē ad rectū anguli in triangulo ordinē: et hoc capit: ad id qd̄ nō concedit̄: ut a Thapſaco linea ad rectum angulū extenta recta ſit: uſq; Babylonē in ſtadiū q̄ttuor milibuſ octingentiſ. Peneſ Euphratem .n. hāc eſſe uiā: inq̄t Eratoſthbeneſ. et ad Meſopotamiā: cum Babylonia ingenti circulo cōtineri diceſ ſub Euphrate ac Tigride. Maiorē autē ambitioniſ ꝑtem: de Euphrate dicit euenire. Recta igit̄ a Thapſaco ad Babylonē: cum peneſ Euphratem exiſtat: neq̄ q̄ tot ſtadioꝝ exiſteret: neq; ꝓpe. Subuertit̄ itaq; Syllogiſmuſ: ſiue ratiocinatio. Atq dictū ē: duabuſ datiſ lineiſ: fieri nō poſſe: ut a Caſpiiſ portiſ deducant̄. una quidē ad Thapſacū. Altera uero ad mōteſ Armenioſ: inuicē diſtāteſ a Thapſaco: q abſunt a Thapſaco ſaltē: ut inq̄t Hipparchuſ ipſe: duobuſ milibuſ: et centū ſtadiū: utranq; parallelā eſſe: et inter ſe: et cum ea: que ꝑ Babylonē. Quam latuſ Auſtrale appellauit Eratoſthbeneſ. Ille quidē: cū ad mōteſ uiā menſuratā dicere neq̄ret: eam tn̄: que eſt a Thapſaco ad portaſ Caſpiaſ: aſſeruit. Adiecitq;: id q̄ndā forme rōem dixiſſe. Alioq̄n ſi quiſ lōgitudinē dicere uelit eiuſ loci: q poſt Arianā: uſq; ad Euphratem exiſtit: non multū refert: hāc ne an illā dimetiat̄. Qui uero uti parallelaſ: id eſt mutuo diſtanteſ: dici audiat: puerilē penituſ hōiniſ impitiā cogniturus dānaturuſq; uideret̄. Hec autē: ꝑinde ac puerilia: ſunt omittenda. Que uero q̄ſpiam ab Eratoſthbene dicta carperet:

huiusgeneris sunt. Per mēbra cōcidas:an p ptes alioqn interest. Quippe que per ptes ē facta cōcisio: circūscriptionē accipit: cū naturalē habeat: directione q̄dā: formaq; signatā: unde et hoc dictū ē: illū p mēbra cōcidit. Illa uero tale nihil habet. proprie uero utimur utriusq; tēpus necessitatēq; cōsyderātes. hoc pacto in terre descriptione: ptium quidē cōcisiōes facere oportet: ad singula ptinētes. Imitari uero cōcisiones: que p mēbra fiūt: potius q̄ obtingētes put sors tulit. Id. n. cui adsunt signa frequencia: q̄d q; facile terminabile ē: etiā ex eo suscipe est: Cuius necessitatē Geographus id est orbis descriptor habet. Terminatū uero facile: cū fluuiis: uel mōtibus: aut mari: possi/bile est. Gente uero: aut Gētibus: et magnitudīe aliq̄ta: et forma: ubi hoc fieri queat. Quaq̄uersū aūt: p geometrica doctrina simpliciter: et pfecte sufficiens. Magnitudo quidē igiť sufficiēs est: si maximā lōgitudinē: latitudinemq; dixeris: queadmodum: si orbis lōgitudo septuaginta miliū obtigerit: latitudo aūt paulo minor: q̄ lōgitudinis medietas. figurā uero cuidā geometricarꝫ figurarꝫ cōparares. forte Siciliā triangulo: uel alteri cognite cupiā assimilās. Sicut Corio hispaniā: et Peloponnesum platani folio. Quāto uero maius est: q̄d cōcideť: tāto ampliores fieri portiones decet. Terra igiť habitabilis dupliciter diuidiť: et Tauro: et eo q̄d ē ad colūnas mari bene. et Aus/trali de pte. Et Indica quidē a multis q̄q̄ uersum terminať. Nā ex monte: et fluuio: et freto: et nomine uno: ut gentis unius gens. Vnde et q̄drilatera: et Rhombo: aut Turbini recte similis appellať. Ariana uero minorē circūscribendi facultatē habet: cū occidētale latus cōfusū sit. Tñ tribus lateribus ut rectis definiť: et nōie: pīnde ac gentis unius. Tertiū aūt sigillū oīno circūscriptū nō est: necdū determinatū. Latus enī cōmune et ipsi: et Ariane: ut pdictū est: cōfusum ē. Et Australe latus tardissime dephensū est. Nō. n. sigillū circūscribit: p mediā ipsius incedēs. et multas ad Austrum ptes omittens: maximā lōgitudinē mīme circūscribit. Nā Aqlonare latus maius est. neq; Euphrates occidentale latus est. neq; si in rectū flueret: cū eius extrema ī eodē meridiano mīme iacēt. qppe q̄d aliq̄to magis occidētale: uel Australe est. Preterea cū reliq̄ ad mare modica existat: Ciliciā: et Syriacā huc usq; duarū sigillū nō pducere: pbabile non ē: que Semiramidis et Nini Syrorꝫ dicunť. Ex qbus: Illius quidē Ba/bylon edificiū: et regia. Huius aūt Ninus Metropolis Syrie: manente hanc usq; in etatē eadē lingua: et us q extra Euphratē: et usq; interius incolūt. Vbi tali diuisiōe notissimā nationē disiūgere: et alias atq; alias gētibus ptes cōiungere: mīme facile cō/uenit. neq; ob magnitudinē sese coactū esse diceret. nam ipsum usq; ad mare spatium Indice regioni mīme par fieret. neq; item Ariane: etiā si assūmať tractus ipse usq; ad felicē Arabiā: et Egyptū. Prestabat itaq; hactenus ad tertiū pcedēdo sigillū: dicere: cū hoc additamēto: ad mare usq; Syrum: Australe q̄dem latus: q̄d ē: mīme dixit hñs: neq; directo. Sed a Carmāia stati dextrā maritimā. Intra sinū. n. Persicū nauigāti: usq; ad Euphratis eruptionē: et postea ad Messene limites: ac Babylonis cōiūctionē: Quod initiū Isthmi est: felicē Arabiā: et alterā continentem disterminantis. Postea deinceps hūc ipsū dextrū puenientē usq; ad intima sinus Arabici: et Pelusiū: et Ca/nobicū: nisi ostiū: hoc q̄dē Australe latus. Reliquū uero Occidētale: totā ab Cāobico ostio: usq; ad Cilicie maritimā. Hoc aūt q̄rtū sigillū est. et ex Arabia felice constans: et sinu Arabico: et Egypto uniuersa: et Ethiopia. Huius uero pticule lōgitudo erit: a duobus meridianis terminata. Vnus quidē p cōiunctissimū occasui signū: super ea describiť. Alter aūt: p pximū orienti. Latitudo aūt: que īter duos ē parallelos: quorꝫ unus: p signū Aqloni ppinq̄ssimū describiť. Alter uero p Austro ppinq̄ssimum. Per ineq̄les. n. figuras: in quarꝫ lateribus: neq; lōgitudo: neq; latitudo terminari pōt: hunc

in modū q̄titas definienda est. Generaliter aūt intelligendū: q̄d nō eodē mō in toto: et in p̄te: longitudo: et latitudo dicit̄. Sed in toto quidē: maior distantia: appellatur longitudo: minor autē: latitudo. In p̄te aūt: lōgitudo quidē: parallelū ad totius lō/gitudinē: illius portio: utracūq; sit maior: tametsi capta in latitudine distātia maior sit: q̄ capta in longitudine distantia. Ideo et orbe ipso terrarum ab ortu et occasu in longū p̄ducto. Ab Septētrione uero in Austrū: in latum extenso. Cūq; lōgitudo in aliquo parallelo ad eq̄noctialē describat̄: latitudo autē ad meridiē: p̄tiū quoq; cape: nō opus est. Longitudines quidē ad lōgitudinē: parallela p̄tes eius. Latitudines uero: et ipsa: ad latitudinē. Sic. n. melius describeret̄: p̄mū quidē orbis terraꝝ totius q̄ntitas. Dehinc dispositio: et partiū forma: ad aliq̄ quidē deficere: ad aliq̄ uero supabundare. tali ex appositiōe apparētibus. Eratosthenes aūt ipsā orbis terrarū lōgitudinē capit: in linea p̄ Colūnas: et Caspias portas. et caucasū. p̄inde ac directa. Tertie uero p̄ti/cule in linea: p̄ Caspias portas: et Thapsacū. At q̄rte p̄ticule lōgitudinē: in linea per Thapsacū: et urbē heroum: usq; ad illā: que inter Nili ostia ē: necessariū ē ad Canobi: et Alexādrie loca reuerti: hic ē. n. ultimū ostiū: q̄d Canobicū: Heracleoticūq; uocāt. Siue igit̄ p̄ directā: lōgitudinē inuicē ponāt: siue ut angulū facientes ad Thapsacū: Sed q̄d neutrū sit: ad orbis terre longitudinē parallelum: ex iis: que dixit ipse: liquet. Mundi. n. lōgitudinē p̄ Taurū: et mare: usq; ad Colūnas: p̄ rectitudinē: scd̄m lineā: per Caucasū: et Rhodū: et Athenas: scribit. A Rhodo aūt in Alexandriā: scd̄m ip̄aꝝ meridianū: multo minus q̄ milia q̄ttuor stadiū esse dicit. Vnde tm̄ distarent inuicem illarū paralleli: qui scilicet p̄ Rhodū est: q̄q; p̄ Alexandriā. Idē aūt quodammodo est huic: qui est per heroū oppidū: uel hoc ipso Australior. Adeo ut coincidens huic linea parallelo: et illi qui p̄ Rhodū: et Caspias portas. siue recta: siue fracta: ad neu/tram parallela eēt. Haud igit̄ lōgitudines bene cōprehendunt̄: neq; itē septētriōales p̄ticule cōprehendunt̄. Ceterū ad Hipparchū egredientes. Reliq̄ deinceps uideamus. Sibi ipsi enim quedam assumpta rursus effingēs. Illa que ab illo figuraliter dicunt̄: rōnibus geometricis cōfutat. Ait. n. eū dicere: spatiū ex Babylone ad portas Caspias sex miliū septingentorū stadiū. Ad cōfinia uero Carmanie: ac Persidis plus q̄ nouem miliū. Quod in linea ad eq̄noctiales ortus recte deducta: iacet. Hanc aūt p̄pendicu/larē fieri: ad cōmune scd̄i: ac tertii sigilli latus. Itaq; in ipsū cōstitui triāgulū angulis rectis rectā h̄ntem: ad Carmanie terminos. Et extentā minorem esse una illaꝝ: que rectam habeat. Oportere itaq; Persidem scd̄i sigilli facere. Ad hec dictū est lineā eā: que ex Babylone in Carmaniā in parallelo non cōprehendi neq; rectam: que sigilla distinguit meridianā dici. Itaq; nihil in ipsum dictum est. neq; q̄d infert̄. Nam cum dixerit a Caspiis portis: ad ipsam q̄dem Babylonē stadia esse: que dicta sunt: Ad Susa uero stadiū milia q̄ttuor nongenta. A Babylone uero tria milia q̄dringenta. Denuo ab eisdem cōcitatus causis: obtusis angulis triangulū cōstitui dicit ad Caspias portas: et ad Susa: et Babylonē: obtusum angulū h̄ntem ad Susa. Longitudines uero lateꝝ electas. Postea colligit: q̄d scd̄m has causas eueniat: lineā que est per Caspias portas meridianā in parallelo: p̄ Babylonē: et Susa: ad occasum adiūctiorē: habere cōmunē incisionē: cōmunis incisionis eiusdem paralleli: et rectitudinis a Caspiis portis ad ter/minos p̄tinentis Carmanie: et Persidis: pluribus milibus q̄ttuor: et q̄dringentis. Ferme aūt ad lineā per Caspias portas meridianā: dimidiā recte facere angulum: qui est per Caspias portas: et terminos Carmanie: et Persidis. et inclinare illū ad media meridiei: et eq̄noctialis ortus. Huic uero parallelū esse Indum amnem. Et q̄d iste a mōtibus non in meridiē fluat: ut inq̄t Eratosthenes. Sed inter hanc: et eq̄noctialem ortum:

quemadmodũ in uetuſtiſ ſcriptũ ē tabuliſ. Quiſ igit̄ cõcedet cõſtitutũ nũc triãgulũ obtuſo eſſe angulo: cũ nõ cõcedat rectũ angulũ eſſe: qui illũ amplectit̄? Quiſ uero in parallelo iacentē a Babylone in Suſa: unã obtuſam ex iiſ cõplectētibuſ uniuerſã: qui non concedat illã uſq; in Carmaniã? Quiſ aũt Indo parallelam illã eſſe: que eſt a Caſpiiſ portiſ ad Carmanie terminoſ: ſine qbuſ inaniſ eſſet Syllogiſmuſ: et rõcinatio. Preter hec aũt et iſ dixit: qđ ad Trochi formam eſt Indie figura. Et ſicut orientale latuſ multũ ad ortũ circũflectit̄: preſertĩq; ꝓmontorio ultimo: qđ in meridiē: ultra littuſ reliquũ prominet: ſic et latuſ ad Indũ. Hec aũt oĩa dicit: nõ geometrica rõe arguenſ: non uériſimiliter. Hec uero et ipſe in ſe offerenſ: abſoluit̄: dicenſ: Siquidem ad puſilla interualla exiſteret argumentũ: danda eſſet uenia. Cum aũt ad ſtadiorum milia uidet̄ excidenſ: pati non conuenire. Atq; illum utiq; ultra ſtadia quadringenta ſenſibileſ indicare ꝑmutatiõeſ: ut ꝑ littorũ parallelũ atq; Rhodi. Eſt autem id non ſimplex: qđ ad ſenſum eſt. Sed cum in maiore latitudĩe: cũ in minore. Maiore quidē in eo ipſo: cũ credit̄ oculo: uel fructibuſ: uel aeriſ temperiei: ad climatum temperiem. Minore uero ꝑ inſtrumenta gnomonica aut ad ſpeculandum ꝑtinentia. Paralleluſ igit̄ per littora gnomoniſ rõe acceptuſ: et iſ qui ꝑ Rhodũ ē et Cariã: in tot ſtadiſ: ſenſibilē iure efficit differentiã. Ille aũt in latitudine ſtadiũ triũ miliũ: in longitudĩe uero miliũ quadringentum terminoſ: pelagi uero milium triginta capienſ lineam: ab occidente ad equinoctialeſ ortuſ: et ad utranq; partē: quedã Auſtralia nuncupanſ: quedam ſeptentrionalia: et latereſ hec appellanſ: et ſigilla: cogitet: quonammodo et hec dicit: et latera quedã quidē Septentrionalia: quedam uero Auſtralia? et quonã/modo alia ſane occidētalia: alia aũt orientalia? et id qđ ꝑmultũ aberrat: negligenſ: rõnem ſubeat. Iuſtum eſt enim. Quod autem ad paululũ eſt: neq; omittenſ: redargui poteſt. Hic aũt neutro modo ullũ et adducit̄ argumētũ. Haud. n. eorũ: que in hac latitudine ſunt: ulla geometrica ualere põt demonſtratio. Neq; ubi nitit̄ geometrice diſſerere: manifeſtiſ utit̄ acceptionibuſ: Sed ſibi ipſi fingenſ. Preſtat igitur de quarta dicere ꝑticula. Adiicit. n. & de Phiẽtio: et de Menõ te eiſdē de cauſiſ: uel ſimilibuſ. hoc autem recte increpat: qđ huiuſ ꝑticule: lõgitudinem nominat lineã a Thapſaco uſq; ad Egyptũ. Quemadmodum ſiquiſ deſcripti ꝑ parallelaſ lineaſ ſpatii longitudinem: diametrum eſſe dicat. Non. n. eodē in parallelo iacet Thapſacuſ: et ora Egypti ma/ritima. Sed in multum a ſe inuicem diſtãtibuſ. Intermedia uero ducit̄ quodã modo angulariſ: et obliqua linea a Thapſaco ad Egyptũ. Auſuſ eſt autem dicere: ſe mirari ſpatium ſex miliũ ſtadiũ a Peluſio ad Thapſacũ: cũ plura ſint ſeptem milibuſ. Haud ſane recte. nam cum per demonſtrationē accipiat: qđ paralleluſ per Peluſiũ: magiſ q̃ paralleluſ Babyloniſ eſt Auſtraliſ: ultra ſtadia duo milia: et quingenta: Sed ſecũdũ Eratoſthenem: qui exiſtimat: parallelũ per Thapſacũ: magiſ q̃ Babyloniſ paralleluſ ꝓpinquiorem eſſe Aquiloni ſtadium milibuſ quattuor octingentiſ: coincidit inquit pluſ q̃ milibuſ ſeptem. Quonam igitur modo ſecũdum Eratoſthenem: tanta paralleli diſtantia demonſtratur: per Babylonem a Thapſaco: cum ſcrutetur? Quod quidem enim a Thapſaco ad Babylonem tantum intereſt: ille inquit. Quod autē per utriuſq; parallelum ad alterutrum: nequaq̃ dixit. neq; quod in eodem meridiano ſint Thap/ſacuſ et Babylon: contraria enim Hipparchuſ ipſe demõſtrauit: ſcđm Eratoſthenē pluſ q̃ ſtadium duobuſ milibuſ: ad orientem Babylonem: q̃ Thapſacum: contingere eſſe propinquiorem. Noſ autem demonſtrationeſ Eratoſtheniſ oppõimuſ: in qbuſ Tigrin et Euphratem Meſopotamiam et Babyloniam ambire: et maiorem ambituſ partem Euphratē efficere. Qui quidē cũ ab Septentriõe fluat in meridiē: ad orientē

flectitur. In meridiem autem excidit. A septentrione igitur eius in meridiem cursus: cuiusdam quasi meridiani ē. Ipsa uero ad ortū inflexio: et ad Babylonē inclinatio a meridiano est. Nec per directā ob iam dictum circuitum. Viam autem ait milibus quattuor: et octingentis stadiis ad Babylonem a Thapsaco preter Euphratem ad/iciens: quasi dedita opera nullā rectā ipsam suscipere: Ac mensuram interualli duoꝝ parallelorum. hoc autem non dato: inane est: et quod demōstrare uidetur: quoniam constante rectis angulis triangulo penes pelusium: et Thapsacum: et sectioni paral/leli per Thapsacum: et meridiani per Pelusium. Vna earum: que est circa rectam in meridiano: maior erit ea: que circa rectam a Thapsaco in Pelusium. Inane autē: et quod huic adiungitur: a non concesso presupposito comparatum. haud enī datur a Babylone: ad Caspiarum portarum meridianum: interuallum esse stadium milium quattuor octingentorum. A nobis enim argutum est: a non cōcessis ab Eratosthene. hoc quidem Hipparchum confirmasse. ut uero sit inualidum: quod datur ab illo: cū capiat plus nouem milibus esse lineam: sic ductam: a Babylone ad portas Caspias: ut inquit ille: ad Carmanie confinia: idem ostendebat. Hoc igit̄ in Eratosthenē mīme dicendum: Sed qd̄ magnitudinum: et formarū: que in latitudinem dicuntur: aliquā oportet esse mensuram. et qd̄ alicubi amplius: alicubi minus: concedendum est. Capta enim latitudine finiū ad equinoctiales ortus extentorum: trium milium stadium: & similiter item maris: usq; ad Columnas: quispiam magis concederet: ut in una linea in/quiratur: que sunt ad illam parallele: in eadem latitudine conducte: ꝗ que coīcidāt: in illa ipsa latitudine coincidentiam habentiū: uel que exterius: eodē mō et distātes: usq; ad non exeuntes de latitudine: et exeuntes: et que in maiori longitudine: magis ꝗ que in minori. Et enim inequalitas longitudinum magis occultaretur: et formarū dissimilitudo: uelut in totius Tauri latitudine: et maris usq; ad Columnas subiectis stadium tribus milibus. Intelligitur locus etiam lineas habens parallelas: circūscriptus: atq; mons uniuersus: et mare predictum. Si igitur in pluris inuicem parallelas partes: partias longitudinem: et diametrum huius totius capias: et partium: facile totius dia/metri eadem computaretur parallela: et equalis: ad ipsum longitudinis latus: que in partibus. Et quanto quidem minus sit: quod inuicem parallelam habet lineam: quod in parte capitur: tāto magis hoc contingeret. nā et diametri obliquitas minus arguit̄: et longitudinis inequalitas in magnis: Itaq; in ipsis: forme lōgitudinis diametrum ap/pellare: ne utiq; dubitaueris. Si igitur diametrum amplius obliq̄ueris: ut extra latera uel utrunq;: uel alterum: excidat: non sane eodem modo etiam hec euenirent. Tale equidem aliquid dico. Ipsam scilicet eorum: que ī latitudine dicuntur: mensuram. Is autem a portis Caspiis: unam quidem per ipsos montes capiens. uti p eundē parallelū: usq; ad Columnas deductam. Alteram uero ad Thapsacum declinātem statī: multū extra montes. Ac rursum aliam a Thapsaco educens usq; ad Egyptum: que tantam capiat latitudinem. Deinde huius longitudine: loca longitudinem dimetiens: q̄drāguli diametrum dimetiri: quadranguli longitudo uideretur. Quando autē diameter non adsit: sed linea fracta: longe magis peccare uideret̄. Fracta enī ea est: que a Caspiis portis per Thapsacum ad Nilum deducit. Hec quidē in Eratosthenem: Illud autē et in Hipparchum oportebat: sic ab eo dictorum accusationē fecerat: sic et erratorū emendationem aliquam facere: quod nos facimus. Ille tametsi hoc sapiat: uspiam: ut priscorum tabulis mētem adhibeamus: sane iubet: que maioris etiam: atq; etiā: ꝗ Era/tosthenis tabula: emendatiōis indigent. Et allatum argumentū eodē uicio detinet̄: unum enim capit presuppositum: ex nō concessis confutatū: ut nos ipsi coarguimus:

ꝙ Babylon ad orientē magis:q̄ Thapsacus:supra stadiū mille exposita est. Quocirca licet admodum inferatur: eā propiorē ortui esse stadium duobus milibus q̄drigentis: ex dictis Eratosthenis: quoniam ad Tigridis transitum: qua traiecit Alexander: a Thapsaco: compendiosius est stadium milibus duobus quadringentis. Tigris autem et Eupbrates Mesopotamiam circundantes: interim in orientem labuntur. Inde in Austrum uersi: tunc inuicē propinqui sunt et Babyloni: nihil dictis euenit absonū. Errat autem in argumentatione sequēti: in qua concludere uult: ꝙ uia a Thapsaco ad portas Caspias: quam Eratosthenes stadium decem milium esse dixit: haudquaq̄ indirecto est mensurata. perinde ac in recto tradat: cum recta longe minor existat. Sibi uero ingressio talis est. Ait esse et secundum Eratosthenem: eundem meridianū: et qui est per ostium Canobicum: et qui est per Cyaneas. Hunc uero distare ab eo: qui est per Thapsacū: stadiū milibus sex: et trecentis. Cyaneas uero a monte Caspio: stadium sex milibus: et sexcentis: qui ad excessum: ad mare Caspium e Colchide iacet: adeo ad stadia trecenta. Equalē esse distantiā a meridiano: ad Cyaneas & ad Caspiū: et ad Thapsacum. Quodam autem modo et Thapsacum: et Caspium: in eodē iacere meridiano. Huic uero consequens esse portas Caspias pariter distare. A Thapsaco uero: et Caspio: multo minus abeē milibus decē: quot inqt Eratosthenes a Thapsaco distare. Certe multo minus: q̄ milibus decem: distare per rectam. Ambitum profecto esse decem milium: ratiocinaē ille per rectam ad Thapsacum: ex portis Caspiis. Ad ipsum uero dicemus: ꝙ cum Eratosthenes rectā in latitudine capiat: qđ Geographie proprium est. In latitudine uero: et meridianas: et eas: que ad orientalē meridianā sunt. Ille arte geometrica ipsum dirigit. Et sicut aliquis per instrumenta capet unū/quodq; horum: Ipse nequaq̄ per instrumenta: sed per coniecturam potius accipiens: quodq; per rectas: quodq; per parallela. Vnum quidem hoc peccatum est. Alterum uero est: ut nec ab illis iacentia interualla ipse ponat. Nec ad illa adducat argumētū. Sed ad ea: que ipse confingat. Ea propter: primū quidem. Cū ille ab ostio ad Phasin stadium octo milia interuallum esse dicat: Adiungatq; illa: que usq; ad Dioscuriadē sunt: Indeq; sexcenta: et eam que ab Dioscuriade ad Caspium est: additionē dierum quinq;. Si quispiam sane scd'm ipsum Hipparchū: existimat: dici oportere ad stadiū mille: Vnde uniuersam summatim computari scd'm Eratosthenem milibus nouem sexcentis. Ipse igitur partitus est: et ait ex Cyaneis ad Phasin milia quinq;: et sexcēta esse. Hincq; ad Caspium alia mille: Ita ꝙ scd'm Eratosthenem: non contingeret: et Caspium: et Thapsacum in eodem esse meridiano: sed secundū ipsum. Eia igit' scd'm Eratosthenem. Quonam igitur mō huic consequitur: ut a Cassio ad portas Caspias equalem esse: ad aliā a Thapsaco: ad idem signum. Ceterum in secundo rursus cōmē/tario resumens eandem questionem de montibus circa Taurum: de quibus diximus satis: transit ad septentrionales orbis terrarum partes. Dehinc dicta exponit ab Era/tosthene: de adiacētibus ponto locis q̄ndo quidē tria inquit promōtoria a septētriōe descendere. Vnum quidem: a quo Peloponnensus. Scd'm uero Italicum. Tertiū aūt Ligusticum. A quibus sinus deprehendi: et Adriaticum: et Thyrrenum. His quidem expositis: uniuersaliter singula de illis dicta nititur redarguere: p rationes magis geo/metricas: q̄ p orbis descriptiōes. Tāta uero ē erratoꝝ i eis ab Eratosthene multitudo: et Timosthenis in portuum descriptione: quē ille super ceteros collaudat. Discordās autem in eum plurimum arguit: ut diiudicare indignū arbitrer: illos tatope de rebus aberrantes: et Hipparchum. Et enim ille non nulla quidem omittit errata. Quedam uero non emendat. Sed tantum arguit: quoniam falso uel repugnanter dictum est.

Hoc & fortasse quispiam accusandum duxerit: qd' tria Europe dicit esse ꝓmótoria. unum quidem constituens in quo est Peloponnesus. Et enim aliqd habet in multas diuidendum partes. Nam et Sunium ad promontorium inclinat: sicut et Laconica: cum sit non multo minus: q̃ Maleum ad meridiem uergens. Et sinum minime parui/ pendendum: accipit. Et Cherronnensus Thracia ad Sunium: et Melena id est nigrú sinú assumit: et deinceps Macedonicos. Quod si hoc qdẽ omittamus: et ex interuallis plurima: manifesta falsitate descripta: egregiam locorum imperitiam arguunt: que geometricis argumentis nequaquam indigent: cú aperta sint suapte natura: et testi/ ficari ualeant. Sicuti et ex Epidamno ad sinum Thermeum excessus est super duo milia stadium. Is autem nongentú affirmat. Ex Alexandria uero ad Carthaginẽ: supra milia tredecim. cum nouem milia non excedant. Si quidẽ in eodem meridiano est: secundum hunc Alexandria. Caria. et Rhodus. Ad Carthaginem uero Porthmus: id est interiacens mare. Omnes autem sane consentiunt e Caria ad Porthmú naui/ gationem esse plus quinq; milium stadium: cum meridianus in magno quodá captus interuallo: idem esse consyderetur: cum illo: qui tanto in occidentem inclinatior est: ad alium magis: in orientem inspectantem: quanto Carthago in occidentem magis q̃ Porthmus existat. In tribus autem stadium milibus manifestá habet redargutionẽ. Is autem Romá in eodẽ meridiano ponens: tanto in occasum uiciniorẽ: q̃ Carthago: excellentiam imperitie non relinquit locorum: et horum: et aliorum: qui per eundem tractum: ad occidentem: usq; ad columnas existút. Hipparcho igitur non orbis sitú describenti: Sed Eratosthenis dicta de Geographia exactius exploranti: proprium fuit singula corrigenda magis emẽdare. At nos: in quibus recte inqt: cum longe plus sit: in quo peccet: proprium unius cuiusq; rei sermonem: adducendum esse putauimus: non nulla emendantes. In quibus autem allatas ab Hipparcho causas dissoluemus: et ipsum simul Hipparchum rimantes erimus: ubi per contentionem quippiá disseruit: In his autem eum omnino delerantem intuẽtes: cum illum iure inuitet: Satis esse co/ gitamus: si qua in ipsa Geographia insunt: dicentes: illam corrigamus. In quibus ení frequentes exterius sunt errores: prestat: ne mentionem quidẽ facere. nisi rarú aliqd in uniuersum est: quod singillatim efficere conabimur. In presentia dictum sit: quod Timosthenes: et Eratosthenes: et adhuc illis priores: Hispaniensia: et Gallica ꝓrsus ignorarunt. Innumerabiliter autem amplius Germanica. Situmq; Brittanie. pariter autem et Getarum. et Bastarnorum. Ad multam quoq; ignorationis partẽ de Italia. de Adria. de Ponto. et de reliquis septentrionis partibus peruenerunt. tametsi huius/ cemodi uerba contentiosorum forte dicerentur. Nam cum Eratosthenes ea que de longe distantibus tradita sunt: dicturum se asserat: nec illa confirmet: sed accepisse se dicat: opponatq; alicubi: que per rectam magis minus ue sint: non oportet accuratú afferri argumentum: ad non cófessa inuicem interualla: quod facere conat' Hippar/ chus. Sed in añdictis ex tractu Hyrcáie: usq; ad Bactra: et de ulterioribus natióibus distantias exponit. Et ex Colchide ad Hyrcanum mare. haud enim simili modo in hisce illum exquirere oportet: et in littoralibus rursus: Ac reliquis usq; adeo cognitis locis. Sed neq; in his ratione geometrica: ut dixi: magis uero more orbis situm descri/ bentium. Quedam igitur de Ethiopia carpens: in fine scđi Commentarii: de factis in Eratosthenis Geographiá: in tertio inqt: maiorẽ contẽplationẽ fore mathematicá. Ad aliquantum autem et Geographicam. Nec tamen ad aliquantum geographicá fecisse mihi uidetur. Sed totam Mathematicam. cum Eratosthenes talem prebeat occasionem. Nam compluribus in locis ad ampliorem excidit scientiam: q̃ proposita

exigat noticia. Elapsus aũt nõ diligentes: Sed generales quasdã efficit declaratões. et quodã modo in Geographicis Mathematicũ: in Mathematicis aũt Geographicũ sese gerens. Itaq; cõtra differẽtibus: utrobique causas prebet. In hoc aũt Cõmentario etiam iustas: et iste: et Timosthenes. Quocirca nec nobis quidem simul consyderãdi facultas relinquitur. Sed de iis: que ab Hipparcho dicta sunt: satis habemus. Ceterum et Posidoniũ in iis: que de Oceano differit: intueamur. Ubi pleraq; more Geographi explicare uidetur: tum peculiariter: tum supra Mathematicũ. haud igitẽ absurdũ est: non nulla quoq; huius dicta iudicare. Et quedam quidem nunc. Quedam uero: et in iis: que singillatim dicenda erũt: quemadmodum et obuenerit. Modeste tamẽ. Unum igitur est ex iis: que ad Geographiam propria sunt: Uniuersam terram esse rotundam: supponi. Sicut et mundum. et reliqua assumere: que ad hanc dispositionẽ consequantur. Ex iis: illud est: Eam zonis quinq; contineri. Huius in zonas quinq; partitionis: autorem Parmenidem extitisse. Posidonius tradit. Eum uero demõstrare torridam. Duplo fere latiorem ea: que inter utrunq; tropicum exterius: et ad temperatas superexcidit. Aristotelem autem illam appellare temperatã: que inter tropicos: et septentriones est. Ambos uero iure increpat. Torridam enim uocari eam: que per estum inusta: habitari non potest. Ceterum eius que inter tropicos est: latitudo: plus q̃ dimidia habitabilis est facta: De Ethiopibus supra Egyptum coniectura. Siqdem totius latitudinis medietas est: quam utrinq; diuidit equinoctialis. Huius spatium a Syene: que estiui tropici terminus est: ad Meroen: decẽ milia sunt. Spatiũ uero hinc usq; ad parallelum Cinnamifere: quod est initium torride milium trium. Hoc igitur interuallum uniuersum mensurari potest. Nam et nauigatur. et peragratur. Quod autem deinceps est: dico usq; ad equinoctialem: demonstratur: secundũ Eratosthenis dimensionem terre: etiam stadium octo milium octingentum. Quam supputationẽ habent milia tredecim: ad octo milia octingenta: hanc haberet Tropicorum interuallum ad latitudinem torride. Quod si nouarum dimẽsionum: ea introducatur: que minimam efficit terram: qualem Posidonius indicat: circiter octingenta milium existentem: circa dimidium manifestat torridam: eius que est inter tropicos: uel paulo maiorem: q̃ medium. Equalem uero et eandem: nullo pacto: ad Septentriones: neq; penes omnes: existentem. neq; eisdem ubicunque. Quisnam temperatas: que immutabiles sunt diuideret? Cum igitur non penes uniuersos sit: Septentrionales esse: nihil esset ad argumentum. Si enim penes habitatores temperate omẽs: ad quos dicitẽ solos temperata: non ubiq; eodem modo: sed mutari: bene comprehensum est. Ipse autem in zonas partiens: quinq; ad celestia quidẽ utiles esse asserit. Ex his duas circunstãtes subter polos: usq; ad eas: que septentrionales habent tropicos: diuersarum umbrarum esse: ab aliis duabus: que deinceps sunt: usq; ad habitantes sub polis. Que uero inter tropicos est: utrinq; umbras habere. Ad humana uero has et alias duas angustas sub tropicis. ad quas mense quodammodo dimidio: Sol supra uerticem est: bipartito diuisas sub tropicis. Has nãq; zonas proprium quidem habere: q; squalide sunt ꝓprie. q̃ aride. q̃ infoecunde. q̃ sabulose: preter q̃ Balsami: et quorundam fructuum calidissimorum inustorum. Mõtes enim minime propinquos esse: ut ingruentia nubila hymbres efficiant. nec fluminibus perfundi. Quocirca et crispos: et reflexis cornibus: et prorectis labris: et latis naribus gigni. Eorũ enim extrema contrahi. Et has zonas Icthiophagos: id est uictũ ex piscibus captantes: incolere. Quod autem hec zonarũ propria sint: hinc demonstrari dicit: q̃ qui magis ad Austrum spectant: aerem temperatiorem habeãt: et fructuosiorem agrum. et aquarum abundantiorem. Ceterum

Polybius sex zonas facit. duas quidem ad Arctos subiacetes. Duas autem inter has et Tropicos. et equinoctialem. Facta igitur in quinq; diuisio: et secundu naturam: et secundum terre descriptionem: dicta esse uidetur. Natura quidem: et ad celestia. & ad aeris temperantiam. Ad celestia: q hoc pacto eosq alterubi: quiq; utrinq; umbras habent: disterminatos optime distinguit. Et ad astrorum aspectum: integra quadam partitione commutationem suscipientium. Ceterum ad aeris temperiem: que cum ad solem iudicetur: generalissime tres sunt differentie: que contendunt ad animantes: ad plātas: et ad alia semina cōtracta sub aere. Et in eo ipso: caloris excessus: et defectio: et mediocritas. Hec autem ob zonarum partitionem: propriam suscipit discretionē. Due enim frigide caloris defectionem enunciant: in unam aeris naturam conducte. Et temperate in unam quandam mediocritatem similiter adducuntur. In reliquam: una reliqua torrida. Hanc uero et recte Geographie diuisionem esse: manifestū est. Terre nanq; descriptio querit: ut alterius temperatarum: partem a nobis habitatam disterminet. Ad occidentem quidem: et orientem: a mari sunt termini. Ad Austrum autem: et Aquilonem: aer terminat. Medius quidem cum plantis et animantibus temperatus est. Vtrinque uero intemperatus: et excessu: et defectu caloris. Ad has tres differentias in quinq; zonas partitione opus fuit. Orbis enim terre per eqnoctialem bipartitus: et in hemispherium Aqlonare: in quo nos sumus: Et in Australe: has ipsas tres descripsit differentias. Que enim ad equinoctialem uergunt: et perustam zonam: propter uaporem: inhabitabilia sunt. Que uero ad polum spectant: propter frigus. Media temperata habitabilia sunt. Is uero adiciens istas ad tropicos: proportionem ad has quinq; non reddit. Neque simili utentes differentia. Sed licet per gentium differentias zonas demonstrauerit: Aliam quidem Ethiopicam. Aliam autem Scythicā: et Gallicam: Tertiam uero per medium. Polybius profecto haud recte facit: zonas quasdam Aquilonaribus distinctas. Duas quidem sub illas iacentes. Duas autem inter has: et Tropicos. Dictum est enim qd per signa transmigrantia: ea que non mutanē: terminare non oportet. neq; per Tropicos: torride zone: terminis utendum. Et enim hoc dictum est. Veruntamen cum torridam duas in partes diuidit: in cogitationem haud sane contemnendam: motus esse uidetur: ad quam et uniuersam industriose terram partimur. et in Boreale hemispherium: et Australe: cum equinoctiali. Patet enim hac eam partitione diuidi. Et ipsa torrida quandam efficit commoditatem. Itaq; utrunq; hemispherium: omnino tribus ex zonis conficiē: que similem alterutro speciem habent. Talis igitur partitio in sex zonas diuisionem suscipit. Reliqua uero nō admodum. Siue igitur eo: qui est per urbes: dupliciter partiaris orbem terre: haud sane conuenienter utrunq; hemispheriū: Occidentale dico: et Oriētale: sex in zonas incideres. Sed in quinq; satis esset diuisio. Ambarum enim partium similitudo torride: quas equinoctialis efficit: continuaq; coniunctio: superuacaneam: et curiosam concisionem ostendit: cum et temperate: et frigide eiusdem sint speciei: nec cōtigue sint: Sic igitur uniuersam talibus ex hemispheriis intellectam satis sufficienter in quinq; diuideres. Si uero ut inquit Eratosthenes: et supposita quoq; equinoctiali temperata est. Et idem sentit Polybius. hic autem addit: cum quidem altissima sit: unde et hymbribus irrigatur: cum septentrionalia nubila per Etesias: illic altius plurima incūbant: Multo est melius: tertiam temperatam hanc efficere: quandam angustam: q̄ que sub Tropicis sunt: introducere. His et talia consonant: que Posidonius meminit: Transmutationes scilicet eas: que in transuersa: celeriores esse. Similiter et solis ab oriente: ad occasum. Celeriores nanq; sunt motiones p maximū circulū: q̄ que eiusdē uelocitatis

sunt.Ceterum Polybio Posidonius instat: quoniam habitationem inquit sub equi/
noctili eminentissimam esse. Haud quaquam enim esse secundum sphericã supficiem
eminentiam ullam:per equalitatem. Neq; item eam:que sub eqnoctiali est mõtanã
esse:sed campestrem. Que quodammodo ipsi maris superficiei equalis est. Hymbres
autem qui Nilum explent: ex Ethiopicis manare montibus. Cum hoc in loco ista
dixerit:alibi concedit: dicens.Cogitare se sub equinoctiali montes esse. Vtrinq; autẽ
ex ambabus temperatis cadentes nebulas pluuias facere. Hec autem dissensio mani/
festa est. Sed si concederetur:quod sub Equinoctiali regio mõtana sit:alia quedam
recumbere uideretur. Iidem enim Oceanum confluentem esse aiunt. Quonam igit̃
modo montes in ipsis medius collocant:nisi si insulas quasdam dicere uelint? Qualiter
autem hoc Geographice particule se habeat:exterius cadit. Proponenti uero ipsam
de Oceano tractationem:hec indaganda fortasse prebeantur. Memor aũt eorum:
qui Africam nauibus circuisse traduntur: Herodotum existimare inquit:missos non
nullos a Dario circuitionem illam maris perfecisse. Heraclidem uero Ponticum in di/
alogo facere Magum quendam ad Gelonem profectum:qui circũnaugasse asserat.
Hec quidem testibus carere dicit. Et Eudoxum quendam Cyzicenum.ludorũ spec/
tatorem: et sacrorum delatorem:in Proserpinalium certamĩe in Egyptum peruenisse
scribit:temporibus secundi Ptolomei Euergete. Regi autem: eiusq; familiaribus ad/
stitisse. Et maxime de superioribus Nili nauigationibus admirabilem:de locorum
proprietatibus simul:et nequaquam indoctum. Contigisse autem Indum q̃ẽpiam
Regi: ab custodibus sinus Arabici deportatum:asserentibus:solum semimortuũ:naui
adductum offendisse. Quisnam esset:et unde: ignorare:cum eius linguam nequaq̃
intelligerent. Eum autem quibusdam tradidisse: qui Grecam linguam instruerent.
Quam cũ perdidicisset: narrasse:quod cum ex India nauigaret:in errorem incidens:
has ad oras incolumis delatus esset:amissis fame comitibus. Relictum autẽ polliceri:
ut expeditis et promptis: Regis edicto:nauigationem ad Indos regeret. E quibus
Eudoxus extitit. Cum autem:magnis cum muneribus enauigasset:remeasse:egregiis
inuicem muneribus reuectis:et aromatum: et lapidum preciosissimorum:qui partim
fluminibus cum calculis deferuntur. Nonnullos effossos reperiũt humore cõstrictos:
quemadmodum apud nos crystallina. Spe uero deceptum fuisse. Totum enim onus
Ptolemeũ Euergetẽ intercepisse. Quo uita defũcto: uxorem Cleopatram in regno
successisse. Rursum igit̃ ab ea maiore cum apparatu missum Eudoxũ. Qui reuertẽs:
uentorum impetu super Ethiopiam delatus est. Ad quedam uero appulsum loca:
homines ad familiaritatem allexisse:tum ciborum: tum uini:participatione:tum ca/
ricarum massis: quorum illis inopia gentibus erat. Pro quibus quidem rebus precepta
sanitatis assequutum:et uiarum deductiones:et uerba nõ nulla descripsisse. Summũ
autem prore lignum e naufragio comparasse: in quo equus erat insculptus. Audisse
naufragium illud fuisse hominum ab occidente nauigantium. Reuertentem id suam
ad nauigationem detulisse. Incolumem in Egyptum regressum. Non quidem ãplius
regnante Cleopatra:sed eius filio:omnibus spoliatum extitisse. Complura enim sub/
ripuisse deprehensum. Summum autem illud prore lignum cum in forũ pertulisset.
Naucleris ostendisse. Gaditanorum fuisse cognitum. Ex his negotiatores quidem
naues ingentes emittere. Pauperes uero paruas:quas equos appellant:ob imposita
proris insignia. Hos usq; ad Lixum fluuium nauigare:circa Mauritaniã piscantes.
Naucleros uero quosdam lignum illud noscitasse. Extiterat autem cuiuspiam: qui
longius ultra Lixũ fluuiũ nauigans perierat. Quibus ex rebus cõiectura intelligẽtẽ

Eudoxum: quod nauigari circumcirca poſſit Africa: domū reuerſum: omſ deponentē fortunaſ enauigaſſe. Ac primum quidem in agrum Puteolanum: deinde Maſſiliam: et deincepſ ad eam maritimam uſq; Gadeſ profectum: ubique locorum hec diuulgantem. Queſtuq; aucto: ingentem comparaſſe nauem: et nauiculaſ duaſ: piraticiſ lembiſ haud diſſimileſ. Impoſuiſſe puelloſ ſymphoniacoſ: et medicoſ: et alioſ artificeſ. Dehinc inita in Indiam nauigatione perpetuiſ zephyriſ conſcendiſſe. Egrotantibuſ autē nauigatione comitibuſ ſecundiſ in terram uentiſ applicuiſſe: inundatō eſ: mariſq; recurſuſ formidantem. Quod autem uerebatur: accidit. Nanq; nauiſ terre incidenſ fuit: adeo ut ſenſim: non autem ſimul ſolueretur. Ceterum priuſ in terram onuſ: et lignorum parſ maxima: incolumia peruecta ſunt. E quibuſ tertium Lembum compactum remorum quinquaginta: Myoparoni ferme parem. Inde nauigaſſe: quoad ad homineſ eandem uocē et uerba ſonanteſ applicaret: que antea deſcripſerat. Simul id intellexiſſe: quod indigine illi Ethiopum cognati forent. Et Regi Bogo ſubditorum ſimileſ. Omiſſa igitur Indie nauigatione: reuertiſſe. Inter nauigandumq; cū uidiſſet Inſulam optimiſ ſcatentem aquiſ: et pulchriſ uirentem arboribuſ: deſertam: annotaſſe. Soſpitem uero in Mauritaniā delatum: collocatiſ lembiſ: terreſtri itinere: ad Bogum aduentaſſe. Cui conſilium dediſſe: ut eam nauigationem ſuſciperet. Cōtra uero familiareſ ualuiſſe: cum metum intenderent: ne regionem facile patere inſidiſ: eueniret. cum externiſ: contra militare uolentibuſ: oſtenderetur incurſio. Quod ubi intellexit: uerbo quidem ſeſe miſſum ad commoſtratam nauigationem: Re autem in deſertam quampiam Inſulam expoſitum iri: in Romanorū prouinciam effugiſſe. Illum uero in Hiſpaniam diſceſſiſſe. Denuoq; nauem rotundam: et longam remorū quinquaginta conſtantem apparaſſe. ut illa quidem altum ſecare: hac autem terram tentare poſſet. Impoſitiſ autem agriculture inſtrumētiſ et ſeminibuſ: et edificandi peritiſ: ad circunducendam eandem nauigationem mare ingreſſum. Cogitarat enim: ſi tardiuſ nauigare contigiſſet: in premeditata hybernare Inſula. Ac ſatione facta: decerptiſq; fructibuſ: perſpectam antea et cognitā abſoluere nauigationem. Ego qdē inquit: uſq; ad Eudoxi tempora ad hiſtoriam peruenio. Quicquid poſteriuſ euenit: Gaditanoſ et Hiſpanoſ nouiſſe: probabile uidetur. Ex hiſ omnibuſ ait demōſtratur terrarum orbem Oceano: quaquauerſum circumfundi.

Haud equidem uinclum terre circunfluit orbem.

ου γαρμὶν δεσμοσ περιβαλλεται ηπειροιο.

Aſt immenſa: fluit: nec quicquam effunditur ipſum:

αλλεσ απιρεσιην κεχυται τομιν ουτι μιαιμειν.

Miranduſ profecto in omnibuſ eſt. Quo pacto circuitam Magi nauigationem: de qua dixit Heraclideſ: teſtibuſ carentem exiſtimanſ: et de miſſiſ a Dario: quod tradit Herodotuſ: Bergeum autem interuallum iſtud: in credibilitatiſ parte conſtituenſ: ſeu ab eo ipſo quidem fictum ſiue fingentibuſ aliiſ. Nam rei credite perſuaſio eſt. primū quidem de circuitione per Indum. Sinuſ enim Arabicuſ: fluminiſ inſtar anguſtuſ eſt. atq; prolixuſ: uſq; ad ſtadiū decē milia: uſq; ad Oſtiū. eo prorſuſ anguſto exiſtente. Credibile autem non eſt: neq; foraſ aliquo nauigationem habere. in ſinum Indoſ impulſoſ per errorem. Anguſtie enim ab Oſtio errorem demonſtrature fuerant. Neq; in ſinum dedita opera intrantibuſ: erroriſ preterea: aut uentorum inconſtantiū: ulla erat occaſio. Inediaq; cuncti quonam ſeſe modo pereunteſ neglexiſſent: uno duntaxat excepto? Superſteſq; unuſ tantum quonam modo ad nauigium: haud ſane puſillum: regendum ſatiſ eſſet? Quo tanta tranſmittere maria potuiſſet. Quenā uero

tanta ad perdiscendam linguam celeritas: qua Regi persuadere factus sit Idoneus: ut ducendi nauigii uiam prestaret. Quenam demum Ptolemeo Euergete de talibus ducibus erat inopia? cum iam eo in tractu: multis mare notum esset. Sacerdos autẽ ipse et Augur Cyzicenorum: quo pacto omissa patria nauigauit ad Indos? Quonã modo tantũ illi creditũ est negocium? Quomõ item reuersus: omnibus ex insperato interceptis: et ignominia affectus: ampliore munerum apparatu sibi commendato. Remeans autem: et delatus in Ethiopiam: quam ob causam: uel linguam descripsit: uel summum illud prore lignum e piscatoria nauicula excidisse: unde didicerat? Nã didicisse quod ab occasu nauigantium id fuerat naufragium: nullius futurum erat indicium: cum et ipse ab occasu: secundum reuersionem: nauigaturus erat. Itaq; pro/fectus Alexandriam: in multorum furto deprehensus: quonã mõ supplicio affectus non est? Sed Naucleros sciscitans obambulabat. simul lignũ illud ostentans. Is autẽ qui noscitabat: nunquid admirationi fuit? Qui uero fidem adhibuit: nunqd maioris admirationis? Tali dehinc spe reuersus in patriam: et ab ea transmigrans postmodũ extra columnas: cum absq; edicto non liceret ex Alexandria mare ingredi. Et eo magis homini regias antea surripienti pecunias. Clam uero enauigare possibile non erat: cum tanta portum custodia. Ceterosq; exitus clauderet: quantam et hac tem/pestate permanentem ipsi nouimus. diutius Alexandriã incolentes. Tametsi impñtia Romanis obtinentibus: remissius agitur. Regie uero custodie longe inexorabiliores erant. Postq̃ uero conscendit ad Gades: et edificata naue: regaliter enauigauit: etiã dissoluta ea ipsa naui: quonam pacto in desertis terris: tertium exedificauit lembũ? Qualiter uero rursus nauigans: Ethiopasq; ab occasu: et ab ortu eiusdem lingue cõ/sonantes offendens: nauigationem deinceps absoluere non concupiuit: cum adeo ad libenter peregrinandum: facilis esset: et parum esse speraret: quod restaret incognitũ? Verum hec omittens: per Bogum nauigationem concupiuit. Quonam uero modo constructas in se ipsum insidias agnouit? Quid aũt Bogo amplius comparabat: ipsius hominis interitus? cum alioquin foras emittere liceret: ut uero nouit insidias: quo mõ ad tuta sese loca fuga proripuit? Horum unumquodq;: cum impossibile quidem nõ sit: difficile sane fuit: et factu perrarum: fortune cuiusdam opera. huic uero prospera semper fortuna contigit: inter assidua constituto discrimina. A Bogo autem fugitãs: quonam modo in Africam rursus nauigare non formidauit: eo presertim apparatu: insulam habitare instituens. Hec quidem non multum a Pythee: et Euemeri: et An/tiphanis uanitatibus absunt. Ceterum danda illis est uenia: qui hoc ipsum dedita opa: more prestigiatorum exercent: Viro autem demonstrationum: et sapiẽtie studioso: et primis fere de partibus certanti: quisnam ueniam prestare. dignum esse censebit? Hec quidem igitur non bene. Illud autem: Terram interdum eximi: et sessiones sus/cipere: et mutationes ex terremotibus: et reliquis huiusmodi. quot dinumerauimus etiam nos ipsi: sane illi recte permanet. Ad quod illud Platonis bene aducit: q̃d fieri potest: et figmentum non sit: de Atlantide Insula: de q̃ ille Solonem tradidisse refert ab Egyptiis audisse sacerdotibus: ut cũ quodam tempore extitisset: euanuerit. Cuius magnitudo non minor Epiro. Hoc autem dicere: melius eẽ existimat: q̃ prout ipse: qui: quam finxit: eam deleuit. Sicuti poeta murum Acheorum. Coniecturam autẽ facit: de Cymbrorum: et propinquorũ transmigratione ex natali solo facta: ꝑpter inundantis maris incursum: non uno contingentem impetu. Suspicatur quoq; orbis terrarum longitudinem septuaginta milia stadium esse: dimidium totius ambitus: se/cundum quem deprehensus est. ut dicat ab occasu Euro nauigantem in tot milibus:

ad Indos peruenire posse. Conatus est autem eos accusare: qui hoc modo cõtinẽtes terras distinxerunt. Non autem per parallelos ad equinoctialẽ: quibus diuersitates demonstratur erant. et animaliũ: et arborum: et aeriarum partium: quarundam frigidam contingentium: quarundam exustam. et perinde ac zonas esse cõtinentes terras. Rursus destruit: et ut in resolutione efficitur: denuo collaudans existentem diuisionem: positiuam faciens questionem: nullam ad rem utiliter. Tales enim or/dinationes ex prouidentia nequaquam conficiuntur. Sicut neq; gentiũ differẽtie: neq; lingue: Sed a casu: et fortuna: et artes quoq; et facultates: et exercitationes: ut plurimum nonnullos incohantes: obtinent: quocunq; in climate. Aliquid etiam preter ipsa Climata: adeo: ut nonnulla locis quibusdam attributa. Quedam ex im/positione. aliquaq; exercitatione. Haud enim Athenienses natura studiorũ cupidi. Lacedemonii uero nequaquam. Et adhuc propiores Thebani. sed consuetudine magis. Sic neq; Babylonii: et Egyptii natura sapientie studiosi sed usu et opatõe. Itemq; equorum: boumq;: ac ceterarum animantium prestantie: non solis ex locis: sed exercitatione comparantur. Ille uero ista confundit. Talem autem laudans terrarum diuisionem: qualia hoc tempore sunt: exemplo utitur: quod Indi ab E/thiopibus differunt: qui in Africa sunt. Nam robustiores eẽ. et aeris siccitate minus coctos. Idcirco Homerum: Cum omnes dicat Ethiopas bipartito diuidi: hos qdem ad occidentem alios ad ascendentem solem esse. Introducentemq; orbem terrarum alium: quem minime nouit Homerus: suppositioni seruire: et sic describere opor/tebat inquit. Non nulli recedente sole: ueluti a meridiano declinante. Primũ quidẽ propinqui Egypto Ethiopes: et ipsi dupliciter diuiduntur. Quidam enim in Asia sunt. Quidam uero in Africa: inter se nihilo diuersi. Postmodum Homerus non idcirco partitẽ Ethiopas: quod Indos quoq; talibus cognorat eẽ corporibus. Neq; enim ab initio Indos Homero cognitos fuisse: probabile ẽ. ubi nec Euergetes ipse per illam Eudoxi fabulam res nouit Indicas: Nec ad Indiam nauigandi modum. Sed potius per dictam a nobis antea diuisionem. Illic autẽ de Cratetis descriptiõe iudicauimus: quia uel hoc pacto uel illo describere: nihil interest. Ipse autem hoc quidem interesse dicit: melius autem esse: hunc in modum transmutare. Illi quidem discedente: Quid igitur hoc differt ab hoc? Illi quidem Occidente. Nã totũ spatiũ a meridiano ad occidentẽ: occidens uocatur: sicut et Orizontis semicirculus. Quod etiam Aratus annotat: dicens. Qua quidẽ extrema miscentur occasus et ortus inter se. Si utiq; in pictura Cratetis sic melius esse: dicat aliquis: et in Aristarchi pictura oportere. Hec et in Posidonium. Nam et in singulariter dictis permulta sua con/uenienter asseruntẽ ad propositam institutionẽ: quot ad terre descriptionẽ attinẽt. Que autem magis physica: et ad naturalem historiam pertinẽt: in aliis cõsyderãda sunt. uel utiq; negligenda. Multa enim apud eũ causarum expositio: et Aristotelis imitatio: Quod nostri deuitant: cũ tantopere cause ipse lateant. Polybius Europe regiones describens: priscos illos omittere se dicit. Eorum autem reprehensores in/quirere: Dicearchum scilicet ac Eratosthenem: nouissimum describendi orbis terre tractatorem: et Pytheam: a quo pleriq; refutati sunt. Nam cum totam pmeabilẽ se accessisse dicat Brittaniam: cuius ambitum Insule supra quadraginta milia esse tradit. Insuper et de Thyle asseruit. et locis illis: in quibus nec adhuc terra per sese aderat. nec mare. nec aer. nec concretus quidam ex his aceruus: maritimo pulmoni similis: In quo terram: atq; mare: ac uniuersa in sublime tolli dicit. et hunc perinde ac cunctorum nodum esse: neq; permeabilem. neq; nauigabilem existentem. Illud

quidem:ut pulmoni similis sit:uidisse qdem seipsum inqt. Cetera uero dicta:audisse. Hec quidem Pythee. Atq; hinc reuersus:cunctam Oceano uicinam regionem ad/ierit Europe:a Gadibus: usq; ad Tanain: Polybius pfecto et icredibile hoc ipsu inquit. Quona mo enim priuato ac pauperi homini tanta peragratu:et nauigatu spatia facilia forent? Eratosthenem uero dubitante nunqd hisce fides hnda sit:tn de Brittania credidisse:et de Gaditanis et Hispanis fide Messenio adhibere:q huic: pstat. Ille quide uno in loco Pancheam adnauigasse dicit. Alter autem uel usq; ad mudi terminos. Spectasse omne septentrionale Europa. Qua nec Herme dicenti quis crederet. Eratosthenem: Euemeru Bergeu appellare. Pythee aut credere. Et qd amplius est Dicearcho minime credente. Hoc igit nec Dicearcho qde credete. Ridiculu sane:taq illo secuti regula uti couenıat:aduersus que ipse tot argumeta et reprehensiones obiicit. Ceterum Eratosthenis de occidetalibus et septetrioalibus. Europe dicta est ignorantia. Sed illi quidem:ac Dicearcho parcendum est:q loca illa nequaq aspexerant. Quis autem Polybio:et Posidonio ueniam tribueret? Atq Polybius est: qui opinabiles omnino appellans demonstrationes:quas de locorum illorum facit interuallis:et plerisq; in aliis: Sed nec in eis:in quibus illos redarguit: purgans. Dicearchus igitur: cum dicat ex Peloponneso ad Columnas stadiu milia decem interesse. Plura uero his esse ea:que sunt usq; ad Adriam:ad sinum intimum: quodq; ad Columnas est spatium:usq; ad fretum id est porthmum:tria stadiu milia edat. Ita ut residuum a freto ad Columnas esset milium septem. Tria qdem milia omittere inquit:siue quidem bene deprehendutur:siue non. Septem autem milia: neutra in parte:neq; littus:neq; pelagi medium metienti: Maritimam quide cuida obtuso angulo persimilem esse: procedenti per fretum ad Columnas:habenti uer/ticem Narbonem:ut triangulum consistat:basim habens recta p pelagus. Latera uero dictum angulum facietia. Quorum unum:quod est a freto:usq; Narbone: plus est q decem milium:et ducentum: supra mille. Reliquum deinceps minus q octo milium. Atqui plurimum quidem ab Europa in Africam interuallum: per Tyrrhenum pelagus constare non plus q stadium triummiliu. In Sardonio uero mari angustam formam suscipere. Ceterum esto inquit et illud trium miliu. Antea uero in his excipiatur duum milium stadium sinus ipsius profuditas per Narbone: sicut a uertice ad basim ipsius obtusi anguli perpendiculum. Patere igitur dicit ex commensuratione doctrinali:quod cuncta maritima a freto proxime in Colunas: excedit rectam:que est per pelagus:stadus prope quingentis. Appositis aut tribus milibus ex Peloponneso ad fretu:omnia in unu stadia per directam:plura erunt: q dupla:usque Dicearchus inquit. Plura autem his ad sinum Adriaticum ponere: secundum illum oportebit inquit. Verum amice Polybi diceret aliquis:sicut huius mendacii dilucidum tuis ex dictis argumentum:ipsa constituit experientia. Ex Peloponneso quidem ad Leucadem:septingenta:hinc totide in Corziram. et hinc denuo totidem ad Ceraunia:et dextrorsum in Apuliam: Ex Ceraunis quidem ad maritimam Illyricam:stadium sex milia. centum quinquaginta. Sic ambo illa sut mendacia. Et Dicearchus a freto ad Columnas stadium septem milium interuallum esse dicit. et quod ipse uideris demonstrasse. Confitent enim et qui plurimu asserut per pelagus spatium: milium duodecim esse. Concordat autem hoc ipsum demon/strationi quoq;:de longitudine orbis terre. maximam enim esse inquit septuagita milium. Huius autem spatium occidentale ab sinu Issico: usq; ad hispanie intima: que magis ad occasum iacent paulo minus milibus triginta. Hunc autem in modu

componũt. Ab Issico sinu: usq; ad Rhodiã milia quinq;. Usq; ad Salmoniũ Crete: quod quidem ad orientem spectãs promotorium est: mille. Ipsius autem Crete lõ/gitudo ad Arietis frontem: supra milia duo. hinc ad Sicilie Pachynum milia q̃ttuor et quingenta. A Pachyno ad fretum plus q̃ mille. Postmodum interuallum a freto ad Columnas: milium tredecim. A Columnis ad extrema sacri promõtorii hispanie ad milia tria. Et perpendiculum non bene deprehensum est. Siquidem Narbo in eodem fere parallelo constituta est: cum Massilia. Hec autem in linea per Bizãtiũ: ut sibi persuadet Hipparchus. Que autem per pelagus in eodem est cum freto: et Rhodia. A Rhodia in Byzantium: sicuti in eodem meridiano utrisq; iacentibus: circiter stadium milia qnq;: ut traditur. Tot utiq; forẽt et stadia dicti ppendiculi. Quandoquidẽ maximũ huius maris spatiũ ab Europa in Africã: miliũ quĩq; stadiũ esse dicunt, ab intimo sinus Gallici. hoc mihi per errorem dici uidetur. Vel Africã hac in parte: multum ad septentrionem uergere: et parallelo per Colũnas adiungi. Et hoc haud bene dicitur: dictum perpendiculum prope Sardiniam terminari. Non enim prope. Sed hoc ipsum Sardinie spatium multo magis ad occasum spec/tare. Quippe totum ferme intercipiens Ligusticum pelagus: prope Sardonicum. & maritime prolixitas amplius excurrit. Veruntamen non tantũ utiq;. Deinde Era/tosthenis dicta corrigit. nõ nulla quidem bene. Quedam uero longe q̃ ille deterius. Nam cum ex Ithaca ad Corcyram trecenta ille dixerit: supra nongẽta esse asserit. Ab Epidamno uero Thessalonicã usq;: nongenta dicẽte illo: ultra milia duo inqt. hec quidem bene. Cumq; a Massilia ad Columnas milia is septem dicat. A Pyrene autem milia sex. Ipse peius inquit. ab Massilia plus q̃ milia nouem. A Pyrene paulo minus q̃ milia octo. Ille nanq; propius uero tradit. Huius enim etatis homines cõ/fitentur: q͞ si quis inequalitates uiarum abscinderet: uniuersam hispaniã ex Pyrene ad latus occiduum: haud prolixiorem habere longitudinem: q̃ milia sex stadium. Ipse uero Amnem Tagum longitudinis miliũ octo constituit: a fonte ad Eruptões usq;. Nec utiq; obliquitatibus quibusdam computatis. Nec enim hoc ad terre de/scriptionem attinet. Sed ad directũ eloquens spatium. Atq; Tagi fontes ex Pyrene supra stadium mille distant. Rursus: hoc recte declarat: q͞ hispanie res ignorate sint Eratostheni: quoniam et interd um de illa repugnantia demõstret. Qui cũ Gallos exterius circum incolere: usq; Gades dicat. Siquidem Europe partes in occidentem spectantes: usq; Gades: habent illi horum immemor: in ipso hispanie circuitu: nullo in loco Gallorum mentionem facit. Quod Europe longitudo minor est: q̃ simul utraq; iuncta: Africa scilicet: et Asia: non recte comparationem exponit. Ostium nanq; ad Columnas: ad equinoctialem occasum eẽ inquit. Tanain uero ab estiuo fluere dicit ortu. Diminuitur autem ab utriusq; lõgitudine: que inter estiuũ ortũ: et equinoctialem occasum est. hanc uero preoccupat Asia ad equinoctialẽ ortum semicirculo ad Septentrionem uergens. Nam preter q̃ in rebus: quarũ reddi causa potest: de ambitu laterum mentitur: qđ Tanais estiuo fluat ab ortu. Cuncti nãq; regionum peritiam habentes a Septentrione in Meotin labi affirmant. Adeo ut fluminis ostia: et Meotidis: et fluuius ipse: quoad noscibilis est: sub eodẽ meridiano iaceant. Nec uero digni: de quibus uerba fiant: qui illũ ex Istri regionibus originẽ ducere dixerunt: et ab occasu. haud animaduertentes: qđ eo interuallo Tyras: et Borysthenes: et Hypanis: ingentia in Pontum excurrunt flumina. Cum ille quidẽ pari spatio distet ab Istro. Alii autem ab Tanai. Neq; Tyre fontibus: aut Borys/thenis: aut Hypanis: prorsus inspectis. Sintq; illorũ cursus magis ac magis ignoti:

cum magis ad Septentrionem tendat. Itaq; per illos in Meotin Tanain perducit. Deinde reflectit in illam. Nam eruptiones in Septentrionalibus paludis partibus manifestius ostendūtur. Istis autem ad orientem magis ac magis ptinentibus: fictus et infinitus est sermo. Commenticius similiter et infinitus illius est sermo: qui per Caucasum ad Septentrionē fluere dixit. dehinc in Meotin cursum circūflectere. Nam et hoc dictum est. Ab ortu aūt fluenta illius nemo tradidit. nam si eo modo laberetur: non sane e Regione Nili contra flueret. nec etiam quodāmodo ad Dia/metrum currere illum excellentiores ostendissent. Perīde ac utriusq; flumīs cursu ad incumbentem meridianum existente. Et ipsa longitudinis terre dimensio eq̄liter ad meridianum distans est: cum et ista sic in longitudine extenditur: ut cuiusq; lō/gitudinem continentis eo modo capere oporteat: que inter duos iacet meridianos. et longitudinum mensure: stationum enumeratōes sunt: quas uenamur: uel p illos eundo: uel per parallelas uias: uel meatus. Verum ille hunc omittēs modum: nouū introducit: qui estiui ortus: et equinoctialis: medius est: quadam septentrionalis se/micirculi particula. Nemo autem ad immutabilia: mensuris: et regulis mutabilibus: utitur. nec iis: que alio: atq; alio dicuntur habitu: ad seipsa nullā habētia differētiā. Longitudo quidem immutabilis: et per seipsam: dicitur. Equinoctialis autē ortus: et occasus: Similiter estiuus: et hybernus: non per seipsum: Sed quo ad nos. Nobis uero interdum alio transmeantibus: interdum alia oriendi: et occidendi: loca sunt: et equinoctialia: et Tropica. Continentis autem terre eadem permanet lōgitudo. Tanain igitur et Nilum non sine loco: exitum facere. Estiuum autem ortum: eq/noctialem nouum. Quum autem Europa pluribus promontoriis pcidat: melius q̄ Eratosthenes de ipsis dixit iste. At nondum satis sufficienter. Nam ille tria inqt. Vnum ad Columnas pertinens: in quo hispania. Alterum ad fretū: in quo ē Italia. Tertium ad Maleam: in quo que inter Adriam: et Euxinum gentes omnes: atq; Tanain sunt. Iste uero duo prima: pari modo exponit. Tertium uero ad Maleā et Sunium: in quo Grecia ē uniuersa: et tractus Illyricus. Iteq; nōnulla Thracie. Quartū in quo ē ad Thraciam Cherrōnesus: in qua Sesti: et Abydi sunt angustie. Eam Thraces habent. Quintum ad Cimmericum Bosphoron: et ostiū Meotidis. Prima igitur duo concedamus. Simplicibus nanq; finibus circundantur. Vnum quidē inter Calpen: et sacrū promontoriū: in quo Gades: et Pelago inter Colūnas et Siciliam medio. Alterum: et hoc: et Adriatico. Atqui Iapygium promontorium superincidit: biuerticem efficiens Italiam. habet autem quandam econtra manifes/tationem. Reliqua uaria quidē liquidius: et multas in partes distincta: aliā exigūt partitionē. Ipsa etiā sexpartita portiōibus diuisio pariter habet similē cōsequēter instantiam. per promōtoria distincta. Verum enimuero nos in cunctis pticulati: et horum: et aliorū: prout attinebit: emendationē faciemus. quantū et in Europa: et in Africe ambitu erratum est. Hec aduersus antiquiores nunc dicta satis erunt: quot adiectos testimonio nobis eē putauimus: qđ iustis de causis hoc idem opus ipsi delegimus. quod tante emendationis: et additamēti prorsus indigebat. Postq̄ uero ad nostra contra illos uerba est contigue nostre pollicitationis aggressio: alterum captantes initium: dicimus: ei qui locorum descriptionem aggreditur: necessarium esse: ut pleraq; rerum naturalium: et Mathematicarum disputata supponat: et ad illorum intelligentiam: et fidem eorum: que ordine sequuntur: tractatū absoluat. Et enim sermone uulgatum est: nec edium constructorem: nec Architectum: aut domicilium aut oppidum edificare posse: absq; climatum celestium: priū cognitiōe.

Nisi etiā formas magnitudinesq; didicerit. caloresq; & frigora. ceteraq; generis eiusdē. et nisi totum orbis terre situm: locaq; proposuerit. Ipsa enim in plano producta de/scriptio: et superficies una et eadem ad hispaniensia: et Indica: et his interiacentia: et nihilo minus orientis solis: et occidentis: et celi medium tenendi designata terminatio: perinde ac omnibus communis. Hec quidem cui fuerit intellecta et celi dispositio: ac motus: et reuera rotunda terre superficies: percepta erit. Ad aspectum autem plana formatur. Geographicam traditionē habet. Alio aūt modo: non utiq; Geographicā: haud enim omnia: uel ante uel retro uel ex transuerso plana assistunt: sicuti pingētē euntibus planiciem: perinde ac Babylonios per campos: aut equora. Nec ullā ad res celi demonstrationem exhibent. Non ad solis motiones. non ad habitudines ad nos: syderum reliquorum. Ita et terrarum pictoribus similia semper assistere necesse est. Nam qui pelagi cursum: aut per camporum locos uiam tenet: communibus qbusdā phantasiis: imaginibusq; ducitur: quibus et imperitus et ciuilis homo: hec ipsa operat̄: rerum celestium inexpertus existens: et contrarias in hec demonstratiōes prorsus ig/norans. Solem enim orientem: et occidentem: et medium celi spatiū tenentē: aspicit. Quonam uero modo: non speculatur. nō enim illi commodum ad propositū. Sicut neq; equaliter distare: idest parallelum esse ad rem assistentem: aut non. Forsan aūt aliquid speculatur. Apparebit uero in Mathematice disputatis: sicut indigene. Nam locus talia habet incidentia. Orbis uero descriptor non Indigene utiq; describit: aut ciuili: eius generis: qui nullam curam suscipit: siquid proprie de disciplinis dicat. Nec enim messori aut fossori: sed ei qui psuasionem capere ualeat: taliter se terrā omnem habere: sicut Mathematici dicunt. et alia que ad huiusmodi materiam attinent. Ac/cedentibusq; mandat: ut cum illa priora meminerint: succedentia deinde perspiciant. Illis enim consequentia dicturum. Vnde qui in hec inciderint: eos tutiorem rerum traditarum usum facturos: si ex Mathematica ratione audierint. Qui secus habeāt: eis orbem describere sese negat. Scriptorem profecto orbis: de iis: que sibi incipiendi ordinem habeant: Geometris fidem adhibere oportet. qui terram uniuersam dimēsi sunt. hos autem Astronomis. Ipsos uero physicis. Physica uero uirtus quedam est. Ac enim uirtutes nequaq̄ suppositiones habere dicunt: ex seipsis pendentes. et in sese ipsis principia: et de omnibus fidem habentes. Que autem a physicis demonstrant̄: huius generis sunt. Mundi formam esse rotundam. atq; celi. Grauium in medium esse mo/mentum. Circa hoc rotunde figure terra consistit: eodem quo celum centro et ipsa permanet. Perq; ipsam ac celi medium axis extenditur. et circa illam atq; axem: ab ortu in occasum: celum circunagitur. Cumq; illo minime errantes stelle: que pari ce/leritate cum polo sunt. Stelle igitur erroris expertes per circulos parallelos deferūt̄. Ceterum circuli paralleli notissimi sunt: equinoctialis. Tropici duo. et Septētriōales. Verum errones stelle: et sol: et luna: per quosdam obliquos ordines constitutos in zodiaco. his quidem uel omnibus: uel plerisq; fidem adhibentes Astronomi: deinceps reliqua pertractāt: motus. ambitus. defectus. et magnitudines. et distantias. et īfinita cetera. Eodem modo Geometre totius terre mensuram captātes: Physicoꝝ et Astro/nomorum sententiis adherent. Rursus scriptores terre oīs geometricas cōplectunt̄ opiniones. Celum enim quinq; constare zonis: presupponendum est. Quinq; etiam zonis terram componi. Eiusdem esse nominis: que in imis: et que in superioribus sūt. Diuisionis quidem in zonas causas retulimus. Zone uero per circulos ad eqnoctialē parallelos: distingui possunt: ex utraq; illius parte descriptos. Duos quidem torridam plagam capientes. et duos post istos. Qui quidem ad torridā: duas efficiunt tēpatas.

Penes tēpatas aūt duas frigidas apponūt. Vnicuiq; aūt ex celestibus circulo: eiusdē uocabuli terrestris subiacet. et zone zona similiter. Temperatas esse dicunt: que ha/bitari possunt. Reliquas autem inhabitabiles. Vnam quidem ob incendium. Reliq̄s uero propter frigora. Eodē modo et de Tropicis. et de septentrionalibus. apud quos sunt Arctici. Superioribus: terrestres pari appellatione distinguunt. et unicuiq; sup/positos. Cum autem equinoctialis: totum: duas in partes: celum secet. Et terrā diuidi necesse est: ex incumbēte sibi equinoctiali. Hemispheriorum aūt utrunq; et celeste: et terrestre: unum quidem Boreale: alterū uero Australe: uocatur. Sic & de torrida: sub eodem circulo bipartito diuisa. Vna quidem eius pars Borealis: altera uero erit Australis. Constat item et temperatarum zonarum: unam quidem Borealē: alteram uero Australem: fore: cum eiusdem sit appellationis: cum hemispherio: in quo est. Nuncupatur autem Boreale illud hemispherium: quod eam circundat temperatā: in qua siquis ab oriente perspectet in occasum: ei polus est ad dextram. A Sinistra uero equinoctialis. Vel in quo: spectantibus in meridiem: dexter est occidēs: sinister autem oriens. Australe uero econtra se habens. Quocirca nos in alterutro esse hemi/spherio Boreali utiq;: manifestum est. In ambobus autem: impossibile. Nā ingentes in medio sūt fluuii: Oceanus in p̄mis: postea Torrida. Nec Oceanus quidē in nostre habitabilis medio: totā scindens terram: nec locus exustus: nec illius pars: cōtra dicta climata sese habens: reperitur in Boreali tēperata. His acceptis: Geometra gnomōica usus: et reliquis: ab Astronomico demonstratis: in quibus paralleli ad equinoctialem. per quamlibet habitationem: comperiuntur: et qui per rectas hos secant. Designati uero per polos: mensurat habitabilem quidem ingrediens. Reliquam autē p̄ distātiaꝝ rationem: hoc pacto: quantum ab equinoctiali: usq; ad polū intersit: inueniret. Que maximi terre circuli portio quarta est. hoc qui habet: quadruplam quoq; illius partē habet. Hic est autem diameter: terre mensuram complectens. Sicut igitur: q terram metitur: ab Astronomie perito sumpsit exordia. Astronomus autē a Physico: eodem modo et orbis scriptorem: ab eo: qui terram dimēsus est totam: incitatum: isti credere oportet: et iis: quibus hic fidem prestitit. Tum primum nostri mūdi situm exponere: quantus est. Quali figura: quali natura: est. Et quonam modo ad uniuersam terram sese habeat. hoc enim terre scriptoris proprium est officiū. Postea ad terrarū singula: atq; maris: prout attinet: accommodare sermonē. Cūq; significauerit: quecūq; nostri maiores non satis idonee differuerint: ad ea: que optime credita fuerint: assistere.

N tertio Commentario continentur: Orbis terrarum in partes diuisio. Et uniuersa Hispanie regio: ab herculis Columnis: usq; ad Pyreneum montem.

Vbiectum ergo sit. Rotundam: una cū mari: terram esse. Vnāq; et eandem cum equoribus superficiem habere. In tanta. n. mole: ipsa terre contegeretur eminēcia: cum pusilla sit: et occultari ua/leat. In istis itaq; rotunditatem: non instar torni: nec geometre more: ad rationem dicimus: sed ad sensum: et hoc ipso crassiorem. Quinq; igitur contenta zonis intelligatur. et equinoctialis in ea circulus locatus. et alter parallelus huic: frigidam in Boreali hemi/spherio disterminās. et quidam per polos ad rectas istos secans. Cū ergo septētrionale hemispherium duas terre quartas complectatur portiones: quas efficit equinoctialis ad circulum per polos transeūtem. In horum utroq; quattuor lateꝝ locus īercipiē:

Cuiuſ Boreale latuſ dimidium eſt paralleli: qui ad polum pertinet. Auſtrale uero eq/
noctialiſ eſt dimidium. Reliqua uero latera parteſ ſunt eiuſ: que per poloſ ducitur:
inuicem oppoſita pari longitudine. In altera igitur iſtorum quadrilaterũ locorum.
Vter autem ſit: nihil intereſſe uidebitur: noſtram habitabilem locatam eſſe dicimuſ:
quam Inſule ſimilem mare circũalluit. Hoc autem et ratione: et ſenſu demonſtrari
diximuſ. Quod ſi quiſ huic rationi fidẽ abnegat: ad terre deſcriptionẽ deficeret utiq;:
nec Inſulam facere: uel huic quod experimento comprehendimuſ: concedenſ. Quã/
doquidem et ab Aurora utrinq; nauigatio circunagitur: et ab occaſu: paucis in medio
locis exceptiſ. Hec autẽ pelago ne: an ſolo inhabitabili terminentur: nequaq̃ intereſt.
Orbiſ nanq; deſcriptor pteſ mundi cognitaſ differere cogitat. Ignotaſ autẽ omittit.
Sicut et que extra illam poſita ſunt. Rectam autem cõiungentibuſ lineam: ad ex/
trema circunducte utrinq; nauigationiſ ſigna: ſufficiet: totam dicte Inſule figuram
explere. In eo autem iam dicto quadrato ipſa procumbat Inſula. Eiuſ autem que
appareat: capiẽda eſt magnitudo. Auferatur ab tota quidem terre magnitudine he/
miſpherium noſtrũ. Et ab hoc medietaſ rurſum. Ab hoc itẽ quadratum ipſũ rurſuſ:
in quo habitabilem iacere dicimuſ. Suſcipere autẽ opuſ eſt et de figura ꝓportionẽ:
id quod apparet: ſubiectiſ adaptando. Poſtq̃ uero eiuſ: quod inter equinoctialem:
et interceptum parallelum. Huic ad polum partiſ Borealiſ hemiſpherii: ſpondiluſ eſt
figura. Ille autem per polum bipartito ſecanſ hemiſpherium: etiam bipartito ſecat
ſpondilum. et quadratum facit. Manifeſtum erit: quod ſpondili ſuperficie: minuſ eſt
quadratum illud: cui Atlanticũ pelaguſ imminet. Ipſa uero habitabiliſ in hoc Inſula:
chlamydiſ formam gerenſ: minor q̃ dimidium quadrati parſ extitit. Hoc et ex Geo/
metria: et circunfuſi mariſ quantitate: apparet: qđ terrarum extremitateſ operienſ
utrinq; conducit in unũ: ad minoriſ extremitatiſ figuram. et tertie ptiſ longitudiniſ:
et latitudiniſ maxime. Ex quibuſ unum eſt ſtadiũ milium ſeptuaginta. ut plurimum
a mari finitũ. quod mare ultra nauigari nequit propter magnitudinẽ: ac ſolitudinẽ.
Alterum minuſ milium triginta: terminatum ab inhabitabili: propter calorem: uel
griguſ. Hoc enim propter calorem inhabitabile: quadrati latitudinem quidẽ habenſ:
ſtadium milia octo et octingenta. Longitudinem autem maximam milium centum
uiginti ſex: quanta eſt equinoctialiſ medietaſ. Reliquum pluſ eſſet. Iſtiſ Hipparchi
dicta quodammodo conſonant. Ille enim inquit: terre magnitudinẽ ſupponenſ: quã
Eratoſthenes dixit. Hic mundi exceptionẽ fieri oportet. haud enim multũ differre:
ad ea: que de celeſtibuſ apparent: ſcđm habitationem quanlibet: habere dimenſionẽ.
uel ſicut poſteri tradidere. Exiſtente igitur ſecundum Eratoſthenem: circulo equi/
noctiali: ſtadium milia ducentiſ quinq̃ginta et duobuſ: q̃rta parſ eſſet milia ſexagita
et trium. hoc aũt eſt ab eqnoctiali ad polum: qndecim: ſexageſima: ſicut eqnoctialiſ
eſt ſexaginta. Ab eqnoctiali uero ad eſtiuum tropicum: quattuor. Hic per Syenen
deſcriptuſ paralleluſ ratiocinatur: et computat: pro q̃libet diſtantia: ex apparẽtibuſ
menſuriſ. Tropicum enim ad Syenen iacere cõtigere: qm̃ hic ſcđm eſtiuaſ cõuerſiões
meridiei gnomon nullaſ reddit umbraſ. Meridianuſ autẽ p Syenen maxie deſcribit̃
per fluenta Nili: ſicut a Meroe uſq; Alexandriam. Hec aũt ſtadia ſũt circiter milia
decẽ. Per mediũ uero interuallũ Syenẽ cõſiſtere contingit. et hinc ad Meroen milia
quinq;: recta progredienti ad. ſtađ. tria milia in meridiẽ. Reliq̃ non ultra ſunt: ꝓpter
feruorẽ: habitabilia. Vnde per hec loca: parallelum: qui idem eſt: qui p cinnamiferã
tranſit: terminum et initiũ poni oportet: noſtre habitabiliſ ad meridiem. Cum igitur
ſtadiũ milia qnq; a Syene ſint ad Meroen: alia uero tria ſup addantur: a Syene ad

equinoctialem: essent omnino milia octo ad habitabilis terminos. A Syene uero ad equinoctialē: milia sedecim: et octingenta. Totidem enim sunt ex q̄ttuor sexagenis: cum unaqueq; milium quattuor: et ducentorum ponatur. Quocirca reliq̄ existerēt a terminis habitabilis ad equinoctialem milia octo et octingenta. Rursus ab Alex/ andria per rectam ad Nili fluenta omnes ad Rhodam nauigationem confitentur: Hinc autem Carie: et Ionie annauigationem: usq; Troadem. Byzantiumq; et Bo/ rysthenem. Capientes igit̄ interualla notissima: que nauigātur: consyderant distātiā que est a Borysthene per rectam in hac linea: quousq; habitabilia sunt: et termināt partes habitabilis: que ad septentrionem spectant. Super Borysthenen uero incolunt Rhoxolani cognitorū nouissimi Scytharum: magis in Austrum positi: q̄ ii q supra Brittaniam incidentes ultimi omnium cognoscuntur. Vltra uero: propter frigus: in/ habitabilia sunt. His autem propinquiores Austro sunt: supra Meotiden incolētes: Sauromate: et Scythe: usq; ad orientales Scythas. Pytheas uero Massiliēsis partes Thyles Aquiloni propinquissimas: magis q̄ Brittania extremas esse perhibet. Penes quos idem est cum arctico circulus tropicus estiuus. Ab aliis quidē nihil comperio. nec ꝙ Thyle: Insula quedā ē. neq; si ad ea usq; loca habitabilia sunt: ubi estiuus tropicus ad septentrionem spectans efficitur. hūc autem habitabilis terminū: multo magis ad Austrum accedere arbitror: qui ad Aquilonem propinquat. Qui enim hoc tempore scribunt: ultra hiberniam nihil habentes quod dicāt: que ad septentrionē ante Brit/ taniam iacet: Siluestribus prorsus hominibus: maligne propter frigora habitātibus. Itaq; finem hic ponendum esse arbitror. paralleli autē per Byzantium et quodāmō per Massiliam transeuntis: ut Pythee credens. Inquit Hipparchus. Eandē enim ait Gnomonis rationem Byzantii ad umbram quam Massilie Pytheas dixerat. Circuli autē per Borysthenen: ab hoc distantis circiter milia tria: et octingenta. Esset autē ex distantia ab Massilia: ad Brittaniam hic incidens ipse per Borysthenen circulus: ubicunq;. Multis autem in locis homines refellens Pytheas: et istic mētitus est. Nam ductam a Columnis lineam: ad freti: et Athenarum: et Rhodi loca: in eodem iacere parallelo: a multis cōfessum est. Constat et lineam per medium quodammō pelagus a Columnis in fretum esse. Quiq; maximum nauigāt tractum: a Gallia in Africam: e sinu gallico stadium quinq; milia esse. et hanc amplissimam esse latitudinem pelagi. Quocirca a dicta linea ad intimum sinum: stadium duo milia quingēta. Ad Massiliā uero pauciora. Massiliam enim magis q̄ intimum sinum ad Austrum procumbere. E Rhodo autem Byzantium usq; stadium esse milia quattuor: nongentū. Vt impēdio magis sane ad septentrionem spectet: is qui per Byzantium est: eo qui per Massiliam At ea intercapedo que inde est: usq; ad Brittaniam: cum illa potest consonare: que ē a Byzantio ad Borysthenen. Illinc uero quousq; ad hiberniā incognitū est: quantū poni possit. Neq; si ulterius habitabiles partes sunt: ad superius dicta curandum est. Satis enim ad cognoscendum: est capere: sicut in Australibus regiōibus: ꝙ supra Me/ roen ad tria milia: stadiū progredienti terre habitabilis ponere conueniebant. Non pinde ac finis iste diligētissime positus sit: sed proxīe ad diligētiā. Sic et illic nō plura his: aut paulo plura supra Brittaniam ponenda sunt: ut milia quattuor. Etiā ad ꝑn/ cipū necessitates nulla sit prerogatiua. huiusmodi regiones: uel earū incolas cognitos facere. Presertim si tales inhabitent Insulas: que neq; nos infestare: neq; cōmoditates afferre queant: propter earum disiunctionem. Nam cum Romani Brittanie ditionē habere ualuissent: neglexerūt: nullum ex ea terrorem oriri posse cernentes. haud. n. tanta illis facultas adē: ut nostra incursare possint. Nec ulla tāta utilitas: si ea potiti

forent. Ampliuſ enim ex uectigalibuſ nūc uidet᷑ afferri: q̄ tributū abſoluere poſſet: cum ipſa in copiaſ militareſ impēſa inſule preſidium: et tributorū exactiōeſ: auferat. Plurima etiā accederet ex adiacentibuſ Inſuliſ commoditaſ. Quod ſi ad interuallum ex Rhodia ad Boryſthenen illud apponatur ſpatium: quod a Boryſthene ad ſeptē/trioneſ eſt milium ſtadium quattuor: totum interuallum fit: duodecim milia ſtadiū ac ſeptingentum. Terminuſ autē ex Rhodia in Auſtrale habitabiliſ eſt miliū ſedecī. ſexcenta ſtadia. Vnde uniuerſa latitudo orbiſ terrarum: minor eēt milia triginta ab Auſtro in Septentrionem. Longitudo autem milia ſeptuaginta eſſe traditur. Hoc autem ab occaſu in ortum eſt: ab extremiſ hiſpanie: ad extrema Indie. hoc ipſum tū Itineribuſ: tum nauigationibuſ: menſuratum eſt. Quod autem infra dictū quadratū hec ipſa longitudo ſit: ex ratione parallelorum ad equinoctialem ſpectantium: ma/nifeſtū eſt: ut pluſ q̄ dupla ſupra latitudinē longitudo ſit. Ferunt aūt ad Chlamydiſ ſpeciem formā ipſam eſſe. Multa enī latitudiniſ congregatio ad extremitateſ iuenit᷑: preſertim in occidentalibuſ: ad ſingula accedentibuſ nobiſ. Nunc quidem igitur locū in ſpherica ſuperficie deſcripſimuſ: in quo ſitum eſſe terrarum orbem dicimuſ: et ſane oportet per diuiſaſ habitatiōeſ ueritatē imitantem: proxime terram ſpherā efficere: uti Crateſ inſtituit: ſuſcepto in ea quadrato: intra illud de ſitu orbiſ locare tabulam. Ceterum cum magna opuſ ſit ſphera: ut dicta parſ eiuſ e plurimiſ ſit ptibuſ: ſatiſ fiat ad captandaſ dilucide mundi portioneſ: ut attente propriū ſpectantibuſ exhibeāt: aſpectum. Et quidem: qui talem poſſit inſtituere: ſic factu meliuſ eſt. Sit autē: ut nō maiorem pedibuſ decem habeat diametrum. Qui uero minime talem: uel nō multo hac inferiorem ſtruere poſſit: deſcribat oportet in plana tabula pedū ſaltē ſeptenū: paululum enim intererit: in contrario circulorum parallelorum: et meridianorū: per quoſ et climata: et uentoſ: et ceteraſ differentiaſ dilucidaſ facimuſ: et partiū terre ſituſ inuicem: et ad celeſtia: rectoſ: deſcribimuſ. Cum parallelorum paralleloſ: et rectarum rectaſ: ad illaſ intellectuſ ipſe facile traducere ualeat: figuram: ac magnitudinē: quā aſpectuſ intuetur in plano: ac ſuperficie: ad rotundam ac ſphericam proportionem. de obliquiſ: et rectiſ circuliſ dicimuſ. Meridiani uero ad ſingulaſ poli parteſ deſcripti: omneſ ad unū in ſphera ſignū inclināt. Sed in plana tabula paruaſ rectaſ ſolūmodo meridianaſ facere: nihil referet. Haud enim hoc neceſſariū pluribuſ in locīſ eſt. Nec ſicut circunferentia apparet. Eodē modo et inclinatio: cū deſcriptioneſ tranſferant᷑ in tabulam planam: et linee recte deſcribantur. Itaq; ipſam deincepſ rationem: tanq̄ in plana tabula pictura confecta: exponemuſ. Loquemur itaq;: cum terre partē ipſi peragrauerimuſ: et mariſ. qua de re et narrantibuſ: et ſcriptoribuſ fidem adhibeamuſ. Peruenimuſ autem ex Armenia in occaſum: uſq; ad Sardiniam tractuſ Tyrrheni: & in meridiē quidē ab Euxino: uſq; ad Ethiopie terminoſ. Ex ceteriſ terre ſcriptoribuſ nullum facile reperieſ: qui ampliuſ: q̄ noſ dicta permeauerit interualla. Qui uero occi/dentiſ regioniſ mare adierint: orientiſ loca nequaq̄ tantū attigerunt. Qui aūt contra in occidentalibuſ defecerunt. de Auſtro quoq; et Septētrione ſimiliter ſe habet. Atq; et illi: et noſ: auditu plura percipienteſ: cōpilamuſ formam: ac magnitudinē: reliquāq; naturam: qualiſ et quāta ſit: eo quidem modo: quo ex ſenſibilibuſ intellectu: alia in/tellectuſ componit. Colorem enim & figuram: & magnitudinē: pomiq; odorē quoq;: et tactum: et ſuccum: ſenſuſ ipſi renuntiant. Ex iiſ intellectuſ componit pomi cog/nitionem. et magnarum quidem formarum ipſarum parteſ: ſenſuſ intuetur. Totum uero rebuſ ex uiſiſ intellectuſ ponit. Sic quidem et uiri docileſ ſpectatoribuſ: et loca: prout caſuſ tulit: peruagantibuſ: ſicuti ſenſibuſ: credenteſ: per diuerſaſ terre parteſ: in

unam construũt descriptionem uniuersi orbis terrarum aspectum. Cum et exercituũ ductores omnia quidem ipsi conficiunt. Sed ubiq; nequaq̃ adsunt. Quinimmo per alios plurima gerũt: fide nuntiis adhibita. et ꝑ auditis accõmodate mãdata dimittũt. Qui autem solos uidentes cognoscere existimat: auris iudicium perimit: que ad sciẽtiã capessendam longe prestantior est oculo. Maxime autẽ huius etatis homines dicere aliquid de Brittania possent: de Germanisq; et intra et extra danubiũ habitantibus: de Getis: de Tyrregetis: de Bastarnis. Item de Caucasum incolentibus: ut Albanis: et Hiberis. Renuntiatum uero est nobis a rerum quoq; Parthicaꝝ scriptoribus: in qbus est Artemisius Apollodorus: que illi amplius: q̃ multi superauerunt et hyrcaniam: et Bactrianam. et Romanis nuper felicem Arabiam intrantibus: Cuius Imperator erat uir insignis: amicitia et consuetudine nobis deuinctus Elius Gallus: et ab Alexãdrie mercatoribus: qui classe per Nilum: et per Adriaticum sinũ: usq; in Indiã: nauigarũt. Que omnia lõge magis huius etatis mortalibus: q̃ maioribus nostris cognita sunt. Cũ Gallus igit̃ Egypti ꝑfectus esset: et uiarũ comites ad Syenen: et terminos Ethiopie usq; ascenderint: accepimus naues centũ ac uigiti ex Muris portu: ad Indie tractus enauigasse. Cum ab initio pauci Ptolemaidis Reges nauigare prorsus auderent: nec mercatoria Indie uectare onera. Prima igitur et maxĩe peculiaria sunt: et ad sciẽtiã: et ad urbanas necessitates: formam et magnitudinem simpliciter: et ut sic dicam: Illud imponere: quod quidem ad orbis describendi tabulam incidens: simul et qualis est: et quota totius terre pars demonstrat. Hoc enim proprium orbis scriptori est. De tota uero terra accurate tractare: et de illius zone quã dicimus omni spondylo: uel dorso: cuiusdam alterius est discipline. Sicuti si habitatur et sc̃d̃m alteram partem quartam ipe spondylus. Et enim si hoc sese modo habeat: haud sane a nostris habitatur incolis. Sed ille alius ponendus est terrarum orbis. quod profecto credibile est. Hec aũt que in ipsa sunt: dici a nobis debent. Mundi uero habitabilis forma: Chlamydis speciẽ pre se fert. Cuius latitudinem maximã linea per Nilũ describit. principiũ ab cinamifero parallelo capiens: et ab Insula exsulum Egyptiorum: usq; ad eũ qui est ꝑ hiberniam parallelum. Longitudo autem huius est linea ad rectitudinem ab occasu ꝑ Colũnas: et per fretum Siculum: usq; ad Rhodiam: et Sinum Issicum: penes Taurum ꝓgressa: qui Asiam ꝑ zonas distinguit: in orientale uergens pelagus: inter Indos: et eos: q ultra Bactrianam sunt Scythas. Intelligatur oportet igitur spatium aliq̃d parallela desig/natum linea: in quo figure chlamydis facies descripta eo modo sit: quod longitudini longitudo consentiat: et pari equalitate sit maximum. ac latitudini latitudo. Figura itaq; ad Chlamydis speciem habitabilis orbis est. Latitudinem nanq; ipsius terminari diximus per ipsa paralleli latera ultima: qui partem eius habitabilem: inhabitabilemq; utrinq; distinguit. Hec quidem fuere unum ad Septentrionem: per hiberniã: alterũ ad torridam per cinnamiferam. Hec autem ad ortum: et occasum exporrecta: usque contra insurgentes orbis terre partes: quoddam efficient mutuis lineis spatium: ad eas ipsas: que per Septentrionem adiuncte sunt. In hoc autem habitabilem esse: constat: ex eo: ꝙ maxima ipsius latitudinis pars extra id non excidit: neq; longitudo. Quod uero ipsius forma chlamydis speciem habet: quia extremitates longitudinẽ minoribus utrinq; finiant terminis. Maris autem inundatio latitudinis ptes adimat. Id sane uero perspicuum est: ex ipsis: qui et orientis: et occidentis tractus utrobiq; nauigationibus circuierunt. Nam Insulam quam uocamus Taprobanen in Austrum longe magis: q̃ Indiam spectantem ostendunt. et habitari: et contra Egyptioꝝ Insulã: et terras cinnamiferas: attolli. Aeris enim equalem eẽ temperiem. Ostium quoq; maris hyrcani

magis ad septentrionem uergere: q̃ extrema: ultra Indos: Scythie: et adhuc amplius tractus hybernie. Pariter autẽ et de plaga trans Colũnas memoratur. Signum enim orbis occasui propinquissimum esse: hispanorum promontorium: quod sacrũ uocãt. Subiicitur autem quodammodo linee: que per Gades et Colũnas ducitur: et p fretũ Siculum: et per Rhodiam. Consonare enim et horoscopia: id est horarum aspectus: et uentos utroq; uersum ferentes: et dierum: et noctium maximaꝝ prolixitates aiũt. Horarum enim quattuordecim dies ac noctes equinoctiales: et in Gaditana: et in Hispanie maritima: spectare licet interdum. Posidonius refert ab excelso quodã do/micilio in urbem: que ab hisce locis quadringenta distat stadia: stellam se uidisse: quã Canobum ipsum suspicatur. Ex hoc paululum ex hispania ꝓgressos in meridiẽ ipsã spectare confiteri. Et ex ipsa in Gnido historia: atq; prospectu. Speculã. n. Eudoxi non multo aliis habitaculis altiorem esse. Hoc ex loco eum stellam Canobum intueri solitum: dicitur. In Rhodiaco uero climate Gnidũ existere: In quo Gades: et huius maritimam. hinc ad Australes ptes nauigantibus iacet Africa. Huius uero occidẽtalis maxime tractus: pars parua ante Gades magis procumbit. De hinc extremitatẽ cum fecit angustam: ad ortũ recedit: et Austrũ. Ac dilatatᷓ paulatim: quoad ad Ethericos Ethiopas applicat. Hi autem Carthaginensis regionis ultimi iacent: cinnamiferorum lineam attingentes. Contra uero a sacro nauigantibus promontorio: usq; ad nuncu/patos Artabros: in Septentrionem est nauigatio: dextra lusitaniã habentibus. Reliq̃ ad ortum tota obtusum efficiens angulum: usq; ad Pyrenes extrema: que ad Oceanũ terminantur. His occidentales Brittanie partes e regione adiacẽt ad Aquilonẽ. Eodẽ etiam modo Artabros esse a Septentrione. his opponuntur Insule: quas Cassiteridas appellant: a pelago quodãmodo in Brittanico Climate constitute. Liquet igitᷓ q̃tũ extremitates orbis terrarum per longitudinem ex circunfuso pelago in angustũ co/guntur. Cum uero talis forma existat: in uniuersum duas rectas suscipe: cõ modũ esse uidetur: que se inuicem secantes in rectum una per longitudinẽ totius maximi: altera per latitudinem: perueniẽt. Et una quidem parallelorum: altera meridianorum erit. Deinde istis parallelas intelligẽtes: in utranq; partiri terram ac mare: quo nos uti cõ/tingit. Forma enim quam diximus: magis manifesta fieret: et linearum magnitudo alias atq; alias mensuras habentiũ: et longitudinis: et latitudinis. Climata quoq; magis ad orientẽ: uel occasũ spectantia: melius fient dilucida: pariter et que ad Austrũ: uel ad Aquilonem uergũt. Postq̃ uero has ipsas rectas per cognita loca suscipe oportet: quedã iam suscepte sunt. Dico aũt medias duas: alteram de lõgitudine: et alteram de latitudine iã antea dictas. Relique uero p has facile dignoscerentur. Quodã enĩ mõ his utentes elementis: partes inuicẽ se hñtes colligemus: et ceteras habitãdi habitudines in terram: uel in celum spectantes. Cęterũ mare plurimũ terram designat. ac format. et sinus ac pelaga: et freta cõficit plurimum Isthmos similiter: ac poeninsulas: et pro/montoria. Assumunt et ex hoc ipso fluuii: et montes. Per talia nãq; ipse continentes: et gentes: et oppidorũ situs: natura hñ cõpositi intelligunᷓ. et cetere uarietates: q̃bus referta est designatrix locorum tabula. In quibus q̃dem ẽ: et Insularum multitudo: pelago dispersa. Ac in littoribus oĩbus. In aliis alias uirtutes: ac uitia. et uarios ipsaꝝ usus: abususq; ostendentibus: has quidem natura: has uero apparatu: quas natura dici conuenit: perdurant enĩ. Adiecta uero permutationes accipiũt. Haꝝ quoq; quasdam diutius perdurare ualentes: declarare necesse est. Que quidem non diu: alioquin uero illustrem claritatem quampiam tenentes: et gloriã: uel que in tẽpus posteꝝ ꝑmanens modũ quendã locis cognatũ efficit: et apparationẽ haud ãplius existentẽ. Ea ꝑpter

et hec memoria teneri oportere conſtat. Permulte nāq; ſunt urbeſ de qbuſ hoc dici contingit. Quod et Demoſthenes ipſe de adiacētibuſ Olyntho cōmemorauit. Quaſ ſic caruiſſe inquit: ut ſiquiſ aduenitet: illaſ nunq̄ habitataſ fuiſſe: intelligat. Ad hec tñ et alia libenter loca proficiſcuntur: tam celeberrimorū operum ueſtigia contemplari cupienteſ. Sicut et Illuſtriū uirorū ſepulchra: ſic et iure inſtitutarū rerūpublicarum recordationem uſurpamuſ: que illiſ in lociſ iam extincte ſunt. Cum eodem noſ modo inuitet utilitaſ: quo et reſ geſte. Id enim aut imitationiſ: aut taliū euitatōiſ gratia ſit. Primam itaq; deſignationem repetenteſ: dicamuſ habitabilem terram noſtrā circū/fluam exiſtentem: ab exteriore mari multoſ in ſe ipſam ab Oceano ſinuſ admittere. Quattuor autem ampliſſimoſ: E quibuſ: Aquilonariſ quidem: mare Caſpium uocat̄: qd̄ pleriq; nūcupant Hyrcanū. Perſicuſ aūt et Arabicuſ ab Auſtrali mari effūdunt̄. Vnuſ quidē aduerſuſ maxime Caſpio. Reliquuſ pontico. Quartuſ hoſ magnitudine admodū ſuperat: quem mare noſtrum: quod interiuſ appellamuſ: efficit. Initium ab occaſu: et freto per herculeaſ Colūnaſ accipienſ: et ad orientiſ regioneſ alia latitudine longe porrectū. Deinde diuiſum: et duoſ in ſinuſ diffuſioriſ pelagi terminatū. Vnū quidem a ſiniſtra: quem Euxinū pontū appellamuſ. Alterum autem conſtantem ex Egyptio pelago: et Pamphylio: et Iſſico. Ceterum uniuerſi: quoſ commeō rauimuſ ſinuſ ab extimo mari: anguſto influunt eſtu. Ampliuſ autem ſinuſ Arabicuſ: et Ga/ditanuſ per Columnaſ. Reliqua uero minuſ. Terra ſane que illoſ includit trifariam partita eſt: quēadmodum dictum eſt. Europa facile plurimaſ cunctaꝝ formaſ induit: Africe contra euenit. Aſia media quodammō: ambarum diſpoſitionem habet. Omeſ autē ex littoribuſ inteſtiniſ: ut multiformeſ ſint: aut non: cauſam hñt. Exterior aūt: exceptiſ iam dictiſ finibuſ: ſimplex ē: inſtar chlamydiſ: ut dixi. Nā reliqſ in exiguo differentiaſ omittamuſ. In magniſ enim qd̄ puſillum ſit: nihil intereſt. Rurſuſ in Ge/ographica ſcientia: nō mō formaſ: et locoꝝ magnitudineſ: inqrimuſ: ſed etiā mutuaſ inter ſe cōtinētiaſ: ut diximuſ. Et hic interiora littora: maiorē q̄ exteriora: uarietatē exhibent. Maior quoq; noticia atq; tempieſ: & in urbibuſ: et in nationibuſ: per bona gubernatiſ inſtituta: in hiſ magiſ q̄ in illiſ: uerſat̄. Iſta uero magiſ noſſe cōcupiſcimuſ: in qbuſ plureſ tradunt̄ actiōeſ: plureſ arteſ: plura regendarū ciuitatū inſtituta. aliaq; que ad comparandā prudentiā cohopant̄. et neceſſarii rerū uſuſ ad illa noſ cōducūt: que quoad pueniri pōt: implicitaſ ſecū hñt cōmunicationeſ. Hec ſunt que habitant̄: immo uero recte habitant̄. Ad oīa huiuſmodi: ut dixi: noſtrū mare magnā habet excellentiā. hinc ergo exponendi ābituſ ſuſcipienda ſunt pmordia. Huiuſ ſinuſ īitiū eſſe a Colūnarū freto dictū ē. Latitudo eiuſ anguſtiſſima ſtadiū circiter ſeptuagīta tradit̄. Circūcirca uero anguſtiaſ nauigāti ſtad. centū et uigīti. Diſtātiā littora ipa una capiūt. Siniſtrū uero magiſ. Et aſpectuſ ipſe ingentiſ cuiuſdā pelagi apparētiā pre ſe fert. E dextro quidē latere terminoſ habet littuſ Africanū. Carthaginem uſq;. Ex altero uero littoribuſ terminat̄ Hiſpano et Gallico. ad Narbonē: et Maſſiliam. Dehinc Liguſtico. Poſtremo uero Italico uſq; in fretū Siculū. Latuſ autē pelagi ad ortū ſpectāſ: Sicilia eſt. et utrinq; iacētia eiuſ freta. E qbuſ unū ad Italiā ptinēſ ſtad. ſeptē patet. Quod aūt Carthaginē ſpectat. ſtad. mille et qngentiſ. Ceterum a Columniſ in fretū: qd̄ ſeptē. ſtad. dixi ducta linea: parſ illiuſ eſt: que ad Rhodū: et Taurū ducta: mediū iam dictū pelaguſ incidit. Fert̄ autē. ſtad. mil. duodecieſ. Hec quidē pelagi lōgitudo. Sed maxīa latitudo ad. ſtad. quinnq;. mil. e ſinu Gallico inter Maſſiliā: et Narbonē ad regionē Africe: oppoſitā. Huiuſ autē mariſ ptē uniuerſam Africanū uocāt pelaguſ. Quod autē terre opponit̄: ptim Hiſpanū: ptim Liguſticū:

ptim Sardonicũ: Vltimũ uero: usq; ad Siciliã Tyrrhenũ mare nũcupať. Ad littoreã uero plagã Tyrrhenã: usq; ad Ligusticã crebre extãt Insule. Maxíe aũt Sardinia et Corsica: post Siciliã. Que qdẽ et bõitate: et magnitudíe ceteras nrãs supat. Multo aũt his íferiores lõgius in mari site Pãdaria: et Pantia. At terre ꝓpiores Athalia: Pla/nasia: alieq; et Pythecuse Prochyta. Capree. Lucasia: et relique generis huius. Alia ex ꝑte ore Ligustice añ reliq̃ ripã usq; ad Columnas: nõ multe. E qbus est Gymnesia: et Bysus. Añ Africã quoq; atq; Siciliã: nõ multe: q̃rũ ẽ Cosura: et Egimurus: & Lipare/ õe: q̃s appellãt qdã Eolias. Post Siciliã: et utrũq; fretũ: alia cõtinẽter adiacẽt maria. Vnũ añ Syrtes. & Cyrenaicũ. et Syrtes ipse. Alterũ: olí qdẽ Ausoniũ: nunc uero Si/culũ uocitatũ. in illud cõfluẽs atq; cõtiguũ. Quod igiť Syrtibus ꝓtendiť: et regioni Cyrenaꝫ: Libycũ: siue Africanũ appellať. et in Egyptiũ finiť pelagus. E Syrtibus minor qdẽ. stad. mille et sexcentũ habet ãbitũ. Ostiũ utriq; adiacẽtes habet Insulas. Meninx ac Cercina uocanť. Eratosthenes tradit maioris Syrtis circuitũ. mil. qnq; eẽ. Profundũ uero mille et octingentũ: Ab hesperidũ agro ad Automala: et Cyrenarũ cõfinia: ad reliq̃ terram libyã que in eo tractu ẽ. Alii nauigatõis ãbitũ. stad. q̃ttuor mil. eẽ referũt. Profundũ aũt mille et qngentũ: q̃ta ẽ oris latitudo. Ceterũ Siculum pelagus Sicilie: et Italie ad orientẽ oppõiť. et itẽ interiacẽti transitui: inter Reginum agrũ usq; locros: atq; Messanã: usq; Syracusas et Pachynũ. Crescit aũt ad oriẽtis ꝑtẽ: usq; ad Crete ꝓmõtoria: et plurimã pelopõnesi ꝑtẽ alluit. et sinũ quẽ Corinthiacum uocãt: implet. Ad Aqlonẽ uero uel ultima Iapygie: et Ionii sinus os: et Epiri ꝑtes in Austrũ spectantes: usq; ad sinũ Ambraciũ: littusq; contiguũ: q̃d sinũ Corinthiacũ ad pelopõnesũ efficit. Sinus aũt Ionius eius ꝑs est: q̃d Adriaticũ hoc tꝑe diciť. At huius positũ a dextra latus regio facit Illyrica. Sinistrũ uero Italia: usq; ad íntimos Aqleie recessus. Est aũt ad septẽtrionẽ et ad occasũ ꝓtendẽs angustus et ꝑlixus. Longitudo qdem. stad. sex. mil. Latitudo uero amplissima. stad. ducentũ supra mille. In eo sane tractu frequentes sole sunt Insule ad terram Illyricã: et Absyrtides: et Cerydtica: et Liburnice. Issa etiã: et Traguriũ: et Mellina: et Corcyra: et Pharus. Ad Italiã uero Diomedee. A Pachino aũt in Cretã Siculi maris interuallũ stad. q̃ttuor. mil. et qn/gentũ esse tradunt. Tantundẽ ad Tenarum laconicũ. Ab extrema uero Iapygia ad interiora sinus Corinthiaci: minus q̃ stad. triũ. mil. interest. Ab eadẽ aũt Iapygia ex/trema in Africã plus q̃ mil. q̃ttuor. In eo aũt tractu Insule sunt Corcyra: et Sybota añ Epirũ. Deínceps uero añ sinũ Corĩthiacũ Cephallenia. Ithaca. Zacynthus. Echi/nades. Siculo aũt Creticũ cõiũgiť pelagus: et Sardoniũ: et Myrtoũ. q̃d inter Cretã et Argiã: Atticãq; iacet. Quod latitudinẽ maximã habet ab Attica ad stad. mil. du/cẽta. Longitudo minor q̃ dupla. In hoc uero sunt Insule Cythera: Caluaria: et que Eginã cingũt et Salaminẽ: et ex Cycladibus plereq;. Quod uero cõtiguũ ẽ: iã Egeũ existit: cũ sinu Melane id est nigro: atq; Hellespõto. Est et Icariũ: et Carpathium usq; Rhodũ. Cretãq;: ac Cyprũ. et ꝓmas ꝑtes. Ceteꝛ ad Asiã ꝑtinẽt Insule Cyclades: et Sporades: et que Carie: et Ionie: et Eolie: usq; Troadem adiacent. Con inquam et Samũ: et Chiũ: et Lesbũ: et Tenedũ. Eodẽ etiã modo: que añ Greciã iacent usq; in Macedoniã: sibiq; cõterminã Thraciã: Euboea: et Scyrus: et Peparethus: et Lẽnus: et Thasus: et Imbrus: et Samothracia: et cetere cõplures. de qbus singulis aperiemus. Huius aũt tractus mare lõgitudinẽ habet mil. circiter q̃ttuor: aut paulo plus. Lati/tudinẽ uero ad mil. duo. Contineť autẽ a predictis Asie ꝑtibus: et maritimo spatio e Sunio: usq; in sinũ Thermeum: q̃ in septentrionẽ nauigatio agitur: et a Macedonie finibus: usq; in Cheronnesũ Thraciã. Apud hãc adiacet septẽ stad. fretũ ad Sestũ: et

Abydū p qđ Egeū: et Hellespōtus in aliud ad septētrionē effluit mare: q̄ ꝓpontidē appellāt. et illud i aliud: qđ Euxinū pontū nōināt. Hūc quodāmō bimarē dicimus. Ad mediū nāq; duo ꝓcumbūt ꝓmōtoria. Vnū quidē ab Europa ptibusq; Borealibus. Alteꝝ ex Asia: huic oppositū. Vnde trāsitus ipse coartat̄ intermedius. et ingētia duo efficiunt̄ maria. Europe qdē ꝓmontoriū Criū id est arietis frontē appellāt. Alterū Asie Carambin. distant aūt inuicē circiter stad. duo mil. et qngenta. Spectās igit̄ in occasū pelagus e Byzātio: usq; in Borysthenis eruptiōes: lōgitudinē habet stad. trium mil. octīngentū. latitudinē uero duū miliū: in quo leuca: id est alba iacet Insula. In orientē uero spectās parē cōtinet lōgitudinē. et in angustū finit̄ recessū: q ad Dioscuridem pertinet: ad stad. mil. quinq;: aut paulo plura. latitudo ad stad. mil. tria patet. Ambitus uero totius pelagi stad. mil. uigintiqnq;. Huius aūt ābitus figurā arcui scythico dū intendit̄: pleriq; cōparant. Neruū dexterioribus pōti ptibus similē exhibēt. hec ē aūt ab ostio: usq; ad Dioscuridis agri recessū ānauigatio. Nā excepta Carābe: reliquū oīne littus: parū aut ꝓminet: aut recedit: adeo ut rectū uideat̄. Relique parti ipsius arcus cornu simile ē: qđ geminas curuatōes habet. Que qdē supne ē: rotūdiorē tenet. Que uero īferior: rectiorē. Sic illā geīnos sinus efficere. E qbus q spectat in occasū: lōge altero rotūdior ē. Supra sinū aūt ad ortū uergētē: Meotis palus iacet: ad Aqlonē stad. nouē mil. aut paulo pluriū: circuitum hn̄s. hec penes Bosporū: quem Cimmeriū appellāt: in pōtū effluit. Iste p Thraciū in Propōtidē excurrit. Q̄ enim Byzantiacū: Thraciū Bosporū uocāt: qđ stad. q̄ttuor existit. At Propōtis stad. mil. et qngentū: in lōgitudinē ꝓtendi phibet̄: ex Troade Byzantiū usq;: Par uero quodāmō extat ipsius latitudo. hic Cyzicenorū cōsistit Insula. Et circa eā pusille quedā Insule. Egei. n. maris ad Aquilonem: talis est refluxio: et tanta. Rursusq; e Rhodia Egyptiū pelagus efficiēs: et Pamphyliū: et Issicū. In orientē nāq; et Cilicie ptes ꝑiter extēdunt̄: usq; ad stad. mil. qnq;: trans Liciā: et Pamphyliā: et uniuersū Cilicū littus. hinc Syria: et Phoenice: et Egyptus: ad Austrū et occasū mare circūdant: usq; Alexandriam. In sinu autem Issico: et Pamphylio: Cyprum iacere contingit: que pelago cōtigua ē Egyptio. Est aūt e Rhodo Alexandriā interuallum ab Aqlonis regione stad. puta. mil. q̄ttuor. Nauigatōis uero circuitus duplicat̄. hāc nautaꝝ estimationē esse de maris spatio: phibet Eratosthenes: cū qdā sic eē dicāt. Alii uero mil. stad. qnq; asserere non dubitēt. Ipse aūt p ūbrarū inuestigatorē Gnomonē stad. mil. tria: septigenta: qnq̄ginta inuenisse ait. huius qdē maris ptes Cicilia: et Pamphylia: et Pontice regiones dextre nūcupate. simul et Propōtis: et deinceps usq; in Pamphyliā: extēta littora: ingentē q̄ndā efficiūt peninsulā: seu Cheronnesū: et magnā q̄ndā fluctibus ābitā terrā: id ē Isthmū: ex Tarsensi pelago: ad oppidū Amisū. et Themiscyrā cāpū Amazonū. Regio eni hec intra lineā ipsā cōsistēs: usq; in Cariā: et Ioniā: et gentes intra Alyn habitātes: tota ab Egeo pelago: et iā dicti maris ptibus utriq; circūalluit̄. Et hāc qdē ꝓpe: eodē quo uniuersā noīe: Asiā uocamus. Vt aūt sūmatim dicamus: nostri maris signū maxīe in Austꝝ extensi: magne Syrtis sinus ē. Post hūc Alexādria Egypti. et Nili fluēta. Aqloni uero ꝓximus Borysthenes ē. Siquis tandem Meotin quoq; pelago adiūxerit. Est. n. ꝓinde: ac Tanais ꝑs. Occasui autē ꝓpius ē Colūnarū fretū. Cōiunctissimus uero orīēti ē quē dixi ān̄: recessus ad Dioscuriadem. haud recte sane sinū Issicū dixit Eratosthenes. Ipse. n. in eodē meridiāo quo et Amisus: et Themiscyra situs est. Quod si uelis: assume et Sydenā: usq; Pharnaciā. Ab hisce partibus directa in orientē nauigatōe: cursus est qdē ad Dioscuriadē: supra stad. mil. tria: sicut in pte magis ex circuitiōe manifestabit̄. Nostrū igit̄ mare huius generis est. Terras

autem nũc: que illud amplectunt̃: subscribere: necesse ẽ. Ab iisdem uero regionibus
primordium capiamus: a quibus maris ipsius designationẽ scribentes accepimus. In/
terius igitur per Columnarum fretũ nauigantibus. In dextra quidẽ ẽ Africa: usq;
ad Nili fluenta. In sinistra uero: ad oppositum fretum: usq; ad Tanaim: Europa.
Terminantur autem utreq; in Asiam. Ab Europa est igitur incboandum. Quan/
doquidem et multi formis imprimis est: et ad uirorum uirtutem ingenue disposita:
ciuiumq;: et domesticarum ad alios rerum transfusiua. Est enim tota babitabilis. In
exigua tantummodo pte: ꝑpter frigoris uim inbabitabilis: que finitima Tanaidis:
et Meotidis Incolis: Borysthenẽsibusq; in curribus degentibus. Habitabilis autem
regionis id quod est algidum: et montanum natura: laboriose babitatur. Curatores
autem probos suscipientia loca: etiam praue babitata: et per latrocinia: mitigantur.
Quemadmodum obtinentes Greci montes: petrasq;: incoluerunt pulcbre: ob proui/
dentiam circa ciuilia: artesq;: et reliquum ad uitam sensum. Romani quoq; multas
gentes accipientes: que natura inbumane erant: ex ipsis locis asperis: importuosisq;:
et frigidis: causa ue alia male babitatis: insotiabiles bomines inter se: multis alius ad
mixtis connexuerũt. Et ciuiliter quidem uiuere agrestiores: durioresq; docuerunt.
Quantum uero Europe ipsius est in plano: naturalemq; babet temperiem multum
adiuuat ad ista. Quandoquidẽ id quod est in felici regione: pacificum omne est. Et
quod in tristi: pugnax: et uirile. Accipiuntq; be gentes aliqua inter se bñficia. Alie
enim opem armis ferunt. Alie fructibus: et artibus: morumq; doctrina. Manifesta
autem sunt etiam: non auxiliantiũ inuicem: detrimenta. Habet aũt supius qddam:
uis arma tenentium: nisi ea ipsa multitudine superetur. Adestq; terre isti etiam ultra
boc: quiddam naturale bonum: qđ ea sane omnis planicie: montibusq; distinguit̃.
Ita ut usquequaq; descriptibile: et ciuile: pugnaxq; subiaceat. Plusq; esse alterum:
id scilicet: quod est pacis familiare: ita ut boc uincat. adiuuantibus etiam ducibus:
Grecorũ prius. Macedonum uero: Romanorumq; posterius. Ex boc autem: et ad
pacem: et ad bellum sufficientissima est sibi. Et enim multitudinem pugnacẽ abũde
babet. et que agros colat: et que urbes quoq; contineat. Excellit autem bec etiam
fructus efferens optimos. uiteq; necessarios. et metalla: quecunq; sunt usui. Odores
uero ad sacrificia: nec non multi sumptus lapillos: ipsa extrinsecus petit. Quarum
etiam rerũ inopibus nibilo deterior: q̃ abundantibus est uita. Similiterq; pecudum
exbibens initium multarum copiam. Ac bestiarum babet ferarũ raritatem. Ac talis
quidem est natura terra ipsa in uniuersum. Particularis autẽ pars prima est omniũ
ab occasu Hispania. Corio bubulo similis. Cuius pars tanquam in collum extensa
superuenit: in finitimam Celticam. Sunt enim ista: que ad ortum. Hincq; abscindit̃
laterali fine: ea que dicta est Pyrene. Est autem regio ipsa mari circunflua. Pars
quidem Australis mari nostro: usq; ad columnas. Reliq̃ uero Atlantico: usq; ad sep/
tẽtrionale Pyrenes cacumen: Oceano. Longitudo aũt regiõis buius: que q̃maxĩa
est circiter sex miliũ stad. Latitudoq; quinq; milium. Post banc est Celtica ipsa: ad
orientem solem: usq; ad flumen Rbenum. Cuius latus septentrionale Brittanico al/
luitur freto omni. Est enim equaliter Insula: ipsa opposita omnis omni: lõgitudinẽ
quinq; milium ferme continens stadiorum. Quod autem ad orientem uersum est:
Rbeno flumine circunscribitur: parallelum babente riuum: pyrene. Australe uero:
id quod a Rbeno: Alpibus. Reliqua pars mari nostro. Quo loco is q; sinus uocat̃
Gallicus: diffũditur. Inq; eo Massilia: et Narbo sunt site: urbes clarissime. Est aũt
oppositus buic sinui: ex aduerso: sinus alter illi cognominis: uocatus quidem et ipse

Gallicuſ:ſpectanſ ad Septentrioneſ:atq; Brittanicam regionem. Anguſtiſſimamq;
habet illic latitudinem terra Celtica. Cogitur enim in Iſthmum:paucioꝝ quidē
ſtad. q̄ trium milium. Plurium uero q̄ duorū. Medium aūt eſt dorſum montanū:
ad erectioneſ Pyreneſ:Cemmenuſ monſ uocatuſ. Deſinitq; hic maxime in medioſ
Celtarum campoſ. Alpibuſ autem: qui ſunt monteſ altiſſimi:facientibuſ circūferentē
lineam:id quod eſt gibberoſum:ad ſupradictoſ torquetur Celtarum campoſ:et ad
Cemmenū montem. Cauum uero ad Liguſticā:et Italiam. Genteſq; continet monſ
iſte multaſ Celticaſ. preter ligureſ. Hi enim alie ſunt genteſ. proximi uero uita. In/
coluntq; partem Alpium connexam Apennini montibuſ. Partemq; etiā obtinent
Apenninorum montium. Sunt enim iſti montanū dorſum:per longitudinē totiuſ
Italie innatum a ſeptentrionibuſ ad meridiem: deſinenſq; ad fretum Siculū: Italie
autem parteſ prime ſunt ſubiecti Alpibuſ campi: uſq; ad ſinū mariſ Adriatici: pxi/
morumq; locorum. Que uero de hinc cacumina:anguſta:et longa:poeninſulantia.
Perq; ipſam: ut dixi Italiam in longitudinem extenditur monſ Apenninuſ:ad. vii.
uſq; ſtadium milia. Latitudo uero eiuſ eſt inequaliſ. Facit aūt Italiam poeninſulā
Tyrrhenum mare:incipienſ a Liguſtico. et Auſonium: et Adriaticum. Poſt Italiam
autem: que ad ortum reliqua ſunt Europe: bifariā diuiduntur: Iſtro flumine. Ferē
enim hic ab occaſu in ortum. et in Euxinum pontum. a ſiniſtra relinquenſ Germa/
niam omnem incipientem a Rheno. Geticumq; totum: et quod eſt Tyrengetarū.
et Baſtarnorum: atq; Sauromatarum: uſq; ad flumen Tanain. Lacumq; Meotidē.
A dextra uero Thraciam omnem: et Illyricum. reliquamq; ultimā Greciam. Pre/
iacent autē Europe Inſule q̄ſ diximuſ: extra Colūnaſ quidē Gadeſ: et Caſſiterideſ:
et Brittanice. Intra Columnaſ uero Gymneſie: alieq; Phoenicū Inſule. Alieq; Maſ/
ſilienſium: et Ligurum. Contraq; Italiam uſq; ad Inſulaſ Eoli. Et queq̄unq; circa
Epiroticam regionem: et Greciam: uſq; ad Macedoniam: et Thraciā Cherrōneſū.
A Thanaide autem atq; Meotide ſunt: que intra Taurum continentur. Poſteaq;
deinceps hec que exteriuſ. Diuiſa enim ea bifariam. Per Taurum montem extenſū
a Iugiſ Pamphylie ad Orientale mare ſecundum Indoſ: et qui ibi ſunt: Scythaſ:
ea que ad Septentrioneſ uergit: parſ terre eſt: quam Greci uocant intra Taurum.
Que uero ad Meridiem eſt: qua extra nuncupant. At que Meotide Tanaideq; cō/
tinentē ptes: ſunt intra Taurū. Harū aūt parteſ prime ſunt: que inter mare Caſpiū:
et Euxinum pontum: ex parte quidem in Tanain: Oceanumq; finienteſ: et id qđ
extra: et id quod mariſ eſt Hyrcanii. ex parte uero ad Iſthmum: ubi proximuſ eſt
a ſeceſſu ponti ad Caſpium. Deinde que intra Taurum. Ea ſunt ſupra Hyrcaniā
uſq; ad Indoſ: et Scythaſ eoſ: qui ſunt ad idem mare. et ad Imeum mōtem. Hec aūt
habent: Alia quidem Meote Sauromate: et qui inter Hyrcaniam et Pontum: uſq;
ad Caucaſum: et Ibereſ: et Albanoſ Sauromate: et Scythe: et Achei: et Zygi. et
Heniochi. Que uero ſupra mare Hyrcanū Scythe: Hyrcaniq;: et Parthi: et Bac/
triani. et Sogdiani. et alie ſuperiacenteſ Indorum parteſ ad Septentrionem. Ad
Auſtrum autem mariſ Hyrcani ex parte. et omniſ Iſthmi: qui huiuſ eſt mariſ me/
diuſ: et Ponti: et Armenie: que iacet plurima: Colchiſq;: et Cappadocia omniſ: uſque
ad Euxinum Pontum. et Tibaranicaſ genteſ. Adhuc autem: que intra Alyn dicitē
regio: complectenſ quidem ad Pontum: et Propontidem Paphlagonaſ et Bithy/
nioſ: et Myſoſ: et que ſuper Helleſpontum dicitur Phrygiam. Cuiuſ parſ etiam eſt
Troaſ. Ad Egeum autem: ſequēſq; mare: Eolidem: et Ioniam: et Cariam: et Lyciā.
In mediterraneaq; regione Phrygiam. Cuiuſ parſ eſt ea: que Gallogrecorū dicitur

Galacia: et que acquisita est: Lycaonesq; et Lydi. Deincepsq; eius: que intra Tauꝝ ii qui montes obtinent: Paropamisades: et que Parthorum sunt: et Medorum: et Armeniorum: Ciliciũq; gentes. et Lycaones. et Pisidę. Post montana uero sunt: que intra Taurum. Prima autem est harum Indica gens omniũ maxima: et felicissima: finiens ad Orientale mare: atq; Atlanticum Australe. Inq; Australissimo mari pre/iacet Indica Insula: minime minor Brittanica Taprobane. Postq; Indicã regionẽ: ad occidentalia declinantibus: habentibusq; a dextra montes: Regio est magna: maleq;: ob tristiciam suam: habitata ab hominibus omnino Barbaris: nec una gẽte. Vocant autem Arianos: qui se extendunt a montibus: usq; ad Gedrosiam: et Car/maniam. Deincepsq; sunt: mare uersus quidem Perse: et Susii: et Babylonii: descen/dentes ad mare Persicum. Circunq; hos habitantes gentes parue. Ad montes autem: uel in eis Parthi: Mediq;: et Armenii. Et que his finitime sunt gentes. Atq; Meso/potamia. Postq; eam: que intra Euphratem: hec sunt. Arabia felix omnis: definita sinu Arabico: omniq;: et Persico. Et quantã quidẽ Scenite: atq; Philarchi obtinẽt: ad Euphraten descendentes. Siue qui trans sinum Arabicum: usq; ad Nilum: Ethi/opesq; et Arabes: et q post hos sunt Egyptii: Syriq;: et Cilices: Aliiq;. Et q Trachiote appellantur. Vltimiq; Pãphyli. Post Asiã uero est Africa: cõiuncta ipsa Egyptoq; et Ethiopie. Littus habens Europe aduersum directum: fere usq; ad Columnas. Ab Alexãdria incipiens: preter Syrtes. et siq̃ alicubi est sinus alius. cõuersiõe mediocri. et que eiusmodi fit promontoriorum eminentia Littus autem secundum Oceanũ ab Ethiopia: usq; ad quiddam: tanq̃ parallelum ipsum priori. Postq; ista: coactam habet ab Australibus partibus in acutum summitatem: parum extra Colũnas ꝑce/cedentem. facientemq; quodam modo figuram mensalem. Est enim: sicut alii quoq; declarant: et. Cn. Piso dux existens regionis eius: nobis enarrauit: Panthere similis: distincta domibus: ut punctis: comprehensis: arida et deserta terra. Vocant autem huiusmodi habitationes Egyptii Auases. Talis autem existens: habet quasdam alias differencias: trifariam diuisas. Nam a maritima regione secundum mare nostrum: ualde felix est plurima. Maximeq; Cyrenea. Et que circum Carthaginẽ Maurorũ: Columnarumq; Herculearum. Habitatẽ autẽ mediocriter ea quoq;: que est Oce/analis. Media uero immaniter. Ea quidem blattas ferens: deserta plurima: et aspa: uel arenosa: Idem autem passa est ea: que in rectũ ad hanc extenditur: ꝑ Ethiopiã uadens: et Troglodytiam: Arabicamq;: et Gedrosiam eã: que est Ichthyophagoꝝ id est pisci comedonum. Incolunt autem Africam gentes ignote plurime. Non. n. multam peragrari eam contingit exercitibus. neq; alienigenis hominibus. Indigene uero ipsi pauci ad nos aduenĩũt: e longinquo. Neq; illi sane credibilia: neq; omnia: referentes. Ea tamen que dicuntur: sunt huiusmodi. Eos quidem: qui sunt meridio/nalissimi Ethiopas appellãt. Qui uero sub istis plurimi sunt: Garamantes: et Arusios: et Nigritas. Et qui adhuc sub iis: Getulos. Mari autem propinquos: uel etiam ipsũ tangentes: Egyptũ uersus: Marmaridas: usq; ad Cyreneẽ. Supra hanc autẽ: supraq; Syrtes: Psallos: atq; Nasamones. atq; Getuloꝝ aliquos. Deĩde Asyntas: et Bizacios: usq; ad Carthaginensem regionẽ. Ea enim est multa. Cõnectũtq; eidẽ Numide. horum autem notissimos: alios quidem Massilies: alios uero Meusesylios. appellant. Postremi uero sunt Mauri. Omnis autem a Carthagine: usq; ad Columnas felix est Regio. Sed ferarum immanium nutrix. Sicut etiam mediterranea omnis. Nõ im/probabile est autem horum etiam aliquos dici Numidas. nequeuntes antiquitus: ob multitudinem ferarum agrum colere. Qui nunc peritia uenandi excellentes: simulq;

in hoc adiuti etiam a Romanis propter studium bestiarum pugne: utrorunq; sunt prepotentes: bestiarum et agriculture. Taliaq; de terris dicimus. Reliquum autem est de climatibus dicere. Quod et ipsum uniuersalem descriptionem: for/ mationemq; habet. Incipientibus ex illis lineis: quas uocauimus elementa. Dico autem eius que definit longitudinem plurimum. Atq; eius que latitudinem. Max/ ime autem eius: que latitudinem. Quin etiam Astronomicis hoc amplius faciendú est: sicut Hipparchus fecit. Descripsit enim: ut ipse ait: eas que in celis fiunt: dif/ ferentias secundum quenlibet terre locum: eorum: qui sunt in nostro orbe: quar/ tarum partium constituti. Dico autem ab equinoctiali ad septentrionalem polú. Ceterum descriptoribus terrarum. Neq; eorum que sunt extra orbem nostrum habenda est cura. Neq; in orbis ipsius partibus. Tales tanteq; suscipiende sunt differentie ciuili uiro. Sunt ení ancipites. Sed sufficit easque sunt insigniores: atq; simpliciores: eorum que sunt ab eo diceda: exponere: supponentibus: ut et ille: esse terre magnitudinem ducenties et quinquagies millena stadia: duoq; milia stadiú. Sicut etiam Eratosthenes tradit. Non enim magna erit ab hoc differentia: ad ap/ parentia in distantiis habitationum mediis. Siquis igitur in trecentas et sexaginta sectiones: diuidat maximum terre circuitum septingentorum stadiorum erit una/ queq; sectio. Hac enim mensura utitur ad distantias: in eo quod dictum est per Meroen Meridionali: capiédo. Incipit enim ipse ab iis: qui ad Meridiem habitát. Semperq; relinquens per septingenta stadia consequentes habitationes supgrediés secundum dictum Meridionalem: conatur dicere: apud quosq; apparentia. No/ bisq; rursus hinc est incipiendum. Et enim si habitabilia sunt hec etiam: ut quidá putant: propria quedam habitata ipsa est: per mediam inhabitatam propter ca/ lorem: angusta: extensa non existens habitati nostri pars. Descriptor autem terre consyderat hác solam partem. Eaq; distinguitur terminis. Australi quidem eo: qui est per Cinnamiferam regionem: parallelo. Septentrionali autem per Iberniam. Neque enim tantas habitationes percurrendum est: quantas dictat: ea que dicta est media distantia. Neque omnia ponenda sunt apparentia iis qui meminerint descriptionis terrarum figure. Incipiendum est autem: sicut Hipparchus fecit: a partibus Australibus. Ait igitur: Habitantibus in eo: qui est per Cinnamiferam parallelo: qui abest a Meroe tribus milibus stadiorum: ad Austrú. Ab hocq; abest equinoctialis octo milibus: et octingentis: esse habitationem proximam mediam Equinoctialis. atq; Estiui Tropici eius qui est per Syenen. Abesse enim Syenen ipsam quinque milibus a Meroe. Apud hos autem primos minorem ursam totam in Septentrionali contineri: semperq; apparere. Stellam enim que in summa est Cauda: illustrem: Australissimam existentem: super ipso collocatam esse Septen/ trionali circulo. Ita ut attingat Orizontem. Meridionali uero dicto: Parallelus quodammodo a mane adiacet Arabicus Sinus. Cuius egressus est in Oceanum. Ea est Cinnamifera: in qua olim fiebat uenatio Elephantorum Decidit autem Pa/ rallelus iste: Hinc quidem super Australiore pauco: Taprobane: uel super ulti/ mos habitantes. Illinc uero super Australissimam Africe. Iis autem: qui sunt secúdú Meroen: et Ptolemaidem: eam: que est in Troglodytica: Regione dies maximus est horarum Equinoctialium tredecim. Est autem habitatio ipsa media quodá/ modo equinoctialis. Et eius: qui per Alexandriam: circiter mille: et centum exu/ berantes ad Equinoctialé. Transit auté is q per Meroen Parallelus: hinc quidem per notas ptes: illinc uero p Indice regióis culmina. In Syene aút et Berenice: ea

que in ſinu Arabico: et in Troglodytica:ad eſtiuaſ conuerſioneſ: ſol fit in uertice. Dieſ aűt lőgiſſima eſt horaꝝ ſolſtitionaliű tredecim cű dimidia. In ſeptentrionali autem apparet urſa maior ferme tota: preter crura:et ſummum caude. Vnamq; ex eiſ ſtelliſ: que ſunt in latere. Per Syenen autem paralleluſ:hinc quidē per Ich/thyophagorum regionem:ſecundum Gedroſiam: et Indicā:pergit:Illinc uero per Auſtralioreſ: a Cyrene quidem quinq; ſtadioꝝ milibuſ ad minuſ. Omnibuſ autem in medio poſitiſ: Tropiciq; et equinoctialiſ circuli: recidunt umbre ad utranque partem. Septentrioneſq;: et ad meridiem. Eiſ qdem: q ſunt a Syene: atq; Eſtiuo Tropico ad Septentrioneſ: cadűt umbre ſecundum Meridiem. Vocantur autem hi quidem biumbreſ. Alii autem alterumbreſ. Eſt et alia quedam differentia:iiſ qui ad Tropicum: quā in ſermone de Zoniſ: ante diximuſ. Eſt autem ipſa arenoſa. et blattifera. et arida. Auſtralium partium abuadantium aquiſ: Fructuumq; foe/cundaꝝ. In Auſtralioribuſ aűt per Alexandriam: et per Cyrenen: ad q̄dringenta ſtadia: ubi dieſ maxima eſt horarum ſolſtitionaliű q̄ttuordecim: ſupra uerticem: fit Arcturuſ: inclinanſ paulum ad Auſtrum. In Alexandria autem Gnomon ra/tionem habet ad equinoctialem umbram: eam quam habent quinque ad ſeptem. Sunt enim Auſtralioreſ q̄ Carthago: mille et trecentiſ ſtadiiſ. Atque Auſtralioreſ Alexandria. Siquidem in Carthagine Gnomon rationem habet ad eqnoctialem umbram:eam:quā habent undecim ad ſeptem. Peruadit autem hic paralleluſ:parti quidem per Cyrenen. et Auſtralioreſ parteſ Carthaginiſ: nongentiſ ſtadiſ: uſq; ad mediam Mauritaniam. Partim uero per Aegiptum: et per coelen ideſt depreſſam Syriam: perq; Syriam ſuperiorem: Babylonemq; et Suſiadem: Perſidem: Car/maniam: et Gedroſiam ſuperiorem: uſque ad Indicam. Circa Ptolemaidem uero eam:que in Phoenice:circaq; Sidonem:et Tyrum: dieſ maxima eſt horarum Sol/ſtitionalium quattuordecim: cum quarta hore parte. Sunt autem iſti Septentri/onalioreſ q̄ Alexandria quidem: ferme mille: et ſexcentiſ ſtadiſ. Quā Carthago autem ferme ſeptingentiſ. In Peloponneſo autem: et circa media Rhodie:et circa Xanthum Lycie: ſiue paulo Auſtraliora: et adhuc Syracuſiſ Auſtraliora qua/dringentiſ ſtadiſ. Ibi dieſ maxima eſt horarum Solſtitionalium quattuordecim cum dimidia. Diſtant autem hi loci ab Alexandria quidem tribuſ milibuſ: et ſex/centiſ quadraginta. Pergit enim hic paralleluſ ſecundű Eratoſthenem: per Cariā: Lycaoniam: Cataoniam: Mediam: Caſpiaſ portaſ: Indoſ eoſ: qui ſecundum Cau/caſum. In partibuſ autem circum Alexandriam Troadiſ. ſecundum Anphipolin: et Apolloniam eam:que in Epiro: et eoſ:qui ſunt Roma Auſtralioreſ: ſeptentri/onalioreſq; Neapoli: dieſ maxima eſt hararum Solſtitionalium quindecim. Abeſt enim hic paralleluſ: a parallelo quidem Alexandrie: eiuſ: que in Egypto: ſeptem milia ferme ſtadiorum: ad Septentrioneſ. Ab equinoctiali uero: ſupra uigintiocto milia ſtadiorum: et octingēta ſtadia. Ab eo autem:qui eſt per Rhodum: tria milia: et quadringēta. Ad Auſtrű uero Byzantio: et Nicea: & eiſ:que ſunt circa Maſſiliā: mille: et quingenta. Eſt enim paulo ſeptentrionalior iſ qui per Lyſimachiā. Quem dicit Eratoſtheneſ eſſe per Myſiam. et Paphlagoniam. et per ea: que ſunt circa Sinopen. et Hyrcaniā: et Bactra. In eo uero:qui eſt circa Byzantiű: dieſ maxima eſt: horarum Solſtitionalium quindecim: cű parte hore quarta. Gnomon autem: ad umbram habet rationem in Aeſtiua conuerſione: eam: quam habent centum et uiginti: ad q̄draginta duo: quinta deficiente parte. Diſtant enim hi loci a parallelo: per medium Rhodie: circiter quattuor milia: et nonaginta ſtadia. Ab eqnoctiali

aũt:circiter triginta milia:et trecenta. Nauigantibus aũt in Pontũ: et ꝓcedẽtibus ad Septentriones: circiter mille: et quadringenta: stad: dies maxima fit horarum solstitionalium quindecim:cum dimidia. Absunt enim hi loci ex equo a polo: et ab equinoctiali circulo. Estq; eis scd'm uerticem: septentrionalis circulus. Super quo iacet is: qui est in collo Cassiepee: is qui est in cubito dextro Persei paulo Septentrionalior existens. In iis uero qui distant Byzantio: ad Septentrionem: circiter tria milia: et octingenta stadia: dies maxima est horarum solstitionalium sedecim. Fertur itaq; Cassiepea in Septẽtrionaliori. Sunt enim loci isti circa Borysthenẽ: et Australia Meotidis. Distantq; ab Equinoctiali circiter trigintaquattuor milia stadiorum. et centum. Qui est autem secundum Vrsales locos: orizontis: in omnibus fere estiuis noctibus illuminatur a Sole: ab Occasu: usq; ad ortum: circunuertente se luce. Abest. n. estiuus Tropicus: ab orizonte: Inq; Zodiaco semis et duodecimo. Tantum igiť distat Sol etiam ab Orizonte: secundum intempestam noctem. Atq; apud nos tantum distans ab Orizonte: ante diluculum: et post uesperum iam illuminat circa ortum: aut circa occasum: aerem. In hybernis aũt diebus Sol extolliť ulnas plurimum nouem. Dicit autem Eratosthenes: eos qui sunt Meroes: distare paulo plus: q̃ uigintitribus milibus. Per Hellespontum. n. esse decem et octo milia. Deinde quinquemilia. ad Borysthenem. In his autem: qui distant Bizantio stadiis ferme sex milibus trecentis: Septentrionalioribus ipsis Meotide: secundũ hybernos dies Sol attollitur usque ad sex: plurimum ulnas. Dies autem est maxima horarũ Solstitionalium decem et septem. Vlteriora uero: propinquantia iam inhabitato: propter frigus: non amplius usui sunt: descriptori terre. Siquis autem hec etiã uelit discere: et quecunq; alia celestium: Hipparchus quidem dixit. Nos uero reliquimus: quia sunt expressiora: q̃ propositus nunc tractatus: ab illo sumat. Expressiora aũt sunt etiã de circũumbribus: et biũbribus: et alterumbribus: ea que Posidonius dicit. Tamen de iis tãtum commemorandum fuit: quantum satis esset: ad excogitationẽ declarandam: et partim utile: ad terrarum descriptionem. partimq; inutile. Ac qñquidem sermo est de umbris a Sole: Sol autem ad sensum: secundum parallelum fertur: secundum quem mundus quoq; omnis. A quibus quidem ex unaquaq; mũdi conuersione: dies fit: et nox. Quando enim super terram Sol fertur: Ab his sane et biumbres excogitantur. et Alterumbres. Biumbres quidem: quicunq; ad Meridiem. Quandoque enim incidentes habent umbras: cum a Meridie Sol ad Gnomonem accedit rectum: ad subiacentem planum. Quandoq; autem in aduersum: cum Sol in aduersum consistit. Hoc autem solis iis contingit: qui inter Tropicos habitant. Alterumbres uero: quibuscunq; aut semper umbra ad ursam cadit: sicut nobis aut in Australia: sicut eis: qui in Zona altera temperata habitant. Contingit autem hoc omnibus iis: qui minorem habent Tropico septentrionalem. et quandoq; eundem: aut maiorem: principium est circumumbrium: usque ad habitantes sub polo. Sole enim: secundum omnem mundi conuersionem super terram lato: clarum est: quod umbra etiam circulariter circunferetur: ad Gnomonem. Quamobcausam circumumbres eos appelarũt. nihil ipsos ad descriptionem terre pertinentes. Neq; enim sunt he partes: propter frigus habitate. sicut in iis: qui ad Pytheam sermonibus diximus: Ita ut nec magnitudinis inhabitati huius cura sit habenda. Quoniam percipi potest: quod qui habent Septentrionalem Tropicum subiaciderũt: descripto circulo sub polo: Zodiaci: secundũ mundi conuersionẽ subiacẽte distantia inter equinoctialem: et Tropicum quartum sexagesimũ maximi circuli.

Cum primā describende terre formā ediderimus: proprius deinceps ad singula noster deducendus ē sermo. hūc enim in modum sumus ante polliciti. Recte aūt tractatus iste diuisus hactenus esse uidet̄. Rursus ab Europa: eiusq; partibus: captandum est initium. Ab iisdē ipsis: a quibus antea. easdē ob causas. Ceterū illius prima ab Occasu: pars extat Hispania. huius autem maxima ex parte incultus: & squalidus est ager. Nam rupes: & saltus. & loca siluestria. & campi tenuissime telluris. neq; huius plane irrigua pars magna est. Que spectat in Aquilonē prorsus frigida. Nimie insuper asperitatis. Et Oceano semper obnoxia. nihil aliorum cōmixtum habens: siue con/iunctū. Quo fit: ut eo ex latere habitādi malignitas excedat. Eius generis quidē ea regio est. Que uero in austrū uergit: uniuersa fere felix eximie. Presertī que extra Columnas porrigit̄. Describentibus uero nobis & figuram superius: & magnitudinē: aperta erit per singula declaratio. Quoniam ab Occasu: in ortum pro longitudine: pellis similitudinem reddit. Et scd'm latitudinem que a Polo Arctico tēdit in Austrū. habet autem ipsa longitudo stad'. simul milia sex. Latitudo autem: quinq; maxima. Alicubi uero est minus: q̄ trium. maxime ad montes Pyreneos: qui Orientale latus efficiunt. Montes enim ipsi continentes: ab Austro tendētes in Boream: ab Hispania Galliā terminānt. Cum uero Gallie latitudo: inequalis prorsus existat: & Hispanie. ubi ambarum angustissima est latitudo: a mari nostro in Oceanū spatiū extendit̄: Pyreneis adherens maxime montibus. Ad utranq; illius partem sinus quidam sunt: ad Oceanū. Quidā ad mare nostrum. e quibus maiores sunt Gallici: qui angustiorē ad Hispanum pelagus tellurem habent. Hispanie latus ad orientem uergens: Pyrene facit. Australe uero: nostrū a Pyrene: usq; in Herculeas colūnas: mare. Et exterius continenter additum: usq; ad promontorium: quod Hieron: id est sacrum uocant: Tertiū ab occasu est Hispanie latus: parallelū aliquo pacto: Pyrene e regiōe: eq̄liter distans a sacro promontorio: usq; ad Artabram montē: quam & Iernam appellant. Quartū ex hoc loco: usq; ad promontoria Pyrenes: que Boreā spectant. Redeūtes igitur: singula explicemus: Sumentes a sacro promōtorio primordiū. Hoc enim nō Europe modo: sed orbis uniuersi: in Occidētem: remotissimum signum terminatur. Et enim duabus ex continentibus mundus finitur ad Occasum: Europe atq; Africe ultimis. Quas tum Hispani: tum Mauritani tenēt. Hispanie quidē extrema ad stad': mille: & quingenta prominent: ad ipsum: quod diximus promontorium. Contiguum huic agrum cuneum Latini uocitant. Sphena idest cuneum: uolentes significare. Id autem promontorium in mare procombens: Artemidorus nauigio equiparat. Sic. n. cum in locum profectus: eloquitur. Cui quidem figure tres exiguas assumit Insulas. E quibus unam naualis instar rostri. Alteras in modum aurium: eminentia habentes tigna. Eo in tractu templum: Herculi dicatū: mōstrari. Qua in re mentitū Ephoꝝ: Nec aram illi: nec deorū cuipiam: sed accumulatos passim lapides: ternos: & q̄ternos. quos aduene: de Regionis consuetudine aduoluunt. eos ita migrasse mentientes. Sa/crificia uero ulla facere: moris non esse. Nec locū nocturnis inambulare temporibus. que tunc ab diis possideri asserant. Atqui ad spectaculum uenientes: in proximo uico pernoctent. Interdiu uero aquam infundant: propter aquarū inopiam. Hec hūc in modum se habere: constans indigenarum opinio est. quibus & credi: opus est. Que aūt uulgo: & tenuioribus similiter: dixit minime. Posidonius. n. uulgo dici tradidit: Solem in finitimis Oceani littoribus maiorem occidere: ingenti cum strepitu. pinde ac eo in profundum incidente: in illo restinguendo: pelagus efferuescat. Hoc quoq; mendacium eē. & illud: Noctem post occasum e uestigio subsequi. Haud. n. e uestigio:

uerum sensim postea. sicut & apud alia maria magna. Nã ubi sol ad montes occidat: amplius post occasũ: diei tẽpus obuenire: ob diffusã circũcirca lucis claritatẽ. Ibi aũt: neq; plus: neq; e uestigio assequtur: aut adiũgit obscuritas: quẽadmodũ & in campis solet ingẽtibus. Apparentẽ uero magnitudinis imaginẽ: augeri in ortu: similiter & in occasu: in maribus. Causa ẽ: qa plures ex humidis sursum uapores eleuant: per quos: sicut per fistulas: fractus intuitus latiores suscipit imagines: ueluti per aridã: tenuẽq; nebulã: occidentẽ: uel orientẽ solẽ: siue lunã aspiciat. qñ & rubicundũ sidus apparet. Falsitatẽ uero cõuicisse inqt: cũ dies. xxx. Gadibus obuersatus: ipsos obseruasset oc/casus. Artemidorus aũt: solẽ centies ampliorem: occidere asserit. Continuoq; noctem occupare: ut ipe qdem ꝑspexit. Hoc in Sacro ꝓmontorio deprehendi nõ potest. siqs sentẽtie eius mẽtem intẽdat. Ait. n. noctu inãbulare neminẽ. Ita neq;: Sole occidẽte: ullus sane inãbularet: mox ut nox occupat. Quod quidẽ nullo alio in loco Littoris Oceani euenit. Nã Gades ad Oceanũ sunt. Contra uero Posidonius: & alii cõplures: testimonio sunt. Continentis autem: ad Sacrum promontorium: maritime hec qdem principium est Hispanie lateris occidui: usq; ad Tagi fluminis eruptionẽ. Australis autẽ lateris initium: ad alium usq; fluuium: Anam: & eius egressum. Ab Orientalibus uero uterq; partibus defertur. Alter quidem retro in occasum cursu elabitur: altero longe maior. Verum Anas sese flectit in Austrum: mediam inter amnes Regionem disterminans. quam Celte maiori ex parte incolunt. & Lusitanorũ pleriq;. quos ex ulteriore Tagi regione in coloniã Romani traduxere. In superioribus autem ꝑtibus Carpetani: Oretaniq;: & Vettonũ frequentes habitãt. Ager iste mediocrẽ feracitatẽ habet. Reliquus: ad Orientem: & meridiem: iacens: si ad uniuersum cõferatur orbem: excellentissimus est: ob eorũ uirtutẽ bonorũ: que terra creat: & pelagus. Hic est: quem flumen Betis alluit. isdẽ ex locis nascens: ex qbus Anas: & Tagus. medie inter utrũq; magnitudinis existens. ab sui ꝓmordio: sicut Anas: in occasum fluitãs. Inde in Austrũ deflectens: in idem littus excurrit. Regio ipsa: a flumine Betica uocitatur. Ab incolis autem Turdetania. Incole uero ipsi Turdetani: & Turduli: appellantur. Sunt: qui eosdem arbitrantur esse. Sunt: qui diuersos. E quibus est Polibius: qui Turdetanis: Turdulos: finitimos ad Septentrionem esse dicit. Hoc autem in tempore: nulla inter eos apparent confinia. Hi inter Hispanie populos: sapientia putantur excellere. Et litterarum studiis utuntur. Et memorande uolumina uetustatis habent. Vatum codices. Leges quoq; uersibus conscriptas: e sex annorũ milibus: ut aiunt. Ceteri etiam Hispani usum habent litterarum. non uno quidem genere. haud enim una lingua ẽ. Hec autem plaga intra Anam: ad ortum quidem: usq; ad Oretaniam protenditur. A meridie uero: ab eius eruptione: usq; ad Ane maritimũ tractum. & usq; ad colũnas De ipsa latiore explicandũ ẽ oratione. Et de ꝓpinqoribus locis: q̃tum ad perdiscẽda regionis ingenia: feracitatemq; cõducit. In hanc maritime partem: & Betis: & Anas erũpunt. Hinc nouissima Mauritanie plaga inter Atlanticũ incidens pelagus: fretũ ad columnas efficit. Quo extrarium: cum mediterraneo: mare coniũgitur. Hinc: & eam Hispanie partem: quam Basticani: seu Bastuli: uocati: incolunt: Calpe mons est. Circuitu quidem nõ magnus admodum. Altitudine uero: ingens: & arrectus. Adeo ut longinquis Insule formam preferat. E nostro igit: ad exterius nauigãtibus mare: hic ipse dexter offert. A cuius radicibus sita urbs est calpe. Stad. xl. uetustũ: & haud abiectum sane oppidum. Id superioribus annis Hispanorũ nauale fuit. Pleriq;: e qbus Timosthenes: hanc ab Hercule edificatã tradidere. Qui eã cognomine Heracleam superiori tempore: dicit. Ostentari magnum etiã murum in circuitu: & naualia. Inde

Menlaria: optima habens salsamenta. Postea esse Belonē: & urbē: & fluuium. Hinc enauigationes sunt. Maxime ad Mauritanie Tingin. & mercatura. & cōdiendorum piscium frequentia. Fuit & Zelis urbs Tingi finitima. Hanc ad ulteriorem ripam Romani coloniā traduxere: quibusdā ex Tinge assumptis accolis. Et habitatoribus Roma eo dimissis. Et urbi ipsi Iulie Ioze nomen indidere. Postea Gades: angusto discreta freto Insula: distans a Turdetania Calpe: stad. circiter. dcc. & .l. seu. dccc. ut alii perhibent. Hec ipsa Insula: nihil ab aliis: ceteris in rebus differt. In colarum uero in nauigando strenuitate: Et Romani populi caritate: eo felicitatis: incrementique peruenit: ut licet in extremo sita orbe terrarum: uniuersas tamē: nominis celebritate: excellat. Ceterum de hac ipsa tunc dicendum erit: quum de aliis commemorabimus. Deīde Menesthei cognomīe portus est. Et ad Astan: & Nabrasin estuaria. Dicunē autem estuaria: referte marinis aquis conualles: in undationibus pelagi: per quas in mediterranea: instar fluuiorum: nauigantes ascendunt: ad uicina presertim oppida. Paulo post Betis bifariam partitus: erumpit. Inter cuius Ostia: intercepta Insula: stad. c. siue: ut plerisque placet: pluribus: a maritima separatur. Ibi Menesthei existit oraculum. Et Caprionis turris consistit in petra: quam circūcirca pelagus alluit. Ea: sicut Pharus: mirum in modum: ad nauigantium salutem edificata est. Nam: cum eiectus ab amne limus uadosum reddat profundum: & latentibus sub aqua saxis: locus ipse promineat: clarum aliquod inedificandum fuit signum. Hinc superior est Betis nauigatio. Et Ebura oppidum. Et Luciferi templum: quod Lucem dubiam appellant. Deinceps sunt ceterorum estuariorum enauigationes. & cum reliquis duo Ane fluminis ostia. E quibus sursū nauigatio exhibeē. Inde nouissimum est Sacrū promontoriū: a Gadibus minus duobus milibus stad. distās. Nonnulli ad Ane ostiū ab Sacro promontorio: miliaria. lx. perhibent. Hinc ad Betis ostium centū. Deinde ad Gades. lxx. Turdetaniam igitur: supra littus: quod intra flumē Anam est: iacere contingit. Eam autem Betis fluuius diuidit. quam amnis Anas ad Septentrionem: & Occasum terminat. Ad ortum aūt non nulli Calpetanorum: & Oretani. Ad meridiem uero: ex Bastetanis: qui intra Calpen: & Gades: littus angustum incolunt. Deinceps mare: usque ad Anam. & Astetani quos agro Turdetanorum adiacere dixi. Et qui extra Anam habitant: & finitimorum complures. Huius regionis spatiū: in longitudinem: & latitudinē: duo stad: milia non excedit. Oppidorum ingens est numerus. Nam ducenta esse predicant. Fama quidem celeberrima sunt: que super amnes edificata sunt: aut Estuariis: marique proxima: propter rerum cōmoditatē. Corduba: Marcelli edificium: eo magnitudinis creuit: ut nominis celebritate: & potentia polleat. Itidem & Gaditana ciuitas. Altera quidem nauigationis gratia: & cōciliata cum Romanis societate. Altera uero: agri uirtute: & magnitudine: opitulāte magna ex parte Bete flumine. Eam sane initio habitauere: & Romanorum: & Indigenarum uiri delecti. Nam prima hec: istos ad locos: a Romano populo: est dimissa colonia. Post quā & Gaditana. Ispalis quidem insignis. & hec Romana colonia. Hoc aūt tēpore manet emporium. Ceterum honore: & deductis nuper in coloniā Cesarianis militibus: ciuitas Betis excellit. tametsi non admodū splendide habitata. Post has: Italica. & Ilipa: sup Beti. Longius uero est Astina. & Carmo. & Obulco. Sunt & in qbus Pompeii liberi debellati sunt: Munda. & Atetua. & Urso. & Tuccis. & Iulia. & Egua. He aūt omēs non longe distant a Corduba. Quodam autem modo eius regionis primaria urbs est Mūda. idest Metropolis. Distatque a Carteia Munda stad. sex milibus. & . cccc. Quo uictus Cneus cōfugit. Inde naui dilapsus: cū ad incūbentē pelago rupem excessisset:

obtruncatus est. Eius aūt frater Sextus: a Corduba salutem fuga cōparans: Tracto paululum temporis inter Hispanos bello: demum Siciliā ad rebellādum sollicitauit. Postea in Asiam: e Sicilia: effugiens: captus ab Antonii ducoribus: Mileti occisus est. In Celtis Conistorsis urbs est nobilissima. Super estuaria uero Masta est: in quā conuentus est Tungaditanorum. Que potissimum super Insule nauale stad: non pluribus.c. imminet. Beti quidem plurimi assistunt Incole: quia a mari stad: ferme mille ac.cc.usq; Cordubam: parū etiā ultra: flumine nauigat̃ aduerso. Vicina ripis arua: & in ipso flumine parue Insule: diligētissime colunt̃. Accedit spectādi amenitas: cum uillarum: tum arboꝝ ordine consitarum: & agroꝝ exquisitiore cura laboratoꝝ. Igitur usq; Ispalin nauigiis grauioribus: per stad: non multo minus: q̄m.d. aduerso nauigatur amne. Ad superiora uero oppida: usq; Ilipam: minoribus. ursq; Cordubam autē fluuiatilibus scaphis iter est. hoc quidem tempore cōpactis. antiquioribus uero seculis cauatis arbore Lintribus. idest monoxylis. Supra Castonem uero non est nauigatu facilis. Quidamq; dorsorū instar distāt a flumine montes. magis minus ue admoti in Boream: metallis referti. In locis siquidē ad Ilipam spectantibus: maxima uis est argenti. Nec non ad Sisaponem. sic.n. & hac: & antiqua uocatur etate. Ceterū ad Cotinas: ita.n. appellāt: es una gignit̃: & aurum: subuectis per amnem leuorsum: hi montes occurrūt. Dextrorsum aūt planities immensa: & excelsa iacet. fructuosa. magnisq; consita arboribus. & ad pascua late patens. Aduersa hec nauigatio neq; ta/libus scaphis: neq; ad tantū tractū: ripas habet. Supiore aūt in plaga: montes extāt: auri & argenti habentes indaginē. quā metalleam nuncupāt. Ea ad Tagū ptinent. Loca igit̃ metallica: & aspera: & tenuia eē oportet. qualia Carpitanie cōtigua sunt. Et Celtiberis amplius. Talis ē & Beturia: cāpos habēs: ad Ariam accedentes: siccitatis immense. At enim ipsa Turditanea mirifica rerū copia leta est. Cumq; omniū ferax sit: tum etiam plurimam eorum copiam pre se fert. Duplicatur autem ea fructuum feracitas: exportatione. Superuacanea.n. frugū ubertas: nauigantiū multitudine: facile uenundatur. Id aūt: & flumina: & aquarum: ut dixi: efficit infusio: fluminibus persimilis. Et ex mari pariter redundans. que non modo paruis: sed etiam magnis: nauibus: eodē modo ad mediterraneas urbes sursum nauigandi facultatē suppeditāt. Per multū spatiū.n. supra littus: inter Sacrū promontoriū: & columnas Herculeas uniuersa planities est. Multis hic in locis a mari: ad partes mediterraneas superiores ualles sunt: fossis mediocribus: & fluuiatilibus alueis cōparande. & cōplura ad stadia extense. Has maris ascensus: & estuantes aque: non deterius: immo uero cōmodius: q̄ flumina: nauigabiles prestant. Cumq; nihil obstet: pelagusq; secundos cursus: per estū: in flumīs modū exhibeat: p fluuiū labi uidearis. hoc in loco maiora: q̄ in reliq̄s: incrementa sunt. Nam cum ex ingenti pelago: unda angustum agitetur in meatū: quem in Hispaniam Mauritania conficit: repercussionē accipit. Et ad cedentes terre partes facile defert̃. Ex huiusmodi aūt uallibus: plereq; p inundationes: exhauriunt̃. Quasdam uero non penitus aqua destituit. Alique intra se Insulas accipiunt. Huius itaq; generis effusiones sunt inter Sacrum promontorium: Herculeasq; columnas: uehementius q̄ ceteris in locis excrescentes. Talis aūt excrescentia ad nauigātiū usus: excellentem habet cōmoditatem. Plures nāq; sepius & maiores facit excursiones. ut ad stad. viii. aduersa augeat̃ nauigatio. Adeo: ut quodāmodo totā terram & q̄dem nauigabilem facile prebeat. & ad exportāda: et ad importāda inuicē onera. At uero molestū quippiā in hoc habet. Fluuiatiles nāq; nauigationes: ingruēte uehemētius undarum excessu: & aduersus fluuioꝝ cursum: fortius reflante: Non paruū nautis

discrimen importanc: identidem: siue deferanť: siue referantur. In his uero accessibus: siue recessibus: etiam detrimenta sunt. Pari.n.ratione cócitanť. Celeriterq; mouenť. Crebro nāq; nauigia in sicca tellure destituta sunt. Pecora nāq;: que añ q̃ effūdanť aque: in proximas fluuiis insulas traiecerint: interdū inundanť. interdū relinquunť. Redire autem coacta: cum nequeant: prorsus intereunt. Iuuencas aiunt obseruare solitas: quod ingruit. Redeuntes expectare aquas. Et ad continētes remeare terras. Igitur homines: cū locoꝝ natura percepta: inundationes: amnibus subseruire similiter ualentes: pdidissent: urbes in illis: & alia quedā habitacula: sicuti penes fluuios condiderūt. E qbus est Asta. Nabrissa. Onoba. Sonoba. Menoba. & alii plures. Excipiūt & fosse non nullis in locis confecte: ut multis ex locis: & multos ad locos: & inter se: & ad externos: rerū cōportatio suppeditari queat. Adiumento quoq; piter cōfluētie sunt: ad inundantias: quas permeare quedam inhibent telluris eminentie. & nauigādi facultatem operanť. ut ex fluminibus in increscētes maris estus: & ex illis in flumina: ad inuehēda onera: aquarum cōmoditas sane subseruiat. Vniuersa uero mercatura in Italiam: atq; Romam est: ad columnas usq;: cōmodum habens nauigādi cursum. excepto dūtaxat: siqua: circa Euripi ipsius angustias: difficultas adest. Et ad nostri maris tractum. Per tranquillum nanq; clima cursus ipsi conficiuntur. Illi presertim qui per altum mare uersatur. Id aūt onerariis nauigiis mercatoriam factitantibus conducit admodum. Marini quoq; uenti suum habent ordinem. Adest & pacis ipsa tranqllitas: extinctis hac tēpestate latrociniis. Vnde iis: qui nunc uersanť in pelago: uniuersum adest ocium. Facilis est securitas. Peculiare sane quiddā obseruādum est: ut Posidonius inquit. Quum ex Hispania retro nauigatio habenda est: quod in eo mari: usq; ad sinum Sardiniensem: uenti spirant subsolani: idest Euri. qui & Etesie dicunť. Quapropter: cū circa Gymnesias Insulas: circaq; Sardiniam: & alias Africe partes: contra ipsas dispulsus errasset: Tandem: tertio uix mense: transmisit in Italiam. Exportatur aūt e Turditania: uinū. Magna uis tritici. Oleūq; nō modo ubertate: sed etiam bonitate: precipuum. Euehitur insuper cera. mel. pix. & grana purpure. et miniū: Sinopica terra nō deterius. Ligna cumulāt ibi naualia: ex indigena materia. Itidem etiā sal multus effodiť. Non pauca quoq; salsa sunt eodem in tractu fluēta. Non pauca etiam ad estas salsamenta conduntur: Non solū ea ex regione: sed etiā ex alio: extra columnas: littore: que Ponticis nequaq̃ inferiora dixerim. Frequens inde primum uestis ueniebat. Nunc uero Coraxorum amplius: laniciū excellētissime pulchritudinis. unde admissarii talēto arietes emunť. Telarum exuperans tenuitas. atq; copia. quas Saltiate construunt. Pecoꝝ omnis generis abundantia. Nec minor uenationum. Pernitiosarum raritas beluarum. preter q̃ effodiētium terras cuniculoꝝ. quos plerīq; lepusculos appellant. Plantis enim uastitatem inferunt. & satoꝝ radices esitant. Et hoc per totam ferme obueniens Hispaniam: Massiliam usq; prorogatur: Quin & ipsas perturbat insulas. Gymnesiarum autem Insularum incole: missis aliqñ Romam legatis terras petiisse dicuntur. Ab istis enim eiectari bestiis. quibus: propter multitudinem obsistere nequirent. Ad tantum igitur pariter bellum: quod perpetuo nequaq̃ ingruit: ceterum eruptionem: pestilentia quadā importat: ueluti serpētum: murumq; agrestium: tanti forsitan necessitas est auxilii. Vbi uero mediocritas adsit: plures repte sunt uenationes. Itaq; deindustria catellas agrestes afferūt: quas educat Africa. quas quidem funiculis capistratas intra foramina dimittunt. Ee uero: quos capiunt: unguibus extrahunt. Aut in summa telluris effugere: cogunt. Egressis aūt uenatores incūbunt. capessuntq;. Quāta uero rerū: ex Turditania exportādarum:

copia sit: maxime declarat nauigiorum magnitudo. & numerus. Ingentes.n. naues
onerarie istinc puteolos nauigāt. & Ostiam: Romanorum nauale: pmeant. Insuper
multitudo: Africanis ferme equiperāda: tātum est incrementū. Cum aūt huiusmodi
sit mediterranea Turditanie copia: eq̄lem etiā maritimam: ex pelagi bonis inuenies.
Ostrea nāq; & cōchilia oīa: & multitudine: & amplitudine: oīni ex parte: exterius
mare superat. precipue cum fluxus ac refluxus: hic augeantur. qui causa: ut par est:
magnitudinis: ac multitudinis: propter enudationes existunt. Eundem se habet in
modū circa cetaria genera: Oryges. Phalenas. Physeteras. q̄bus reflantibus: nebulose
cuiusdā columne uisio: longe cernētibus offert̄. Quid Gongri: quid Murene: quāto
nostris maiores capiuntur? Aliaq; q̄plura huius generis edulia? In Carteia uero
Cerycas: idest murices: & purpuras librarum. x. In exterioribus aūt locis: Murenam:
& Gongrū: minarum supra octoginta. Polypum talenti pondo. Duorum aūt Sepias
cupitorum. & similia. Frequēs uero Thynnus: e uetusto feruore ingēti pinguis aruina:
horsum impellitur. Querna uero quadam glande saginatur: que ad mare nascitur:
humilis admodum: ac fertilem: ingentemq; impendio producens fructum: que quidē
copiosa in ipsa etiā terra generatur Hispana. Ingentes sane radices: pinde ac integre
quercus habens: que profecto ab humili radice tollitur minus. Tantum uero fructū
affert: ut post maturitatem: littora: & extra columnas: & intra: glande referta sint.
quam estus aquarum eiectat. Ceterū intra Columnas semper minus: ac minus reperit̄.
Vt aūt autor est Polybius: usq; Latinam ipse glandes emittunt̄. nisi Sardinia quoq;
inquit: & huic uicina regio ferat. Verū Thynni ipsi: quo magis columnis ppinquāt:
ab exteriore delati pelago: eo amplius esca deficiente macerantur. Hec in mari belua
semper adest. plurimū glande gaudens: cuius cibo eximie pinguescit. Cumq; glandiū
fuerit ubertas: & Thynnorum fit ubertas. Cū uero pdicta Regio tot bonis exuberet:
effodiendorum sane metallorum ingenium admirareris. Tota. n. talibus plenissima
est Hispania. Non tota tamen procreandis fructibus facilis. Nec tota ferax: eundē
in modum: presertim que metallis abundat. Rarum enim est: utriusq; rei fortuari
commoditate. Rarum & eandem diuersis: paruo in loco: abundari metallis. At Tur/
detania: agerq; contiguus: nullā in hoc uirtutis genere rationē: cōmēdare uolētibus:
abesse sinit. Nam aurum. argentum. es. ferrum. nullibi terrarum: neq; tantum: neq;
tam probatum: generari hactenus compertum est. Aurum enim nō solū ex metallis
effoditur: Verum etiā fluit. Flumina nanq;: torrentesq; aureā deferunt arenā. Que
passim: & per loca aquarum indiga existens cognoscitur. Ceterum cum illic quidem
minus appareat: per aquatilia quedā aurei elucent grumuli. Quod si q̄bus a natura
negate sint aque: illatis rigantes aquis: dehinc splendescentem efficiunt grummulum.
Puteos quoq; effodientes: & alia persolertiā tractātes artificia: Lauandis arenis aurū
excerpunt. Pluresq; hac etate sunt: qui aurum eluant: q̄ qui aurū effodiant. Vnde
& chrysoplysia: idest auri lauacra. sunt appellata. Galli quidē digniora eē: sua pdicāt
metalla: que in Cimmenio monte sunt. Presertim que ad Pyrenen uergunt. Verum
enim uero quod ui e locis educit̄: magis probatum est. Inter auri micas aūt: quādoq;
dimidie libre grummos: quas pilas uocant: repertos fuisse: memorie traditum est. qui
parue admodum purgationis indigeant. Traditum etiā est: scissis lapidibus: glebulas
quasdam papillis mammarū similes inueniri. Ex auro aūt excocto: & tenaci quadā
creta repurgato: purgamentum electrum est. Rursus hoc excoquitur: cōmixtionē
auri: atq; argenti habens. Argentum quidem exuritur. Ceterū aurū ipsum remanet.
Forma. n. facile fusilis & lapidosa. Ea propter paleis aurū potius liquefit: quoniam

cum flamma mollis existat: ad illud sese pariter metiẽ: quod & facile cedit: facileq; diffunditur. Carbo aũt caloris uehementia liquefaciens: & sublimius tollens: magis ac magis absumit. In Erythris uero extrahitẽ. & prope lauatur in alueolis. uel puteus ipse mollificatur: limusq; hinc exhaustus eluitur. Argentarias aũt fornaces excelsas efficiunt. ut fumosa illa glebarũ euaporatio tollatẽ in altũ. Grauis. n. est: & pniciosa. Erarie quoq; effodine uocantur & auree. Ex quibus per cõiecturas licet agnoscere: aurum inde prius effodi solitum. Posidonius aũt cum effodiẽdi locos: multitudineq; laudibus extollat: & eorum uirtutem: ab solita minime sese abstinet eloquẽtia. Verũ diuino quodam afflatus spiritu: per ipsos agitatur excessus. Haud enim fidẽ inquit abnego fabule: q̃ siluis aliquando per incendia absumptis: terra ipsa auri atq; argẽti feracissima: per noua quedam in superficiem: & in superiorem telluris faciẽ: germina efferbuit. Montes enim omis: & omnem tumulum: materiem esse monete. quã quedã felicitatis abundãtia cumulauit. Quod siquis regionẽ ipsam inspectet: inquit: effluentis ubiq; perpetuo nature thesauros: & imperatorie cuiusdam maiestatis: nequaq̃m deficiens erarium: esse dicat. Non enim diues tantũmodo: sed & diuitias suffitiens: & suggerens: est inquit regio. Penesq; illos: ut uere dicã: subterraneũ locũ: nõ infernus: sed Pluton: idest Dis ipse: opulẽtie deus inhabitat. Talia quidẽ spetiosa q̃dam figura: de hisce loquutus est. pinde ac & ipse ex metallis copiosa usus oratione. Effodiẽtium uero sollertiã cõmemorans: scitum illud Phalerii adiungit: qui in argentifodinis agri Attici: sic intente: atq; acriter: homines effodere asserit: ut in superiora Plutonẽ ipm adducendũ esse prestolentur. Horum igitur studiũ: ac sedulitatem Egyptiis eq̃lem esse declarat: obliquas: ac profundas concidentium fistulas. in quibus sepenumero in flumina incidunt. hunc aũt dolum non eundẽ esse & Atticis. Sed illis q̃dem enigmati similem esse: scrutãdi metalla rationẽ. Nam quotcũq; ait assumpserũt: nõ sumpsere. Quot aũt habebant: amiserunt. His uero magis atq; magis fructuosum est: quoniã es facientes: quartam educunt terre partem: scilicet es ipsum. At priuati argentum effodientes: diebus tribus Euboicum talẽtum eximunt. Stagnũ in supficie nequaq̃ reperiri: asserit. ut historici uulgant: uerũ effodi. Generari autem in Barbaris: supra Lusitanos. & in Cassiteris Insulis. Et e Brittanis Massiliã deferri. In Artabris uero: q Lusitanie postremi ad Septẽtrionẽ: & Occasum sunt: terrã: argento: stagno: auro albicãti: egerminare: fama est. nam argento mixtũ est. Hanc autem terram amnes ipsos deferre. quã mulieres Sarculis euellentes: abluere panno implicito: ἐπιπίστηρ. Ipse quidem talia de metallis scripta reliquit. Polybius autem effodiendi locos argẽti: qui circa nouam Carthaginem sunt: memorans: maximos esse dicit. Distare uero ab urbe stad. circiter. xx. In circuitu stad. cccc. Quo in loco quattuor hominũ cẽturias operariorum manere. Qui tunc populo Ro: xxv. drachmarũ milia: per dies singulos: referebant. Reliquã opationẽ omitto. Longioris. n. sermocinationis est. Ductilem glebã argenteã: ut ait: conterunt. Cribris inde: per aquas: suspensam agitant. Rursus que subsistunt conterunt. Iterum liquata diffusis aquis conterunt. Quintam deinde subsistentiam: digestam: effuso plumbo: purum argentum: educunt. Nunc etiã sunt argentarie: non quidẽ publice: neq; hic: nec aliis in locis. Sed in priuatorum possessiones demigrarunt. Aurarie uero res fisci habentur: ut plurimũ. Hinc aũt: cũ aliis in locis: tum uero Castaone: peculiaris est effodiendi plumbi natura: & metallum. Huic etiã argenti pars parua immixta est. Non adeo: ut eius utilis sit expurgatio. Non procul autem a Castaone mons est: e quo Betis effluit. quem argentum nominant. cum in eo sint argẽtarie. Autor uero est Polybius: & hunc & Anam: e Celtiberia nasci. qui

nongentis distant inter se stad. Cum. n. Celtiberi plurimam fortune ac dignitatis accessionem uendicassent: finitimam totam regionem eodem nominatam uocabulo reddiderūt. uidet sane priscos illos Beti nominasse Tartessum. Gades uero: Insulasq; uicinas Erythiā. Ideo Stesicorum de Geryonis armento: sic cecinisse existimant: ut e regione illustris Erythie progenitū fuerit: penes argenteos immensi Tartessi fōtes. occultasq; petras. Cum aūt fluuius duobus erūpat Ostiis: oppidū intercipsius cursum: quondam habitatum fuisse constat: quod Tartessum: eodem quo fluuius nomine appellatum est: extiterit. Agrumq; Tartessium. quem Turduli hac etate pascunt. Eratosthenes quoq; contiguā Calpe terrā Tartessiā uocitari perhibet. Et Erythiā eximie felicitatis Insulam. Aduersus quem Artemidorus scribens: & hec ab eo falso commemorari tradit. Sicut & de distātia a Gadibus ad Sacrum promontoriū. quod abesse dierū quinq; nauigatione dicit. cum nō plura q̄ mille: & dcc. stad: esse cōstet. & maris estuaria huc usq; transmitti. cum hoc quaquauersum circum orbem terrarū eueniat. & Hispanie partes: ad Aquilonem uergentes: faciliorem ad Gallias habere meatum: q̄ qui per Oceanum nauigationē agunt. Et quecūq; alia tradidit Pythee uerbis per arrogātiam inductus. Poeta uero grandiloquus: atq; peritissimus: occasiōes suppeditauit: ad cognoscendum: ut eorum locorum minime fuerit ignarus. qui suas non fugerint aures. si recte quis utrunq; ratiocinari uoluerit. Et que de ipsis deterius differantur: & que melius: uerius q;. Deterius quidem: q ad occasum extrema audierat istec: ubi: quemadmodum idem inquit.

Oceanum irrumpunt splendentia Lumina solis:

Alme Telluri noctem qui ducit opacam.

Noctem uero diri ominis: & Inferno propinquam esse: liquet. At Infernum: cū quis audiat: Tartaro. Tartarus autē Tartesso: deriuata illinc denominatione cōparari potest. quem subterraneorum ultimum locum esse putauerimus. Adiecit & fabulam: poeticum seruans offitium. Quemadmodum cum Cimmerios ad septentrionem: & occasum habitātes nosset: in locis ad Bosporum sitis: eos ad infernū cōstituit. Forsan propter communem aliquem ritum Ionum ad hāc gētem: Etate enim Homeri: uel paulo ante: accessum ad Cimmerios factum fuisse commemorant. ad Eoliam usq; & Ioniam. Eodē modo & de Cyaneis Insulis: quas uagas & errabūdas cecinit. fabulas ex aliqua semper introducens historia. Difficiles nāq; petras aliq̄s fabulose describit. sicuti Cyaneas. Vnde & Symplegades: idest inuicē se cōcutiētes: nomen assequute sunt. Vnde & per illas Iasonem cursum tenuisse: posuit. Columnarumq; & Sicilie fretum pro ipsarum ratione Cyanearum: quas errabundas appellant: insinuatum ab eo: ex fabulamento quidem Tartari: ad locorum Tartessi mentionem: obscurioris sermonis genere: idest enigmate: ad peiora quis animo traduxerit. Ad meliora uero ex his cōsyderabis. Cum. n. Herculis exercitus ad hec usq; loca: Phoenitiāq;: pfectus esset: illoꝝ hominū diuitias: ociosāq; uitā: descripsit. hi nāq; tātopere a Phoenicibus subiugatiq; fuere: ut plures Turdetanie urbes: confinesq; loca: ab eis his habitentur amnis. Vlyxis etiā exercitus in istis constitutus regionibus: & ab illo cognitus: occasionē prestitisse mihi uidetur: ut ad describendam Vlyxis: sicut & Troie materiā: ex rerū euentu: poetico de more: animum traduxerit. Non solū enim Italie: ac Sicilie loca: & alie res quedam: talium signa pre se ferunt. atq; describunt. Sed etiam in Hispania urbs Vlyxea: & Minerua templum: & cetera poene uestigia infinita: illius errorē: & Troianum indicant bellum fuisse. Pariterq; & expugnatorum: & expugnantium calamitates: uastitatēq; cōmonstrant. His nāq; ut Cadmeiā uictoriā assequerent:

obuenit. Vastatisq; eorũ domibus: & paucis in singulos accedentibus exuuiis: cum eis: qui fuere superstites: fides nulla haberetur: ex periculis: ad piraticam cõuersi sunt. Et Greci tum spoliati: tum dedecore infamati: tã diu sine suis mansisse: ignominiam putabant. Tum uero ad illos inanem se redire: qsq; turpe esse ducebat. Rursus error Enee: & Anthenoris: & Henetorum: similiter & Diomedis: & Menelai: & Vlyxis: memorie proditus est. Aliorumq; cõplurium. Poeta igitur tot militiarũ: & ad ultima Hispanie gnarus: opesq;: & alias uirtutes intelligens: Hoc enim Phoenices indicãt: eo in loco piorum regionẽ: & Elysium campũ esse finxit. Quo Proteus Menelaum transmissurum esse dicit.

Elysium in campum: terrarumq; ultima: tandem
Dii te transmittent. stat flauus ubi Rhadamanthus.
Existitq; uiris ubi uita facillima durans.
Non: hyemis uis multa: niues: non ingruit hymber.
Stridula sed semper Zephyrorum flamina mittit
Ingens Oceanus: lenimina grata uirorum.

Aeris .n. salubritas: & suauis zephyri spiritus: eius regiõis peculiaris est. que in occasũ uergens: nunq̃ tepore caret. Tum uero terre terminus: ubi poetam infernum esse: fabulatum esse: diximus. Adiectus etiã Rhadamanthus: proximum Minoi locum describit: de quo hunc in modum loquitur.

Hic Minoa Iouis clarum de sanguine uidi.
Qui aurea sceptra tenens: dat iura rigentia functis.

Posteriores inde poete uulgare coeperũt: & expeditionẽ in Geryone boues. Indeq; in Hesperidũ aurea mãla. Nominatimq; Insulas quasdã fortunatas celebrãt. quas impresentiarũ cõmostratas: nouimus: nõ longe admodũ a Mauritanie pmontoriis disiũctas. que Gadibus opposita sũt. Phoenices & Hispanie: & Africe nũtios assero. Optimam isti Regionem ante Homeri etatem occuparunt. Locosq; tãdiu ditione tenuerunt: quoad Romani suum soluerunt imperium. Hispanarum quidem opum hec testimonia sunt. Carthaginenses: ductore Barca: aduersus Hispanos ductantes exercitum: eos: uti scriptores prodidere: argenteis in Turditania presepibus: & doliis utentes: in potestatem redegerunt. Conjecturam faceret quispiam e plurima eorum felicitate homines eo in tractu lõgeuos appellari. Principes maxĩe. Ob hãc causam Anacreontẽ hũc in modũ dixisse. Equidẽ Amalthee cornu nolui: neq; annoꝝ. c. & . l. imperiũ tenuisse Tartessi. Ceteꝝ Herodotum Regẽ ipsum nominatim descripsisse: & Arganthonium uocitasse. uel enim sic accipi potest. Vel huic dicto pariter illud Anacreontis. uel cõmunius. Nolim multo tempore Tartessi tenere regnũ. Nõ nulli Tartessum huius tẽporis Carteiã appellãt. Verũ ad Regionis felicitatẽ mãsuetudo simul & urbanitas accedit: Turditanis & Gallis: propter uicinitatem: cognationẽq;: ut testis est Polibius. Ceterum illis minor. ut plurimum .n. uicatim habitãt: & uiuũt. Nam Turdetani presertim qui circa Betim loca tenent: in Romanos penitus ritus transformati sunt. Nec proprie memoriã lingue seruant amplius. Plurimiq; Latini facti secum accolas accepere Romanos. Itaq; parũ abest: quin uniuersi Romani sint. & nũc habitate urbes: & ĩ Gallia: Pax Augusta: & alie in Turdulis Augustemerita: & in Celtiberis Cesaraugusta: & alie Colonie quedam permutatos dictarum ciuitatũ ritus: demõstrãt. Hispani quoq; q hoc ĩstitutiõis genus seruãt: Stolati: uel Togati: dicuntur. In qbus sunt & Celtiberi: qui quondã omnis immanitate supare credebanẽ. De his quidem hactenus. Ab Sacro promõtorio rursus ad alteꝝ littoris latus: initiũ

capiunt: quod spectat ad Tagum: sinus est. Deinde promontorium Barbarium. & eruptiones Tagi: in quas recti nauium cursus. Sunt aūt stadia decem. Hoc in loco & maris infusiones ingruunt. E qbus una: ultra stadia. cccc. extenditur: ab turri iam dicta. Ea in parte aquantur επιτορλακεια. Tagus ad ostiū latitudinē habet stad. xx. Altitudinem uero permagnā. adeo ut a nauigiis milia decē uectātibus: nauigari facile possit. Supioribus aūt in cāpis: quum estus fit: due inundationes diffundūtur. ut ad stad. c. & l. facies extet pelagi. Reddatq; planicies tota nauigabilis. In superiore uero inundatione insula quedā circūplectitᷓ longitudīs stad. xxx. Latitudinis aūt paulo minoris. fertilis. & uitibus optimis consita. Ea in monte flumini proxima iacet. distans a mari stad: circiter .d. Ager circuncirca bonitate conspicuus: habens aduersis aquis nauigationes admodum faciles. etiā grādioribus: magnum ad spatium: nauibus. Reliquum uero ad cursum: fluuiaticis lembis. Supra Moronē etiā ꝓlixior est nauigatio. Brutus cognomēto Callecus: hac urbe: ad faciendas excursiones usus: belligerauit in Lusitanos. Eosq; deniq; expugnauit. Ad quoꝝ uastationē fluminis inundationibus adortus est: ut liberas nauigationes: & commeatuum importationes: haberet. Vicina uero Tago ceteroꝝ opulētissima sunt oppida. Amnis quidē piscium feracissimus est. Ostreorumq; redundans. Ex Celtiberis autem originem habens: per Vettiones: & Carpetanos: & Lusitanos: in equinoctialē labitur occasum. Aliq̄tisper spatio pari ab Ana: & Beti: fluuiis distans. Postea semouetᷓ ab illis: ad littus Australe declinantibus. Supra montes aūt quos diximus. Oretani maxīe uergunt: in meridiē peruenīētes: usq; ad maritimā: aliqua ex parte intra columnas. Post quos Carpetani declinātᷓ ad Aquilonem. Inde uettiones. & uaccei. per quos Durias labitᷓ: ad Contiā urbem Vacceorum transitum habēs. Calleci aūt nouissimi sunt montana habitātes ut plurimum. unde & bellacissimi: & subiugatu difficillimi: Etiam ei qui Lusitanos superauit: cognomen presliterunt. & per hosce annos: maxima Lusitanorum pars: ut Calleci uocitentur: comparati sunt. Excellentissima igitur Horitanie ciuitas est Cetulum: & Horia. Tagi uero regio ad Aquilonem spectans: Lusitania est: inter Hispanos gens amplissima. & annis plurimis Romanoꝝ armis oppugnata. Huius regionis latus Australe Tagus cingit. Ab occasu uero & septentrione Oceanus. Ab Aurora Carpetani. Vettiones. Vacei. & Calleci. fame maioris populi. Reliqui sunt indigni de quibus uerba fiant: propter humilitatem: & ignobilitatem. Contra uero non nulli & hos Lusitanos nominant. Ab ortu finitimi sunt Calleci quidē Asturioꝝ genti ac Iberis. Reliqui Celtiberis: Longitudo quidem stad. milium. xiii. Latitudo uero minor admodū. que ad oppositā maris ripam orientale latus efficit. Orientale quidem est altum: atq; asperum. Subiecta inde ora tota: ad mare usq: lata planicies patet. paucis duntaxat montibus exceptis. nec sane magnis. Posidonius Aristotelem haud recte sensisse ait: qui littus: & mauritaniā inundantiū: ac decrescentiū aquarū: causam esse refert. Maris. n. refluxū fieri dixisse: propter alta: & rigida ꝓmontoria. que cum undas durius accipiant: in Hispaniam contra refundant. Contraria. n. sunt plurima: Arenosa uidelicet littora. atq; humilia. Recte igitᷓ dixit. Regio itaq;: de q̄ sermo ē: felicitate prestat: amnibus paruis & magnis irrigua. qui omīs Tago ab ortu pariter disiuncti sunt. & maiori ex parte nauigabiles. Atq; auri grū multis abundātes. Deinceps post Tagum nobilissima flumina sunt: Muliadas: paruas habēs nauigatiōes. Itidem uacua fluuius. Post quos Durius. longo fluens cursu: penes Numantiam. & alias cōpluris Cletiberoꝝ & Vacceoꝝ habitatas terras. Magnis hi nauigiis ꝑmeabiles ad stad: fere. dccc. Alia porro flumina. Post que & Lethe. quod a plerisq; Eslemea

uocitatur. Ab aliis Belion. & hoc a Celtiberis: & uacceis labitur. Postea Benis: uel ut alii aiunt Minium: omnis Lusitaniae fluuios magnitudine superans. Et hic ipse ad stad. dccc. nauigabilis. Posidonius & hunc e Cantabris fluere dicit. Ante cuius eruptionē procumbit Insula. & instar unguium scopuli duo: portus habētes fluuiorum. Digne laudari potest naturae ingeniū: quoniā adeo imminentes extant ripae: ut intra ipsorum alueos maris inundationes satis excipiant. nec excedant. nec campis stagnent. Hic igitur Preturae Bruti terminus est. Alia quoq; plura flumina ulterius sunt: praedictis equali distantia contigua. Extremi Artabri incolunt: circa Nerium promōtoriū: quod occidentalis & Aquilonaris finis est lateris. Circunhabitant Galli: qui colentes Anam fluuium cognatione contingunt. Nam cum ii pariter atq; Turduli: socius eo armis peruenissent: seditionem egisse ferunt: postea q̄ Limeam fluuium traiecerunt. Ceterum post seditionem: eorum amisso duce: pallātes ac dissipati: ea in regione desederūt. Hanc ob causam flumen Lethes idest obliuionis appellatum. Habent Artabri frequentes urbes in sinu pariter habitatas. Quem nautae: & qui eis in locis uersantur: Artabrorum portum appellāt. Nostrae homines aetatis Artabros Arotrebras uocitāt. Gentes igitur circiter. xxx. tractum inter Artabros & Tagum inhabitant. Cum fertilissima sit regio: & fructuum: & pecoris: & auri: & argenti: multorumq; similium. Ex his complures: omissis agrorum cultibus: in marinis latrociniis uitam agitātes: uel assiduis inter se bellis disceptāt. uel traiecto Tago. finitimos armis insectanẽ. Donec Romani homines: humiliora sapere cogentes: represserunt. & plurimis eorum redactis in uicos urbibus: plerasq; māsuetius ipsi incoluerūt. Huius impietatis initiū a mōtanis: uti par est: ortum fuit. Sterilē nanq; colentes agrū: & paucorum prediorum possessiones tenentes: alienorū auiditate trahebantur. Qui uero illos propulsare conabanẽ: operū suorum domino priuati: ea in necessitate constituebanẽ: ut pro agricolatione bellis implicarentur. Euenit igiẽ: ut neglectus ager: innatis priuatus bonis: a latronibus habitaretur. Lusitanos itaq; insidiosos: scrutatores: ueloces: agiles: uersatiles: esse fama est. Scutum duum pedum ad latitudinem gestant. curuum: ad anteriora prospectās. loris depēdens. cui neq; fibula: neq; ansa ulla ē. Gladiolus: aut pugio: lateri adheret. Plurimi lineos Thoraces habent. Perpauci loricis utuntur. aut. cristatis Cassidibus. Non nulli neruatis galeis. Peditibus ocreae adsunt. unusquisq; plura fert iacula. Quidā utūtur & hastilibus. Cuspides sunt ereae. Aliquos Durio uicinos amni: spartano ritu degere: tradunt. duobus utentes unguentis. Ad calefaciendūq; ignitis utunẽ lapidibus. & frigida lauanẽ. Vnicus illis est cibus. mundus quidem ac simplex. Sacrificiis dediti: exta perspiciunt. nihilq; cōcidunt. Inspectāt & lateris fibras. Et contrectātes uētura coniectāt. Ex intestinis quoq; hominum: maxime captiuorum: diuinationes captant sagis uelantes. Inde ubi plaga infligiẽ: ab intestinis sub Aruspice: primū ad hominis casum uaticinantur. Abscissas captiuorum dextras diis offerunt. Omnes montium habitatores: uictu simplici utunẽ. Aq̄rū potores. Humi cubitores. longas: ut feminae: inferius diffundūt comas. Mitratis frōtibus pugnas ineunt. Hirco maxīe uescūtur. quem & Marti immolant. sicut & captiuos: & equos. Faciunt etiam Hecatombas: idest cētenario numero sacrificia quolibet ex genere. ritu Grecanico. Et ut inquit Pindarus: oīa centena immolāt. Gymnica etiā conficiūt certamina. Armis exercēt Ludos. & eq̄s. & cestibus. & cursibus. & tumultuaria pugna. & īstructo per cohortes prelio. Montani homines duabus anni partibus querna uescuntur glande. Quā cum siccauerint: frangunt. molunt. panes conficiunt. & ad tempus reponunt. Ordeatio utuntur uino. Nam e uite: inopia summa laborant. Idq; ita confectum: e uestigio

absumunt: conuiuia inter consanguineos celebrantes. Pro oleo butyrum usurpant. Sedentes cenitant: edificatos in pariete bemicyclos babentes. Primus sedendi locus: cenantibus in orbem: etati prestatur. & honori. Interpotandū ducto ad tibiam: uel tubam choro saltant: inflexis exultantes pollitibus. In Bastetanis mulieres inuicem: manibus promiscue innectūtur. Omnis fere pullis amicti uestibus. & sagis. in quibus inuoluti per stramēta cubāt. Cerea illis: ut Gallis: in usu sunt uasa. Mulieres in roseis degunt ornamentis. Hi loco numorum: graui admodum sarcinarum permutatione utunt. uel extensi argenti lamine frustū abscissū exhibēt. Destinatos neci lapidibus obruunt. Parricidas extra montiū confinia: uel ultra flumina: eiectos: saxis oppri/munt. Coniugia de more Grecorum cōtrahunt. Egrotos: uetusto ritu Egyptio℞: in plateis deponunt. ut qui eo morbi genere tentati sunt: cōmonefacere eos ualeāt. Pelliceis: usq; ad Bruti aduētum: nauiculis utebant: per inundātes aquas: & stagna. His autem annis: lintres: uno cauatas ex ligno: Monoxyla uocant: usurpant. Et quidem raro. Sal colore prius purpureo: simul ac teritur: albescit. Hic est mōtanis uiuendi ritus. quē cōmemoraui. eis inq̄: qui Boreale Hispanie latus terminā t. Calleci s. Asturibus. Cantabris. usq; ad Vascones. & Pyrenen. Cunctis enim eadē est uiuendi formula. Vereor autem explicandis abundare nominibus: ne iniucunda reddatur ipsa descriptio. Nisi cuipiam uoluptatis loco fiat: cū ad aures perueniant Pleutauri. Bardyete. Allotriges. ceteriq; deterioris & deformioris appellationis homines: Agrestis autem eorum immanitas: non solum ex ipso bellādi usu: uerum etiā ex auia locorū longinquitate prouenit. Longinqua enim ad eos est nauigatio. Longinqua etiam itinera. Cumq; nullis cōmisceātur aduenis: que inter homines cōmunia sunt: abiecere. & omnē exuerunt humanitatem. Que tamen per hoc tēpus minus: minusq; patiunt. cum uigente pace: ad illos Romani proficiscantur. Quibus uero id minus obuenit: importuniores sunt. & ritu beluarum seuiores. Talis cum adsit illis locorum sterilitas: & quibusdam montana duricies: eius generis incommoditatem intendi: credibile est. Ceterum bella omnia hac tempestate desierunt. ut dixi. Nam Cantabros: & uicinas illis gētes: que adhuc latrocinia retinēt: Cesar Augustus oppssit. Et qui Romanorū socio℞ predones erant: Nunc pro Romanis: rei militari seruiunt. Coniaci uidelicet. & qui Iberi amnis fontes incolūt. preter Tuisos. Cui Tiberius succedens: tribus militū ordinibus impositis: locos ipsos ex Augusti Cesaris instituto: nō modo pacatos: uerū etiam urbanis preditos moribus: effecit. Reliquus Hispanie tractus est: nostrum a Colūnis: usq; ad Pyreneos montes: littus. Et huic incūbens regio tota mediterranea. Latitudo quidem inequalis. Ceterum longido paulo plurium: q̄ stad: mille q̄ternū. Spatia uero maritime supra stad: mille duo dicta sunt. Ferunt aūt a Calpe ꝓximo Columnis monte: ad Carthaginem nouam: duo stad: mille &. cc. Hoc uero littus a Bastetanis: qui & Bastuli dicuntur: & ab Oretanis: partim habitari traditur. Hinc habent alie ferme totidem: usq; ad Iberum. Et Heletani. Intra Iberum autem: usq; ad montem Pyreneum: & Pompeiana Tropbea: stad: mille: &. dc. habitare paruuā Heletanorum partem. Reliqua Indicetos: sic enim appellātur: quadrifariā diuisos. Incboantibus uero a Calpe: dorsum in parte quoddā montanū est. ad Bastetaniā: & Oretanos: pertinens. nemorosum: proceris arboribus. maritimam a mediterranea oram separans. Hoc in tractu & auri: & ceterorum: effossiones multa per loca sunt. In hoc littore primarium extat oppidū Malaca. quod tanto a Calpe: quāto Gades: disiungit intervallo. In ulteriore terra Emporiū est ingentia habens salsamentaria. Idipsum non nulli Menacen opinantur: quam Phocensium ultimā urbem ꝑcepimus.

que ad occasum uergit. Ceterũ ea nequaq̃ est. Sed.n.illa longinquius distãs a Calpe: a fundamentis effossa iacet: Grece urbis uestigia seruans. Malaca uero Phoenicie ciuitatis propinquioris tenet formã Deinde exitanoꝝ ciuitas est: a q̃ salsamentaria precipuũ nomen adepta sunt. Dehinc Abdera Phoenicũ ipsa etiã edificiũ. Supiora regionis montane loca Vlyxeam ostentant. in qua est Minerue templum. ut autor est Posidonius. & Artemidorus. & Asclepiades Myrleanus: q in Turditania litterarũ ludi magister extitit. q de regiõis illius gentibus expoẽndis: librũ edidit. Is monumẽta quedam de ulyxis errore in Minerue templo esse commemorat. Parmas suspensas. Aplustria: rostraq; uauaiia. In Calleciis autem quosdam ex Teucri commilitonibus habitasse. Ibiq; oppida fuisse. e quibus unũ Hellenes idest Greci: alteꝝ Amphilochi: nominatum est. Sicut Amphilochus eo in loco diem suum obiit. & comites in mediterranea errabundi fuere. Sic etiam nõnullos Herculis socios. Scriptores etiã aliquos tradidisse refert: Coloniam e Messana in Hispaniam esse deductam. Lacones etiã Cantabrie partem tenuisse: & hic ipse: & alius testis est scriptor. Illic & Obsicellã esse: quod & Lactisma uocant: urbem Antenoris: & sociorum: eiusq; filiorum: quum in Italiã cursum tenuerunt. In Africa quoq; credidere nõnulli: Gaditanoꝝ mercatoꝝ fidem sequuti: sicut Artemidorus scriptũ reliquit: Quoniam Ethiopes Mauritanie accole: in occasum spectantes: Lotophagi uocitantur. loti cibus carpentes. Gramen ac radicem quandam: nullo indigentes potu. Nec facultatem eius: propter aquarum penuriam habẽtes. Horum natio usq; in Cyreneorum loca extenditur. Alii rursus lotophagi nominant: alterã inhabitãtes e regiõe parue Syrtis Insularũ Meningẽ. Haud sane mirandum est: poetam hoc pacto errorem ulyxis fabulose descripsisse: ut multa de ulyxis rebus memorie proditis: extra Colũnas in Atlãtico pelago dispo/suerit. Que.n. ab Historicis traduntur: non multum absunt. Sic de locis: sic de reliqs ab eo per figmenta enarratis. unde non longe a fide poeticum figmentũ erat. Nec siqui hisce credentes historiis: & multimode uatis ipsius cognitioni: homericam poesin ad cognatas scientie ac peritie materias cõuerterunt. queadmodum a Crate Malota: & aliis quibusdam factitatũ est. Quidam uero adeo rustice talem aggrediendi operis rationem admiserunt: ut uatem ipsum: non solũ cuiusdã fossoris: aut messoris instar: ex omni eius generis scientia extruserint: uerum etiã eos: qui tale negotiũ attigerint: furiis agitatos fuisse censeant. Patrocinium autem castigationem ue aut tale aliquid in eorũ maledicta cõferre: ex iis ausus est nemo: qui grãmaticã: aut Mathematicoꝝ acumina: tenere profiteatur: q̃uis eximius. Atqui aduersus multa eorum maledicta: & patrociniũ: & erroris emendationẽ adducere: fieri posse mihi uidetᷓ. in ea p̃sertim: que Pytheas: quosdam sibi credentes frustratus est. Quod per locorum occidentaliũ: & Aquilonariũ: ignorationem: & oceani contingit. Ceterũ hec impresentiarum missa faciamus. que peculiari sermone prolixius differenda forẽt. Grecos aũt ad Barbaras nationes errabundos pagrasse: hanc causam habuit: qa paruas in portiones dissipati fuerant. cum imperia per elationem: atq; contumaciam inuicem minime coalescerẽt. & conspiratione inter se nequaq̃ haberent. Vnde contra externas inuadẽtium opes: imbecilli facti sunt. Hoc uero p elatos spiritus. Quod quidẽ: inter Hispanos maxíe: latius extenditur. cum ad uersutum natura ingenium: subdolam quoq; mentẽ adiũ/gerent. Nam inuasores & predones effecti: uitã degebant. Ad parua primũ audaces. nec dum ingentia aggrediebãtur facinora. cum magnas nondũ uires: aut societates cõparassent. Si enim sese mutuo tutari uoluissent: Neq; Carthaginensibus: neq; ꝑus Tyriis: plurimam eorum regionẽ: per maiorẽ potentiam incursantibus: destruendi

fuisset occasio. Neq; Celtis: Qui nunc appellant Celtiberi. atq; Berones. Neq; pirate Viriastho: Neq; Sertorio postea. Neq; si alii pleriq;: amplificãde potẽtie auiditate ducebantur. & Romanus populus: augende potentie gratia: aduersus Hispanos: pti/culatimq; contra singulas ciuitates: bellum multos protraxit ad annos. nunc hos: nunc illos delens. donec ad annum fere ducentesimum: atq; amplius: uniuersos in potestatem redegerit. Ad institutam igitur orbis enarrationẽ redeamus. Post ea igit̃ loca Abdera est. & Carthago noua. quã edificauit Asdrubal: Is qui Barce: Annibalis genitori successit. Ea sane est cunctarum: eo in tractu urbium: potentissima. Nam & munimine: & murorum structura: atq; pulchritudine: & portuum commoditate: & lacus amoenitate: ornatissima ẽ. Nec minus argẽti effossionibus. de qbus añ diximus. Hic & in ꝓpinqs locis frequẽtissima sũt salsamẽta. Hoc etiã amplissimũ ẽ Emporiũ: siue de rebus e mari: ad mediterraneam importandis: Siue ex ipsa regione foras ad omnis exportãdis. Hec uero pars maritima: hinc usq; ad Iberũ: in medio quodãmõ interuallo Sucronem habet fluuium. & eius excursum. & eiusdem nominis urbem. Labitur autem e monte. qui incumbenti contiguus est dorso. & e Malaca: & ex im/minentibus Carthagini locis. pedestri uadabilis. undiq; ab Ibero equaliter distans. Paululum a Carthagine: atq; Ibero: disiunctus. Inter Sucronem & Carthaginem: tria Massiliensium sunt oppidula: haud procul a flumine. Ex iis celeberrimum est Hemeroscopeum: idest diurna specula. in extremitate Diane Ephesie sacellũ habẽs: frequẽti religione cultũ. Quo Sertorius ad res maritimas usus est receptaculo. Nam munitissimum est. Ad rem piraticam item percõmodum. Nauigantibusq; lõginquũ prestans prospectum. Vocatur autem Artemisium: tanq̃ Dianium. Ferrarias habẽs effossiones feraces ex propinquo. pusillas etiam Insulas. Planesiã. Plumbariam et Limnothalassam imminẽtem. que in circuitu est stad. cccc. Dehinc Herculis Insula est. ad Carthaginem spectans. quam a scõbrorum multitudine captorũ: Scombriam uocant. Ex quibus Garum optimum: hoc salsamenti genus est: conditur. Abest aũt a Carthagine stad. iiii. & xx. Rursus altero Sucronis ex latere: ad Iberi exitũ per/genti: Saguntus occurrit: a Zacynthiis condita. Quam Annibal: contra Romani populi federa: diruens: Belli Punici secundi suscitauit incendiũ. Proxime urbes sunt Cherrõnesus. Oleatrum. Cartalia. In ipsoq; Iberi transitu Dertossa colonia. Labit̃ autem Iberus a Cantabris: e meridie ortum habens: per magnum camporũ spatium. pari semper interuallo a Pyreneis distans montibus. Inter Iberi uero deflexiones: & extremas Pyrenei partes: a quibus Pompei monumẽta fixa cernuntur: prima est urbs Taraco. portu carens. in sinu quodam sita. Ceterũ in reliquis idonee cõparata. non minus: hac tempestate: q̃ Carthago: uiris probis ornata. Ad excipiendas enim principum peregrinationes: egregie nata. Et non intra Iberũ modo: Sed etiã extra: late Metropolis: idest ciuitatum mater est. Gymnesie etiam Insule contra: nõ longe iacentes: & Ebosus: dignitate prestantes: opportunum urbi situm ostendunt. Era/thostenes autem ei stationem esse affirmat: iaciendis anchoris non admodũ cõmodã: sicuti cõtra differens Artemidorus inquit. Vniuersa: ab Columnis hucusq;: maritima importuosa est. Deinceps autem hoc ex loco cõmodis ornata portubus. Ager quoq; bonitate precellens: Leetanoꝝ: & Lartoleetarum: alioꝝq; taliũ: usq; ad Emporium. Illud. n. est a Massiliensibus edificatũ: a Pyreneis montibus stad. mille. iiii. interuallo: & Hispanie finibus: ad Galliam distans. Hic est autem uniuersus tractus agrorum & portuum commoditate prestãs. Eo in loco Rhodope oppidulũ ẽ Emporiẽsium. quod pleriq; ab Rhodiis conditũ fuisse tradũt. Et hic: & in Emporio urbe Dianam

Ephesiam eximia ueneratione colunt. In rebus Massiliensibus causam aperiemus. Habitabant autem prius Emporienses: pusillã quandam oppositam Insulã. Quam nunc Paleãpolin: idest urbem ueterem nominant. Hoc uero tempore in continenti habitacula posuere. Diopolis est: quam murus diuidit: uicinos antea quosdam ex Indicetis habens inquilinos. Qui etsi per se suam agerent rem publicam: communia tamen habere menia cum Grecis: tutele gratia: uoluerunt. Hec aũt duplicata sunt: medio dirimente muro. Tempore inde procedente: in eadem ciuitatis gubernacula conuenerũt. Quod & in aliis multis euenit: Barbaris & Grecis legibus mixtí tẽperatis. Preterfluit uero amnis ex Pyrene exoriens: cuius quidem egressio Emporiensibus portum efficit. Emporienses egregie circa colligenda lina opus agunt. Interiorem agrum: cum aliarum rerũ: tum uero sparti: feracem habent. Qui uero inutilior est: ac tenuis: iuncum producit. ut etiam Iuncarium campum appellent. Pleriq; ultimas Pyrenei montis partes: usq; ad Pompeii: Trophea tenent. Per que ex Italia ad interiorem Hispaniam pergentibus: iter est. maxime ad Beticam. Hec uia: nũc quidem mari ꝓxima: nunc aũt longinqua: redditur. Presertim ubi spectat occasum. Ducitur autem Taraconem a Pompeianis monumẽtis per Iuncarium campũ. & Betterones. & Marathonium idest foenicularium: quem a nascentibus late foeniculis: sic latina lingua uocitãt. Dehĩc ex Tarracone: ad traiectũ Iberi amnis: per ciuitatẽ Dertossã. hinc per Saguntum perducta: & urbẽ Setabin: sensim a mari discedit. & Spartario campo: qui sicut & alter Iuncarius: ita & ipse Spartarius appellattur: sese applicat. Hic autem & spatiosus: & aquarum indigens: implicatum sparto Iuncum procreat. quod ad omnis oras: potissimum in Italiam: deuehitur. Antea medium per campum: atq; Egelastas: uiam ipsam: & longinquam & asperam: esse contingebat. Nunc aũt ad maritimam facta est: Iuncarium tantum modo attingens campum. Ad idemq; pertendẽs quo prior illa: ad Clastonẽ scilicet: & Obulconẽ. per quas: & ad Cordubã: & ad Gades uia perducitᷣ. que duo amplissima sunt Emporia. Distat aũt a Corduba Obulco stadᷣ: circiter. xxx. Ab rerũ sane Scriptoribus traditũ est: Cesarẽ e Roma: Obulconem: vii. ac. xx. die peruenisse: in castra. Illa ibidem eo tẽpore fuerãt: quo ad Mundã martẽ conserturus erat. Tota que eo tẽpore fuerat a Colũnis: ad Hispanie Gallieq; terminos: maritima: huius generis est. Super hanc uero situs mediterraneus ager: Isinq̃: qui inter Pyreneos montes: latusq; Septẽtrionale: usq; ad Satyros est: duobus maxime finitur mõtibus. E quibus unus eq̃liter a Pyrene distans: ꝓducitur: a Cantabris exoriẽs. In nostro autem finitur pelago: Idubeda uocitatus. Reliquus a medio: in occasum permeat: Defluxus quidẽ in Austrũ: & littus a Colũnis ꝓtendẽs: Hic uero nudus: ac tenuis ab initio est tumulus: per Spartarium excurrens cãpum. Applicatᷣ aũt silue super Carthaginẽ: & Malace regionem. & Orospeda nominatᷣ. Inter Pyreneum: & Idubedã Iberus fluuius labitur: ab ambobus exequo disiũctus montibus. & fluentibus hinc amnibus: ac reliquis refertus aquis. Ad Iberũ urbs extat Augustacesaria uocitata. & Colonia quedam Celsa: habens pontis lapidei transitum. Ora compluribus habitatur gentibus. e quibus nobilissima Iaccetana dicitur. Hec a Pyrenes radicibus inchoans: in campos usq; latius extenditur. & Ilerde ac Ileosce: Ilergetarum locis adiungitur: non procul ab Ibero. Quibus in oppidis Sertorius pugnas gessit extremas. & in Vasconum urbe Calagurio: & maritima Taraconis: & Hemeroscopio: cum e Celtiberis fuisset eiectus. ubi aduersa captus ualitudine: diem suum obiit. Ad Ilerdam uero posterioribus annis Afranius: & Petreius Pompeiani ductores: ab diuo Cesare debellati fuere. Distat Ilerda ab Ibero: tẽdẽtibus in occasũ:

stad. c. &. lx. A Taracone autem ad Austrum circiter stad. cccc. &. lx. Ad Aquilonē uero: Isca stad. d. &. xl. Per hosce montes ex Taracone ad postremos ad Oceanum uascones: ad Pompelonem: & Oedasunem: uicinam Oceano urbem: uia est: stad mille duobus. &. cccc. ad Aquitaniae: & Hispaniae confinia: Iaccetani sunt: in quibus ea tēpestate Sertorius cū Pompeio belligerabat. Postea uero Pōpeii filius Sextus: aduersus Cesaris Prefectos. Supra Iaccetanos: ad Septētrionē gens īcolit Vasconū: In qua Pōpelon sita est: ueluti Pompeiopolis. Pyrenes uero ipsius latus: in Hispaniā uergens: consitum est uariis arboribus. materie multitudine: & que semper uirens germinet. Alterum autem Galliam spectans: nudum omnino. Media uero loca cōualles continēt: quas frequētes Cultores habitāt. Quas q̄maxima Hispaniae natiōis portio: Cerretani tenent. a quibus multifariam Pernae condiunt: Cantabricis per q̄similes. prouentum non mediocrem hominibus exhibentes. Vbi uero Indubedā transieris: e uestigio Celtiberia frequens. dispar occurrit. Magna illius pars inculta. & aspera. & fluuialibus inundationibus uasta. ꝙ per hos Anas deferēt: & Tagus. & deīceps flumīa plurima: que in occasum irrumpunt oceanum. originem ex Iberis agris habentia. Quorum Dureias preter Numātiam: oramq; Seguntiam currit. Ceterum Betis ex Orospeda oriens: per agrū Oretanū fluit in Beticam. E regione aūt Septētrionis Berones Celtiberis proximi: & Cantabris Coniscis: habitant. & ipsi e Gallica transmigratione orti. Hoꝝ urbs est uaria: ad Iberi transitū sita. Coniūcti sunt & Bardyitis: qui nunc Bardyuli uocantur. Ab occasu Astures quidam sunt. & ex Callecis aliqui. atq; Vacceis: uettonibusq;: & Carpetanis. Ab Austro uero Oretani. & ex Bastetanis quicunq; Orospedam incolunt. & ex Dittanis. Ad orientem autem Iubeda. Cumq; Celtiberi ipsi quadrifariā partiti sint: Fortissimi ad ortum ac Meridiem sunt: Vraci: ad Carpentanos ptinentes. fontesq; Tagi. Eorū nobilissima ciuitas ē Numantia. que in bello Celtiberico: quod aduersus Ro. populum gestum est: uirtutem propriam ostentauit. Quod uicesimum perdurauit ad annum. Complures enim exercitus cum Imperatoribus ad internitionem detracti. Nouissime autem Numantini obsidione cincti: diuturna patientia tolerarunt. Paucis duntaxat exceptis. qui cedentes: murū dediderunt. Sunt & Lusones: qui ad ortū spectantes: & ipsi ad Tagi fontes ptinēt. Oppidum est Aruactorum Segeda: & Pallantia. Numantia ab Augusta Cesarea: quam super Iberum sitam esse diximus: abest ad stad. dccc. Celtiberorum etiā urbes extāt: Segobriga: & Bilbilis: circa quas Sertorius & Metellus prelium cōmiserunt. Polybius uero: cū Vacceorum: & Celtiberorum populos dinumeret: cum aliis ciuitatibus & Sagesamam: & Intercatiam colligit. Posidonius autor est. M. Marcellum tributum ex Celtiberia exegisse talentum. dc. Ex quo coniecturam facere licet: ꝙ Celtiberoꝝ natio frequentissima fuerat. & auri: atq; argenti copia excellens: tam & si agrum incolentes sterilem. Polybius. ccc. urbes illorū: a Tiberio Gracco subuersas esse: memoriae prodidit quod ritu Comico: Tib. Gracchi gratia: dictum est ab eo: qui turres urbis appellat. Vt in Triūphalibus pompis fieri mos est. Quod ab re nequaq̄ dictum esse crediderim. Nam Imperatores & rerū gestarū Scriptores: ut ornatiora efficiant negotia: ad hoc mentiendi genus efferunt. Cum etiā qui urbes Hispanorū supra mille fuisse: predicant: huc deduci mihi uideantur: ut ingentes uici: oppida nominentur. Haud enim agri illius ingenium tam multas capere ualet urbes: Tum quod sterilis sit: & alienus a moribus nostris: & immansuetus: Tum ꝙ eorum uictus: & actiones longe a Littoribus nostris: ad tale aliquid non edoceat. Nā qui p uicos habitant: agrestes sunt: cuiusmodi magna ex parte sunt Hispani. Ciuitates autem

comitate & mansuetudine condiunt incolas. Neq; tamen id facile. potissimum cum ad uicinorũ detrimentum silue materiã occasionemq; suppeditent. Post Celtiberos: ad Austrũ sunt montani: Orospedam habitantes: & spectantẽ ad Suconẽ regionẽ: Sidetani usq; Carthaginem: & Bastetani: & Oretani: ferme usq; Malacam. Iberos autem uniuersos: sicut & de Lusitanis diximus: peltas gestasse constat. & armaturis agiles: propter latrocinia: iaculo: funda: & gladio: utebantur. Inter pedites eqtatum immiscere: consuerant. equis ad conscendendos mõtes: edoctis. nec minus ad curuanda leuiter genua: quotiens iussi fuerint: ubi usus exigit. Producit capreas Hispania: equosq; siluestres: affatim. Quibusdam in locis: Lacus incrementa suscipiunt. Cygni & eius generis aues plurime. Similiter & Otides amnes procreant. & Castoras. Et Castorium quidem: non eam: quam Ponticum habet uim. Pontico enim proprium est: ut uenenosum sit. ut & aliis permultis. Cum Posidonius dicat: solũ ex ere Cyprio lapidem Cadmian gigni: & Vitreolum: & Spodium. Peculiare uero Hispanie esse Posidonius asserit: ut nigre ibidem sint Cornices. Cumq; Celtiberorum equi subalbi sint: si in exteriorẽ traducantur Hispaniã: colorem permutãt. Sunt aũt Parthicoꝝ similes. Nã & agilitate: & currẽdi dexteritate: reliquos anteire. Radicũ: ad tincturã idonearum: copia permaxima. Oliua: uite: ficulnea: arboribusq; similibus: hispanum ad nos spectãs littus abundat. Et exterius frequens est. Quibus oceani pars: Aquilonaris maxime: propter frigus: indiget. Reliq̃ uero amplius: ꝓpter hominũ incuriam. cũ nulla educatione instituti: sed necessitatis magis: & brutarũ animantiũ affectiõe: & deprauatis moribus: uitam agant. Nisi quispiam ad educationem bonam: eos uitã degere existimet: qui ex lotio: diutius intra cloacas seruato: lauacra sibi conficiant. Quiq; sibi: suisq; uxoribus: intritis purgamentis dentes abstergant. quemadmodum Cãtabros: cõfinesq; illis factitare: fama ẽ. Humi dormitare: Iberis: Gallisq; cõmune. Calleas deum nullum esse: quidam aiunt. Celtiberi: & uicini sui in Boream habitantes: cuipiam deo: cuius nomen non extat: rotunda luna: tempore nocturno: ante fores: per omis domos pernoctant. saltus agitantes. Vettones: cum primum Romanorum castra intuentes: quosdã centuriones: deambulationis causa: deflectere uiã cernerẽt: insanire homines suspicati sunt. Itaq; eis precedentes: uiam ad tabernacula commonstrabãt. ꝑinde ac: aut fixos per qetem manere: aut pugnare: necessariũ arbitrarent̃. Quis autem mulierum nonnullarum mundum: inter barbaricam non ponat formã? de quo mentionẽ fecit Artemidorus. Eas. n. monilia ferrea: collo circũdata gestare refert: supra uerticem coruos incuruos habentia. & ante frontem longius incũbentes. hos uero ad coruos uelum: cum uelint attrahunt: ut extentum faciei prebeant umbraculum. Hocq; magnum ducunt ornamentum. Quadam in parte tympanulum circũducitur. ad posterioresq; in ocapite neruos: capiti: usq; ad auriculas adstrictum in altum: latumq; paulatim supinatur. Alias sincipuc expilatum enudare: adeo ut amplius q̃ frons ipsa pateat. Aliquas impositũ ad pedis mensuram in sublime stilum erigere: cui Cesariem circuntexunt. Deinde pileo nigranti exornant. Multa re uera perspecta: sermonẽ de omibus diuulgant Hispanie gentibus: potissimũ de iacentibus ad Boream. Nec solum de illarum fortitudine: sed etiam crudelitate: & amẽtia ritu beluarum. Matres in bello Cantabrico filios: prius q̃ in hostiũ manus capti peruenirẽt: necauerunt. Puer quidã: cum parentes ac germani captiui: uinculis adstricti iacerẽt: eos omnis neci tradidit: Ita enim pater iusserat: attributo in potestatem ferro. Idem fecit mulier quedam de iis: qui secum capti fuerant. Quidam intra uinosoꝝ cõuiuiũ inuitatsu: supra rogum sese coniecit. Hec cũ Gallis Thracibusq; cõmunia cõueniũt:

& gente Scythica. Virorum mulierumq; communis est utilitas. Rem ipse rusticam exercent. Puerpereq; uiris ministerium exhibent. Quos ille earum uice accumbere iubent. Interagendumq; ipse lauant. Ipse ad aliquem fluminis alueum accumbentes: infantem pannis inuoluunt. Posidonius tradit hospitem suum Charmoleum ei commemorasse: uirū quendam genere Massiliēsem: uiros ac feminas in agro Ligustico: data mercede: ad agri fossionem una cōduxisse. Vnam autem: ut pariendi dolores eam uexare coeperunt: non procul ab opere discessisse. Enixamq;: confestim opus repetisse: ne mercedem amitteret. Ipse uero: cū eam difficulter cū doloribus opantē intueretur: cause ꝑus ignarus: demum edidicit. Itaq; mercedē exhibens: ipsam abire siuit. Elatum igitur tollens infantem: fonticuli cuiuspiam lauit aquula. Et pannis quos habuit inuoluens: saluū baiulauit ad ediculam. Nec illud Hispanis est ꝓprium: ut duo pariter uno uehantur equo. Ceterum interpreliandū alter pedester certamen init. Nec illis est peculiaris ingens murum multitudo. Vnde pestilentes sepenumero sequuti sunt morbi. Hoc aduersus Romanos aduenit in Cantabria: ut essent: qui accepta mercede: mures uenarentur. & quantitate designata: salutē uix assequerent̄. Eos autem cum rerum aliarum: cum uero tritici deprehenderet inopia: ex Aquitania magno cum labore: ac difficultate: propter locoꝝ asperitates frumentabantur. Hoc etiam de Cantabrorum diuulgatur amētia: quod nonnulli: cum in manus hostium uenissent: crucibus deinde suffixi: Leticie peana canebāt. Huius quidē generis mores agrestis cuiusdam ferocitatis exempla sint. Talia uero: cum minus ciuilia sint: non tñ beluarum uitam referunt. Quemadmodum apud Cantabros: uiros uxoribus dotes tradere. & filias heredes designari. a quibus fratres earum uxoribus exhibētur. Hoc quidem: cum nō admodū ciuile sit: muliebrē quandam habet temperantiā. Hispanū & illud est: ut de more toxicum apponatur. quod ex olere: apio consimili: conficiūt. nullum afferēs dolorem. ut siquid afferatur inuitis: imprompteu illud habeant. Illud etiam eorundem est: ut sese pro iis: quibus concilientur immolent. & pro eis morti se deuoueant. Quidam igiť hanc Regionē duas in partes diuisam esse tradunt. Sicut & ipsi diximus. Alii uero quinq; partitā asserunt. Nec certum in hisce exponi potest. & propter permutationes: & locoꝝ ignobilitates. In notissimis enim partibus & fama celeberrimis: uarietates noticia illustrant̄. & agri partitiones. & uocabuloꝝ transformationes. & siquid eius generis est. A multis enim diuulgatum est: a Grecis maxime: qui omnium facundissimi fuere. uerū quecunq; & Barbara: & longinqua: & exiguos continentia locos: & dissipatim sita sunt: de iis commentaria: nec tuta: nec admodum multa: fuerūt. Adeo ut quotcumq; a Grecis remota sunt: ignorationem intendant. Ceterum Latini quidem Scriptores Grecos ipsos sane imitant̄. At uero nō multum. Nam que illi memorie commendarunt: a Grecis accepta: conuerterunt. Ex se ipsis uero nō longe sue nationis studiū dilatauere. Vnde siq̄ ex illis diminutio: defectusq; fiat: non multa ab aliis supplemēta parantur: Alioquin ipsis Grecorum nominibus: claritate plurima excellentibus. Cum igitur tractus uniuersus extra Rhodanum terramq; intra Gallicos sinus artatam: a priscis illis uocitetur Iberia: Nostri seculi homines ipsius confinia Pyreneos montes ponunt. Eandemq; Iberiam & Hispaniā nominant: que intra Iberum continetur. Vetustiores aūt hos ipsos Igletas appellāt: non multum pascētes agrum: sicut autor est Asclepiades Myrleanus. Romani uero totam eodem modo nomināt Iberiam & Hispaniam. Partem quidem unā exteriorē: Alteram uero interiorem dictitarunt. Alio autē in tempore: alio quoq; pacto: pro republice magistratibus diuiserunt. cū prouintie nunc plebi Senatuiq; designētur.

Nunc duci Romano. Betica plebi attribuitur. Ad quã Pretor mittit: qui Legatũ habet & Questorẽ. Eius terminũ ad ortum usq; Castaonẽ constitueruut. Reliqua Cesaris est. qui duos mittit Legatos: Pretorium: & Consularem. Pretorius quidem secum Legatum habet. qui Lusitanis ius dicit uicinis Betice. Extenduntur q; usq; ad amnem Duriam. & eius Ostium. Hunc enim agrum sic appellant. proprio in hunc diem nomine. Eo in loco sita est Augusta Emerita. Reliqua: Hec autẽ est plurima Iberie pars: Pretori subdita est Consulari. haud indignum habenti exercitũ: tribus instructum ordinibus. Ac Legatis tribus. E quibus unus duos secum ducens ordines: tractum trans Duriam seruat uniuersum: ad Arctos. quẽ antea quidam Lusitanos appellabãt. Alii uero nũc Callecos uocant. His autem spectantes ad Septentrionem montes: propinqui sunt: cũ Asturibus: & Cantabris. Per Astures sane defluit Melsus amnis. Pauloq; remotius est Noega oppidũ. Prope aũt est Oceani refusio Astures a Cantabris separans. Dehinc montiũ sunt radices: usq; ad Pyrenen. Secũdus Legatus cum altero adest ordine. Tertius autem interna custodit. Continet aũt gẽtes dictas in pacis & mansuetudinis morem. Italicamq; formulam: cum togatã subinde uestem induant. Hi autem sunt Celtiberi. quiq; utranq; Ibero propinquam regionem: usq; ad maritima incolũt. Ipse uero Imperator in oris maritimis: maxime ad Carthaginẽ: & Tarraconem Iurisdictionem agitãs: ducit Hyberna. Estiuis autem diebus aliqua semper obit: intuens que emendationis indigeant. Adsunt & Cesaris procuratores: Equestris ordinis uiri. qui militibus: ad uictus sui dispensationẽ: pecunias distribuũt. E regione Hispanie Insule iacẽt. Due quidem Pityuse. Due uero Gymnesie. que Baleares appellantur. quas inter Tarraconis: & Sucronis maritimã esse sitas cõtigit. Super hanc conditum est Saguntum. Pityuse longius in bello existentes: magis q̃ Gymnesie: declinantur in occasum. E quibus una quidem uocatur Ebusus: urbem eiusdem nominis continens: Circuitus Insule stad. cccc. Latitudo inequalis. uti etiam Longitudo. Prope Iacet Insula Ophiusa: longe hac minor: deserta. Gymnesiarũ una quidem maior: duas habet urbes: Pallamam: atq; Potentiam. Hec ad ortũ sita est. Pallama uero ad occasum. Insule longitudo stad. paulominus dc. latitudo. cc. Artemidorus autem longitudinem: latitudinemq; duplicauit. Minor autem altera a potentia stad. circiter. lxx. distat. Multo q̃ altera inferior magnitudine: minor est. Virtute uero ea nihilo inferior. Fertiles enim ambe. & portuum bonitate p̃stantes. licet ostia latentes sub aquis petras frequentes habeãt. ut subeuntibus attentiore cura opus sit. Locorum autem uirtus paci deditos efficit incolas: quemadmodum & Ebusi cultores. Quom autem pauci quidam improbi: aduersus maris predones: communis emolumenti gratia conspirassent: crimine uniuersis insparso: Metellus: cognomento Balearicus: eos inuasit. Qui etiam ciuitates moenibus circũsepsit. eãdem ob uirtutem: aliorum insidiis obnoxii: licet studio pacis intenti: tamẽ funditores optimi uocitanẽ. q; ut fama est: ex quo Phoenices Insularũ potiti sunt: egregie exercuerint. Hi p̃mi mortales laticlauum induisse feruntur. Ad pugnas discincti erũpunt: manu scutum gestãtes: & preustum iaculum. raro ferrate cuspidis hastã. Ternas circũ caput fũdas: e iuncis cõpactas gestant. quos melancrenas appellant. e quibus funes texunẽ. Vnde & Philetas in libro interpretationũ: Hirta inq̃t uestis. sordida. rarus limbus inuoluit: & iunceum ornamẽtum: perinde ac iuncis circũcinctis. fundas uero aut iunceas: aut setis contextas: aut neruis: gestant. uel longioribus habenis: uel breuioribus: uel medi/ ocribus: ad remotiores iactus: uel propinquiores: uel medios. A puerilibus: hoc pacto ad fundas exercebantur annis. ut alioquin: ne panis quidem pueris exhiberetur: nisi

funda quicq̃ prius attingeret. Quocirca Metellus ꝓpius Insulas adnauigans: pelles nauium tectis pretendit: ut aduersus fundarũ iactus tegmina essent. Deĩn ex Iberia tria Romanorum milia introduxit accolas. Preter agri uero feracitatem: & illud hisce in locis commoditatis adest: ut ullum noxium animal non facile reperias. Nam cuniculos nequaq̃ indigenas esse asserũt. Quin immo cũ ex propinqua Insula: q̃dam marem ac feminam attulisset: tãta ab initio facta eorum est procreatio: ut ex sub/terraneis cuniculis domicilia subuerterentur. & arbores. & ut superius commemoraui: homines ad implorandam populi Romani opem: confugere coacti sint. Nũc aũt cum ad tractandam eoꝝ uenationem aptissimi facti sint: nulla inualescere sibi dãna permittunt. Verum possessores magnam ex terre fructibus utilitatem assequuntur. He quidem intra columnas: quas Herculeas uocant: existunt. Iuxta has parue due adiacent insule. Quoꝝ altera Iunonis nominat̃ Insula. Quidã sane & has uocauere columnas. Extra columnas Gades sunt. de quibus tantum solummodo diximus: ꝙ a Calpe stad̃. dcc. & l. interuallo disiunguntur. Prope aũt erũpentem Betim site sunt. de quibus prolixa disseminatur oratio. Hi & enim sunt uiri: qui & plima: & ingentia emittentes nauigia: nostrum & exterius mare nauigant. cum neq; magnam habitent Insulam. neq; multum e continente fructum legant. neq; aliarum ubertate fruãtur Insularum. sed magis pelagus inhabitent. Pauci admodum rem domesticam curant. uel Rome moram ducunt. Nã incolarum magnitudine: nullis extra Romã positis. gens esset inferior. Igitur accepi in uno etatis nostre censu: equestris ordinis Gadi/tanos uiros q̃ngentos esse censos. quot in nulla Italicarũ urbium: preter Patauinos obuenere. Tot autem numero cum sint: Insulam habitant non longiorem stad̃. c. cum latitudo uspiam stad̃: unum non excedat. Oppidum initio inhabitabant sane pusillum. Balbus uero Gaditanus: uir Triumphalis: aliud insuper illis edificauit. q̃d Neapolin uocant. Ex ambabus deducta est Didyma. non ultra stad̃. xx. cõplexa. nec ea quidem anguste habitata. quippe cum modici sint eius cultores. Cum maiore ex parte maritimas nauigationes omnes exerceant. partim etiã continentẽ incolãt. presertim uicinam quãdam Insulam. propter ipsius fertilitatem. quã uelut emulam Didyme fecere ciuitatem. tanta est loci delectatio. Pauci in illius comparatione: & hic habitacula tenẽt. illius etiam naualis gratia: quod quidem nauale illis in opposita continente Balbus extruxit. Ciuitas ad occiduas Insule partes iacet. Ipsi quoq; Insule proximum in extremis est Cronium. Ad alteram partem ad ortum conuersum est Heraclium. quo ex loco maxime continenti coniungit̃ Insula: ad stadii latitudinẽ: medio interiacente pelago: semota. Templum ab urbe. xii. milia passuũ abesse ferunt. quantum certaminum: tantum & miliariorum numerum facientes. Maius autẽ est ferme tanto: quanta est Insule longitudo. Est autẽ Insule ab Occasu in Ortum: magnitudinis spatium. Pherecydes autẽ Gades: Erythiam uidet̃ appellasse. In qua ea: que de Geryone uulgant̃ fabulis: insinuant. Alii uero adiectã huic urbi Insulã: quam stad̃: interuallo Euripus interlabens segregat. Leticiam autem pabuli uidẽt: quod pascentium ibi pecudum lac: serum non efficit. Caseumq; multum: immiscentes aquam: conficiuut. tantum exuberat pingue. Tricesimo die animal suffocat̃: nisi quicq̃ cruoris exhauriatur. Herba uero: quam pascuntur oues: sicca quidem est. sed incredibilem gignit aruinã. Quibus ex rebus fabulã: de Gerionis armentis cõfictam esse coniecturas faciũt. Littus autem uniuersum cõmune freq̃ũtibus habitatoribus est. De Gadium uero edificatione: Gaditani talia memorie mandauere. Tirus datũ esse oraculum: quo ad Herculis columnas coloniam mittere iuberent̃. Qui speculãdi

gratia missi fuerant: ubi ad fretum: & ad Calpes angustias peruenere: orbis terminos esse rati: & ibi Herculee expeditionis finem: & has ab Oraculo columnas nominari: intra angustias quendam ad locum constiterunt: in quo nunc Axitanorum ciuitas est. Ibi facto sacrificio: cum leta nequaq̃ hostie portenderent: retro flexere rursum. Post temporis interuallum missi: extra fretum stad. mille & .d. progressi: in Insulam Herculi consecratam: peruenere. que ad Nobam: Iberie urbem: iacet. Existimantes hic esse columnas Herculis: deo sacrificium instituisse. Nõ portendẽtibus leta rursus hostiis: domum repetisse. Tertio cum classe missos Gades condidisse. & Phanum: ad spectantes ad orientem Iusule partes: edificasse. Vrbẽ aũt ad Occasum. Quãobrem nonnullis angusti ipsius freti ultima: Columnas uideri. Quibusdam uero Gades. Aliis longius a Gadibus: foris iacere. Aliqui columnas Calpen: & abilycem: opinati sunt. montem ex Africa procumbentem. Quem Eratosthenes in Metagonio: Numidarũ gente: situm asserit. Quidam autem exiguas: prope utranq;: Insulas. e quibus alteram Iunonis Insulam nuncupant. Ceterum Artemidorus: Iunonis quidem Insulá: illius templum appellat. Atq; aliam quandam esse inquit: Neq; montem: Abilyca: Neq; Metagonium: gentem esse. Errabundos autem scopulos: atq; Symplegades: horsum nonnulli transferunt. eas esse columnas opinati: quas Pindarus portas Gaderidas uocat. ad has nouissimas Herculem profectũ esse dictitãs. Verũ.n. uero Dicearchus: Eratosthenes: Polybius: & Grecorum plurimi: ad Eur pi angustias: columnas esse manifeste demonstrant. Hispani autem: & Afri: apud Gades esse inquiunt. Ex iis.n. que circa fretum illud existant: nihil esse columnis simile. At quidam alii columnas dici illas aiunt: que intra Herculis edem in Gadibus existant. Sunt autem ex ere: cubitoꝝ. viii. In quibus cõstruendi tẽpli sumptus inscriptus est. Ad quas cũ pueniãt: qui nauigationem absoluerint: Herculi sacra ferentes: a deo se iuuari instruuntur. Hic maris & terre finem esse. Hunc uero similiorẽ esse sermonem: etiam Posidonius arbitratur. qui de oraculo: deq; legatis dicta mendaciũ: de Phoenicum more: putat esse. De legatis sane: quis contra fidẽ: aut argumentũ: neutram in partem incredibile: affirmare ausit? Illud autem quippiã habet intelligentie: non paruas quasdã Insulas aut montes: pro columnis uideri: dicere: sed inuestigare: que nam proprie columne dicantur. Qui sunt mundi: & habitabilis terre: uel expeditionis Herculee termini. Veteribus enim hic mos affuit: huius generis cõfinia ponere. quemadmodũ Regini columellam: turrim quandã exilem: super freto locauerũt. Et huic columelle: turris: quam Pelori nuncupant: eregione sita est. & que Phile noꝝ dicuntur are: in media quodammodo Syrtium tellure sunt. In ipso quoq; Corinthiaco Isthmo: colũnam quandam locatam fuisse: memorie proditum est. Quam Iones: dũ Atticum: & Megarensem occupassent agrum: constituere communiter. Simul & qui eiectis illis e Pelopõneso: Peloponnesum in potestatẽ redegerũt. E parte: que Megara spectat: hoc inscribentes pacto: Hac: non quidem Peloponnesus est: uerum Ionia. Ex altera autẽ parte: Hac Peloponnesus: non Ionia: est. Alexander uero Indice militie fines posuit: in iis uidelicet locis aras: ad quos in orientem peruenit. ad Indorum extremos. Herculem ac Liberum patrem imitatus. Iste quidem mox extitit. Ceterum locos ipsos titulos permutare: credendum est. Maximeq; quom tempus locatos absumit terminos. Haud.n. hac tẽpestate Philenorum perdurãt are. Sed locus alia assumpsit uocabula. Nec uero in terra Indica: ullas Herculis stãtes: aut Liberi patris colũnas: spectatas fuisse: memorãt. At locis quibusdam indicatis: Macedones illos colũnas esse: credidisse: dicimus: In quibus signum aliquod offenderunt: de rebus gestis Herculis:

aut Liberi patris: quas historiarum Scriptores posteritati commendarunt. Hic etiã baud incredibile est: priores illos: fabricatis manu finibus: usos esse. Altaribus scilicet: Aut turribus: Aut columellis: eos apud locos: ad quorũ ultima Illustres uiri peruenerũt. Illustria uero sunt huiusmodi: freta: incũbentes mõtes: minores Insule: ut Regionũ primos: aut postremos: designemus limites. Quom aũt: manu constructa: defecere monumenta: in locos ipsa traducta sunt nomina. siue Insulas: siue ꝓmontoria dicere: maluerís. a quibus fretum ipsum efficitur. Hoc uero iam definire arduum est: utris cognomentum applices. cum utrisq; similes esse columne uideantur. Dico aũt: similes esse: quoniam in eius generis locis constitute sunt: qui aperte ultima denominãt. pro quo & fretũ: os dicitur. & hoc ipm: & alia cõplura. Ipsus os quidem: intronauigãtibus: initium est. Foras autem enauigantibus: exitus: & extremum. Itaq; Insule: in ore perexigue: que descriptionẽ facilẽ & insignẽ habent: nõ tenuiter columnis eqꝑari possunt. Pariter & imminentes freto montes: qui eminentiã quandã eiusmodi osten/dant: sicuti columelle. uel colũne. Recte proinde Pindarus portas dixit Gaditanas: si in Ostio columne intelligantur. Ora nanq; similia portis habentur. Gades autem talibus in locis: non consistunt: ut extremitatẽ ostendãt. Sed in magni medio littoris: multis insignito finibus: iacent. Ipsas uero colũnas Herculeas: ad ipsum referre littus: minus profecto par est. minorisq; : ut cẽseo: rationis. Non. n. credibile dixerim: huius nominis gloriam a negotiatoribus potius: q̃ Principibus: atq; ductoribus: accepisse primordium. & simul inualuisse memoria: sicut & de Indicis columnis. Cuiquidem rationi: alioquin testimonium ipsa affert inscriptio: que ut ille inquit: nõ templi edi/ficationem: sed impense summam: indicat. Et enim Herculis columnas: nõ Phoenicũ impense. sed illius magnificentie: monumentum extare. Polybius autem scriptum reliquit: Quendam Gadibus: in Herculis templo: fontẽ eẽ: gradibus modicis ad aquã descensum habentẽ: que potionibus idonea est. Ei cõtraria maris fluxibus obuenire. Quom enim illud augetur: hic ipse deficit. Quom uero refluit: completur. Causam autem allegat: quod spiritus: qui e fũdo in superficiẽ: & supnas terre partes excurrit: dum terra ipsa operitur abundis: secd̃m maris accessum: cohibetẽ ab ꝓpriis huiusmodi egressibus. Ad interna uero reuersus: fontis meatus obdurat. & aque defectum efficit. Ea uero iterum nudata: directos meatus agens spiritus: fõtis uenas liberat: usq; adeo ut facile: & ubertim scateat. Artemidorus huic contradicens: quandam a se causam ponit. Silaniq; opinionem memorans Historici: nulla mihi memoratu digna uidetur afferre. Perinde ac ipse cum Silano prorsus ad hec imperitus. Verum Posidonius mendacem hanc historiam esse asserens: duos in Herculis ede puteos esse ait: Tertiũ in urbe. Ex iis qui in Herculis templo sunt: Alterum paruũ assidue aquis exhauriri. & eadem hora destitutum aspici. Cumq; aquari desierint: impleri denuo. Maiorem alterum per diem uniuersum aquationem exhibere. Aliorum tamen more puteorũ diminutum: noctu impleri: cum aquatores destiterint. Cum autem in ipso repletiõis tempore crebro recursus aquarum simul obueniat: ei esse contrarium maris refluxũ: inaniter arbitrati sunt indigene. Quod igitur historie fides adhibita fuit: & hic ipse dixit: etiam nos inter admiranda uulgatũ accepimus. Puteos quoq; : tum añ oppidũ in hortis: cum interius esse audiuimus. Verũ propter aquarũ uitiũ: cloacas per urbẽ: aque fossatilis inundare. Si tamẽ & horum quisquam puteoꝝ ullã reciprocationis suspitionem ostentat: haud sane nouimus. Quod si hec accidant: ipsas inter difficilia causas accipi oportet. Nam eo modo: quo Polybius inquit: sese habere: uerisimile est. Credibile etiam est: uenarum aliquas fontanarum exterius humectatas: lassari. &

aquis in obliquum effusionem magis prestare: quam per pristinum alueũ in fontem retundere. Humectari autem inundante fluctu: necessariũ est. Deinde: sicut Athe/nodorus inqt: quod circa aqrum incrementũ: aut decrescentiã: obuenit: inspirationi: aut expirationi persimile uidetur: Si alique fluẽtes aque: per alios quidem meatus effundũt effluxionem: scd'm naturam: in superficiem: aquarũ ora fontis appellamus. Per alios uero meatus: ad maris fundũ cõtrahũt. Illud simul extollẽtes: ut inundet. Quando uero ipsa expiratio fiat: ut proprium: nunc destituat: nunc repetat: alueũ: cũ & illud reuersionẽ accipiat. Nescio aũt quonãmodo Posidonius: cum Phoenices ceteris in rebus idoneos esse demonstret: hoc loco eorũ fatuitatem potius: q̃ acumen: damnat. Nam dies ac nox per solis mẽsuratur ambitum: interdũ sub tellure: interdũ supra tellurem: apparẽtis. Oceani uero motum ait syderis subire circuitum. Quẽdam quidem diurnum. Quendam menstruum. Quendam annuum: ut Lune contingit. Quo enim tẽpore ista Zodiaci magnitudinẽ excedit orizõtis: mare terram ascẽdere incipit: sensu teste: quoad in celi medium conscenderit. Vbi uero declinare sydus ipsum coeperit: sensim rursus pelagus reuertitur. donec occidentis signum Luna exuperat. Deinde tanto eadem in constantia tempore manet: quanto Luna ad ipm cõiungit occasum. & adhuc tãto magis: quanto sub terram mota: signum ab orizonte distet. Postea rursus ascendere: quousq; sub tellurẽ: in celi medio sit. Deinde regredi: quoad in ortum Luna sit procedẽs. ac signum distat ab orizonte. Consistere uero usq; quo signum supra terram eleuet. & rursus ascendere. Hanc diurnã quidem eẽ circuitionẽ asserit. Menstruam uero: quoniam maximi circa cõiunctiones reflexus efficiuntur. Deinde usq; ad dimidiam minuuntur. Iterum augentur usq; ad rotundam Lune formam. Diminuuntur usq; ad dimidiã decrescentẽ. Postmodũ usq; ad cõiunctiões incrementa fiunt. Tempore autem & uelocitate crescentias abundare. Annuos uero a Gaditanis perdidicisse refert. Hi quidem aiunt: ut circa tropicum estiuũ maxime crescant: & recessus: & accessus. Ipse autem a Tropico usq; ad equinoctialẽ: diminui existimat. At crescere: usq; ad hyemalem tropicum. Deinde ad uernũ equinoctium decrescere. Porro crescere ad tropicum estiuum. Itaq; cũ circuitiones iste die noctuq; fiant: in utriusq; simul tempore mare bis accedat: atq; bis discedat. & diurni tẽporis atq; nocturni ordo seruetur. Quo nã modo putei repletiones: pro maris incremẽtis: multotiens euenire putant? Non autem sepe aquarum defectiones? uel multotiens quidem: non autem paribus uicibus? uel etiam paribus uicibus? Gaditanos uero ad hec obseruãda minime idoneos extitisse: que cotidiana fiant. Ceterum que cotidiana fiant: obseruasse ex iis: que semel quotannis eueniãt: per circuitiones annuas. Quibus eum tñ fidẽ adhibere: liquet. Ex qbus diminutiones & accessiones fieri supplicatur. e tropico in alterum tropicum. & inde reuersiones denuo. Atqui nec illud credibile fit: quod cum ad obseruandum accurati sint: euenientia non uiderint. non eueniẽtibus autem crediderint. Itaq; Seleucum quendam a rubro mari profectum ait: quandam in his eqlitatem ineqlitatemq; scd'm signoꝝ differentias referre. Cum. n. in equinocti/alibus signis luna cõsistat: equalia fieri: que accidant. In tropicis autem: ineqlitatem: & multitudine: & celeritate prorsus existere. Ex reliquis uero ad singula: scd'm ap/propinquationes proportionem effici. Ipse autem: se dicit: cum rotũda circa tropicũ estiuum Luna: in herculis templo Gadibus uersaretẽ dies cõplures: annuas differẽtias intelligere nequiuisse. Circa mensis illius aũt cõiunctionẽ: magnã in Ilipa annotasse permutationẽ: preter superioris temporis fluminis Betis refusionis. In quibus nec ad medietatem ripas irrigabat. Per id uero tempus: adeo superfusas inundasse aquas: ut

eodē in loco milites aquarent. Ilipa uero a mari stad. dcc. abest. Finitimosq; pelago cāpos ad stad. xxx. altitudinē: ex inundatiōe demersos: Ita ut Insule dep̄benderent. & fundamentoꝝ Herculei tēpli sublimitas. & ipsius aggeris: qui an̄ portum Gadibus procumbit. Qui ab eo mensura quesitus: ut asserit: decem etiā cubitis coboperiri uix possit. Quod siquis factas aliquo in tempore accessiones duplicatas adiecerit: sic magnitudinem inundationis in cāpis manifestissime exhiberet. Hoc cōmuniter accidere traditur: per uniuersam circūiacentem Oceano plagā. At nouū quiddam de Ibero amne: eiq; peculiare: iste commemorat. Siquidem eum inquit nonnullis in locis absq; hymbribus: absq; niuibus: inundationibus late spargi. ubi ab Aquilone uēti frequētes ingruant. Cuius rei causam esse asserit lacum per quem elabitur. Cum illo enim lacus aqua: impellentibus uentis: extruditur. De arbore quoq; Gadibus existente scriptis prodidit: que ramos humum usq; incuruatos habeat. frōdes sepissime mucronis spēm gestantes. quarum ad cubitum longitudo est. Latitudo uero digitorum quattuor. Circa nouam Carthaginem arborem esse: que de spina corticem emittat. ex quo tele pulcherrime conficiantur. Huic quidem Gaditane nos in egypto: in ipsa ramorum curuatura similem perspeximus. Ceterum fronde dissimilem: ac infructuosam. Hanc autem fructum ferre dicit. In Cappadocia quoq; e spinis collecta texuntur. Arbor autem nulla spinas affert. e quibus cortex extet. Verū humi serpens herba. Gaditane uero arbori & illud innatum esse traditur: quod: uno fracto ramo: lac effluit. Quod si radicem absciderit minii humor exudat. De Gadibus hactenus. Cassiterides autem Insule decem numero sunt: inter se propinque. ad Aquilonem iacentes: in pelagus exposite ab Artabrorum portu. Earum una deserta est. Reliquas habitāt homines colore fusco. talares induentes tunicas. Cingula pectoribus gestantes. Cum baculis deambulāt: Tragicarum perq̄similes Furiarum. Victus illis utplurimum ex armētis: nomadice: idest ritu pastorali. Stagni ac plumbi metalla: idest occultas sub terra uenas: habēt. pro q̄bus: simul & pellibus: tegulas p̄mutant: & sales: cū negotiatoribus. Nec minus erea uasa. Hanc negotiandi uiam soli antea Phoenices e Gadibus missi: aggrediebantur. Cum interim cursum istum cunctos mortales ipsi celarent. At enim Romani ut emporia illa noscitarent: quendam consectati sunt nauclerum: qui per inuidiam sponte limosos in locos illis a naui: eandem in cladem sectatores inducens: ab naufragio euasit incolumis. Quo ex facto amissi oneris precium: publice restitutum accepit. Romani tn̄ facientes crebro periculum: cursum illum: nauigatione frequēti p̄didicere. Postea uero q̄. P. Crassus aduersus eos trāsmittēs: metalla: parue altitudinis effossa cognouit: & mortales ipsos: pacis studio: maritimis omnino deditos actiōibus: hāc optātibus industriā aperuit. licet amplius hoc ip̄m mare sit: q̄ qđ inter Brittaniā interiacet Insulā. De Hispania q̄dem: & de adiacētibus Insulis: hactenus.

Ibri quarti hec sunt Capitula.

Que ad Galliam: & Hispaniam pertinent.

Eincepſ Tranſalpina Gallia exiſtit. Cuiuſ forma ꝑ ſuſ adũbratiõe quadã deſcripta eſt: pariter & magnitudo. Nunc ſingula dicenda ſunt. Quidã eã triſ in parteſ diuiſere. Aquitanoſ: Belgaſ: Celtaſq;: nominatim appellanteſ. Aquitanoſ: non modo lingua: ſed etiam corporibuſ: ꝑmutatoſ. Hiſpaniſ magiſ: q̃ Galliſ ſimileſ. Reliquoſ uero Gallica ſane facie. Verũ eadẽ non uſquequaq; lingua omẽſ: Sed pleroſq; paululum uariata. Rerum publicarum moderatiõeſ: & uiuendi formule paulíſper immutate. Aquitanoſ: & Celtaſ eoſ appellabant: quoſ Pyrene monti adiacenteſ: Cemmenuſ monſ diſterminat. Monteſ ſiquidem Pyrenei hanc Gallie partem ab occaſu terminare dicunt̃. mare: utroq; ex latere pertingẽteſ. & internum: & externum. Ab ortu Rhenuſ. qui equali a Pyreneiſ montibuſ ſpatio: ad lineã diſtat. Ab Aqlone: & Meridie ſic iacet: ut ab Septẽtrionalibuſ ꝓmontoriiſ Pyreneſ inchoanſ Oceanuſ ambiat: uſq; ad Rheni eruptiõeſ. E regione aũt Maſſilienſe: ac Narbonenſe pelaguſ. Subinde Alpeſ: ab ora incipienteſ Liguſtica: uſq; ad Rheni fonteſ. Cemmenuſ uero monſ in Pyrenen: medioſ per campoſ recta ꝓducit̃. & in medio deſinit prope Lugdunum: ad ſtad̃: milia duo prolixuſ Aquitanoſ igit̃ nuncupabant. qui ad Septentrionalem Pyreneſ partem: & Cemmeniam habitant: uſq; ad Oceanum. & intra Garumnam fluuium. At Celtaſ: qui ad alteram pertinent plagam: ad Maſſilie: ac Narboniſ mare: qui rupeſ Alpium: aliqua ex parte: attingũt. Belgaſ uero nominabãt reliquoſ Oceano cõfineſ: uſq; ad oſtia Rheni. & nonnulloſ Rheni: & Alpium uicinoſ incolaſ. Sic nanq; & Diuuſ Ceſar in cõmentariiſ ſcriptum reliquit. At enim Ceſar Auguſtuſ quadrifariam ꝑtienſ: Celtaſ quidem Narbonenſiſ prouintie definiuit. Aquitanoſ uero: quoſ & ille ſane extollenſ: inſuper decem adiecit genteſ: ex iiſ: que inter Garumnam: & Lygirin fluuium colũt. Reliquã dupliciter partiuit. unã quidem Lugduno applicãſ: uſq; ad ſuperiorẽ Rheni plagã. Alteram uero Belgiſ. Quecunq; igitur ſcd̃m nature parteſ diſtincta ſunt: orbiſ deſcriptori dicẽda ſunt. & que ſcd̃m gentiũ habitatiõeſ. q̃cquid mẽtione dignũ eſt. Quecũq; uero principeſ reipublice tẽporibuſ obſequenteſ: uariiſ modiſ inſtituunt: ſummatim commemoraſſe ſatiſ eſt. Diligentia uero ceteriſ concedenda. Hec igitur plaga: omni ex parte fluuiiſ ſpargitur. Cum alii ex Alpibuſ: Alii ex Cemmeno: & Pyrene deferant̃. Nonnulli etiam in Oceanum: Aliqui in noſtrum pelaguſ erumpant. Loca uero: per que diffluũt: utplurimũ cãpeſtria ſunt. tumuliſq; ꝑdita: fluẽtiſq; nauigabilibuſ commoda. Sic autem nature bonitate: inuicem ſeſe amneſ habent: ut ab utroq;: in utrunq; mare facile ſarcine deportentur: puſillo terreſtriſ itineriſ ſpatio. cũ plurimũ per amneſ: aut aduerſoſ: ſubuehantur: aut ſecundoſ: deuehantur. Eam ad rẽ nõnihil excellit Rhodanuſ. Nam multiſ ex locíſ aque in illum confluunt: ueluti dictũ eſt. Iſq; noſtro adiungitur mari. quod externo meliuſ eſt. feliciſſimoſ quoq; per agroſ huiuſ regioniſ diffluenſ. Narbonenſiſ enim ora: eoſdẽ: quoſ & Italia fructuſ ꝓducit. Quod ſi proficiſcariſ ad Arctoſ: montemq; Cemmenum: oliueta: ficiq; deficiũt. Alia uero procreant̃. Vlteriuſ uero progredienſ: non facile uitem: uuaſ ad maturitatem conficere perſpicieſ. Alia uniuerſa: frumẽta: milium: glandẽ: ubertim gignit. & omniſ generiſ pecora. Nulla ipſiuſ parſ inculta iacet. excepto duntaxat: ſiquid paludeſ: ac ſilue coli prohibeant. Atqui longe magiſ hominum frequẽtia: q̃ cura: incolitur. aut diligentia. Etenim mulíereſ quidem foecunditate: & educandi ſtudio optime. Viri autẽ belloꝝ magiſ: q̃ agri colendi: ſtudioſi. Hac aũt etate terrarũ cultiõnẽ: depoſitiſ armiſ: cogũtur amplecti. Iſta quidem de tota exteriore Gallia: communia dicimuſ.

De quadrifaria uero sic facta diuisione: singulas repetentes partes: in figure modum differamus. & de Narbonensi primo. Huius forma: distantibus quodammodo inter se ad Pyrenen lineis: ab occasu describitur. Ab Septentrione autem ad Cemmenum. Ex reliquis aũt: aliã sane ad Austrũ mare conficit: quod inter Pyrenen. Massiliãq; iacet. Ab oriẽte uero ptim Alpes: & interuallũ: qđ inter Alpes per rectã intercipitur: & radices Cemmeni: ad Rhodanum usq; pertinentes. A quibus ad predictam Alpium rectã: directus efficiẽ angulus. Ad Australe autẽ latus: ad dictam figuram: deinceps maritima iacet. quam tenent Massilienses. & Sallyi: usq; in Ligures. Italiam uersus. & flumen Varum. Hic facile est: ut antea diximus: primus Narbonensis ore finis: & Italie. Estiuo quidem tempore: sane pexiguus: Hyeme uero ad stađ: usq; .vii. latius expanditur. Hinc igitur littus usq; ad Pyrenee: Veneris templum extẽditur. Hic est & huius prouintie: & Hispaniensis terminus. Quidam uero hunc tractum: in quo Pompeii Trophoea sunt: Hispanie & Gallie confinia declarant. Hoc ex loco usq; Narbonẽ. lxiii. miliaria sunt. At hic Nemausum. lxxxviii. E Nemausoq; per Vgernum: atq; Tarasconem: ad calidas aquas: quas Sextias nominant: prope Massiliam: sunt milia. iii. & .l. Hinc uero ad Antipolin: & uarum flumen: mil. lxxiii. Vt simul mil. fiant. cc lxx. vii. Quidam sane ab Aphrodisio: idest uenerio: usq; ad Varum: stađ: esse milia. ii. & .dc. scripserunt. Aliqui uero. cc. adiecerunt. Haud enim de interuallis concordãt. Per uiam autem alteram: per Vocontios: & Cottium: usq; Gernum: & Tarasconem: communis est transitus ab Nemauso. Hinc ad Vocõtioꝝ fines: ad initium conscendendarum Alpium: per Druentiam: & Cabbalionẽ: miliaria lxiii. Rursus hinc ad alteros Vocontiorum fines: ad Cottium mil. c. uno minus. Ad uicum Epebrodunũ. Inde totidẽ per Brigantii uicũ: & ex Cingomago: & transitiõe Alpium: ad Ocelum: ubi terra Cottii finem habet. & ab Cingomago iam Italia nominatur. Hinc autem ad Ocelum mil. sunt. xxvii. Phocensium uero edifitiũ est Massilia. petroso in loco sita. Cui qdem portus subiacet. Saxũ uidelicet: in Theatri forma: ad Austrũ spectans. Vrbs uniuersa pulcherrimis circũcincta menibus: magnitudine eximia. In cuius arce Ephesium: & Apollinis Delphinii templum conditum est. Hoc quidem nomini Ionico omni commune est. Ephesium aũt Ephesie Diane edes sacra est. Nã cũ Phocenses a natali solo discederent: sermonẽ excidisse traditur nauigationis principi: atq; duci: ut ab Diana Ephesia cursus initiũ auspicarenẽ. Igiẽ Ephesum appulsos: percontari: quonam modo ex dea imperatũ assequerenẽ. Porro Aristarche matrone admodum honorate: deam in somnis astitisse: imperantem: ut accepto quodam a sacris simulacro: una cum Phocensibus nauigationem Aristarcha subiret. Eo autem confecto: ut primũ Colonia cursum expleuit: & phanũ edificatũ esse. & Aristarcham eximia ueneratione habitam. Templiq; sacerdotem designatam. Subinde in ciuitatibus per colonias deductis. deam hanc ubiq; honorem: in primis assequutam: Et eundem diuine statue ordinem: & reliqua eodem ritu seruari: que in ipsa Metropoli cõsueuere. Ceteꝝ Massiliẽses rem urbanã per Optimates: & Aristocratiam regentes: omnes legum equitate superant: consilium. dc. ex uiris instituentes. qui quoad uita superstit: id honoris genus habent. Quos Timuchos idest honorificos: appellant. Quindecim uero Senati sunt principes: quibus que ad manus prompta obueniunt: moderari: ac regere: datũ est. Rursũ ex hisce qndecim: tres sunt Presides: quibus plurimum potestatis attribuitur. Verum ex his nemo Timuchus creatur: qui liberos non habet. Neue de ciuium sanguine: tertiam per generationẽ ortus sit. Eoꝝ leges: Ionico de more: sunt publice proposite. Ipsorũ ager oliuetis ac uinetis natura

cultus. ferendis autem frumentis: ob asperitatem: sane tenuior. ac sterilis. Eapropter mari magis: q̃ telluri: fiduciam habentes: nauigationem: pro eorum ingenio delegerũt. Postmodum cũ uirorum fortitudine ualẽtes: quosdam uicinorum campos occuparũt. eodem sane robore: quo & urbes condiderunt: nonnullas inter Hispanos: quibus & Diane Ephesie sacra: more patrio tradiderunt: ut & grecanicis ritibus immolarent. Amnis Rhodani cursus non parum cõmoditatis Barbaris affert accolis. Est & Tauroentium: & Olbia: & Antipolis: & Nicea: ad Sallyorum gentẽ pertinens: & ad Ligures Alpium incolas. Iis adsunt naualia: & armamentaria. Superiori uero tẽpore: magna nauiũ facultas. & armorum. Instrumenta quoq;: tum ad nauigandi usum: tũ obsidẽdis urbibus idonea. Quibus & aduersus Barbaros: obsistere ualuerunt. & Romani populi amicitiam conciliarunt. Qui cum illis permultum utiles existerent: magnum ex ipsis susceperunt incrementum. Sextius potissimum redactis in potestatem Sallyis: non longe a Massilia: sui nominis edificauit oppidum. Sueq; appellationis aquas dixit calidas. quarum partem in frigidas permutatam esse ferunt. Ibi Romanorum presidiũ collocans: Barbaros ex eis repressit littoribus: que ex Massilia ducunt in Italiam: cũ eos penitus cohibendi: Massiliensibus uires deessent. Nec ipse plus ualeret: q̃ quãtum per portuosa loca ex mari: aduersus Barbaros p stad: xii. incursaret. Per Thraconẽ uero: stad. viii. Relictam autem ab iis regionem: Massiliẽsibus attribuit. Complures in oppido suspense ostenduntur exuuie. quas ab illis rapuerant: qui omni tempore maria crudeliter uexantes: bellis naualibus superati fuerant. Prioribus quidem annis: cum ceteris in rebus: tũ uero ex Romani populi amicitia: eximia felicitate florebãt. de qua per multa quis capesseret inditia. Romani Auentine Diane simulacrũ eodem modo disponentes: apud Massilienses collocauerunt. In Pompeiana uero aduersus Cesarem seditione: cum uicte parti sese addixissent: magnam sue felicitatis iacturam fecere. Tamen penes illos: non pauca pristine beatitudinis uestigia relinquuntur. Maxime circa machinarum fabricam. apparatusq; nauales. Cum aũt cõfines iuxta Barbari mitiorem quot annis uictum accipiant: Et ab rerum bellicarũ cogitatione: ad ciuilesiam Institutiones: terrarumq; cultum: propter Romanorum uictoriam sese conuertãt: nec iis ipsis tantum circa predicta studium amplius obuenit. Inditio sunt res ipse: ut hoc tempore constitute sunt. Nam primores urbis ad eloquẽtie: & philosophãdi artes uertuntur. Adeo ut cũ ciuitas ipsa paulo añ Barbaris discendi refugio remitteret: & Gallos Grecis familiares cõparasset doctrina ingens Massilie: etiã cõtractus greca oratiõe scriberent: Hac sane tẽpestate nobilissimos Rõanos: p Attica pegrinatione eo ad capessẽdas disciplinas aduẽtare suasit: q bonarũ artiũ cupiditate capiantur. Hos igitur Galli uidentes simul in pace degentes: ad tales uiuendi ritus: eorum ocia pronis disposuerunt animis. Idq; non modo per uiros singulos: sed etiam per communia cõmoda. Nam & priuatim: & publice sapientes suscipiunt pceptores mercede collata: ut de medicis mos est. Frugalis aũt uictus: atq; modestie Massiliẽsiũ: non minimum quispiam illud signum poneret: Dos enim illis amplissima centũ aurei sunt. Ad uestem quinq;. Ad mundũ aureum quinq;. Amplius uero nullo pacto licet. Cesar autem: & succedentes porro scd̃m illum Imperatores: aduersus patrata in bello delicta: modestius sese habuere: antique memores amicicie. Suoq; iure uiuendi potestatẽ seruauere. quam ab urbis condite primordio ciuitas habuerat. Adeo ut missis in Prouintiam Pretoribus: non ciuitas ipsa: non subditi: parere necessum habeant. Hec quidẽ de Massilia. Iuxta mõtana: Sallyorum regio est. ab occasu: ad Septẽtrionẽ amplius uergẽs. & paulatim absistẽs a mari. Maritima inclinat ad occasum. modicũ

a Massiliensium urbe progressa. circa stad: c. ad promontoriū ingens admodum: usq; ad quasdā lapidū excisiones. idest latomias. Hinc in sinum curuari incipit. & Gallicū sinum efficere: ad Aphrodisium: hoc est ueneris promontorium Pyrenes. Sunt qui Massiliense nuncupant. Est uero sinus duplex. In eadē enim circunscriptione mons excurrit Siguis: duos disterminās sinus. & Blasconem prope sitam: assumēs Insulam. His e finibus: maior quidem prope Gallicus ite℞ appellatur: in quē Rhodani ostium euomitur. Minor autem: ad Narbonem spectans: usq; ad Pyrenen est. Narbo nāq; amplissimum eius regionis Emporiū: supra exitū Ataci fluminis: Narbonensemq; lacum: iacet. Rhodano autem adiacet oppidum: Emporiumq; nō paruum: Arelate. Hec ipsa pari & inter se interuallo Emporia distant: & a memoratis promontoriis. Narbo quidem ab Afrodisio: Arelate uero ab Massilia. Vtrinq; aūt circa Narbonē labuntur amnes alii. Nonnulli de Cemmenis montibus. Pleriq; autem a Pyreneis. habētes oppida: in que nō lōga est aduersis fluuiis nauigatio: puis qbusdā nauiculis. E Pyrene qdem Rusceno: & Ilibirris amnes exeūt. E quibus uterq; eiusdē nominis urbem habet. Iuxta Rhuscenonē lacus est: & ager: quem alluit: exiguus supra mare: refertus salinis. Habet & effosiles Cestrias pisces. Nā siquis duos: aut tris fodiat pedes. & in limosam aquam fuscinam demiserit: piscem eximie magnitudinis fixū penetrat. Limo autem: instar anguillarum: alitur. Hec quidem flumina e Pyreneo monte: inter Narbonem: & Aphrodisium: ex utraq; Narbonis parte: ac etiā ex Cemmeno monte: feruntur in mare. quo ex monte: & Atax oritur: & Obris: & Rhaurar[illegible]s. Super altero quidem: ciuitas admodū munita: apud Narbonē sita est Blittera. Super altero autem Agatha: a Massiliensibus edificata. Maritima: quam dixi regio: unum illud de effossilibus mirandum habet piscibus. Alte℞ longe fere mirabilius: qđ dicam. Nam in medio Massilie: & Rhodani: ubi erumpit: spatio campus est: a mari cētena distans stadia: Tanta enim ipsius diametros existit: cum forma constet circuli: Ab eo uero quod accidit: petrosus appellač: lapidibus qui manus impleāt: plenissimus: Sub quibus gramē exoritur: a quo pecoribus pabuli suppeditatur ubertas. In medio salse scatent aque. Salisq; uis magna. Vniuersa circūadiacēs ora: uētis exposita ē. Egregie autem cāpum hunc Melāborium: uentus uehemens: terribilis: & uiolentissimus ꝑcellis infestat. Quedam igitur saxa distrahi: uersariq; tradunt. Et mortales e curribus fractos euolui: Ipsosq; uentorum uiolentia: & uestibus & armis nudari. Dicit igitur Aristoteles: lapides ab terremotibus: quos Brastos idest ebulientes: apellant: eiectos in plana: & ad curua loca ꝓlapsos fuisse. Posidonius uero lacū eū existentē fluctuatiōe congelatū fuisse inquit. qpropter in plurimis dispartitū esse lapides. sicuti fluuiatilem glareā: littoreosq; lapillos. leues qdem: & magnitudine pares. Causamq; reddit uterq;. & uerisimilis amborum est sermo. Ita enim aggregatos esse lapides: non per se ipsos consistere: necesse est: uel ex humiditate cōpactos ingentibus e saxis ꝑ tot fragmēta discretos extitisse. Eschylus uero: difficilē redditu rationem perdiscēs: uel ab alio sus/cipiens: in fabule locum exposuit. Prometheus nanq; in exponendis Herculi uiis: que ad Hesperidas e Caucaso ducunt: apud illum sic loquitur. Ad fortem Ligu/rum: & timoris inscium aduentabis exercitum: Vbi: aperte scio: nullo de prelio: aut Clipeo lamenta emittere in transeundo. Nam ut tela te destituant: in fatorum lege datum est. Ibi ne lapidem quidem ullum e terra captandū habebis. cum totus mollis locus existat. Spectās uero te opis egentē Iupiter: miserebič. & nebulam intendens: & rotundarum hymbrem petrarū infundens: solū inundabit. Quarū ope cōgressus: facile Ligusticum uastabis exercitum. Posidonius igitur: ꝑinde ac ipsos Liguribus

miecisse: & accumulasse lapides: melius esset: q Herculē tot indiguisse lapidibus: dixit. tāta uero illorum multitudo innumerabili turbe necessaria fuit. Unde qui fabulam conscripsit: q qui fabulam abnegat: uerisimiliora dixisse: uisus est. Verum cū poeta reliqua fatorum lege data esse: dixerit: de rei causa indagantem: lamentari nō permittit. Nam in ipsis de prouidentia & fato sermonibus: talia rerum humanarum: & natura factarū: permulta cōperies. ut de ipsis dicere liceat: hoc: q illud: lōge pstātius factū est. Sicut hymbribus abūdare Egyptū. Sed terram. Ethiopiam nō irrigare. Parin quoq: dum in Spartam nauigat: adisse naufragium. Verum cum Helenam rapuisset: uiolati iuris non luisse supplicia: cum tantam Grecorum: & Barbarorum cladē ediderit. quod in Iouem retulit Euripides. Pater inqt Iupiter Troianis qdem mala: Grecie uero cladem inferri cupiens: hec sane decreuit. De Rhodani fluminis ostiis Polybius Timeum increpat. Eum non quinq: sed duo habere dicēs ostia. Artemidorus autem tria inquit. Timeus uero postea obtusa cernens ostia: accedente: & accumulato limo: ingressusq; difficiles: nouam incidit fossam. qua maximam amnis partem excipiens: Massiliensibus uictoriam attribuit: eo ex bello: quod aduersus Ambrones: & Toygenos gerebatur. Ex quo immensas opes compararunt: dum ab euntibus: & redeuntibus per fluuiū: uectigalia exigunt. Nunc tamē intrandi manet importunitas: propter fluminis impetum. aggeratumq; limum. & locoꝝ humilitatem: Unde ne propinquantes quidem: latentem sub aqua terram despiciant. Quāobrem Massilienses: ut quauis ratione locum hospitalem efficerent: pro signis: turres altas edificauerunt. Itaq; & ibidem Diane Ephesie templum condiderunt: sumpto loco quem fluminis ostia efficiunt Insulam. Supra Rhodani uero eruptiones: lacus maris iacet. Lacum autem ostium appellant. Ostrea sane continet innumerabilia quidē: & alioquin aspectu pulchra. hunc pleriq; o stiis annumerant Rhodani. Presertimq; ii qui illum septem constare ostiis asserunt. Neq; hoc: nec illud recte dicentes. Mons nanq; medius est: qui ab amne lacū arceat. A Pyrene igiē iuxta Massiliā: maritima regio talis: & tanta quedam est. Alia uero ad uarum fluuiū Liguresq; uicinas urbes Massiliensium habet Turoentium: & Olbiam. & Antipolin. & Niceam. & nauale Cesaris Augusti. quod forum Iulii uocant. Hoc autem inter olbiam: & Antipolin: constructum est. distans a Massilia stad: sex milibus. Ceterum uarus: Antipolis: & Nicee medius est. Hinc quidē. xx. stad: Inde uero. lx. distans. Adeo ut Nicea: scdm huius temporis terminū designatum ad Italiam pertineat: licet in Massiliensiū iure sit. Massilienses enim hec aduersus instantes Barbaros: edificarunt oppida: liberū esse mare cupientes: cū in eorum potestate prouintia foret: que ualida et montana est. Qua quidem Massiliam spectat: latitudinem campestrium locoꝝ mediocrē reliquit. uersus Oriētem uero euntibus preruptam omnino ad mare uiam: uixq; pmeabilem: habet. Prima quidem Sallyes occupant. ultima uero: Italie coniuncti Ligures. de quibus deinceps habendus est sermo. Impresentia autem tantum adiiciam: quod cum Antipolis in Narbonensibus iaceat partibus: & Nicea in Italicis. Nicea quidem in Massiliensium iure permanet. Et prouintie nimirum existit. Antipolis uero inter Italicas annumeratur: cum Massiliensibus iuditio contendens: ab eorum mandatis libera facta est. hisce locoꝝ angustiis: cum Massiliēsibus incboatis: Insule Stoechades incumbunt. Tres quidem: digna satis amplitudine. Sed due perexigue. eas exercent Massilienses opere rustico. Quo in loco & impositum antiquitus presidium contra piratarum impetum habebāt: ob egregiam portuum facultatem. Post Stoechades: Planasia: & Lero sunt: colonias habētes. In Lerone: phanum est Leronis. E regione

Antipolis hec ipsa iacet. Sunt & alie perexiles insulule. haud memoratu digne. ptim ante Massiliam. partim ad reliquum iam dictum littus. Portus unus: ad nauium sta/ tionem: magnitudinis eximie. Mediocres uero reliq. ex iis unus est: quē a Liguribus Oxybiis: Oxybium cognomento nuncupant. Hec quidem de maritima regione.

Supra illam uero loca ipsa talem habent descriptionem: & ad circumiacētis mōtes: & ad flumina: precipue Rhodanum. Is. n. amplissimus: cōpluribusq; intro fluctibus auctus aquis: longissimā: aduerso flumine: nauigationē habet. De his igit᷑ deinceps differendum est. A Massilia itaq; initio capto: & ducto per medium agrum: inter Alpes: & Rhodanum cursu: usq; ad Druentiā amnem: per stadia quingēta Sallyes incolūt. Vbi nauigio traieceris: ad oppidū Caballionē: tota deīceps regio Quarorū est: usq; ad Isaris & Rhodani coitiones. hoc in loco Cemmenus Rhodano applicat᷑. Hucusq; a Druentia longitudo stad᷑: quingentorum est. His in locis: & campestria: & montana supne Sallyes habitant. Super Quaros. Vocontii. & Tricorii. & Iconii. & Medylli: mansiones habent. At inter Druentiam: & Isarem: alii quinque fluunt amnes ex Alpibus in Rhodanum. Duo quidem Quarorum: & uarorum oppida circunfluūt. communibus in Rhodanum cursibus irrūpentes. Tertius uero Sulgas: ad urbem undalum Rhodano cōmiscetur. ubi. Cn. Enobarbus ingēti plio: cōplura Galloꝝ milia uertit in fugam. Sunt medio in spatio urbes Auenio. Arausio. & Aeria. Que sic appellata est: teste Artemidoro: qa in sublimi sit edificata cacumīe. Reliqua tota est planicies. Fertileq; ministrat pabulū. Transitus uero Aerie ad Durionem: nemorosas locorum habet angustias. Quo in loco Isar & Rhodanus ad Cemmenū montem confluunt. ubi. Q. Fabius Maximus Emilianus. xxx. uix militum milibus: ducenta Gallorum milia ad internitionem dedit. Et de lapide candido ibidem Tro/ pheū erexit. Ac templa duo. Marti quidem unum. Herculi uero alterum. Ab Isare uero ad Allobrogum Metropolin: Viennam: Rhodano adiacentem: stad᷑ sunt. ccc. atq;. xx. Prope Viennam sitū supra est Lugdunū: ex quo Arar una: Rhodanusq;: miscentur. Ad ipsum autem: pedestri per Allobroges itinere: stad᷑: sunt circiter. cc. Ceteꝝ sursum nauigantibus: paulo plura sunt. Allobroges quidē superioribus annis militandi studio: multis mortalium milibus tenebātur. Hac autem etate: Rei rustice dediti: campos: & Alpinas ualles: arant. Reliqui sane uicatim etatē agunt. Clarissimi uero Viennam: prius quidē uicum: habitantes: Gentis tamē Metropolin appellatā: in ciuitatis formam appararunt. Sita ē ad Rhodanū: qui super Alpes tantus tamq; impetuosus: fertur: ut permagnum egressus lacū: ad multa stadia: manifestū ostēdat cursum. Ad planos deinde Allobrogum: & Engosiauorum descendens agros: penes Lugdunensem Engosiauorū urbem: Ararim influit. Verū Arar quidē ex Alpibus labitur. Sequanos: & Eduos: & Lincasios: discernens. & Dubin postmodum assumēs. Iisdem e montibus nauigabilē delatum. uictorq; nomine factus: ex ambobusq; Arar effectus: Rhodano commiscetur. Rursus aūt superans Rhodanus Viennā: defertur. Tribus his fluuiis euenit: ut initio in Aquilonem: dehinc in occidentem deferantur. Iam q; in unum tandem Amnem confluens: In Austrum iterum curuatus excurrit. quoad erumpat: aliis acceptis fluminibus. Et hinc reliquum in mare cursum perficit. Ipsa igitur inter Alpes: & Rhodanum: talis est regio. Vlteriores fluuii partes uolce: quos Arecomiscos appellant: maximum incolūt spatium. quorum portus: & nauiū receptaculum: Narbo dicitur. Iustius siquidem & relique Gallie diceretur: cum per tammultos annos: tanto excellat Emporio. Volce igit᷑ uicini sunt Rhodono: cōtra Sallyes: in altera manentes ulteriore ripa: simul & Cataros. Obtinet aūt Catarorū

nomen. Sic enim cunctos eius loci incolas appellant Barbaros. Qui tamen nequaq̄
amplius Barbari sunt. Sed ut plurimum in Romanorū ritum transmutant͛: lingua:
& uiuendi cō suetudine. Pleriq; etiam rerum publicarum institutione. Alie etiā circū
Arecomiscos adiacent gētes parue sane. atq; ignobiles: usq; in Pyreneū montē. Are/
comiscoꝝ uero Metropolis Nemausus extat. Alienigena quidem plebe: & mercatoꝝ
numero: longe Narbone inferior. Ceterū regēde ciuitatis forma: supior. Quattuor
enim & uiginti eiusdē natiōis uicos habet subditos: uiroꝝ fortitudine excellētissimis:
Illi tributa conferentes: & Latii ius habentes. Adeo: ut qui Edilitatis: Questureq;
dignitatē assequuti sunt Romani: Nemausi adsint. Quā obrem huic nationi nullū:
cum uenientibus e Roma: Pretoribus: negotium est. Situm autem hoc oppidū est
in uia: qua ex Hispania itur in Italiam. Per estatem quidem ad permeandū facili:
Ceterum hyberno tempore: ac uerno coenosa. Fluminibusq; demersa. Quedā igitur
fluenta nauigiis traiciunt͛. nonnulla pontibus: partim ligneis: partim lapideis. Hasce
autem aquarum difficultates torrentes efficiunt: usq; ad estatem: ex Alpibus decur/
rentes: quom niues calore liquuntur. Vie predicte: pars compendiosa: statim: per
Vocōtios perducit ad Alpes: ut diximus. Altera per Massiliēse littus: atq; Ligusticū.
Ea prolixior quidem est. Ceterum faciliores in Italiam habet ascensus: cum ibi iam
humiliores facti sint montes. Abest autem a Rhadano Nemausus centena circiter
stad͛. Quo in tractu ulteriore Tarusco exiguū extat oppidulum. A Narbone uero
dcc. & . xx. distat. prope montem Cemmenū: Australe latus accipientem. usq; ad pro/
montoria. Et alii quidam: dicti Tectosages: de uolcis habitāt. De reliquis quidem
postea dicemus. Tectosages: sic enim appellantur: Pyreneis propiqui sunt mōtibus.
Paululum etiā Cemmenū attigunt: ex Aquilonis latere. Auriferamq; colūt terram.
Potentia uero: & hominum robore: quondam ualuisse uidentur. Adeo ut incidente
seditione: magnū e suis numerū domo eiecerint. ad eoꝝ uero fortunas cōmunicādas:
alii: alius ex gētibus cōuenere. e qbus ii sūt: qui finitimā Cappadocie: & Paphlagonie
Phrygiam occupauerunt. Huius autem rei argumentum habemus: quod hac etiam
etate Tectosages appellantur. Nam cum terne gentes existant: una quidem: circa
urbem Angytam habitans: Tectosagum dicitur. Relique due sunt: Trocmi scilicet:
ac Toelistobosgii. Hos autē e Celticis digressos fuisse: significat iuncta cum Tecto/
sagibus cognatio. Quibus autem ex locis concitati fuerint: explicare non possumus.
Nunc. n. Trocmos: aut Toelistobosgios ullos: uspiā habitare: nequaq̄ intelleximus:
nec intra Alpes: nec extra. nec ipsis in alpibus. Eos aūt loca deseruisse: ꝑpter crebras
hominū expulsiōes: credendū est. Sicuti multis aliis obuenit. ut Brenno: q Delphos
incursauit: Quem Prausum quidam appellāt. At enim neq; Prausos ipsos: quas terras
prius habitarint: dicere possumus. Ipsos quoq; Tectosages in expeditionis societatē:
contra Delphos uenisse: memorant. Thesauros etiam penes illos ab Impatore Ro.
Scipione: repertos in urbe Tolossa: deprehensos ex eis esse pecuniis: partem: memorie
tradit͛. Homines aūt ipsos: & ex domesticis fortunis adiecisse: quibus cōsecratis deum
propitium sibi conciliarent. eas autem: quia Scipio attigisse ausus fuerat: tot aduersis
casibus: eiectū e patria: uitam subuertisse creditū: perinde ac sacrilegio cōtaminatū.
& turpiter interiisse. & in bonorum successionem: relictos filios: inter scorta obscoene
ea abligurisse. & turpiter interiisse. sicuti testis ē Timagenes. Que a Posidonio tradita
sunt: uerisimiliora dixerim. Repertas Tolosse pecunias circiter. xv. miliū Talentum
fuisse. E quibus partem in secretis: templi sedibus depositam. Partem in consecratis
lacubus: nullos apparatus habentem. Sed aurū: atq; argentum inelaboratū. Templū

autem Delphicũ iã per id tẽpus exinanitum fuisse. talibus ornamentis a Phocẽsibus ante spoliatum. Quo tempore sacrum commissum est bellum. Quod siquid relictum fuerat: per multos dispartitum extitisse. Nec incolumes domũ remeasse crediderim: tã miserabiliter digressos: postq̃ e delphis discessere: & in diuersa dispersos: & seditione discordes: abisse. Ceterum & hoc ipso: & aliis permultis ita asserẽtibus: cum regio late auro exuberet: & hoĩes superstitiosi tenuem uitã agant: e Gallia passim thesauros habuit. Maxime uero lacus ipsi tutos a predonibus locos exhibebant: ad quos auri & argenti põdera dimiserant. Igitur Romani locorum potiti: lacus publice uenum dederant. Pleriq; dehinc emptores fabrefactas ex argento molas inuenerunt. Erat autẽ Tolosse magne sanctitatis templum: quod finitimi eximia admodũ ueneratiõe colebãt. Quã obrem: offerẽtibus plurimis: pciosis muneribus abundabat. & attingere ea: audẽte nullo. Sita uero Tolossa est ad angustissimũ terre limitẽ. hoc est Isthmũ. qui a Narbonensi mari submouet Oceanũ. tribus stad: milibus minorẽ: Posidonio teste. Rursum pre omnibus annotatu dignũ est: quod etiã in superioribus diximus: regionis confessionem: ad fluuios: & mare externus: similiter & internus. Insistens enim aliquis non minimam hanc partẽ inueniret uirtutis locoꝝ. Dico utiq; uite facultates amplecti: cum uniuersorum ocio: ad omnes & communes utilitates refici. hac pcipue tempestate: cum uacationem ab armis agentes: attentissima cura agrorum culture inuigilant. & ciuiles uite ritus instituunt. Adeo ut in talibus ipsius prouidentie opus testari: quis posse uideatur. Non quidam fortuito: sed cum ratione quadam: locis in/stitutis. Rodanus igitˀ permultã habet nauigatiõnẽ aduersam. & magnis oneribus. & ad multas regionis partes. quia qui in eum intrant fluuii: nauigabiles: cum onustis quoq; sunt nauibus. Accipit & Ararim: & Dubin: intrantẽ in hunc amnem. Inde usq; ad Sequanam fluuium uadatur. Hinc iam defertur in Oceanum. & Lexobios. & Hyadetos. Ab his in Brittaniam: minor q̃ diurnus est cursus. Cum autẽ Rhodanus sit preceps: & uix aduersa nauigetur aqua: nonnulla hinc onera plaustris pedestri transportanˀ itinere. que ad Aruernos: flumenq; Ligerim: ferenda sunt. licet iis q̃dam ex parte propior sit Rhodanus. Verum cũ uia per campoꝝ planiciem haud multo supra stad. dccc. pandatur: ne aduersa nauigatione utantur: facilior terre meatus adigit. Hoc ex loco Liger uberius excipit: e Cemmenis montibus in Oceanũ effluẽs. A Narbone aũt per Atacem paululũ sursum fit nauigatio. Longius uero terrestre ad Garunnam usq; fluuium iter agitur. & hoc stadus. dccc. Garunna aũt excurrit in Oceanum. Hec quidem de iis: qui Narbonẽsem regionẽ colunt: cõmemoramus: quos antea Celtas nominabant. Ab eis uniuersos a Grecis: Gallos: Celtas appellatos opinor: ob eorum claritatẽ. Seu Massiliensibus ad hoc: ob eoꝝ uicinitã assumẽtibus.

Deinceps de Aquitanis: & de attributis illis gentibus Gallicis: numero q̃ttuordecim: dicendũ est. que inter Garunnam: & Ligerim: habitãt. Ex quibus nõnulle Rhodani amnis assumunt regionem. camposq; Narbonenses. Vt. n. simpliciter dicam: Aqtani a natione Gallica: corporis habitu: & lingua differunt. magis Hispanis similes. Dis/cernuntur autem Garunna flumine. inter hunc: & Pyrenen montem habitantes. Aquitanice uero gentes plures q̃. xx. sunt. exiles quidem: & ignobiles. Ex iis quedam: Oceano uicine. Alie ad mediterranea: & Cemmenorum montium extrema: usq; ad Tectosages porriguntur. Quandoquidem pusilla tantula hec erat portio. Quicquid inter Garunnam: Ligerinq; continetˀ: adiectũ est. Hi nãq; fluuii paribus a Pyrene distantes interuallis: quasi diducti: & pariter distantibus inuicem lineis: duo cõficiũt loca. Aliis finita lateribus: Oceano scilicet: montibusq; Cemmeniis. Duobus autem

stadꝫ milibus utriusq; fluminis est nauigatio. Garunnas autem tribus amplificatus amnibus: per Bituriges: quos Ioscos nominant: & Santones: Gallicã utranq; gentem: effluit. Nanq; hi Bituriges: sola inter Aqtanos gens alienigena consistit. neq̃quam illis confoederata. Habet autem Burdigalliam emporium: cuidam marino incũbens lacui. quem fluminis eruptiones faciunt. Liger uero inter Pictones: & Vamuitas excurrit. Super hunc prius fluuium Emporium aderat Corbilo. de qua Polybius mentionẽ fecit: cum Pytheae fabulamentoꝝ memoriã faceret. Quod congrediẽtibus quidem Scipioni Massiliensibus: nemo rem ullam memoratu dignam: cũ a Scipione interrogaretᷓ: referre potuit. neq; de Brittania. neq; de Narbone. neq; de Corbilone. que omnium eo in tractu urbium: celeberrime fuerant. Tanta sane Pytheas mẽtiri ausus est. Vrbs est Santonum Mediolanum: ad Oceanum uergens. Inter Aqtanas. maxima ex parte arenosa. & agro tenui. Ex milio alimoniã captãs. Reliquis quoq; fructibus sterilis. Hoc in loco aũt sinus est: in Narbonensi littore Isthmũ efficiens. & sinum Gallicum: eodem quo ille cognomine. Sinum hunc habent Tarbelli. apud quos effodiendi auri summum inter omnis studium est. E scrobibus enim paululum defossis: ad manus mensuram: cruste auri reperiuntur: parue interdum purgationis indigentes. In reliquis autem frusta: & glebule haud magnum habentes opificium. Interior autem: & mõtana tellus est longe prestantior. Nam ad Pyrenen Conue/norum Synclydo est. ubi oppidũ Lugdunũ. & Onesiorũ aque calide: ad potandũ optime. Bona est etiã Psausciorum aqua. Inter Garunnam uero & Ligerin adiacẽt gentes quedam Aquitanis. Elui quidem ab Rhodano inchoantes. Post quos Vellai. aliquãdo Aruernis cõmixti. Nũc sibi ipsis adstricti. Dehĩc Aruerni & Lemothrices: & Petrocorii. Post hos aũt Nitiobriges: & Cadurci: & Bituriges: qui Cubi nũcupantᷓ. Ad oceanum uero spectãtes Santoni sunt. & pictones. Hi quidem: ut diximus: Ga/runne accole. Alii autem Ligeris. Rhuteni autem: & Gabalies: Narbonensi terre proximi. In Petrocoriis igitur: & Cubis Biturigibus: ferrarie in oppidis sunt fabrice. In Cadurcis uero Linificine. In Rhutenis autem argentarie uigent artes. nec non & Gabaliensibus. Eis uero: & plerisq; Aquitanorũ Romani ius latii tribuerũt. sicut & Auscis: & cõuenis. Aruerni super Ligeri siti Metropolin Nemossum super amne positum habent. Hic penes Cmenabon: quod Carnuntum Emporium est: labitur. ad mediam nauigationem habitatum. Fluitq; in Oceanum. Pristini uero roboris Aruerni ingens exhibent indiciũ. qđ frequentia aduersus Romanos bella gesserunt. Antea quidem milibus bellatorum ducentis. Deinde duplicatis. Tot. n. contra diuũ Cesarem milibus cũ Vercingetorige preliũ cõmiserunt. Cum ꝑus aduersus maximũ Emilianum: & Domitium Enobarbum: etiam. cc. hominum milibus conflixissent. Contra Cesarem quidem circa Gergouiam: Aruernorum urbem: in excelso monte sitam: collatum est prelium. Postea Vercingetorix occurrit. & pugna ad Allesiam: Mandibule gentis oppidũ: Aruernis finitime. hoc etiã in sublimi locatũ est tumulo: cingentibus mõtibus: & fluuiis duobus. Vbi: redacto in potestatẽ Impatore: finitũ est bellum. Aduersus maximum Emilianum autem conflictatum est: ubi coitus est Tisaris & Rhodani. Vbi Cemmeni etiam montes Rhodano propius accedunt. At uero in Domitium adhuc ad inferiora: ubi Sulga: Rhodanusq; cõmiscẽt. Ceterũ usq; Narbonem: finesq; Massilie: Aruernorum propagabatᷓ imperiũ. Subiugatisq; item usq; ad Pyreneos montes gentibus: ad Oceanum: atq; Rhenum. Bitito: qui cũ Maximo: & Domitio belligerauit: pater fuit Luerius. qui tantis opibus: & Lauticia: excelluisse: celebratus est: ut cũ aliquando familiaribus facultatum ostentatationem

faceret: curru uectus per cāpum: nūmos aureos: & argenteos: huc & illuc dispergeret. quos sectantes illi colligerent. Post Aquitanicam uero partem: ac Narbonensem: alia deinceps est: ab Ligere fluuio: ac Rhodano: usq; ad Rhenū. Eo delatus a fōte ad Lugdunum: Rhodanus Ligeri coniūgitur. Huius autem regionis partes supne ad Rheni: ac Rhodani fontes: usq; ad medium ferme camporum: Lugdunensium ditioni addite sunt. Reliqua uero: & que ad Oceanum uergunt: alteri addunt̄ par/ticule. quā incolūt Belge. Nos aūt singula cōmuni magis expositione declarabimus. Lugdunum igitur in colle cōditum: ubi Arar amnis Rhodano cōmiscet̄: Romano tenetur imperio. Amplioni quoq; supra reliquas: excepta Narbone: ciuitatis floret uirorum ordine. Nam & usui magno est illis Emporium. Monetam argenteā: atq; auream. eo in loco Romani signant duces. Templū etiā ab uniuersis Gallis cōmuni designatum impensa: & Augusto Cesari dicatum: ante hanc urbem edificatum est. ubi fluuioꝝ est coitio. Adest & ara dignitatis eximie: gentium. lx. numero: inscriptū habens titulum. Earumq; singularum statua una. Alia subinde ingēs locata est ara. Hanc urbem genti Segosianorum presidere constat. Que in Rhodani: & Dubidis fluuioꝝ medio iacet. Relique dehinc gentes: uergentes ad Rhenū: partim a Dubide: partim ab Arare: discernuntur. Hi nanq;: ut superius dictum est: amnes ab Alpibus delati: Deinde unum in alueum confluentes: delabuntur in Rhodanum. Alter est fluuius: similiter in Alpibus ortū habēs: Sequana nomine. Effluit aūt in Oceanū: parallela separatus a Rheno distantia: per eiusdem appellationis gentem. Ab oriēte quidē Rheno ꝑpinquior. Ab occasu uero Arari. Quo ex loco ꝑstantissima suillarū carnium salsamentaria Romam deportantur. Inter Dubidem atq; Ararin Eluorū gens inhabitat: oppidum penes Ararin Cabyllinum habētium. Arcemq; Bibractem. Ceterū Edui Romanis sese cōsanguinitate coniūctos asserunt. Primiq; eius regiōis homines: in eorum amiciciā: societateq; conuenerunt. Trans Ararin domicilia tenēt Sequani. & Romanis: & Eduis dudū aduersantes. Germanis enim sepius adherebant. Eorumq; in Italiam impetus inuitabant. Roburq; non mediocre ostentabāt. Adeo ut illis communiter quidem immixti: eorum uires amplificarent. Desistentes autem: diminuerent. Aduersus Eduos: & he sane cause: & fluminis contentio: inimicicias auxit. qui gentē utranq; dirimit. que sibi propriū uendicat Ararin. Sibiq; uectigalia pertinere certat. Hac uero tempestate cuncta Romano subiacent imperio. Rheno aūt uicina omniū ꝑmi colūt Etuatii: quibus fluminis origo uicina est: in Diaduella monte. hic Alpium pars est. A quo Aduas fluuius in contrarium fluit: ad interiorem Galliam: Lacum implens Larium. Cui proximum conditum est Comum. Dehinc in Padum confluit. De quibus postea dicemus. Rhenus quoq; magnas in paludes: Lacūq; magnū effunditur. quē Cereti: & Vindoligi: propius attingunt. Alpinorum pleriq;. & Transalpinorum nonnulli. Huius loci longitudinem stad̄ sex milium esse Asinius Asserit. Quod non ita est. Sed recto cursu paulo plus dimidio est. Ac. n. mille ꝑpter anfractus addita: satis haberet. Nam & celerrimis est. Quocirca nec pōtibus iungi licet. & a montibus defluens supinus: reliquū cursum per plana agit. Quonam igitur pacto permanere potest: celer atq; uiolentus? si supine illius eleuationi lōgos multos anfractus adiunxerimus? Ei autem duo tradit ostia. eos accusans: qui plura dicant. Iste quidem simul & Sequana aliquid profecto: non tamen tm̄dem telluris ambiunt. Vterq; autem in septentrionem ab Austro labit̄. Ipsisq; occurrit Brittania: Rheno quidē propius: Adeo ut Cantiū eius Insule oriētale promontoriū aspectet. Lōgius aūt paulisꝑ Seq̄na. Hoc sane in loco diuus Cesar Brittaniā adnauigaturus

Insulam: classem edificauit. Seqne spatiū: quod nauigatiōi patet: ad onera capiēda: exquo Arar ingreditur: paulo minus est: q̄ Ligeris. atq; Garunne. A Lugduno aūt usq; ad Sequanā: spatium est mille stad. Ab ingressu Rhodani uero usq; Lugdunū: minus q̄ bis tantum interest. Eluetios magnam auri uim possidere: traditur. Qui cū Cimbrorum opes cernāt: nihilominus ad latrocinandū studia conuerterunt. E qbus: cum tres nationes existerent: due per militiā delete sunt. E reliquis tamē locis: quāta prognatorum fuerit multitudo: bellum aduersus diuum Cesarem gestum: maxime declarauit. In quo circiter hominum. cccc. milia interierunt. Reliquos ad milia. viii. saluos emisit. ne Germanis finitimis desertum agrum sineret. Post Eluetios Seqni: & Mediomatrici: Rhenum incolunt. In quibus Tribocchi: natione Germani: relicto natali solo: Rhenoq; traiecto: sedes posuerunt. In Seqnis uero mons est Oeurasius: Eluetios Sequanosq; discernens. Super Eluetios: & Sequanos: & Edui: & Lingones: in occasum uergentes: habitant. Super Mediomatricos Leuci. & quedā Lingonum portio. Inter Ligerim: & Sequanam: fluuium trans Rhodanum: atq; Ararim: gentes ad Septentrionē adiacēt: Allobrogibus & Lugduni incolis uicini. Hoꝝ illustrissimi sunt Aruerni: & Carnuti. Per utrosq; delatus Liger amnis: in Oceanum effluit. A Gallie fluminibus: ad Insulam Brittaniam uicenum: ac tercentum stadiorum Nam q ꝑ maris reflexū a uespa refūdunt: postridie octauā ad horā ad Insulā applicāt. Post Mediomatricos autem: atq; Tribocchos: Triuiri Rheno adiacent. apud quos Romani Imperatores: cōtra Germanos belligerantes: hac tempestate pontē edificāt. Loca hec trans Rhenum incolebāt Vbii. quos ad interiorem Rheni ripā traduxit Agrippa. nec inuitos quidē. Contigui Triuiris sunt Neruii. & hi quoq; natio Germanica. Nouissimi ad utranq; flumīs ripā habitāt Menapii. his ꝑ paludes: & nemora domus sunt. Non ꝓcere qdem materie: sed dense: & dumose. Secundū istos Sugābri Germani: cōsistunt. Huic fluuiatili regioni toti supimminent Germani alteri. quos Sueuos appellant. qui potentia: & hominum frequentia: reliquos antecellunt. A qbus eiecti in interiorē nunc Rheni partē confugerūt. Alii quoq; per alia loca: potētatu ualentes manent: bellorum incendia excipiētes semper: cum primi in perniciē tracti sint. Ex Treuiris autem: & Neruiis: Senones: & Rhemi sua in occasum habēt domicilia. Insuper & Atrebati: & Ieburones. Ceterum Menapiis ad mare proximi sunt Morini. & Belloaci. & Ambiani. & Suesiones. & Caleti. usq; ad Sequane amnis exitū. Morinorum ager: & Atrebatorum & Ieburonum: & Menapiorum est perq̄simili. Silua enim est sane procerarū arborū: permagna quidē: uerum haud magnitudine tanta: q̄tam rerū scriptores tradidere. stad: milibus q̄ternis. Eam uero Arduennam uocitant. At contra bellorum impetus: spinosos dumorum ramos inuicem texentes: irruptiones occludunt. non nullis in locis etiam uallos defigentes: in interiora sese ipsi excipiunt: profunda passim inhabitantes nemora: per paludes quasdam paruas tenēt insulas. Abūdātibus itaq; hymbribus: tutissima habebāt receptacula. Arescētibus uero locis in ditionē facile redigebātur. Ceterum his amnis omnes intra Rhenū incolētes per pacis ocium Romano obediunt imperio. Circa Seqnam fluuiū sunt & Paresii: qui in ipso fluuio Insulā habēt. urbēq; Lucotociam. & Meldi: & Lexouii: Oceano uicini. Super omnis autem eius tractus incolas: Rhemi dignitate precellunt. Ipsorū Metropolis Duricortora. Frequentissimam habent ciuitatem: Romanos accipiētes ductores. Post iam dictos populos: reliqua Belgarum est natio: ad Oceanū. E qbus Veneti sunt: qui aduersus Cesarē nauali certamine contenderunt. Ii enim emporio freti: parati erant Cesaris cursum in Brittaniam interrumpere. quos haud difficulter

superauit: nõ utiq; rostratis usus nauibus. Eorum nanq; naues lignorum crassitudine erant confecte. Sed uentoꝝ impetu in se delatas Romani milites excipiebãt: falcatis hastis Carbasa diuellentes. Obuentorum enim uiolentiam: ex alutis consuta erant. Pro rudentibus quoq; Cathenas intenderant. Lata uero faciunt tabulata. Proras: pupesq; celsas e querna materia. Cuius abundans illis est copia. Id aũt propter maris estuaria. Quocirca tabularum iuncturas strictim nõ conserũt. Sed rarius hiantes dimittunt. quas inde Algis constipant: ne ligna caloribus interremulcãdum apianť. Sunt enim alge natura humidiores. Quercus autem arida: omni carens pinguedine. Hos ego Venetos esse opinor: a quibus ueneti: sinũ colẽtes Adriaticum: in coloniam deducti sunt: Reliqui enim fere omnes in Italia Galli: e transalpina Gallia cõmi/grarunt. sicuti Boii: & Senones. Verũ propter nominis similitudinẽ: Paphlagonas esse dictitant. Hec autem non affirmauerim. De huius enim generis rebus ipsa satis est coniectura. Sismii inde sunt: quos Pytheas Timios nominat. Hi procumbens admodum in Oceanum promontorium habitant. Non tantum tamen: quantum & ille: & illius sequuti fidem tradidere. Que locum autẽ inter Sequanam. & Ligerim gentes tenent: ee partim Sequanis: partim Aruernis propinque sunt. Vniuersa uero natio: quam hec etas Gallicam: uel Gallaticam nominat: martis studio: & animorũ ardet impetu. conserende pugne alacritate impigra. Alioquin simplex: & nulla moꝝ malignitate degens. Eapropter: siquis eos irritet: adunati pugnas pariter ineunt. Apti quidem: nihilq; premeditati. Vnde cõtra se militare uolentibus: mãsueti atq; tracta/biles fiunt. Nam quo in tempore: & quo in loco: quaq̃ ex occasione: quispiam illos lacessierit: eos in discrimen paratos habuit. preter uim: & audaciam: nullum ad prelia ferentes adiumentum. At enim persuasione adducti: utilitati facile cedunt. unde ad studia: & disciplinas: animos applicant. Ex corporum autem magnitudine: ipsa uis inest. Ex gentium uero multitudine: inunum ex facili frequentes conueniunt: sim/plicitate: atq; rigore attracti: propinquis maxime condolentes: quos per iniuriam uiolatos uiderint. Hoc uero tẽpore cuncti pacẽ agitant: subiecti: & ad Romanorũ edicta: uiuentes. a quibus in potestatem redacti sunt. Ceterum antiquis ex tẽporibus: hec de Gallis accepimus: ex permanentibus adhuc confinium Germanorum legibus. Natura. n: & ciuibus institutis: ii per similes: & cognatione inter se coniuncti: uicinũ colunt agrum: quẽ Rhenus amnis separat. paria: maxima ex parte: cũcta ferẽtem. Sed Germania magis ad Arcton exponitur: Si Australes: ad Australes partes: et Septentrionales: ad Septentrionales: iudicaueris. Quãobrẽ eoꝝ facilius desolotiones contingit euenire: cũ gregatim inferanť. & totus simul exercitus: ex uniuersis potius excitetur habitaculis: cũ ab aliis ualidioribus eiciantť. Hos Romani minori negotio: q̃ Hispanos: subiugarunt. His. n. antea bellũ inferre incipientes: nouissime finierũt. Illos aũt medio in tẽpore cũctos debellauere penitus: qui intra Rhenũ: Pyreneosq; montes iacent. Nam qui gregatim totis copiis irruebãt: gregatim simul debellabanť. Hispani uero prelia partiti: uires uti depositum seruabant. Alii alio tempore: aliisq; in partibus: latrocinandi more belligerantes. Sunt igiť om̃es natura bellaces: equitatu: q̃ peditatu: longe prestantiores. Ab hisce Romanis optimus adest equitatus. Sempq; spectãtes in Boream: atq; Oceano propiores: conferendis pugnis audaciores. E qbus summos Belgas asserunt esse: per gentes quindecim diuisos: intra Rhenũ: ac Ligerim: uergentes in Oceanum: domos habentes. Solos tamẽ aduersus Cimbroꝝ: & Teutonũ impetum Germanorum obsistere nequeuntes. Belgarum fortissimos Belloacos esse: dicũt. Post istos Vessiones. Quã uero numerosa mortaliũ freqũetia sit: uel eo patet

inditio. Ex Belgiſ enim qui ferre arma priuſ poterant: ccc. milia cenſeri: dicebantur. Dicta eſt & Eluetiorum: & Aruernorum: & Sotiorum: multitudo. E quibuſ ingēſ mortaliū uiſ apparet. Et mulierū uirtuſ ad procreandoſ: educandoſq; filioſ. Sagiſ ueſtiuntur: Comaſq; nutriunt. Prolixiſ utunt̄ feminalibuſ. Pro tuniciſ uero: ſciſſoſ gerunt cū maniciſ amictuſ. uix pudenda: nateſq; uelātēſ. Lana quidē aſpera: Ceterū oblongiſ uilliſ. Vnde: & hirſuta texunt ſagula. que lene uocant̄. Verūtn̄ Romani in ſpectātibuſ ad Septētrionē regióibuſ: gregeſ: urbane admodū lane ī pelle nutriūt. Armatura: pro corpoꝝ proceritate eq̄liſ. Gladiuſ longuſ: a dextro depēdenſ latere. Clipeuſ longuſ. Haſte ad proportionē. & Meriſ pelte genuſ eſt. idest iaculi. Arcubuſ etiā pleriq; utuntur: & fundiſ. Eſt & illiſ: Sparo ſimiliſ: fuſtiſ. Quē nō e falarica: Sed e manu iaculant̄. cum telo certiorē infligat ictū. Quo in aucupiiſ potiſſimū utunt̄. Hāc etiā in etatē uulgo humi cubāt. Cenitanteſ in ſtramentiſ aſſident. Plurima cum lacte illiſ eſca. Carnibuſq; multifariā: pſertim Suilliſ: & recētibuſ: & ſalitiſ. Sueſ aūt in agriſ uerſant̄. & pceritate: & robore: & celeritate: pſtanteſ. Adeo ut inſueto cuipiā accedēti: nō minuſ: q̄ Luporū periculū ingruat. Domicilia: & pluteiſ: & cratibuſ: ad teſtudinem habent. Et quidem permagna. multiſ impoſitiſ lacunaribuſ. Tam copioſi illiſ: & ouium: & porcorū: gregeſ ſunt: ut hinc: & ſagorū: & ſalſamentoꝝ abundātia: non ſolū Rome: Sed etiā pluribuſ Italie partibuſ: ſuppeditetur. Plurimaſ ciuitatū primoreſ gubernant: Ducem unū primiſ tēporibuſ: ad annū deligenteſ. Sicut & in bello: unuſ a multitudine deſignabat̄ Impator. Nunc uero utplurimū Romanorū edictiſ parent. Illud in eorū cōciliſ peculiare obuenit. Siquiſ: alio contionāte: uel tumultuetur: uel obſtrepat: miniſter ſtricto occurrit enſe. & minitabūduſ ſilentium imperat. Qui ſi non deſierit: ſecundo: ac tertio idem factitat. Deniq; tantū abſcindit e Sagulo: ut: quod reſiduū eſt: reddatur inutile. Aliuſ quoq; permultiſ eſt commune Barbariſ: ut uirorū: ac mulierū: contraria noſtriſ: permutent opera. Apud omēſ treſ paſſim nationeſ: eximio in honore ſunt. Bardi. Vatieſ. Druide. Bardi quidē: laudati/ onibuſ: rebuſq; poeticiſ ſtudent. Vatieſ aūt: ſacrificioꝝ: naturaliumq; cauſarum cure dediti. Druide: pter cauſarū naturaliū ſtudia: moralē diſciplinā exercent. Iuſtiſſimi autem: omniū opinione cū ſint: priuata & publica iudicia eorū fidei mandant̄. adeo ut rem etiā bellicā antea iudicarēt. Ita ut Martē collaturi: illiſ iubētibuſ: deſiſterēt. Capitiſ quoq; iudicia horū ſententie permittebantur. Cumq; horū eſt abundantia: & agri fertilitatem fore: exiſtimant. Immortaleſ animaſ: & mundum: & hi: & alii eſſe aſſerunt. Ignē & aquā: aliquando ſuperaturoſ. Simplicitati: atq; animoſitati: multū ineſſe imprudentie ſimul: & ſuperbie: & ornamentoꝝ ſtudiū. Et enim aurea illiſ ſunt geſtamina. Collo quidē torqueſ. Manibuſ aūt: & lacertiſ: Armille. Dignitatiſ homieſ: tinctaſ geſtāt ueſteſ. & auro pictaſ. Qua ex leuitate: uictoreſ quidem: intollerabileſ ſunt. Victi autem: ſtupidi uident̄. Amentie quoq; barbarici moreſ adſunt. Et quod Borealibuſ plurimū gentibuſ accidit: ſuepte nationiſ ignoratio. E prelio decedenteſ ceruicibuſ equoꝝ hoſtiū capita ſuſpendunt. Eaq;: domū delata: ut ſint ſpectaculo: ueſtibuliſ affigunt. Poſidoniuſ aūt ſcriptū reliquit: Cum hec primū multiſ ſpectaret in lociſ: ob rerum inſolentiam: obriguiſſe. Poſtmodū ex aſſuetudine: equiore tuliſſe animo. Illuſtriū aūt uirorū capita cedrinīſ condienteſ odoribuſ: peregriniſ oſtētant. Nec tantidē auri redimi dignabantur. Ab hiſce uero rerum obſcoenitatibuſ: foediſq; ſacrificiorum: & diuinationum: ritibuſ: mori noſtro contrariiſ. Romani prorſuſ eoſ auerterunt. Nam hominē diuinationi deſtinatū in tergo ferietēſ: ex ipſo impatiētie: afflictandiq; modo: uaticiniū capiebāt. Immolabāt aūt: Druidiſ nequaq̄ abſentibuſ.

Alia quoq; humanorum sacrificiorum genera traduntur. Quosdam.n.sagittis cōfigebāt. Et intra sacras edes patibulo suffigebant. Magnāq; e foeno chorto statuā apparātes: Eiq; lignū iniectātes: pecoraq; & uarias inmittentes beluas: atq; homīes: holocaustū faciebant. In Oceano autem Insulam paruā non longe in pelago in exitu Ligeris amnis preiacentē esse inquit. Eam inhabitare Samnitarum mulieres: Bacchi numine afflatas. Ipsas quidem deum istū propitiantes: & festis ritibus: & aliis sacrorum formis exorantes. Virum nullū Insulam inscendere. Ceterum mulieres ipsas traiiciētes uiris commisceri. Rursusq; reuerti. Annui moris esse: ut templū eodē die detegāt. denuoq; tegant: ante solis occasum: unaquaq; pondus afferente. Cuius uero pōdus exciderit: eam ab reliquis dilacerari. Particulas autem baiulantes nō ante cessare: q̄ rabies ipsa cessauerit. Semper autem euenire: ut aliqua: id passura: cadat. Multo aūt fabulosius id: quod Artemidorus asserit quidem: de coruis accidens est. Portum enim quendam in Oceani littoribus esse scribit: quem duorum Coruorum uulgo nominant. In eo quidem duos apparere Coruos: dextris albicātes alis. Qui igitē ulla de controuersant: illuc accedere: in sublimi loco posita tabella utrūq; seorsum in ipsa lagana collocare. Ipsas dehinc aduolantes alites: partim commanducare: partim dissipare. Cuius autem lagana dissipentur: illum uictorem euadere. Hec quidem fabulosius memorat. De Cerere uero: atq; Proserpina uerisimiliora dicit. Insulam Brittanie proximā in qua similia Samothracibus Cereri: & Proserpine sacrificia fiunt. Huic etiā fides est adhibenda. Arborē in Gallia nasci: fico simillimam: fructū corno similem gignere: unde pharethre fabricantur. Eam si incidas: loetalem succum effundere: ad inungendas sagittas utilem. Illud etiam diuulgatum est: Gallos omnes contentionis auidos esse. Penes eos dedecus non esse putatur: cū adolescentes uigentibus annis minime parcūt. Ephorus tam late Gallie magnitudinem excedere tradit: ut quam nunc uocamus Iberiam: plurima illius spatia Gallis: usq; Gades attribuat. Homines ipsos Greci nominis amatores declarat. Multa de illis peculiariter asserit: que huius tempestatis hominibus: haud sane respondent. Hoc etiā illorum est propriū ut laboribus agitentē: cum macilenti sint: uentresq; minimepropendeant. Quisquis item iuuenis Zone mēsuram excedat: mulctari. Hec quidem de Transalpina Gallia. Brittanie forma. Triangula est. Eius latus: ubi ad longitudinē maximū est: Gallie eregione opponitē: neq; minus: neque ꝓductius. Est enim stad: circiter .iiii. miliū &. ccc. aut. cccc. Latus utrunq;. Et Gallicum: ab Rheni eruptione: usque ad Arctica Pyrenei montis: excurrentia saxa ad Aquitaniā. & Cantii & Rheni ostiis oppositi. Quod quidē orientē maxime solē prospectans Brittanie signū: usq; ad extremas Insule rupes: in occasum: contra Aquitaniam: montemq; Pyreneum est. Hec quidem a Pyreneis montibus ad Rhenum minima distantia est. Quandoquidem maxima dicta est stad. v. milium. At acclinationem quandā esse a parallela flumini locatione: credendū est. ex utraq; ad montē parte inflexione q̄dam facta ad extrema in Oceanū uergētia. Quattuor uero: quibus ex cōtinenti assidue in Insulā utunē: interualla sunt: que ab egressibus amnium: extant. Rheni uidelicet: ac Sequane: Ligerisq; & Garunne. Illis autem: qui uicina loca tenent: ascensuris ex confinibus Menapiorum Morinis: non autem ab eius ostio enauigatio est. Quibus quidem Itium uicinum est. quo nauali usus est diuus Cesar: cum in Insulam cursum soluit. Intendētibus autem iam tenebris ascēdēs: postridie eius diei: horam circiter quartā: applicuit stad: ccc. ac. xx. cursum cōficiēs. Frumenta uero deprehendit per rura. Maxima plane pars Insule campis constat. & arbustis. Sunt etiā nonnulli per agrū tumuli. Tellus frugifera: pecore abundans.

auro. argento. & ferro. Hec ex ipsa efferuntur Insula. Pelles quoq; atq; mancipia.
Canes etiam ad uenandum aptissimi. Galli his quidem indigenis ad belligerandum
plurimum utuntur. Virorum quidem statura: supra Gallos procera. Sed non adeo
flauẽte coma. Corpora uero laxiora. Quod aũt proceritatis inditium est. Vidimus
nos Rome puberes longissimi corporis indigenis semipede celsiores: lingua balbuti/
entes. In ceteris non pulchris admodum lineamẽtis: in cõsistendo. Moribusq; partim
Gallis similes. partim simpliciores. magisq; Barbaris. Quidam igitur lactis abundãtes:
conficiendi Casei: per imperitiam: prorsus sunt ignari. Colendorum hortorum: et
Ruris operum imperiti. Potentatus habent inter se. Et instar Gallorũ quorũdam
in gerendis bellis immanes utplurimum. Eorum urbes sunt nemora. Latissimos enim
Cyrcos: deiectis obstruunt arboribus. Vbi constructis Tuguriis: & ipsi pariter: et
armenta stabulantur. Nec multum quidem ad tempus. Hymbriferum aerem magis
q̃ niualem: esse constat. Per serenitates autem nebula late obtinet: Adeo ut die tota:
tribus tantum: aut quattuor horis: circa meridiẽ: ipsum Solem aspiciant. Hoc idem
Morinis: & Massapiis: eorumq; finitimis: contingit. Diuum Cesarem bis in Brittaniã
transisse: constat. Vnde re nulla quidem magnifice gesta: euestigio reuenit. Nec
longius introgressus Insulam: cum inter Barbaros in Gallia militesq; suos orte sediti/
ones essent. Accessit etiã magna classis amissio: uehementibus aq̃rum inundatiõibus:
& decrementis rotunda luna. Duabus autem uictoriis contra Brittanos re bñgesta:
cum duos tantum militum ordines traiecisset: acceptis obsidibus: magnum seruorum
numerum: ingentemq; predam reportauit. Hoc tamen tempore: quidam eius loci
principes legationibus & obseruantiis Augusti Cesaris amiciciam comparantes: In
Capitolia dona deis obtulerunt. & uniuersam fere Insulam Romanis propriam: fa/
miliaremq; instruxerũt. Vectigalia grauia tolerãt: siue hinc res in Galliã importẽt:
siue illinc exportẽt. Hec autem sunt eburnea uasa. forfices. monilia. Et ex electro:
& uitrea: supellex. Et alia huiusgeneris mercimonia. Adeo ut ad Insule custodiam:
nullo iam opus sit presidio. Non enim plus ordine uno militum: uel equitatu aliquo
indiget. Adeo ut ab ipsis tributa redigantur. Equaliter enim est impositum uectigal.
Vniuersa uero impensa: collectis inde pecuniis: pars exercitui constituitẽ. Tributorum
nanq; solutionem impositorum comminui necesse est. Simul & periculis occurrendũ
est nonnullis: si adacta sit uiolentia. Sunt & alie circa Brittaniam insule. Quedam:
parue quidem. Ceterum ei annexa magna est Ibernia: ad Septentrionem exposita.
prolixa. Sed amplissimã latitudinẽ habens. de qua nihil dicere manifestũ habemus.
hoc duntaxat excepto: quod longe magis q̃ Brittani: siluestres illius sunt incole. An/
dropophagi idest hominum carne uescentes. Manduconesq; magni. Defunctos
etiã parentes esse: in eximia honestatis parte ponũt. Nec minus alienis in ꝓpatulo
uxoribus immisceri. Matribus etiã. atq; sororibus. Horum etiã que cõmemoramus:
dignos fide testes: non sane habemus. Atqui commanducandorum morem hominũ
Scytharum esse tradit. In obsidionalibus quoq; necessitatibus: idem factitasse Galli
& Hispani: aliisq; complures: dicuntur. De Thyle item obscura est historia: ꝓpter
eius in ultima loca remotionem. hanc siquidem supér omnis fama uulgatas: magis
atq; magis ad Septentrionem expositã locant. Ceterũ ea: que de hac ipsa deq; uicinis
illis locis Pyteas scripta reliquit figmenta esse: per celeberrimas regiones: nobisq; no/
tissimas: cõstat. Plurima. n: ut superius diximus: mẽtitus est. Itaq; & de remotioribus
magis mentitus apparet. Veruntamen iis: que ad celi rationem: et Mathematicam
speculationem attinẽt: satis cõmode usus uidetur. De rebus potissimum frigide zone

propinquiſ. de fructibuſ. deq; animalibuſ manſuetiſ. partim omnimodam ſterilitatē: partim raritatem exponenſ. Milio: reliquiſq; caulibuſ: & fructibuſ: atq; radicibuſ ali. Apud aliquoſ frumēta naſci. Melq; produci. & hinc potum ſumere. Triticum autem: quia ſoleſ puroſ non habent: intra laxaſ domoſ: congeſtiſ eo ſpiciſ triturare. Areaſ: cum ſole careant: & pluuie inundent: reddi prorſuſ inutileſ.

Poſtq̄ de Tranſalpina Gallia: deq; tenentibuſ eam regionem gentibuſ: ſcriptum eſt: de ipſiſ iam Alpibuſ: Deq; earum habitatoribuſ: deinde de uniuerſa dicendum eſt Italia. Eundē igitᵉ in deſcribendo ſeruant ordinē: quē ipſa locoꝝ natura ſuppeditat. Alpeſ profecto ipſe: non quidem a Monoechi portu: ut pleriq; referunt: Sed iiſdem ex lociſ a quibuſ Apennini monteſ incipiunt. Ad Genuam Liguſticum Emporium: & Sabatia Vada nuncupata. que paludeſ ſunt. Apenninuſ quidem a Genua. Alpeſ uero a Sabatiſ initium capiunt. Inter Genuam uero & Sabatioſ ducenta ac ſexa/ginta ſtad̄: interſunt. Inde poſt. ccc. & . lxx. ſtad̄: Albingaunuſ eſt oppidum. cuiuſ incole Ligureſ Ingauni appellātur. Ex hoc loco ad Monoechi portum ſtad̄. cccc. & . lxxx. Quo in medio urbſ ingenſ eſt Albion Intemelium. cuiuſ habitatoreſ Inte/melii uocantur. Ab hiſce nominibuſ indiciū ponunt: quod a Sabatiſ Alpeſ ꝑmordiū habent. Alpia enim prioribuſ ſeculiſ uocabatur Alpia. Quemadmodum & Alpionia. Nanq; hoc tempore in Iapodeſ monſ excelſuſ harum ultima attingenſ. & Alpeſ ipſaſ Albium nominant: perinde ac eouſq; extendant Alpeſ. Cum igitur Ligureſ: partim Ingauni: partim Intemelii ſint: Eorum colonie ad mare deducte: una quidē Albiū Intemelium: quaſi Alpium: Altera uero diuiſim magiſ Albingaunum: uocantᵉ. Hiſce duabuſ nationibuſ Ligurū: quaſ ante dixi: Polybiuſ unam Oxybiorum: & alteram Deceitorum adiungit. Hoc littuſ uniuerſum a Monoechi portu: uſq; Thuſciam continuū omnino ſine portubuſ eſt. exceptiſ paruiſ q̄buſdā ſtationibuſ ad iactādaſ Anchoraſ minuſ inептiſ. Imminent immaneſ rupeſ atq; precipiteſ. que iuxta mare anguſtoſ relinquunt tranſituſ. Qui Liguriā habitant: ut plurimū ex pecore uictū agitant: lacte: ordeaceaq; potione: maritimiſ ex lociſ: ac montaniſ: paſtū queritāteſ. Materiam uero edificandiſ nauibuſ frequentiſſimam: hinc monteſ habent. arboreſq; maximaſ. adeo ut in quibuſdam craſſitudiniſ diameter octoniſ inueniatur pedibuſ. Plurima etiam ad uarioſ uſuſ: & fabricanda mortaria. Nec uero ad conficiendaſ menſaſ deteriora. Que omnia ad Emporium Genuam comportantur. Pecora item. Pelleſq;: & mella. Contra uero oleum & uinum Italicum exportant. Quod quidem illiſ modicum: ac picatum: & auſterum eſt. Hinc equi & muli naſcuntᵉ: quoſ gygenioſ uocitant. Hinc Liguſtice tunice. Hinc ſagula. Abundat etiam apud eoſ Linguriū: quod electrum quidam appellant. Non multi admodū equo militant. Pediteſ uero: in tumultuariſ preſertim pugniſ optimi. Ereiſ autem utenteſ parmiſ: coniecturam dedere: ſeſe origine grecoſ eſſe. Monoechuſ preterea portuſ ſtatio quedam eſt: non magnarum: non multarum capax nauium: Templum habēſ Herculiſ: cognomēto Monoechi: quoniam iſ in eo habitet ſoluſ. Porro Maſſilienſiſ annauigatio: ipſo ex nomīe huc uſq; uidetᵉ extēdi. Ab Antipoli uero: paulopluſ ſtad̄. cc. abē Hoc ex loco Maſſiliam uſque: & paulo ulteriuſ genſ Sallyorum incumbenteſ tenet Alpeſ. & nō nullaſ ipſiuſ littoriſ rupeſ: cum Greciſ promiſcue. Priſci autem Greci Sallyoſ ipſoſ Ligureſ uocant. Regionē ꝙ Liguſticam: quam Maſſilienſeſ habitant. Poſteri uero Galli: Ligureſ uocauerunt planiciem ipſam: uſq; Luerionem: atq; Rhodanum. Ex qua ipſi incole: non modo peditatum: uerum etiam equitatum: mittere ſolebant: in denaſ diuiſi parteſ. Prioreſ hoſ ex trāſalpiniſ Galliſ in poteſtatē redegere Romani:

contra istos: contraq; Ligures bellum diuturnum protrahentes: cum ipsis transitum in Hispaniã occludere conarentur: qui per littus habendus esset. Nam terra: mariq; frequentissima illorum fuere latrocinia. Tantoq; ualebant robore: ut uix: adductis etiam magnis exercitibus: tutum transeuntibus iter extiterit. Octogesimũ uero cum eis belligerantes ad annũ: difficulter effecerunt: ut publice permeantibus: uia ad stad. xii. latitudinem laxaretur. Tamen postea: fractis uniuersis: ipsi terrore incusso: gubernandi formulas imposuere. Post Sallyes: tenent Albienses: & Albieci: & Vocũtii: montana in Septentrionẽ uergentia. Vocuntioꝝ regio ad Allobrogas usq; ꝓtendit. Ii profundas in montanis ualles habent. memorabiles quidem. neq; ulla ex parte uallibus: quas tenent illi: deteriores. Allobroges itaq; sub Pretoribus in Narbonẽsem proficiscentibus agrum: instruuntur. Vocuntii autem: uti Volcas diximus: ad Nemausum iure suo instructi tenentur. Ceterum qui inter Varum: & Genuã incolũt Ligures: Idem in Italicorum numero sunt: ad mare pertinentes. Ad montanos aũt quidam Prefectus equitum: sicut & ad reliquos omnino Barbaros: mittitur. Post Vocuntios: Siconii sunt. & Tricorii. deiñ Medualli. excelsos habentes uertices. Eoꝝ igitur rectissimum in sublime cacumen: stad. centũ ascensum habere tradit. Rursum hinc ad Italie terminos: descensũ patere aiunt. Supra uero nõ nullis in locis admodũ cauis: lacus est ingens. & fontes duo. non multum inter se distantes. Ex altero amnis effunditur Daruentius nomine. per confragosa sese in Rhodanum loca precipitãs. Contraria uero de parte Durias: sese immiscet Pado. per Salassos: intra Alpes illabẽs Gallie. Ex altero: longe humilior ipse padus: per hos locos editur: multus ac celer. Progressus autem maior: molliorq; efficitur. Nam multis ex amnibus incrementum excipit. potissimum quom ad plana fuerit. & latius extenditur. Diffusus igitur circunflectit. & cursum segnem reddit. Iamq; amplissimus: Adriaticum irrũpit pelagus: Cunctos Europe fluuios: preter Istrum: magnitudine exuperans. Adiacet Medulli. maxime ubi Rhodanus: & Isar confluunt. Ad alteram uero uergentem in Italiam partem: ex montibus dictis: Thaurini: gens Ligustica: Reliquiq; Ligures tenent. Horum ager est: quem Ideonnii: & Cottii dicunt. Post istos & Padum Salassi sunt. Sup quos quidẽ in cacumĩe Ceutrones: & Catoriges. & Varagri. & Nãtuate. Lacusq; Pelemena. per quem Rhodanus effertur. & fluminis ipsius fontes. Non lõge autem ab istis sunt Rheni fõtes. & mõs Aduella: ex quo in Septẽtrionẽ Rhenus excurrit. Et diuersa ex parte Adua: in lacum Larium: iuxta Comum intrans. Supra Comum ad Alpiũ radicẽ: Rheti iacẽt: & Vennones: ad orientẽ uersi. Alia ex parte Lepõtii. & Tridentini: & Stoni: & alii cõplures populi parui: Italiam tenẽtes: qui supioribus annis inopes latrocinabantur. Hac autem etate: aut deleti sunt: aut mansuetiores facti penitus: ut cum antea transcensus per eorum montes pauci & difficiles essent: Nunc multis ex locis per eos mortales: & tuti & transitu faciles: ꝓpter eoꝝ apparatũ: habeantur. Augustus enim Cesar: ad latronum delendas insidias: magnum: quantum licuit: uiarum apparatum apposuit. Non enim propter uastissima petrarũ ingentiũ precipitia: ubiq; naturam uiolare: fas fuerat. cum hinc quidem supra uias imminerent: hinc autem ruerent. Adeo ut perparua ab ingredientibus euitari discrimina nequeãt. incumbentibus in tam profũdas fauces casibus. Ibi uero aliquas ad partes: adeo limes angustus est: ut & uiatoribus & iumentis: presertim insuetis: uertiginẽ oculoꝝ afferat. Sinu autem indigene tuto gestentur. His igitur nulla prestare licet remedia: neq; glatialibus crustis: que supne: & quidẽ lubrice illabentes: uniuersam occupãt semitã. & in subiacentes extrudunt ualles. Frequẽs enim super glatiẽ glaties: inuicẽ incũbit.

ingruentibus maxime niuibus: anteq̄ in supficie omnino solibus dissoluant. Salassorꝫ quidem regio magna est. profundam utrinq; uallem: agrumq; claudentibus rupibus. Eorum etiam pars in superiora extenditur cacumina. Illis itaq; qui ex Italia supra montes positi sunt: una per uallem iam memoratam uia est. Inde Bifariam diuiditur. Vna quidem per Poeninum: sic enim dicitur: ducit: per Alpium summitates iumētis inaccessibilis. Altera per Ceutrones: prolixior. Tellus Salassorum aurifodinas habet. Quas Salassi: cum olim potentia ualerent: possidebant. Sicut & ingrediendi dominiū obtinebant. Magnam quidem illis opem ad effossiones erarias: aurumq; diluendum Duria fluuius afferebat. Quocirca multis in locis aque ductus partientes: cōmunem alueum exinanibant. Quod cum ipsis ad auri uenandi conquisitionem conduceret: reliquos sua colentes arua: rigationibus destitutos contristabant. Cum fluuius tantis suppeditare terris potū nequiret. quia superdextrū haberet alueū. Eam ob causam assidua inuicem prelia gens utraq; conserebat. Potitis inde rerum Romanis: Salassi quidē & aurificiū simul: & agrū amiserūt. Verum mōtiū iura tenentes: adhuc aquam publicanis: & aurifodinas capessentibus uenundabant. Aduersus istos uero: propter publicorum uectigalium auariciam: assidue discetaptiones gerebant. Hoc pacto Romanis: qui Pretores: aut locorum Prefecti: mittebātur: occasiones semp abunde prestabant: quibus bella susciperent. Postremo ad hec usq; tēpora: nunc impugnati: nunc soluto bello Romanis conciliati: potentes tamen erant. Et multis damnis ab ipsis latrocinantibus affecti sunt. qui per eorum montes traiecerunt. Quippe a qbus Decimus Brutus: & Mutina fugiens: data uiritim Drachma: sese redemerit. Messalla quoq;: cum iuxta illos hyemaret: pro raptis ad comburendū lignis: itemq; ad hastilia Tironibus exercendis ulmis: preciū pendere coactus est. Hi quoq; mortales quādoq; Cesaris pecunias diripuerunt. Factisq; semitis: aut iunctis ponte fluuiis: precipites exercitibus rupes cōmoditatem apponebant. Posterius Cesar Augustus eos funditus deleuit. Et uniuersos sub corona uenūdedit. ad Eporediam: Romanorꝫ coloniam: deportatos. Quam ideo inhabitandam curauerunt: ut Salassis presidium esset. Paulisper autem obsistere ibidem potuere. Quoad extincta eorꝫ natio est. Ceterorꝫ qdem corporum milia sex & trigīta censa sunt. Qui autem ferre arma poterant: viii. milia impleuere. Terrentius Varro Imperator cūctos illos: acie uictos: sub hasta uēdidit. Tribus Romanorum milibus Cesar Augustus missis: urbem Augustam habitandā tradidit. Quo in loco Varro castra iam habuerat. Nunc autem finitima regio: usq; ad summa montiū cacumina pacata uiuit. Vniuersa deinceps montana pars: in Orientem: & in Austrum uergēs: a Rhetis: Vindelicisq; tenet. Bois Eluetiisq; cōfinibus. Nam eorum campis imminent. Ceterum Rheti ad Italiam usq; pertinent: que supra Veronam: & Comum est. Vinum Rheticum inter Italica: egregie commendata: non sane inferius: in motanis illorum radicibus nascitur. Ipsi autem ad ea usq; loca: que Rhenus secat: extenduntur. Huius autem nationis sunt Lepuntii: & Camuli: atq; Vindelici. & Norici. & montana exteriora tenent maiori ex parte cū Brencis: & Tennanis: horum iam Illyricorum. Isti finitimas Italie partes omni tempore: & Eluetiorum: & Sequanorum: & Boiorum: & Germanorum incursabant. Et enim ferocissimi inter Vindelicos Licattii: & Clautenatii: & Vennones cēsebant. Rhetorꝫ autem Rhucantii: & Cotuantii. Estiones uero: & Brigantii ad uindelicos pertinent. Eorum oppidum est Bicantium: & Candobunum. & Licantiorꝫ ueluti arx quedam Damasia. De horum ipsorum seuitia Latronum in Italos: tale quiddam memorie proditur. Cum uicum aut urbem quādam in ditionem traxerint: nō modo puberes:

uerum etiam infātes mares trucidāt. nec in hisce conquiescunt: uerū etiam pregnātes mactāt mulieres: q̄scunq; illoꝝ uates marē cōcepisse dicerēt. Post istos ꝓpiores sinū Adriaticū ad Aquileiā nō nulli Norici: Carniq; tenēt. In Noricis & Tauriscis sunt. Hoꝝ omnium impudentissimas incursationes repressit Tiberius & eius frater Drusus: estate una. Vnde annus agitur tertius & tricesimus: exquo quieti ordinatim tributa pendūt. Per tota Alpiū ipsarū mōtana: qdam terraꝝ extāt tumuli: qui cōmode coli ualeāt. uallesq; bñ cōdite. Maiorē tñ partē: pſertim ad uertices: ubi latrōes cōsistebāt: incultā: & infructuosam fuisse cōstat. Idq; tum ꝓpter illoꝝ artes. tum ꝓpter telluris asperitatē. Ex uictus igit: & rerū ceterarū inopia: illis interdū parcebāt hominibus: qui cāpos habitabāt: ut qui eis cibū suppeditarēt: haberēt. E cōtra illi resinam: picem: Tedā: Ceram: Caseū: mel: retribuebāt: Quoꝝ quidē eis copia superat. Super Carnos uero Apēninus mōs incūbit: Lacū habēs: in amnē Isarā cōfluentē. Qui rapto secū Atage: altero flumine: effert in Adriaticū sinū. Eodē aūt ex lacu fluuius alter in Istrū labit. Quē Atesinū uocant. Ister. n. ab hisce mōtibus in multa diuisus capita: sumit originē. Excelsa. n. Alpiū capita cōtinua hactenus extēdunt. & unius mōtis faciē exhibuerūt. Remissa tñ: & inclinata: plures in partes: & plures in uertices attollunt. Primū est hoꝝ trans Rhenum & Lacū: in orientē uergēs: mediocriter sublime dorsum. Quo in loco Istri fontes iuxta Sueuos: & Hercyniam siluā sunt. Alia sunt cacumia in Illyricū atq; Adriaticū sinū cōuersa. E qbus ē iā dictus mōs Apēninus. & Tullū. & Phlygadia. Quibus subiacent Vindelici. A quibus Dura: Clanisq; & alii cōplures: per ualles excurrētes fluuii in Istri alueū intrāt. Porro Iapides circa hos habitāt locos. Gens Illyricis Gallisq; cōmixta. Et penes istos est sublimitas. Iapides igit utroꝝ florētes robore antea: & utroq; ex mōtis latere domicilia habētes: ab Augusto tandē Cesare: sūmo cū labore debellati sunt. cū late latrociniis inualescerent. Ipsoꝝ aūt oppida Metulū. Arupeni. Monetiū. Vendū. Post hos urbs Segestica: in plano sita. Iuxta illā Rhenus ipse preterlabit: in Istrū influēs. Vrbs ipsa aduersus Dacarū bellū opportune sita est. Ocra uero humillima ꝑrsus Alpium pars est: ubi Carnis adiūgit. Qua ex Aquyleia onera plaustris: ad Pamportū: Sic. n. appellant: deuehunt: stadꝰ nō ultra. cccc. iter est. Iñ per fluuios ad Istrū usq; uectant. Locaq; huic uicina. Pamportus. n. amnis ex Illyriis nauigabilis defert. Intrat aūt Saum. ut facile in Segestanā orā: & Pannoniam: & Tauriscos: delabatur. At uero in Saum irrūpit Ogdolapis ad urbē. ambo sane nauigabiles: ex Alpibus fluētes. Habēt aūt Alpes equos agrestes. & boues. Vtq; memorie tradidit Polybius: peculiaris forme beluam gignūt. habitu qdem ad cerui staturā. collo dūtaxat excepto. & uillis: in qbus apro persimilis est. Geritq; sub mēto carnis globū: ad palmi magnitudinē capillosū: crassitudinē pro eqni pulli cauda habentē. Vbi uero ex Italia supra conscenderis: uia in exteriorē Galliā: & ad Septētriones est: Que per Salassos ducit Lugdunū. Ea uero Bifariā est. Altera qdem ꝓlixior plaustro pmeabilis per Ceutrones. Altera uero recta: & angusta: cōpēdiariaq; per Poeninū. Ceteꝝ Lugdunū in medio: instar arcis: sitū est. Cum ibi amnes confluant. & partibus oībus ꝓpinquū sit. Eapropter Agrippa hoc ex loco ptitus est uias. unā que p Cemmenos mōtes: usq; ad Antones: & Aquitaniā. Aliā ad Rhenū. Tertiā ad Oceanū: & Balloacos. & Amianos. Quarta ducit in agrū Narbonensē. littusq; Massiliēse. Omisso aūt sinistra in pte Lugduno: terrisq; in ipso imminētibus Poenino: rursus est cōuersio: cum Rhodanū traieceris: lacumue Lemannū in Eluetioꝝ cāpos. Hicq; trāsitus est ad Seqnos: p Iurā mōtē. & ad Lingones. Perq; hos ad utrūq;: & ad Rhenū: & ad Oceanū biuium scinditur.

Polybius scriptū reliqt: suis tēporibus aurifodinas in Tauriscis Noricis: maximeq; penes Aquyleiā inueniri: adeo natura optimas: ut cū a supficie terre: duos ad pedes solū detraxeris: fossile cōfestim aurū inuenias. Fossā aūt nō ultra pedes. xv. eē. Aurum ipm p se ptim purū eē: ad fabe aut lupini magnitudinē. Octaua tantū pte decocta. Parti uero maioris indigere digestiōis. Valdeq; utilissime. Adiutātibus aūt Barbaros Italis: bimestri tēpore: euestigio auri pciū tertia pte carius uenisse: totā p Italiam. Quod quidem ubi Taurisci senserūt: eiectis adiutoribus: soli uenūdedere. Hac uero tempestate: uniuersas aurifodinas in Romanoꝝ eē potestate. Ceteꝝ hoc in tractu: sicut & in Hispania: fluuii aurea ferūt grana: ultra fossile. haud tñ tantū. Hic idem uir: cū de Alpiū magnitudīe: & sublimitate dissereret: maxīos Grecie mōtes cōparat. Taygetū. Lyceū. Parnassū. Olympū. Pelion. Ossam Thracie uero Emū. Rhodopen. Dunacē. Quoꝝ singulos inqt diei unius itinere: expeditis facile uiatoribus ascēdi posse. & uno circuiri die. Alpes aūt: ne die quīto qdē ascēdi posse. Lōgitudo aūt est stad: milibus duobus &. cc. qd ad cāpos attinet. Trāsitiōes uero tātū q̄ttuor nōinat. Vnā quidē per Ligures: Tyrrheno mari pximā. Aliā deiñ p Taurinos. q̄ trāsmisit Annibal. Tertiā deiñ per Salassos. Quartā p Rhetos. Omnes pruptas atq; pcipites. Lacus cū alios pmultos in mōtibus eē: Tū uero tris ingētes: exponit. Ex qbus Benacus stad qngentū lōgitudinē habet. Latitudinē uero. xxx. De quo Mincius amnis effluit. Subiñ alter Verbanus lōgitudinis qdem stad. cccc. Latitudo uero angustior q̄ prioris. Emittitq; fluuiū Aduā. Tertius ē Larius: lōgitudinis fere stad. ccc. latitudis. xxx. Amnē eiicit Ticinū sane grādē. Omes aūt in Padum influūt. Hec quidē de mōtibus Alpinis dicēda tātum habemus. Ex radicibus aūt Alpium iam incipit Italia.

Quinto uolumini hec insunt. Que ab Alpiū radicibus ad Italiā ptinēt: usq; ad fretū Siculū. Sinūq; Tarentinū: ac Posidoniatē: atq; Pestanū appellant. In his he regiones sunt. Venetia. Liguria. Picenū. Lucania. Thuscia. Roma. Cāpania. Apulia. Seqtur liber quintus. Capitulū primū. De Italia in uniuerso.

[P]Ost infimas Alpiū radices: eius quā hac etate Italiā uocāt: initiū ē. Nāq; maiores Italiā que ab Siculo freto: usq; i sinū Tarētinū: & Posidoniatē pgressa est: Oenotriā appellabāt. Nomen autem obtinens usq; ad Alpium radices processit. Assumpsit etiam ab ora Ligustica: Vari fluminis cōfinia. marisq; pximi: a Thuscie finibus: Istrieq; usq; Polā. Opinari uero cupiā licet priscos Italoꝝ felicitate florentes: in cōmunionē deuocasse finitimos. Hūc in modum auctis deiñ uiribus: in Romanoꝝ Impium peruenisse. Tandē uero quādoq; ex quo Romani: in Regni sotietatē: & in ciuitatē Italos uocauere: decretum est & Gallis Cisalpinis: & Venetis idem honoris imptire. Vniuersosq; Italos Romanosq;: uocare. Permultas insup colonias ptim prioribus annis: ptim posterioribus emittere. Quibus meliores alias nō facile dixerim. Vna igit forma Italiam omnē geometrica ratione cōplecti: haud in pclivi est. Atqui extremitates illius in Austrū: & Hibernos ortus excurrētes: triāgulas eē cōmemorant. Eius uerticē ad Euripū Siculū pduci. Basin aūt Alpes habere. Concedere uero latus alterum in freto finiri Siculo. & Tyrrheno allui pelago. Ceteꝝ formā rectis descriptā lineis: pprie triāgulā appellāt. Hic aūt Bases: & Latera rotūda sunt. Quod si cōcedendū esse dixerim: linee circularis formā eē: ponēdū ē: Basin inq̄ & latera. Cōcedat & lateris huius obliqtas: que uergit in ortū.

Reliq̃ minus apte dixerūt: cū latus unū a sinu Adriatico usq; in fretū p̄supponant. Latus aūt: absq; angulo lineā: appellamus. Absq; angulo uero ē: cū ptes aut inuicem nō uergūt: aut nō multū. Verū ab Arimino ad Iapygiā extremitatē: & ab Siculo freto ipso: ad extremitatē eādē: pmultū inclinātur. Eūdē in modū se habere arbitror & sinus Adriatici latus. & Iapygie. Cū. n. inuicē coincidāt ad Arimini & Rhauenne locos: angulū efficiūt. Sin aūt neq̃ angulū efficiūt: Circūferentiā saltē efficiūt nō exilē. Quapropter si hoc unū latus existit: haud sane recta ē: e sinu ad Iapygiā: nauigatio. Reliquū uero bis ex locis ad fretū latus alterum describit: ne hoc qdē rectum. Sic q̃drangulā potius: q̃ triāgulā figurā eē diceres. Ceterum nullo pacto triāgulā. nisi uelis abuti. Verū cōfiteri p̄stat: qđ figurarum: que geometrica ratiōe mēsurari neque/ ant: non facile circūscribi traditio potest. Particulatim uero hunc in modum dicere possumus. qđ inferior Alpiū pcurua & sinuosa ē. cōcauitates in Italiā uersas habēt. Ipsius aūt sinus ptes medie ad Salassos existūt. Extremitates uero cōuersionē habēt. Hinc qdem usq; ad sinus Adriatici ultimas oras. Hinc uero ad maritimā Ligurum regionē: usq; Genuā: Ligusticū emporiū. ubi rupes Apēnini Alpibus copulantur. Cōtinuo aūt subiacet nō mediocris qdē cāpus. latitudīe ac lōgitudīe sane par. stađ. .c. duūq; miliū. Latus eius in meridiē spectās: & Venetorum littore claudit. & mōtibus Apēninis: Ariminū & Anconē puenītibus. Ii. n. a Liguria inchoātes: in Thusciam irrūpūt. angusta dimittētes littora. Dehinc ubi paulatim mediterraneā in regionem secesserūt: cū ad Pisanū cōsistāt agrū: in ortū: Adriaticūq; sinū: cōuertunt: usq; ad Arimini & Anconis loca: p lineā rectā: Venetorum sese littoribus applicātes. Cisalpina igit Gallia hisce terminis includit. Littoris qdē lōgitudo ad. ccc. stađ: & milia sex ipsis cū mōtibus. Latitudo uero paulo minus stađ mille. Reliq̃ Italia angusta qdem: & oblōga: in duos excurrit uertices. hic qdē in Siculū fretū. hic aūt ad Iapygiam. Vtrinq; uero stringit: & ab Adriatico sinu. & a Thyrreno mari. Est aūt Adriatici sinus forma ipsi Italie pq̃similis magnitudīe. Quā Apēnini mōtes termināt. & utrūq; mare: usq; ad Iapygiā. Terrāq; sinu Tarētino: & Posidoniate circūdatā. Maxīa. n. utriusq; latitudo stađ est circiter mille ac. ccc. Lōgitudo uero non multo minus sex milibus. Reliquū ē: quātū Brutii: & pleriq; Lucanorum obtinēt. Polybius refert: ma/ ritimā ipsā ex Iapygia usq; in fretū: itinere qdē pedestri: stađ: tribus milibus esse. et Siculo pelago allui. Cursu uero maritīo qngētis stađ minus. Mōtes aūt Apennini: ubi Arimini & Anconis loca attigerūt: Iapygie latitudinē a mari: ad mare termīare. Rursus deflexionē accipiētes totā in lōgū regionē secare. Iā usq; in Picētes & Lu/ canos: nō multū ab Adriatico sinu distare. Cum uero Lucanis ppinquāt: ad alterū mare inclinant. Dehic uero p Lucanos: & Brutios excurrūt ad Leucopetram agri Rhegini termīnātes. Hec igit de uniuersa huius etatis Italia: talē ī formā dicta sūt. Denuo aūt sīgula suscipiētes: dicere pticulatī conabimur. Aň oīa de subiecta Alpi/ bus regiōe dicemus. Est aūt felix admodū cāpus. & fructuosis collibus uarius. Hunc mediū fere Padus diuidit. Eaq; regio: hic Cispadana: hic Transpadana dicit. Cispa/ dana qdē mōtibus adiacet. atq; Ligurie. Reliq̃ uero Trāspadana ē. Ea uero loca tū Ligurū: tū Gallorum gētes inhabitāt. tū in mōtibus: tum in cāpis cōmorantiū. hinc Gallorum: hic Venetorum. Galli qdē hi Trāsalpinis cognati: & cōsāguinei sunt. Ceterū de Venetis duplex ē sermo. Quidā. n. eos a Gallis eiusdē appellatiōis: Oceani accolis: colonos eē: memorie pdiderūt. Nōnulli e Venetis: q post bellū Troianū: cū Anteno/ re salutē assequuti: cursum huc e Paphlagonia tenuere: descēdisse affirmant. hoc usi testimonio: sua ī alēdis eqs industria. que hoc oīo tpe defecit. Antea uero sūmo apud

illos in honore fuerat. ab illoꝝ imitatione: q ad creandos ex equabus mulos studium agitabāt. Cuius rei meminit Homerus.
Mularum genus e Venetis que robore prestent.
Dionysius quoq; Sicilie Tyrānus hic alēdoꝝ semē equoꝝ cōstituit. quos ad equestre certamē tollebat. Adeo ut p Grecos eqne ꝑlis Venete nobilitas maneret. & ad lōga tpa ꝓpago ipsa famā uēdicaret. Tota itaq; Regio fluminibus atq; paludibus: maxie Venetia referta est. Huic adest & maris cōditio. Nā sole partes iste ex nostro fere mari similes Oceano casus hnt. & pares illi crescēdi & decrescēdi uices gerunt. Vnde maior cāpi ps marinis aqs plena stagnat. fossisq; & aggeribus sicut Egyptus inferior: didūctis irrigat riuis. ac pti exiccat. & rusticoꝝ cultu fructuosa ē. pti nauigatiōi/bus cōmoda. Vrbiū uero plereq; Insulaꝝ mō cingūt. Alie q̄dā ex pte alluunt. Que supra stagna mediterranee iacēt: mirificā ex fluuiis nauigādi cōmoditatē sursū hnt. Ex qbus imp̄mis Padus ē. Maximus. n. sepenumero hymbribus crescit ac niuibus. Is multas diffusus in ptes: in eruptionibus occultū efficit ostiū. haud ingressu facilis. Ac pitia mortaliū uel difficillima supat. Priscis igit: ut dixi tpibus plurie Galloꝝ gētes fluuiū incolebāt. E qbus amplissimi fuerāt Boii Insubres: & q olī cū Gesatis Seno/nes Romana p impetū potiti sunt urbe. Hos Romani posterioribus annis fūditus deletos pdiderūt. Boios uero e finibus eiecerūt. In migrātes circūiacētes Istro locos cū Tauriscis habitarūt. bellū assidue cōtra Dacos gerētes: donec ea gēs fūditus extīcta ē. Agrū uero q ad Illyriū ptinet: pascēdis ouibus Idoneū: uicinis reliquerūt. Insubres hac etiā etate sūt. Qui Mediolanū Metropolin habuere. Ea qdem pridē uicus erat. Omēs. n. uicati habitabāt. Hac uero tēpestate eximie dignitatis trās Padū Ciuitas est. quodāmō Alpibus finitima. Et ꝓpinq̄ Verona est. amplissima & hec ciuitas. His inferiores Brixia. ac Mātua. & Regiū. & Comū. Hec mediocris erat colonia. Ceterū Pōpeius Strabo: Pōpeii Magni pater: colonos in eā restituit. Quā incūbētes Rheti uastauerāt. In. C. Scipio tria hominū milia insup adiecit. Postmodum Diuus Cesar quinq; Inqlinoꝝ milia ad inhabitandū deduxit. E qbus quingēti illustrissimi fuere Greci. Hos etiam ciuitate donatos: in habitatoꝝ numero descripsit. Haud tñ ibidem domiciliū habuere. Sed oppido nomē relīquētes: & Nouūcomū appellātes. Nouo/comenses oppidanos uocauere. Huic finitimus loco Larius lacus est. Quem Adua fluuius auget. Inde amnē Padū ingrediēs. Fontē uero in Adua mōte habet. ubi & Rhenus. Hec supra paludes lōge habitata sunt. Patauiū aūt ꝓpinquū est: Cunctas eius regiōis urbes excellēs. Nuper quidē in ea censi sunt qngēti equestris ordinis uiri. Antiqs aūt annis. c. & . xx. militū milia misisse cōstat. Quā uero ciuitas ipsa & uiroꝝ ꝓbitate: & artiū bonitate floruerit: magnitudo: cū aliaꝝ rerū maxīo apparatu Romā missaꝝ: tū uero pānoꝝ & uestimentoꝝ omifariā mercatura declarat. A mari sursum habet nauigationē: fluuio p paludes delato: cc. & . l. a magno portu stad̄. Portus aūt ipse: eodē quo fluuius noīe: uocat Medoacus. Intra paludes urbs maxīa Rhauēna posita ē. Tota ligneis cōpacta edificiis. aqs diffusa. pōtibusq; ac lembis pagrata. Cū a mari fiūt inundatiōes: nō mediocrē accipit maris ptē adeo ut uniuersa coenositas: hic fluctu marino: hinc fluminibus alluētibus tetrū medicet odorē. Hoc pacto igit saluberrimus cōperit locus. Vñ gladiatoribus educādis: ac exercitatiōe erudiēdis. huc idoneum magistri locū designauerūt. Inter cetera eius loci mirabilia illud est: Quod palustribus in locis aer īnoxius ē. Queadmodū ad Alexandriā Egypti paludis uitiū estate ꝓpulsat: ꝓpter amnis incremētū. simul etiā euanescēte coeno. Quid: q̄d uitibus euenit: q̄d mirabile? Eas palus creat. celeriter pficit. & multū fructū edit. Annis uero

quattuor: aut qnq; corrũpunt̃. Altinũ quoq; in palude ẽ. ſimilẽ Rhauẽne ſitũ hñſ.
Quo interuallo Butriũ Rhauẽne caſtellũ ẽ. & Spina. Hoc qdẽ tẽpore uiculuſ. Ac
quõdã Greca ciuitaſ. & qdẽ celebriſ. In Delphiſ Spinenſiũ theſauruſ commonſtrat̃.
Aliaq; de ipſiſ memorie mãdata ſũt. apud quoſ mariſ erat impiũ. Eã: ut tradit̃: unda
mariſ alluerat. Nũc locuſ. lxxxx. a mari ſtad̃ diſtãſ: in mediterranea iacet. Rhauẽ/
na a Theſſaliſ cõdita phibet̃. Cũ aũt Thuſcoꝝ iniuriaſ ferre neqrẽt: Vmbroſ quoſdã
ultro aſſũpſerũt: Qui & hoc tp̃e urbẽ inhabitãt. Ipſi uero domũ redierе. Hec autem
maiori ex p̃te paludibuſ ita cõtinẽt̃: ut inũdatiõeſ habeãt. Epiterpũ. Ordia. Adria.
& Iucetia. & alia huiuſ generiſ oppidula. Que cũ minuſ a paludibuſ uexent̃: modiciſ
ſurſũ nauigatiõibuſ mari uicina ſũt. Adriã qdẽ inclitã ciuitatẽ fuiſſe: memorie p̃ditũ
ẽ. A cuiuſ nomĩe: modica trãſpoſitiõe ſũpta. & ſinuſ appellatuſ ẽ Adriaticuſ. Aquy/
leia ſinui p̃xima a Romaniſ cõdita ẽ. incũbẽtibuſ impoſita Barbariſ. Ad eã flumine
aduerſo onerariiſ nauigat̃ nauibuſ: p Natiſonẽ fluuiũ pluſ ſtad̃. lx. Gẽteſ ad Iſtrũ
Illyrice ad ip̃m ſubuehunt̃ Emporiũ. Cõuectãt aũt: reſ hi ſane maritimaſ: uinum:
ligneiſ doliſ. que paluſtriſ ĩponũt. oleũ p̃terea. Illi aũt mãcipia. pecora. pelleſ. Extra
Venetie qdẽ fineſ Aquyleia ẽ. Flumĩe uero ab Alpibuſ deſcẽdẽte diſterminat̃. per
qd̃ ſurſũ nauigat̃ ſtad̃ mille &. cc. ad urbẽ uſq; Noreiam. Vbi. Cn. Carbo: collatiſ
aduerſuſ Cimbroſ ſigniſ: re infecta diſceſſit. Locuſ aũt ẽ ad purgãdum aurũ natura
idoneuſ. Nec minuſ ad ferri fabricaſ. In ipſoq; ſinu Diomediſ eſt templũ. opuſ ſane
memorabile. & Timauuſ portuſ. & Lucuſ miro decore. Septẽ adſũt fluuiatiliſ aque
fonteſ. mare mox irrumpẽteſ. lato: & p̃fundo ſane fluuio. Reliquoſ: uno duntaxat
excepto: ſalſaſ habere aq̃ſ. Polybiuſ auctor ẽ. locũq; ip̃m mariſ fõtẽ: & matrẽ ab in/
digeniſ uocari. Timauuſ: ut ait Poſidoniuſ: e mõtibuſ delatuſ: decidit in p̃fundum.
Deinde infra terrã abſorptuſ ſtad̃ circiter. c. &. xxx. erũpit ĩ mare. De Diomediſ
aũt potẽtatu: hoc in mari: & Diomedee teſtant̃ Inſule: & que in Daunia gente: et
circa equeſtre argoſ memorie p̃dita ſũt. de q̃buſ quoad hiſtorie utile futuꝝ ẽ: ſcriptuſ
aptemuſ. Reliq̃ uero pmulta fabuliſ uulgata: uel ficta aliũ in modũ: abſint. Sicuti
que ad Phetontem & Sororeſ Heliadeſ: in populoſ cõuerſaſ arboreſ: circa amnem
Heridanũ: q nullibi terraꝝ exiſtit: cũ uicinuſ pado dicat̃. Itẽq; ferẽteſ electra Inſu/
laſ: añ amnẽ padum iacenteſ. In q̃buſ & Meleagrideſ ſint. Hoꝝ. n. nihil in lociſ ipſiſ
extat. In uenetiſ ſane qdã Diomedi ĩſigneſ exiſtũt honoreſ. Nã cãdiduſ illi ĩmolat̃
equuſ. Duo p̃terea luci mõſtrant̃: Alter Iunoni Argiue: Alter Diane Etolie dicati.
Inſup fabulant̃: In hiſce luciſ feraſ ita mãſueſcere: ut cerui lupiſ aggregent̃. Aduen/
tantiumq; hominũ eaſ manuſ demulcẽteſ pati. Quod ſi quaſ caneſ inſectent̃. ubi huc
cõfugerint: ab inſectatiõe ceſſare. Fama uero ẽ: celebrẽ admodũ fuiſſe quẽpiã: q in
faciẽdiſ uadimoniiſ: ſtudio nõ mediocri teneret̃. qua ex re: & hominũ iociſ carperet̃.
Iſ igit̃ in uenatoreſ ferẽt incidiſſe: q irretitũ haberẽt Lupũ. Et illiſ p iocũ rogitãtibuſ:
uellet ne p̃ lupo uadem ſe conſtituere: ut illata ab eo dãna pſolueret. Sic e retibuſ
beluã dimiſſuroſ. Fideiubere ſeſe cõfeſſuſ ẽ. Emiſſũ deiñ Lupũ: pmagnum equarum
armẽtũ agitãtẽ: nullo notatũ cauterio ad fideiuſſoriſ ſtabulũ adduxiſſe. Eũ: recepta
gratia: eq̃buſ lupi notã ĩuſſiſſe. & iñ Lupiferaſ nõinaſſe: uelocitate magiſ: q̃ pulchri/
tudine p̃ſtãteſ. Cuiuſ ſucceſſoreſ: & ſignũ: & nomẽ: eq̃rũ generi ſeruaſſe. Vtq; ſoliſ eiſ
ſtirpſ ip̃a legittĩe pduraret: feminã nullã alienare cõſueſſe. Eqnã hic: p̃cipue celebri/
tatiſ: p̃genіem extitiſſe. Hac uero tẽpeſtate: ut diximuſ: omiſ huiuſmodi rei defeat
exercitatio. Poſt Timauũ: Iſtroꝝ: uſq; Polã: littuſ ẽ. que Italie adiacet. In medioq;
Tergeſte caſtellum ẽ: ab Aquyleia. c. lxxx. diſtãſ ſtadiuſ. Ceteꝝ Pola in ſinu: portuſ

formá bñte: sita ē. Paruas qdem: uerū fructuosas: & portuosas: pre se ferēte Insulas. Priscū aūt ē id Colchoꝝ edifitiū. q aduersus Medeā imissi fuerāt. Ii uotoꝝ impotes: & fuge despatione sollicitii: Grecoꝝ qdē ligua exulū: Colchoꝝ uero sermone: Polā appellauere locū: uti Callimachus cōmemorat. Regionē igit transpadanā incolūt Veneti: & alii: usq; Polā. Sup Venetos Carni. & Genomani. & Medoaci. & Symbri. e qbus nomini Romano hostes extiterunt aliqui. Verū Genomani: Venetiq; sotia iūxerūt arma. & añ Annibalis expeditionē: Quo tpe Boios & Insubres bello pseque/ banť. & annis posterioribus. Cispadanā uero obtinēt plagā uniuersā alii: q̃cta mōtes Apēnini: ad Alpes circūdāt: usq; Genuā: & Sabatios. Plurimū aūt Boii: & Ligures: & Senones & Gesate possidebāt. At eiectis iñ Bouis: deletisq; Gesatis: atq; Senonibus: Ligurū natio restat. & Romanoꝝ colonie. Romanis aūt & Vmbroꝝ imixta gēs ē. & aliqbus in locis Thusci. Vtraq;.n. hoꝝ gēs: pus q̃ Romanū amplificareť impium: inuicē de poris loci dignitate decertabāt. Et mediū inter utrosq; Tiberim fluuiū in seipsos facile traiciebāt. Quod sicubi ullas belloꝝ incursiōes alteri in alteros gerebāt: reliqs certamē erat: ne eadē ad loca egrediētes desisterēt. Igit Thuscis aduersus inco/ las Padi Barbaros exercitū emittētibus: ac re bñgesta: cū nō lōge qdē post p quādā mollitiē rursus fusi effugissent: Alteri aduersus eiectores exercitū ductitarūt. Postea de locoꝝ impio p successionē quādā ppugnātes: multas colonias p tim Thuscoꝝ: p tim umbroꝝ effecerūt. Plures tñ umbroꝝ. Nā ii ppiores erāt. Rē iñ Romani suscipiētes: missis passī coloniis: & pora coloniaꝝ genera cōseruarūt: & nūc uniuersi Romāi sūt. Nec minus aūt umbri qdā dicunť: & Thusci. Queadmodū Veneti. Ligures. & In/ subres. Cis Padū uero: circūq; Padū celeberrime sunt ciuitates Placētia. & Cremona. media in regione ppinqssime. Inter has & Ariminū sunt Parma. Mutina. Bononia. Prope Rhauenā: in barū medio exigua quedā iacēt Oppida: p que iter ē Romam: Acara: Rhegiū lepidū: Nacri: Cāpi: ubi quotannis foꝝ conficiť. Cliterna: Forum Corneliū: Fauētia. Cesena: Isapi fluuio ppinqua. & Rhubiconi. Hec pxima sunt Arimino. Est aūt Ariminū Vmbroꝝ colonia. sicut & Rhauēna. Verū utraq; Ro/ māos accepit inqlinos. Habet aūt Ariminū portū. & eiusdē nomīs amnē. E Placētia Ariminū stad sūt mille &. ccc. Supra placētiā uero ad Cottute cōfinia: itra miliaria sex: &. xxx. urbs Ticinū ē. & simili uocabulo pterfluēs amnis: Padū igrediēs. Habet & tractus ille Clastidiū. atq; Derthonē. & Aque: distāti pusillū i trāsitu. Recta uero ad Ocelū uia pter Padū: ad Duriā flumē: est magna ex pte limosa. cōplurimis alios habēs fluuios. Quoꝝ Druētia miliaria circiter. lx. labēs. Hinc Alpes iā: & ager Galli/ cus. Ad mōtes aūt Lune incūbētes urbs ē Luca. ubi pleriq; uicatī habitāt. Regio tñ pbitate uiroꝝ floret. Et robur militare hic magnū educiť. Et eqtum multitudo. ex quibus Senatus militares capit ordines. Est aūt Dertho ciuitas insignis. & mentione digna. medio inter Placētiā & Genuā itinere iacēs. ab utraq;. cccc. distās stad. Hac in uia ē Custodia. & Iellia. Ex Placētia uero Ariminū distātia dicta ē. Sed Rhauenā p Padū nauigatio ē dierū duoꝝ: noctiūq; totidē. Magna intra Padū ps paludibus obtinebať: p q̃s Annibal magnis difficultatibus iter fecit in Thusciā. Ceteꝝ Scaurus deductis ex Pado usq; in Parmēsiū agrū fossis: nauigatiōibus cōmodis paludes ipsas exiccauit e cāpis. Per Placētina siqdē arua Trebia Padū influēs: aliiq; itē cōplures añ fluuii: ultra modū plenius stagnāt. Hic ille Scaurus ē: q per Pisas & Lunā usq; Sabatos uiā strauit Emiliā. & hic p Derthonē. Alia uero ē Emilia: que Flaminiam excipit. Eodē. n. in Cōsulatu. M. Lepidus: &. C. Flaminius college fuerūt. Victores aūt Ligurū: strauere: Hic qdem Flaminiā e Roma per Thusciam: & Vmbriā: usq;

Ariminum: Alter reliquã porro usq; Bononiã. & ex ea in Aquyleiã. prope Alpium radices: ducto p gyrũ circa paludes ope. Huius Regiõis terminus ẽ mõstratus. Quã Cisalpinã nũcupamus Galliã. Ad reliquã Italiã & mõtes Apẽnini Thuscie ĩminẽtes: & Esis amnis: & postremo Rubicon: Vtriq; Adriaticũ intrãtes pelagus. Hoꝝ uirtutẽ locoꝝ: tũ ipsa hominũ probitas testat̃: tũ oppidoꝝ magnitudo: tũ uero diuitiaꝝ amplitudo. Quibus omĩbus huius Regionis habitatores Romani: ceteris ãncellũt Italis. Nãq; telluris istius cultura immodicos ac diuersos inducit fructus. Et Nemora tãtũ habẽt glãdiũ: ut educãdis hic porcorũ gregibus: maxima ex parte Romanus alat̃ populus. Egregie uero ferẽdo milio: ob feraciũ aq̃rũ abundãtiã: frugifera ẽ. Quod fami remediũ ẽ pmaximũ. Cõtra tẽpestates. n. uniuersas: aerisq; malignitatẽ: resistit. Et nullo deficere potest in tpe. licet frugũ ceteraꝝ sterilitas inualescat. Quid de pice: q̃ admirãda ꝓductio? Quãta uero uini sit ubertas: uasa ipsa ꝓnunciãt. E lignis nãq; fabricata: domicilioꝝ magnitudinẽ excedunt. Suppeditat. n. ingens illa picis copia: Loci autem Mutinenses: & Scutanne adiacentes fluuio: mollia: & lõge alijs omĩbus p̃stãtiora: ferũt uellera. Ligures aũt: & Insubres: aspa. E quibus magna Italie pars domesticis indumẽta cõficit. Mediocria uero Pauatini. E quibus p̃ciosi capetes: & Gausapa texunt̃. Et hoc stragule uestis genus utriq; uillos eminẽtes h̃ntis. uel una tãtũ e sup̃ficie. Hisce in locis: nõ eadẽ nũc que olĩ metalloꝝ studia: & cura. forte q̃a in maius ex Trãsalpinis Gallis: & Hispanis: lucra ꝓueniunt. Supiorĩbus uero annis opa dabat̃: cũ uercelle aurifodinã haberẽt: & in Ictumulorũ uico: & alio huic uicino. Vterq; uero Placẽtie finitimus ẽ. Hec q̃dẽ p̃ma Italie pticula. Hactenus circuitus dictus est. Secũda exponatur Liguria: in ipsis Apenninis mõtibus: inter Galliã: sic. n. uocat̃ hoc tpe: atq; Etruriã sita: nihil descriptione dignũ habẽs. nisi q̃d uicatim uitã agũt. terrã arãtes asprimã. Fatigãtesq; ligonibus. Immo uero saxa incidẽtes: ut Posidonius inq̃t. Tertii sũt hisce cõtinẽtes Thusci. cãpos usq; ad amnẽ Tiberim possidẽtes. Quos ad solis ortũ: maxĩe fluuius alluit. donec pelagus intret. Parte aũt ex altera: Tyrrheno atq; Sardonico mari sunt cõfines. Ex Apenninis aũt mõtibus Tiberis effluit. Pluribus uero auget̃ amnibus. Partimq; per ipsam excurrit Etruriã: Deĩceps aũt ipsã disterminãs: p̃mum q̃dẽ ab ea diuidit Vmbriam. Postea uero Sabinos: & Latinos: Rome ad littus usq; finitimos. Adiacẽt aũt modo quodã ipsi fluuio: & Thuscis in lõgitudĩe & latitudĩe: inter se pares. Ad Apenninum uero Adriatico uicinũ pelago sese h̃nt: Primi q̃dẽ Vmbri. Post eos Sabini. Postremi latiũ habitãtes. cũ omẽs a flumĩe initiũ capiãt. Latinus igit̃ tractus inter ostie littus: & Sinuessã urbẽ: & Sabiniã: iacet. Est aũt Ostia urbis Romãe nauale. Quo Tiberis erũpit: eã p̃terlabẽs. Extẽdit̃ aũt in longũ: usq; in Cãpanũ agrũ. & Samnitũ mõtes. Sabinia uero inter Latinos: Vmbrosq; iacet. Extendit̃ & ipsa ad Samnitũ mõtes. Propinqor Apẽnino ad Vestinos: Pelignos: et Marsos. Ceteꝝ in Sabinie: ac Thuscie medio umbri iacẽt. Mõtesq; trãsgressi: usq; Ariminũ: Rhauẽnãq; ꝓcedũt. Thuscoꝝ finis sub ipsis ẽ mõtibus: q ex Liguria in Adriaticũ sinũ eos quaq̃uersum includũt. A propo aũt mari capiũt initiũ. atq; Tiberi. Ab his igit̃ ipsis sũpto p̃mordio: quecunq; Singillatim ꝑcurramus. Tyrrhenos itaq; Romani Etruscos appellãt. atq; Thuscos. Greci uero hoc eos nomĩe nomĩarũt a Tyrrheno Atys filio: q ex Lydia colonos hãc in regionẽ: sicuti tradit̃: dimisit. Atys. n. ex ꝓgnatis Herculis: et Omphales unus: cũ sterilitate ac fame populũ emittere cogeret̃: E duobus filijs sorte iacta: Lydũ q̃dem Regni successorẽ tenuit. Tyrrheno aũt maiorẽ applicãs populum: foras abire iussit. Hanc ille tandẽ ingressus oram: de suo uocauit nomĩe Tyrrheniã. Cũq; edificãdis

urbibuſ Tarconē ꝓfeciſſet: A quo Tarqnii oppidū cognomen accepit: Ciuitateſ.xii. cōdidit. Hūc ab ineūte pueritia: indoliſ gratia: caneſcentē fuiſſe fabulant̄. Tāta iā tū in eo effloreſcebat ſapiētia. Ea igit̄ tēpeſtate: cū uno ſub Duce inſtructi eſſent: magna ipſoꝝ erat potētia. Poſtremiſ iñ tēporibuſ cōcordē illū regēdi ſtatū: diſſolutū fuiſſe: qſ nō ſuſpicet̄? Et ciuitateſ ipſaſ diuulſaſ: ſic finitimoꝝ uiribuſ ceſſiſſe. Haud.n. tantā agroꝝ beatitudinē omittēteſ: maritimaſ latrocinādo arteſ inuaſiſſent. aliuſ ad alia cōuerſi maria. Quādoqdem: ſi cōcorditer coſpiraſſent: nō modo incurſāteſ pro/ pulſare hoſteſ ſatiſ ualuiſſent: Sed etiā ultro inferre impetuſ: & lōginqſ expeditioneſ factitare. Poſt urbē Romā uero cōditā: Demaratuſ aduētat. frequentē e Corintho adducenſ populū. Qui a Tarquinienſibuſ acceptuſ: ex indigena uxore Lucumonem ꝓcreat. Iſ debīc Anco Marco Regi Romano: amicicia deuīctuſ: adeptuſ ē Impiū. Et mutato nomine. L. Tarqniuſ Priſcuſ uocatuſ ē. Hic igit̄: & pater ꝑuſ Tuſciam magniſ inſigniuerūt ornamētiſ. Ille qdē artificū facultate & copia: q hominē domo ſubſequuti ſūt. Hic aūt ꝓſtitiſ a Romana ciuitate opportunitatibuſ. Nāq; memorie proditū ē: ut triūphalia ornamēta: inſigniaq; cōſularia: & ſimpliciter magiſtratuum decora in Romanā urbem a Tarquiniiſ tranſlata ſunt. & uirge: & ſecureſ: & tube: & ſacroꝝ faciendoꝝ rituſ: ut auguria: & muſica: quā Romani ad reſ publicaſ uſurpant. Huiuſ filiuſ Tarqniuſ Secūduſ extitit: cognomēto Supbuſ. Qui Regū extremuſ: eiectuſ ē e Regno. Quē Cluſii Rex Porſena: ea Thuſca erat ciuitaſ. armiſ reducere conatuſ eſt. Quod ubi efficere faſ non fuit: pace facta: in amicitiā populi Romani: ſūmiſ receptuſ bonoribuſ: doniſq; magnificētiſſimiſ: abſceſſit. Hec quidē de Tuſcoꝝ claritate. Quid inſuꝑ Ceretanoꝝ geſta? Nā & capta urbe Roma redeūteſ Galloſ in Sabiniſ aggreſſi: bello: armiſq; fuderūt. ac debellarūt. & que illi ab libētibuſ acce/ perant ſpolia Romaniſ: ab inuitiſ ipſi eripuerūt. Preterea eoſ qui ad ſe capta Roma cōfugerant: ſaluoſ protexerūt. Simul & eternū: ac in extinctum ignē: Sacerdoteſq; Veſtaleſ. Romani igit̄ propter malignoſ reipub. Gubernatoreſ: non ſatiſ illiſ gratie memoriā tenuiſſe uident̄. Nā data ciuitate minime illoſ inter ciueſ ſcriptoſ retulere. Alioſ qnimmo qbuſ iuſ ipm eqbile cōmunicatū nō erat: ad Ceretanoꝝ extermiābāt tabulaſ. Hec aūt ciuitaſ magna inter Grecoſ gloria: cū hominū fortitudine: tū uero Iuſticia: claruit. Nam cū potentiſſima eſſet: ab latrociniiſ ꝓrſuſ abſtinuit. In Pythii Appolliniſ tēplo Agillinoꝝ nominato: poſituſ eſt Theſauruſ. Nam que nunc Cere dicit̄: quondā nominabat̄ Agilla. Eaq; a Pelaſgiſ e Theſſalia ꝓfectiſ: cōdita fertur. Ceterū Lydiſ: quoſ mutato uocabulo Tyrrhenoſ nominabant: aduerſuſ Agillinoſ belligerantibuſ: murū ſubienſ quidā: urbiſ nomen ꝑcontabat̄. Cui e muro Theſſaluſ quidā ꝑ reſpōſo: Salutē renūtianſ Chere ideſt ſalue: inqt. Thuſci bonū hoc accipiē/ teſ omen: captā urbē Submutato uocauere nomīe. Verū tā ſplendida: tāq; glorioſa: quondā ciuitaſ: Vixdum hac etate urbiſ ueſtigia ſeruat. Vicina ſane magiſ fulgent balnea: melioꝝ ꝓbitate hominū: que uulgo Ceretana uocant̄. ꝓpter eoſ qui ad ea: curande ualitudiniſ gratia proficiſcunt̄. Enimuero Pelaſgoſ gentē uetuſtiſſimā: per uniuerſā Greciā: ꝓſertim Eolicā: Theſſalie excelluiſſe: cuncti ferme cōfitent̄. Eoſ originē ab Arcadibuſ ducēteſ: uitam militarē delegiſſe: autor eſt Ephoruſ. Ad quam uite inſtitutionē: cū ꝑmultoſ cōuertiſſent: idem omībuſ uocabulū impartiſſe. Vnde & apud Grecoſ: & apud alioſ: quoſcunq; adiiſſe cōtigit: ingentē cōſequuti ſūt gloriā. Nam & Homero teſte Crete coloni fuere. Vlyxeſ enim Penelopen alloquenſ: alia inqt: alioꝝ ꝑmixta lingua ē. Sūt Achei: Sunt Cretēſeſ magnanimi. Sunt Cydoneſ trifariam genuſ Doricū. diuiq; Pelaſgi. Argoſ quoq; Pelaſgicū: Theſſalia dicit̄. Inter

eruptiones Penei: & Thermopylas usq; ad montanũ Pindi tractũ. Quoniã & istorũ locorũ Pelasgi extitẽre. Iouem Dodoneũ quoq; ipse poeta Pelasgicũ nominat. Rex o Iupiter Dodonee Pelasgice. Pleriq; & gentes Epiroticas appellauere Pelasgicas. tanq̃ illuc usq; extantes. Heroum quoq; nominibus posteriores permultos Pelasgos nuncupãtes: ab illis frequẽtia gẽtibus indidere uocabula. Nã & Lesbon appellauere Pelasgiã. Et habitãtibus Troadẽ Cilicibus finitimos Pelasgos nũcupauit Homerus. Egit Hippothous seuos per Tela Pelasgos.

Qui Larisse habitant letas nimis ubere glebas.

Ephoro aũt autor initio fuit Hesiodus gentẽ hãc ex Arcadia originẽ duxisse. Qui diuino e Lycaone gnatos extitisse ait. Quẽ olim Pelasgus procreauit. Eschylus aũt in Ancillis: siue Danaidibus eorũ genus ex Argis Mycenarũ extitisse prodidit. Peloponesũ etiã Pelasgiã uocitatã fuisse: testis ẽ Ephorus. Euripidesq; in Archelao Danaũ illũ filiarũ qnq̃ginta genitorẽ Argos uenientẽ: Inachi urbẽ inhabitasse cõmemorat. Quiq; antea Pelasgi nominarent: ut Danai debinc uocarent: lege Greca sanxisse. Anticlides quoq; scriptũ reliquit: Primos eos Lemnũ: Imbrũq; cõdidisse. Eorũq; nõ nullos cum Tyrrheno Atydis filio: in Italiã comites annauigasse. Rerũ quoq; Scriptores Atticarũ de Pelasgis tradidere. Athenis fuisse Pelasgos. Qui cũ instar auiũ: quo fors uocaret: huc atq; illuc errabũdi commearẽt: pro Pelasgis: Pelargi: idest Ciconie uocarent ab Atheniẽsibus. Ceterũ Thuscie lõgitudinẽ maximã: a Luna: usq; Ostiã: per littus: stad. milibus duobus: & qngentis eẽ dicit. Latitudinẽ per mõtana: minus dimidio. E luna uero Pisas: ultra stad. cccc. eẽ. Hinc uolaterras: stad. cc. octoginta. Rursus hic Populoniã stad. cc. lxx. E Populonia ad Cosam: ferme. dccc. Alii. dc. dicũt. Polybius uero nõ omnia mille. cccc. xxx. inqt. Horũ Luna qdem: ciuitas: & Portus est. Greci aũt & portũ: & urbẽ Selenes: idest Lune: appellãt. Vrbs qdem haud sane magna. Maximus uero: & pulcherrimus portus est. multos intra se portus amplectẽs. magne profunditatis uniuersos. usq; adeo ut omnium: qui maris teneãt Imperium: facile fieret receptaculũ: tã late patentis pelagi: multos per annos. Celsis uero mõtibus portus ipse circũcludit. q prospectũ lõge pelagi pbeãt. Nã & Sardinie: & magna littoris utriusq; pars cernit. Tanta uero cãdidi: & uarii lapidis lucidissimi ac talis effossio ẽ: ut unico integre saxo tabule: atq; columne prebeant. Vtq; insignia Romane ciuitatis opera: urbiũq; reliqrum: maxia ex pte his ex locis copiã habeãt. Nã cũ mari uicina incũbat effossio: facile lapides euehunt: quos e pelago subuehẽdos: Tiberis excipit. Edificiis quoq; materiam: Laquearia scilicet directa: & procera Thuscia abunde suppeditat. Quã cõfestim e mõtibus fluuius deducit. Inter Lunã & Pisas: Macre tractus ẽ. quo Thuscie: atq; Ligurie termino: pleriq; scriptores usi sũt. Pise ab iis cõdite sũt Pisanis: qui e Peloponneso cum Nestore aduersus Iliũ militarunt. Renauigãtes aũt errore disiecti: Hi qdem Metapontũ: Alii uero Pisanũ tenuerũt agrũ. Cũcti Pylii uocati. Duos aũt inter amnes site sunt. in ipsorũ cõgressione: Arni scilicet atq; Esaris. quorũ. alter ex Arretio multus delabit. nõ tñ integer. sed trifariã diuisus. Alius ex Apẽnino. Confluentibus aũt illis unũ in alueum: adeo mutuo tollunt altius impetu: ut qui in amborũ ripis extẽt: inuicẽ inspicere sese nequeãt. Quo fit ut e mari aduersis nauigari flumibus necessario nõ possint. Spatiũ aũt aduerse nauigationis stad. ẽ circiter. xx. Traditũ est in fabulis: cũ primũ hi amnes e mõtibus ferri coeperũt: Cum ab indigenis uetarent: ne in unũ cõfluentes agros demergerent: Pollicitos esse Regionem minime demersuros. fidẽq; seruasse. Ciuitas aũt ipsa felix quondã fuisse uidet. Hoc aũt tpre: nõ sane ignobilis: aut obscura est: propter frugũ copiã. saxorũ opera. naualẽ materiã:

qua priscis annis ad maritima utebantur discrimina. Et.n.inter Etruscos belli gloria excellebāt. Irritabāt eos Improbi uicini Ligures: lateri semp̄ inberētes. Nunc uero plus in edificādis Rome domibus: uillarūq; magnificentiis: consumit.quibus Regie: ritu persarū: apparant. Volaterranus ager mari alluit. Hoc aūt modo edificatū ē oppidum. In profunda ualle sublimis & preceps undiq; collis extat. Cuius in uertice planicies est. in q̄ sita ipsius sunt urbis moenia. Ad quā stad. xv. ascensus est. E cuius basi rupes tota ardua: atq; difficilis. Hic e Tyrrhenis pleriq; cōstiterūt. Et ex pscrip/tis a Sylla: qui q̄ttuor militū cōplenter ordines: biennio: per obsidionē pressi: tādem p inducias discedētes: locū illū reliquerūt. At Populonia in sublimi locata p mōtorio: in mare prupto: Cheronnesi faciē habet. Iisdē tēporibus & ipsa obsidionē accipiens. Oppidulū ipm totū: preter sacras edes desertū. & domos modicas. Verū nauale ipm frequentiores habet incolas: ad ipsius mōtis radicē exiguū portū habens. & nauigiorū domicilia. Quocirca sola hec Thuscis ex urbibus: antiquitus ad mare fundata mihi uidetur. Cuius rei causa est: quia tractus regionis eius importuosus est. Eam ob rem conditores urbiū maritimas fugitabant oras. Vel añ illas tuta iacebāt ppugnacula. ne illi incursantibus pdonū nauigiis in prōptu iacerent. ex uuieq; illorū fierent. Sub uertice quoq; Thyrno: annotātiū specula est. Ex urbe aūt pcul: egre tñ: Sardinia cernit. Propius uero Corsica. que a Sardinia. lx. stad. pcul est. Littoriq; ppinqor est Ethalia. que. ccc. abest stad. Quantū etiā distat a Corsica. Hic aūt cōmodissimus ad soluendū in mare: in trisiā dictas Insulas: locus ē. Has & ipsi uidimus: cū Popu/loniam cōscēderemus nauigaturi. ubi nōnullas adhuc effossiones restare pspeximus. Ferrū quoq; laborari uidimus. qd ex ipsa deuehebat Ethalia. Quod si in eius insule fornacibus cōcoquat: in massam cōpingi nō potest. Mox igit ab effossoribus defert in cōtinentē. Hoc admiratione dignū habet Insula: ut exhausta effossionibus loca: tēporibus rursus repleta cernant. Sicut de Rhodi Platamonibus: & de Pari Insule marmore proditū est. Idem apud Indos de Sale Clitarchus asserit. Non ergo recte dixit Eratosthenes: qui e continente neq; Corsicam: neq; Sardiniam cerni posse ait. Neq; Artemidorus: qui eas longe in pelago: utranq; mille ac. cc. abesse stad. inquit. Quoniā siqbus aliis: ne nobis sane spectabiles extitissent. que tam procul abessent: ut manifeste cernerent. & psertim Corsica. Extat aūt in Ethalia portus nomie Argo/us: ab Argo naui dictus: ut phibēt. Nam cū Medea Circen uisere cōcupisset: Iasonē illius domicilia queritasse: ferūt. Permanere adhuc etiā quasdā minutiarū abrasarum uarietates: q̄s Argonaute fecerāt. & inunū cōpacte: calculi sunt in ripa. Huiusmodi uero fabulamentorū fictiones: eorū que a nobis narrant: inditia sunt. ut Homerus ipse nō omia per se finxerit. Sed cū taliū uulgatos rumores audiret: Is lōgas addebat distātias: locorūq; digressiones: Sicut Vlyxem in Oceanum exisse fecit. Similiter et Iasonem: cū huic & illi errores obuenerit. Velut & Menelao. De Etalia qdē tātum dixerim. Corsica uero: quā Greci Cyrnū appellāt: maligne colit: Aspa & plurimis in ptibus prsus inaccessibilis. Adeo ut q eius mōtes habitāt: ex latrociniis uitā degētes: superēt ipsas immanitate beluas. Cū ergo Romani Impatores in eos irruāt: Ipsorūq; castella irrūpant: magnūq; seruorū gregē captum aduehebāt: Rome cernere est simul: & mirari: q̄ agrestis uideat effigies. q̄q; bestiarū appareat diritas. facies q; truculente. Aut enim uitā tolerare nō possunt: Aut per socordiā: & ignauiā insensati dominos conterunt. Itaq; licet p eis paululū exponāt pcii: tñ poenitētia torquent. Habita/bilia tñ nōnulla sunt castella. Blesini. Carax. Enicome. Vapanes Locorū Scriptores Insule huius Longitudinem asserunt miliaria. c. &. lx. esse. Latitudinem uero. lxx:

Sardinie autẽ longitudo.cc.&.xx.Latitudo.lxxxxviii. Secundum alios ambitus Corsice: circiter tria milia: &.cc. stad. Sardinie autẽ quattuor milia est. Eius pars non modica:est aspera. minimeq; tranquilla.Magna quoq; pars agrum habet rebus omnibus felicem.Precipue tritico. Plerasq; uero urbes continet.Ex quibus digniores sunt Calaris. & Sulchi. Locorum quoq; uirtuti malignitas quedam obstat. Insula enim estiuo tempore morbosa est.In locis maxime foecũdis.Hec aũt ipsa montani populantur incole. Et quidem frequenter: Qui Diagesbei uocantur. Cum antea Iolenses nominarentur. Memorie enim proditum est: Iolaum plerosq; adducentem Herculis filios: huc applicuisse. Et cũ Insule accolis Barbaris cohabitasse:qui natiõe Thusci erant.Poeni postmodũ e Carthagine delati: imperium obtinuerunt:Cumq; iis aduersum Romanos bellum gerebant. His aũt deletis:rerum omnium potiti sunt Romani.Montanoꝝ uero quaterni sunt populi. Parati. Sossinati.Balari.Aconites. Speluncasq; inhabitãt. Neq; agri quippiã habent seminarii. Et quem habẽt:tamen segniter serunt. Sed alios accurate colentes spoliant. Partim indigenas. Partim trans equora nauibus inuadentes. Presertim Pisanos. Missi eo Pretores quedam cohibent. Alia fessi omittunt. Cum pestilentibus in locis exercitũ assidue nutrire: minime con/ducat.Reliquum est aũt illis Imperatoribus:ut exercitũ ducẽtent artibus qbuspiam. Et quidem Barbarorum morem obseruantes. Nam ii post latrocinãdum: dies com/plurimos prede nundinas celebrant. Tunc incursant. multosq; mortales in manus retrahunt. Has in Insula nascuntur arietes: qui pro lana pilum caprinũ procreant. quos Musmones uocitant. Eorũ sese pellibus:thoracis modo muniunt. Pelta utunẽ & pugione. A media inter Papuloniã et Pisas regione satis cernunẽ Insule. Oblõge aũt sunt.pariterq; a seipsis distantes. He tres in Austrũ Africamq; conuerse.Ethalia multo ceteris minor est. Ex Africa uero in Sardiniam: ubi propius est: distantiam miliarium.ccc.esse: locorum descriptores prodidere. Post Populoniam Cosse: paulo supra mare oppidũ extat. In sinu tumulus sublimis est: in quo edificatũ est oppidũ: Sub quo Herculis portus iacet. Et lacus ex mari salsus propinquus.Ad sinusq; ipsius ultima Thynnorum ꝓspectus est. Thynnus enim non modo glandes: uerũ etiam purpuras prosequitur:prope terram.Ab exteriore pelago:usq; in Siciliam incboans. A Cossis Ostiam nauigantibus exigue occurrunt urbes. Grauisce. Pyrgi. Hallium. Fregena.Ad Grauiscas.ccc.sunt stad. Inter hec locus est: quẽ Regis uillam uocãt. Hanc Maleoti Pelasgi regiam fuisse: scriptis mandatum est. Quem cum finitimis Pelasgis in his locis magna excellẽtem potentia:inde digressum:Athenas petiisse. Ex hac natione sunt etiam ii: qui Angyalam habitauere. A Grauiscis uero ad Pyrgos paulominus.c.et octoginta sunt stad. A stad.iñ.xxx.Ceretanoꝝ est Emporium. Habetq; Lucine templum: a Pelasgis constructum. quondam opulentissimũ. Ipm autem Sicilie Tyrannus Dionysius depeculatus est: in cursu ad Corsicam.A Pyrgis Ostiam.cc.lx. stad. In medio est Hallium et Fregena. Et de Tyrrheni quidem maris littore hec dicenda uisa sunt.Ceterum in mediterranea preter iam dictas urbes: extãt.Arretiũ.Perusia.Vulsinii. Sutriũ.Vlterius oppidula cõplura:Blerate. Ferẽ/tenum. Falerii. Faliscũ. Nepita. Statonia.Aliaq; cõplura. Nõ nulla ab initio qdẽ cõsistebãt.Alia uel Romanoꝝ sunt colonie: uel depssa:Sicut sepius finitimi expug/nati sunt:ut fidene. Aliq sane falerios in Thuscie Regione:minime locãdos eẽ aiũt. Sed faliscos p se gentẽ. Quidã etiã faliscos proprii sermonis ciuitatẽ posuere. Aliqui Oeaci Synfaliscum appellãt:in uia Flaminia iacentẽ.inter Ocbeculum & Romam. Sub monte aũt Soracte urbs est Feronia.Quo nomine & dea quedam nũcupatur.

Quam finitimi miro dignantur honore. Quo in loco ipsius templum est: mirificum sacri genus habēs. Nam qui eius numine afflantᷓ: nudis pedibus prunas: & copiosum inambulant sub hac demone: nulla lesione: cinerem. Eo ingens mortalium multitudo conuenit: & celebritatis ipsius: que quot annis celebratur gratia: pariter & spectaculi: quod dico. In mediterranea uero: maxime ad montana extat Arretium: mille ac. cc. a Roma distās stadiis. Clusium uero. dccc. prope est. & Perusia. Ad agri beatitudinē accedunt & lacus magni: & permulti. Qui & nauigatiōibus patent. & permultis mēsis nutriunt opsonia. & palustres auiculas. Non modicum etiam cremium. Papyrusq: & Vlua copiosa: Romam per fluuios conuectatur: qui usq: in Tiberim e lacubus effluunt. E qbus est Ciminius. & circa uolsinios: & Clusiū. & prope Romā: admodū ad mare Sabata. Longissime autem terra Pasumenna Arretio uicina. per quam ex Gallia in Thusciam exercitus incursant. Qua usus est Annibal: cum due paterēt uie. Hec scilicet: & Arimini per Vmbriam. Meliorq: Arimino. Ibi. n. satis humiles mōtes fiunt. Ceterum cum hic ipse transitus statione teneretur accuratius: asperiorē deligere coactus est. Et tamen cōpos euasit: superato magnas per pugnas Flaminio. Thuscia quoq: ubi Rome propinquior est: ubertatē calidarum habet aquarum. Nec minus abundant: q̄ Gaie: que reliquas omnis nobilitate precellunt. Thuscia applicatur: ex parte oriētis: Vmbria. Que ab Apēnino incipit. & ultra etiā: usq: ad sinū Adriaticū. Hi enim a Rhauenna inchoantes: propiora deinceps tenent. Sarsinam. Ariminum. Senam. Camarinum. Ibi & Esis fluuius est. & mons Cingunus. & Sentinū. Amnisq: Metaurus. & Fanum fortune. In hisce nanq: locis priores fuere Italie termini: atq: Gallie: ad quādam maris eius partem. Licet Imperatores sepenumero trāsposuerint. Antea quidem Esin flumen terminum faciebant. Rursus Rhubiconē fluuium. Esis inter Anconem labitᷓ: & Senegalliā. At Rhubicon inter Ariminū & Rhauennam. Vterq: in Adriaticū excurrit pelagus. Nunc uniuersa usq: ad Alpes Italia demon/strata est. Hos igitur omittamus terminos. Redeamus uero ad Vmbriam. Quā usq: Rhauennā extendi: cōsentiunt omnes. Hinc enim usq: Ariminum. ccc. esse asserunt. Ex Arimino. n. iter Romam per flaminiā uiā facienti per Vmbriā: usq: Ocriculos: & Tiberim: stad. l. & . ccc. supra mille. Hec quidem longitudo est. Ceterum latitudo impar. Intra montes uero Apenninos he sunt urbes dignitate precellentes. Ad ipsam quidē uiam flaminiā Ocriculi: Tiberi ꝓpinqui. Laroloni. Narnia. per quam Nar amnis labitᷓ: Tiberim influēs. paulo sup Ocriculos exiguis nauigabilis nauigiis. Dehīc Carsuli: & Meuania. preter quā labitᷓ Teneas. & hic ipse paruulis Scaphis collectos ex agro fructus deuehit in Tiberim. Sunt & alie Vicane habitationes: potius uie gratia: q̄ ullo ciuili coetu congregate. Forū Flaminii. Nuceria. ubi uasa lignea fa/bricantur. Forum Sempronii. ex Oriculis autem Ariminum permeāti: uia dextera Interamna occurrit. & Spoletū. & Esium. & in ipsis montibus Picentinoꝝ cōfinibus: ad montana Camertes. Altera ex parte Ameria: & Tuder: clara ciuitas. & Ispellum. & Iturū. Prope hoc sane mōtis excessus est. Vniuersa Regio fertilissima est. Mon/tana aliquāto magis. que Siligine potius: q̄ Tritico: mortalibus uictum suppeditat. Et montana Sabinia est. ordine huic adiecta. sicut illa Thuscie. & que his ꝓpinqua sunt: Et Apennino: longe magis q̄ Latium: asperiora. He quidem gentes decē initiū a Tiberi: ac Thuscia ducentes: ad Apenninum: & Adriaticum mare protrahuntur: ex obliquo insecte. At Vmbria: usq: ad mare: uariās: ut dictum est: porrigitᷓ. De qua satis expositū sit. Sabini angustū incolunt agrū. in longitudinē protensum a Tiberi: usq: Nomentum oppidū: stad mille: usq: ad Vestinos. Paucas quidē ac tenues habēt

urbes: bellorum assiduitate uastatas: Amiternũ & Interocream uicum: Reati finitimũ. In Cotiscoliis frigide aque sunt. Quarum potus & insessio morbos curant. Sabinorum quoq; sunt Foruli: petre ad rebellandũ: q̃ ad habitandũ aptiores. Cures urbs quõdã insignis: nunc aũt uiculus: E qua exciti sunt. T. Tatius: & Numa Pompilius Rome quandoq; regnantes. Hinc Quirites appellare solent Romanos: qui orationẽ habẽt ad populum. Treburaq;: & Eretum. & tales habitandi sedes alie. Vici potius q̃ urbes: censeri debent. Ager eorum egregie oliuetis: & uinetis predita est. Glandesq; passim producit. Maxime gregibus: & armentis: student. Rheatinorum uero mulorum genus mirum in modum nobile. Vt autem summatim dicam: Italia cuncta pecorum & frugũ prestãtissima nutrix est. Cetere partes aliis atq; aliis in rebus principatũ adipiscũtur. Sabini uero gens antiquissima est. Indigene. & Aborigines. Ab his Picentini: Sam/nitesq; in colonias deducti. Horum autem Lucani. Horum uero Brutii. Ex eorum uetustate fortitudinis documẽtum q̃ffecerit: ceterequ; uirtutis: Cuius opes aduersariis in hanc usq; etatem obstitere. Rerum Scriptor Fabius autor est: Romanos: tum primum diuiciarum sensum accepisse: cum huius potiti sunt gẽtis. Per ipsos: uia Salaria: non magne longitudinis: strata est. In quã & Nomentana incidit: apud Heretum Sabinorum uicum: supra Tiberim iacentẽ: ex eadem Collina porta incohoans. Deh[i]c Latium iacet. In quo & urbs Roma. Que etiã multas ex nõ Latina prius collegit. Equi enim: Volci: Hernici: Aborigines: Rome appositi. Et Rutuli: priscã habẽtes Ardeam. Aliiq; cõuentus maiores. & minores: circa priscam illam Romam habitãtes. cum initio urbs condita fuit. E quibus nonnullos uicatim suis legibus etatem ducere: obueniebat: cũ nulla sub gente cẽserentur. Eneam una cũ Anchise patre: & Ascanio filio: Laurentum applicuisse: memorie proditum est. Ad littusq; prope Ostiam: ac Tiberim: paulum a mari supra: circiter quattuor & uiginti stad.: oppidulũ edificasse. Aduentantem deinde Latinum Regem Aboriginum: qui tunc loca: ubi nũc Roma est: incolebant: cum Enea societatem iniisse aduersus finitimos Rutulos: qui Ardeam per id temporis tenebãt. Distat autem ab Ardea Roma stad. c. & . lx. Victorẽ uero a Lauinia filia proxime urbem cognomine edificasse. Denuo cõserentibus pugnam Rutulis: Latinum cecidisse. At Eneam re feliciter gesta: Imperium adeptum: suos etiam latinos appellasse. Hoc etiã & genitore: humanis ex rebus excedente: Ascanius in Albano monte: qui quantum & Ardea tantum distat a Roma: Albam posuit. Eo in loco Romani pariter ac Latini: ex uniuerso regno Ioui immolant. Instãte sacri tempore Prefectus instituitur e nobilioribus unus Iuuenibus. Post autem annis. cccc. Amulii ac Numitoris facta sunt: ut memorie mandatũ est: partim fabulosa. partim propius fidem. Ambo enim ab Ascanii prognatis per successionem Albe regnum acce/perunt: quod usq; ad Tiberim dilatatum erat. Ceterum Iunior Amulius: natu maiore supplantato: regnum inuaserat. Verũ cum Numitori filius adesset: ac filia: Filium quidem interuenandum insidiis obtruncat. Filiam uero: ut spem prolis interciperet: Veste Sacerdotem constituit: seruande uirginitatis gratia. Eam Rheam Siluiam uocitant. Corruptam postea deprehendens: gemellis partu editis. Siluiam quidem coniecit in carcerem: fratri gratiam tribuens. Puellos uero ritu patrio exposuit in Tiberim. Eos autem marte genitos fabulantur. Ii cum a Lupa catulorum instar: lactari spectarẽtur: Faustulus loci illius Subulcus sublatos enutriit infantes. Con/iectari licet: Subditum quendam Amulio locupletem: acceptos educasse. Et alterum quidem Romulum: Alterum autem Remum nominasse. Hi ergo cum adoleuissent: mpetu in Amulium facto: eum stirpemq; eius delesse. Quibus extinctis: & restituto in

Regnum Numitore: domum reuersos: Romam condidisse: in locis: non quidem arbitrio delectis: et idoneis: sed necessitate oblatis. Solum enim neq; munitum: Neq; agrum circunadiacentem: alende ciuitati satis fertilem habet. Neq; mortales ad habitandum: abunde cōuenientes. Qui enim aderant: seorsum habitabāt: urbis edificāde menibus propinqui. Nec Albanorum imperio subiecti. Erant aūt Collatia. Antēne. Fidene. Lauinum. alieq; huius generis urbes. tunc quidem oppidula. Nunc autem uici. Priuataq; quorundam edificia. Longe a Roma stadia triginta distantia. Intra quintum igitur: & sextum lapidem: Sic enim miliaria designabant: Locus erat festi appellatus: ubi Romani tunc terminus monstrabatur agri. Sacrorum Presules: et hic & aliis in locis: perinde ac in finibus: eadem die sacrificium absoluunt. quod Ambaruale uocant. Orta igitur inter eos seditione: interedificanda moenia: Remum occisum fuisse: traditur. Vrbe deinde condita: Romulos mortales cōuenas aggregat: Sacrum quendam locum Asylum aperiens: inter Collē & Capitoliū. Quo pfugiētes finitimos ciuitate donatos designat. Eis cū adipisci cōnubia neqret: Neptunno cōsecratū equestre uulgat certamē. Quod & hac ipa cōficit' etate. Cōueniētibus pmultis: maxīa ex parte Sabinis edicit: ut celibes cuncti: uirgines eo profectas: rapiant. Rex ergo Curiū. T. Tatius iniuriā uindicaturus armis: in regni sotietatē: & ciuitatis cum Romulo conuenit. Ceso autem per dolum Tatio: Lauinii: solus: non inuitis Quiritibus: Romulus tenuit Imperium. Post Romulum Numa Pompilius. T. Tatio conterraneus: regnū suscepit: ita iubentibus subditis. Hec qdē Vrbis Rome creatio ē: que maxime fidē uendicat. Prior quedā ac fabulosa altera Coloniā ex Arcadibus deductum ab Euandro esse commemorat. Huic enim hospitio iunctum Herculem fama est Geryone boues agitantem. Euander a Nicostrata matre: que uaticinandi noticia pollebat: intellexerat: In fatis esse: Herculem post consummata certamina: deorum numero adscitumiri. Quibus Herculi renunciatis: sacram edem apte posuisse. Et Grecanico ritu immolasse. Quē & hec etas Herculi seruat. Qua ex causa Cecilius rerum Romanorum scriptor: signum ponit: Romam origine Grecam esse urbem: Quod penes eam: more patrio: sacrifitium Grecum Herculi dicatū existat. et Romanus Populus Euandri matrem Nympharum unā existimantes pcipuis uenerenē' honoribus: Transmutato pro Nicostrata nomine: eam Carmentē appellātes. Itaq; Latini: cū a primordio pauci eēnt: Nec Romano subessent Impio: postea uirtutis admirationē obstupescentes: et Romulo: et Ceteris dehinc Regibus: subiecti fuere omes. Fusisq; Equis. et Volscis. et Hernicis: Priusq; rutulis: et Aboriginibus: Insuper et Resis. et Argyruscis. et Priuernatibus: cuncta istorum plaga Latinoꝝ uocitata est. Volscorum autem Pometiorum agri finitimi Latinis erant. Sic etiam oppidum est Epiola: quod Tarquinius Priscus a fundamentis diruit. Equorū quoq; Curibus uicinoꝝ: hic. idem urbes direptas extinxit. Eius filius Volscoꝝ Metropolin Suessam in potestatem redegit. Hernici uero et Lauinio: et Albe uicini erant. ac ipsi Rome. Non longe autem distat Aricia. et Tellene. et Antium. Ceterum Albani Romanis initio inunum conspirabant. Cum et Latini: et eiusdem lingue: simul essent. Vterq; uero per se suum obtinebat Imperiū. Nec minus tamen connubia: sacraq; cōmunia erant. Et reliqua iura ciuilia. Posteriori deinde tempore: conflato inter eos bello: Alba diruta est: templo duntaxat excepto. Albani uero Romana Ciuitate donati sunt. Alie uero circunstantes ciuitates: partim delete: Partim: cū rebelles essent: depsse sunt. Mon nulle: pro Romanorum amicicia: in ampliorem statum floruere. Nunc quidem maritima ipsa: ad urbem usq; Sinuessam: ab Ostia: Latina dicitur. Antea

quippe usq; Circeium extendebatur. Et in mediterraneam quidem prius: non sane multa. Postea uero usq; in Campaniam. et Samnium. et Pelignos. et alios incolas Apennini: porrecta est. tota opulentissima & fertilissima: preter littoralia pauca: que palustria sunt: atq; morbosa: ueluti Ardeates: & qui inter Antium: Lauiniūq; usq; Pometiam: & Setina quedam loca. & Terracinam: atq; Circeium. Et si qua mōtana: et petrosa sunt. Que tamē ipsa neq; omnino inculta: uel infructuosa sunt. Sed leta pabula prestent. uel materiam. uel palustres: montanosq; prouentus. Cecubū quidē: licet paludibus adiaceat: uineta tamen: uini feracissima: precipuis enutrit arboribus. Extant aūt maritime Latinorum urbes: Ostia: importuosa quidem propter limū, quem Tiberis: multis refertus amnibus: aggregat. Non paruo igitē discrimine agitata salo: stant in Anchoris nauigia. Attamen uincit utilitas. Nanq; ministrantiū copia scapharum: quibus eximuntur: et imponuntur onera: impigram efficit enauigandi facultatem: ante q̄ flumen attingant. Sunt et que ex parte leuatis oneribus: amnem intrant. & penes Romam stad. c. et. lxxxx. aduersa producantur aqua. Ostiā: que tale oppidum est: Ancus Marcus condidit. Debinc Antium est: & ipsa quidem portu carēs ciuitas. Sita est in rupe: longe ab Ostia ad stad. cc. et. lx. Nunc ad ociū: rerumq; urbanarum uacationem principibus concessa est: ubi tempus nacti sunt. Quocirca frequētes: et quidē magnifice in ea urbe ad buiuscemodi peregrinationes: edificate sunt edes. Superioribus annis naues babebant: quibus cum Etruscis latrocinandi societatem inibant. Licet iam Romano subiecti Imperio. Eas ob causas et Alexander antea: et Demetrius postea: missis qui Predones in potestatem redigerēt: eos Romanis reddidit: incusatione simul adiuncta. Gratis quidem inqt eis se donare corpora: propter antiquam cum Grecis necessitudinem. Indignum autem esse: Ipsos: uiros qui Regnū Italie uēdicarēt: latrocinia simul emittere. Cūq; in foro Castoris et Pollucis templum edificatum: tantis uenerētur bonoribus: quos uniuersi Conseruatores appellent: Qui Greciam illorum patriam populentur immittere. Romani deinde illos: ab eius generis exercitatione represserunt. In barū urbiū medio locatum est Lauinium: Latino nomini cōmune Veneris templum babens. Eius curā a maioribus acceptam: Ardeate tuenē. Inde Laurentū. Super bec extat Ardea Rutulo℞ colonia: Stad. lxx. a mari distans. Cui propinqua est Veneris edes. Vbi Latinorū celebritas est: atq; conuentus. Populantibus uero loca Samnitibus: uetustissimorum reliqua extant oppidorum uestigia: Illustria sane: propter aduentantē eodē Eneā: Et eius sacra ex illa tempestate posteris commendata. Post Antium Circeium est. stad. cc. distans et. lxxxx. Mons mari: et paludibus: instar babens Insule. Quem copiosis germinare radicibus: fama est. Ob ea fortasse: que Circe cōuenientia: fabule uulgant. Habet etiam castellum. et Circes Sacellum. et Minerue Aram. Monstrant autem et quandam Vlyxis pateram. In medioq; Storas est fluuius. et prope illum Hypbormus. Debinc contiguum littus: portubus destitutum. Vicinus tantummodo Circeio perexiguus portus adiacet. In mediterranea uero: Pometius ager imminet. Huic proximi Ausonii prius incolebant. Qui quidem et campaniam tenebant. Post eos Osci: qui et ipsi Campanie partem obtinebant. Hoc autem tempore: cuncta usq; Sinuessam Latini tenent: ut diximus. Quippiā uero Oscis: et Ausonie genti ꝓprium obtigit. Nam cum Oscorum gens defecerit: Eorum lingua Romanis salua manet. ut more quodam patrio scripta poetica in senicū certamē perueniant. Histrionesq; pronuntient. Ceterum cum Ausonii mare Siculum ne semel quidem incoluerint: Siculum tamē pelagus Ausonium appellatur. Deinceps Circeio proxima intra stad. c.

Terracina est. Antea Trachina: idest aspera uocata. ex eo quod ei obtigit. Eidemq; obiecta Palus ingēs est. Quam duo amnes efficiunt. E quibus maiorem Aufidū appellant. Hoc in loco mari adiungit Appia uia: strata e Roma usq; Brundusiū. Ac plurimū pera grata. E maritimis urbibus he solum attingunt. Terracina. & que deinceps. Formii. Minturne. Sinuessa. & extrema Tarentū. & Brundusium. Penes Terracinam uero Romam iter facienti: fossa ad Appiam uiam apponitur. & qdem multis in locis. Quam & palustres: & fluuiatiles implēt aque. Per eā nocturna maxime fit nauigatio. Vt qui primis inscendant tenebris: oriente sole egressi: uie Appie reliquum euadant. Et interdiu: trahentibus nullis: remulco perambulent. Subinde Formii: quos condidere Lacones. Quas prius Hormias a Stationis idest Hormi bonitate appellabant. In medio positum sinum illi Caietam nominarunt. Curua. n. omnia Caietas appellauere Lacones. Pleriq; sinū ipsum ex Enee nutrice cognomē duxisse ferūt. Stad' autem. c. longitudinem habet: a Terracina: usq; in eiusdem nominis promontorium incboans. Ingentes hic spelunce panduntur: domicilia magna: sumptuosaq; continentes. Hoc ex loco Formios usq;: stadia sunt. cccc. Inter hanc & Sinuessam: Minturne sunt: ut rinq; ad stadia. lxxx. distantes. Interfluit autem Eris amnis. Quem antea Clanin uocauere. Labiturq; superne de Apenninis collibus. et agro Vestino: preter uicum Fregellas: clarissimam olim urbem. Excurrit autem in Lucum sacrū: Quem magnis honoribus Minturnenses celebrāt: oppido incūbentē. In ipso speluncarum prospectu: Iacent Insule due procul in pelago: Pandaria: et Pontia. exigue quidem. ceterum habitaculis frequentes. inter se nō admodū disiūcte. Verum a Littore stad'. cc. et. l. semote. Sinui uero Caietano contiguum est Cecubū Cui adiacet urbs Fundi in Appia uia. Tota hec ora: precipua adeo uina generat: Verum Cecubum: et Fundanū: et Setinum: sicuti Falernum. et Albanum: et Staganum: inter nobilia numeratur. Sinuessa in Setano sita est sinu. A quo nomen uēdicat. Ei proxime calide sunt Balnee: ad egritudines quasdam accommodatissime. He quidem urbes Latinorum maritime. At prima supra Ostiam in mediterranea: Roma est. et sola super Tiberim iacet. De qua iam dictum est: eam non delectu: sed necessitate conditam esse. Addamus et illud: Quod qui etiam deinde edificia: quadā ex parte addiderunt: nō sane potiora sua in potestate habuere. Verum iactis antea fundamentis seruierunt. Prisci nanq; capitolium: et Palatium Collemq; Quirinalē: sic muniere muris: ut uenientibus aliunde exterius: facilis foret ascensu. Adeo ut. T. Tatius primo aduentans incursu: locorum potitus sit: cum raptarum uirginum ulcisceretur iniuriā. Ancus etiā Marcus montem Celium: et Auentinū: et iacentē inter hos campum: assumens: inuicē disiūctos: et ab aliis ā muro cinctis edificiis: urgente necessitate prioribus copulauit. Colles enim adeo munitos extra muros illis p mittere qui incumbentia superne castella cuperent: nequaquam recte se habebat. Totum etiam explere circuitum: usq; in Quirinalem: minime ualuit. Quem quidem locorū defectū: Seruius redarguit. Nam suppleuit ipse: adiecto Esqlino colle. & Viminali. Ea uero loca aduentantibus hostibus leuiter captari poterant. Quocirca profundiore exterius ducta fossa: et accepto solo stad'. vi. aggerem porrexerunt: super fosse supercilio interiore. Murumq; cum turribus. e Collina porta: usq; ad Esquilinam imposuerunt. In aggere autem medio tertia est porta: eiusdem nominis cum Colle Viminali. Vrbis ipsius igitur munimentum: alius indigens munimentis: huius generis est. Priscos sane illos eandē et de seipsis: et de posteris: cogitationē suscepisse arbitror. Quoniam non a locorum munitionibus: sed ab armis: innataq; uirtute: tutelam: et

ceterarum rerum facultatem: habere Romanorum eſt. Non uiriſ quidem moenia:
Sed uiroſ moenibuſ propugnacula putabant. Cum igitur ſolum ipſum in circuitu
bonum: ac permultū eſſet initio: urbiſ autem ſedeſ ad hoſtileſ facile pateret incurſuſ:
nulla profecto ſorſ locoꝝ beata futura fuit: Cumqꝫ uirtute atqꝫ labore terram ꝓpriā
uendicaſſent: quidam bonoꝝ incurſuſ affluxiſſe: uiſuſ eſt. qui omnē nature bonitatē
antecelleret. Quam ob cauſam adeo ciuitaſ creuit: ut cum commeatu: tum ligniſ: et
lapidibuſ: ad edificia perduret. que ſine fine factitant. Cum tot caſuſ: tot incendia:
tot permutationeſ incidant. nullo deficienteſ tempore. Nam permutate edifitiorum
figure: ſpontanei quidā caſuſ exiſtunt. cū aliuſ alia: ex aliiſ: tranſponit. Et edifitiū:
ex edifitio: pro cupiditate: nouat. Quaſ quidem ad reſ: et ipſa metallorum copia: et
materia: et deuectanteſ amneſ: mirificam quandam preſtant abundantiam. Primuſ
quidem Anio: ex Alba decurrenſ: preter Latinam Marſorum urbem. et propinquū
illi campum. quouſqꝫ Tiberim intret. Inde Nar. et Tenaſ: et alii: qui per Vmbriam
labuntur fluuii: eidem miſcentur Tiberi. Verum per Thuſciam: agrumqꝫ Cluſinum
Claniſ. Auguſtuſ igitur Ceſar: ad urbanoſ eiuſ generiſ defectuſ: precipuam curam
adhibuit: inſtitutiſ e Libertinorum numero militibuſ: qui aduerſuſ incendia ferrent
opem. Contra ruinaſ uero: nouorum altitudineſ edifitiorum depoſuit. Et nequiſ
ſupra pedeſ. lxx. ſublimiuſ edificaret: inhibuit: in publicarū uicinitate uiaꝝ. Attamen
niſi et metalla: et materia: et portorium recte inſtitutū: obſiſteret: recte introducta
preceptio defeciſſet. Hoſ quidē proſperoſ rerum euentuſ ipſa Regioniſ natura p̄bet.
Adiecit ei Romanuſ Populuſ quicquid ex prouidentia conſultandū erat. Nam cum
in condēdiſ edifitiiſ Greci acuti maxime: ac ſolerteſ fuiſſe uideanť: cū pulchritudinē:
et munimentum ingenioſe proſpicerent: portuſqꝫ et agri feracitatem: hi ea maxime
animaduerterūt: que illi parui fecerunt. Strata uiarū. Aqueductuſ. Cloacaſ: quibuſ
ciuitatiſ ſordeſ in Tiberī eluerent. Cernere licet ſtrataſ in agro uiaſ: exciſiſ ad hec col/
libuſ: exaggeratiſ uallibuſ: unde nauigioꝝ onera plauſtriſ exciperenť. Cloace duro
camerate lapide: peruiaſ carriſ ſtramentorū ſemitaſ reliquerūt. Tanta aūt per aque/
ductuſ aquarū ubertaſ influit: ut per urbē: atqꝫ cloacaſ amneſ inundare uideantur.
Et uniuerſe propemodum edeſ ſubterraneoſ meatuſ: Siphoneſ ac fiſtulaſ undoſaſ
habeāt. Quorū accuratiſſimā diligentiā. M. Agrippa egit. Qui urbē pluribuſ aliiſ
monumentiſ adornauit. Vt aūt ſic dixerim: ueteres illi Romani urbiſ pulchritudinē
cōtēpſere: cū maioribuſ: magiſqꝫ neceſſariiſ: animū adieciſſēt. Poſteri uero: et ii p̄ſertī:
qui noſtriſ fuere tēporibuſ: haudq̄q̄ hac in re ceſſiſſe uidenť. Sed innumerabilibuſ: et
preclariſſimiſ urbē Romanā impleuerūt inſignibuſ. Pompeiuſ nāqꝫ: et Diuuſ Ceſar:
et Octauianuſ: et eiuſ filii: et familiareſ: et uxor: et ſoror: cunctorū ſtudiū ſimul et
impēſaſ: ad apparanda decora ſuperarūt. Maximā aūt horū partē Martiuſ Cāpuſ
habet: Preter natiuā locoꝝ amoenitatē: artiſ et ſollertie exornatiōeſ admittēſ. Cāpi
enim admirabiliſ magnitudo: Et curruleſ pariter curſuſ: et alia equeſtria certamia ex/
pedita ſuppeditat. Nec minuſ tam multiſ pilam: circulum: paleſtram: exercitatione
tractantibuſ. Aliaqꝫ incumbētia ſimul opera. Quid peremneſ ſolo herbaſ: coronatoſqꝫ
uſqꝫ ad fluminiſ alueum colleſ? Scenicaꝝ oſtentatio picturarū: eiuſ generiſ ſpecta/
cula preſtāt: ut difficulter et inuituſ: abſcedaſ. Huic proximuſ cāpo: et alter adiacet
campuſ. et innumerabileſ circumcirca porticuſ. horti nemoroſi. Theatra tria. ſimul
et Amphitheatrum. Templa magnificentiſſima. inter ſe cōtigua. ut quaſi aliud agen/
tia: reliquam urbiſ uenuſtatem oſtentare uideantur. Eapropter cum locum iſtum
religioſiſſimum eſſe cogitaſſent: clariſſimorum uirorum: ac feminarum monumenta

in eo construxerunt. Commemoratione dignissimũ est: quod Mausolium appellãt: in excelsis fundatum molibus: lapide niueo. et perpetue uiriditatis: arboribus cobo/pertum. In summum usq; uerticem: ad fluminis ripam exaggeratum. In summo aũt positum est Cesaris Augusti simulacrum: ex ere fabricatũ. Sub aggere ipso sunt eius loculi. et cognatorum. et necessariorum. A tergo uero Lucus est: mirifica cõtinens ambulacra. In medio autem Campi spatio sui busti extat ambitus. Et hic ipse niueo perfectus lapide. Ferreos in circuitu cancellos habens. Et plantatas interius pre se ferẽs populos. Rursus si priscum ingrediaris Forum: aliud ex alio spectabis appositũ. Quid regales porticus: edesq; sacras? Quid Capitoliũ? et in ipso: et in Palatio opera? Et in Liuie porticu? que singula cõtemplans: alia facile exteriora obliuione delebis. Talis est Roma. Aliarum uero in Latina Ciuitatum: quedam aliis insignibus: quedã nobilissimis discernunt̃ uiis. que per Latinam strate uisuntur. Preclarissime sunt uie: Appia. Latina. Valeria. Vna quidem ad mare: Latine partes separans: usq; Sinuessã protenditur. Altera in Sabinam: usq; ad Marsos. Inter has media Latina est. ad Ca/sinum oppidum coniungitur Appie: ab Capua decem et nouem distãs stadiis. Appie uie principium ex ipsa sinistrorsum est: prope Romã deflectens. Dehinc per Thus/culanos transiẽs mõtes: inter oppidũ Thusculũ: & Albanos ducit̃ mõtes: ad oppidulũ descẽdẽs Algidũ: et Pictas p Pandochiã. Porro in unũ cadit Labicana: A porta qdẽ Esqlina incipiẽs: a q̃ et Prenestina. A sinistra uero: et hãc: et Esqlinũ omittẽs cãpũ: ultra. c. et. xx. stad̃ pgit. Cum aũt Labico: uetusto sane oppido: ceterũ disiecto: et in sublimi sito: propinquat: et hoc: et Thusculum: relinquit a dextra. Ad Pictas uero et Latinam finem accipit. Hic locus stadiis ducentis et decem distat a Roma. Post/modum deinceps in ipsa Latina insignes sunt edes: Vrbesq; Ferentinũ: et Frusino: iuxta quam Cosas labitur flumẽ. Fabrateria iuxta quã Trerus amnis fluit. Aqnnũ magna ciuitas est: iuxta quam Melpis flumen labitur: ingens ad Interamnem: inter duos confluentes in unum fluuios iacentem: Lirin et alterum Casinum. Preclara et hec ciuitas est Latinorum nouissima. Teanum enim quod Sidicinũ uocãt: ordine deinde situm: ex imposito uocabulo: Sidicinorum esse demonstratur: Qui quidem ex Oscorum gente Campana restant. Adeo ut et hec Campanie ciuitas diceretur: maxima inter latinas urbes. Inde Calenum: urbs inprimis eximia: adiuncta et ipsa Casilino. Vtroq; autem ex Latine latere dextrorsum inter illam: et Appiam: Setia: et signia sunt: uini feraces. Altera quidem preciosissimi. Alterius uinum est: qd̃ aluum sistit: quod Signinum uocitant. Ante hanc Priuernũ est: et Cora: et Syes: et pusilla quedam Prefectura: Velitreq; et Alatriũ. Sunt et Fregelle: quas preterfluit Liris. Qui ad Minturnas erumpit. Qui hoc quidem tempore uicus est. Et olim urbs mag/nifacienda. et que complures ex iam dictis circumhabitationes adiacẽtes cõtineret. His autem annis conueniunt: ut Ludos et sacrificia in ea perficiant. Ea uero cum a Romanis defecisset: fũditus est diruta. Plurime aũt sunt: et horum: et eorum qui in Latina: & eorum qui post illos sunt: in Equis: et Hernicis: & Volscis ciuitates con/structe. Sunt et Romanorum oppida a sinistra Latine. inter eam: et Valeriam. Gabii sane extant in Prenestina uia siti. ubi Latomie sunt. plus q̃ relique: lapides Rome suppeditantes. distantes Roma et Preneste ex equo ad stadia centum. Inde Preneste. de quo mox uerba faciemus. Dehinc supra montes Prenestinos Hernicoꝝ oppidulum: et Piculum: et Anagnia urbs insignis. et Cereate: et Sora. Apud quam elabens Liris Fregellas affluit. atq; Minturnas. Dehinc alie quedam: Et Venafrum: unde oleum optimum. Oppidulum quidem ipsum in uertice situm est. Preter cuius

radicem Vulturnus excurrit. Qui iuxta Casilinum delatus: in eiusdem nominis urbē erūpit. Esernia porro: et Allife: Samnitica iam sunt oppida. Alterum bello Marsico deletum. Alterum superstes adhuc. Ceterum Valeria a Tiburtinis capiens initium: ad Marsos: et Corfinium Pelignorum Metropolin ducit. In ea Latine urbes sunt. Valeria: et Carseoli: et Alba. Prope est Cuculum oppidulum. In Rome uero conspectu sunt Tibur: Preneste: et Thusculū. Tibur quidē Herculeū est: & Cataracta idest descensus est: Quā facit Anio: ubi nauigabilis esse incipit: cū e sublimi pfundam in uallē precepsdeferē. Et per urbi ipsi uicina nemora. Hoc ex loco mira ē fructuū abundantia. preter lapidis effossiones: Qui Tiburtinus dicitur. Et alterius Gabiorū. et eius qui rubeus dicitur. Adeo ut eorum ex metallis: exportatio: et subuectio: facillima fiat. ad plurima opera Rome conficienda. In hac planicie Anio fluit. et quas nuncupant Albulas: aq̄s frigidas multis e fōtibus edentes. uarios ad morbos salutares. cum potu: tum incessionibus admissas. Talia sunt etiam Labana: non longe ab istis: in agro Nomentano. et circa Ereti locos. Habet Preneste Fortune templū illustre: unde certa eduntur Oracula. Iste due urbes in eadem motana regione site sunt. distātes inuicē stad. c. E Roma uero bis tot Preneste. At minus Tibur abē. Grecā uero utranq; esse cōmemorant. Preneste. n. quondam Polystephanum idest multaꝝ coronaꝝ appellatā. Valida aūt nunc est utraq;. Sed Preneste amplius. Nam super urbē quidē: montē habet excelsū. A tergoq; cōtinui montis collo disiunctū. duobus stad. arduū ascensu. Ad tā ualidā uero munitionē etiā foueis occultis q̄q̄uersum: usq; ad plana: perforatus ē. et aq̄tionis gratia. et clandestine fuge. In quaꝝ una Marius. obsidione opp̄ssus: oppetiit. Reliq̄s sane urbibus cōmoditati sunt muroꝝ munimina. Prenestinis autem cladi: propter Romanorum seditiones. Confugientibus enim eo seditiosis: et per obsidionē dep̄hēsis: et urbē uastari: et agrū alienari cōtigit: ad insōtes culpa relata. Fluit aūt per agrū Verestis fluuius. Ex orientali aūt Rome regione dicte urbes extant. Interius uero ad montanū illarū tractū: alterū tergū ē: uallem in medio relinquens ad Algidum. Sublime sane ad Albanū usq; collē. Sup eo q̄dem sitū ē Thusculū: ciuitas egregiis ornamentis insignis. Eam uinea coronāt. Tectaq; magnifica. Ex ea p̄sertim regione: que in Romanū descendit aspectū. Isto in loco Thusculanū ē iugū. irriguum. et terris fertile. q̄eto surgēs ascēsu. Videre licet uillas: uariis decoratas apparatibus Cōtigua ē Albano pxima mōti ora. eiusdē uirtutis. Apparatusq; pulchros habēs. Debic planicies ē: pleraq; Rome pxima. suburbanisq; eius. Pleraq; mari uicina. Minus uero salubris. Reliq; ductu facilis. paribusq; spectabilis ornamentis. Post Albanum montē: urbs ē Aricia: in Appia uia. stad. c. et. lx. Roma distans. Curuus aūt cū sit locus: habet tñ munitā summitatē. Cui quidē super incidet Lauiniū. Romanoꝝ ciuitas: in Appie uie dextera. A qua pspectus ē maris & Antii. Est et Diane lucus. idest Artemesium: sic. n. uocāt: e sinistra uie regione: ex Aricia: ad Aricinā uiā cōscendētibus: quod templū nomināt edificiū Taurice. Nā Barbaricus quidā: Scytharūq; circa tēplū mos obtinet. Qui. n. uictime mactator p̄us extiterit: Sacerdos instituitur. fugitiuus quidā uir: gladiū tenens. et insultus semp circūspectās: ad tutandum strenue est paratus. Templum autem silua circundat. Cui lacus: instar pelagi fluctuans: adiacet. Circumcirca montanum imminet supercilium cōtinenter. unumq; prealtum. Caua inde regio templum: aquāq; excipit. Fontes spectare licet: e quibus lacus expletur. Horum sacra sub cuiusdam Demonis appellatione habētur. Hoc in loco scaturigines obscure sunt. Longius autem exterius ad superficiem eminentes ostenduntur. Hisce locis proximus est mons Albanus. multū ultra Artemisiū

porrectus. Et illius supercilia: licet in rectum: sufficienter ardua. Continet aūt hic lacū: longe ampliorē alio: qui ad Athemisiū montē iacet. Vltra hec dicte ꝑius urbes Latine uie sunt. E quibus in mediterranea maxime Latinas inter urbes sita ē Alba: Marsis finitia: in excelso locata saxo. Prope Fusinus ē lacus: lōgitudīe par pelago. Is Marsis: et uicinis maxime omnibus usui fit. Memorie proditū est: illum nōnunq̄ usq; ad montana crescere. Interdū aūt decrescere. ut mersa prius lacu loca deficcenē. et agricolationē rusticis exhibeāt: que subterranei humoris trāsitiōe occulta q̄dam ratione sparsim efficiunt. Denuo aūt in unū fontes cōfluunt. Aut omnino deficiūt. Aut rursum confligunt. Quemadmodū de Amenano per Catanā defluente: tradit. Qui quidem annos compluris euanescens: iterum excurrit. Ceterum de Fucino lacu: Martie aque fontes emanare: scriptis mandatum est. Que rigationes Rome ꝑpināt. Queq; reliquas super aquas probentur. Alba uero multotiens ad noxiorū custodiā: usi sunt Romani: cum excubias tempus postulat. cum ager ipse in profundo locatus sit: et quasi uallo circunceptus: in ea carcerandos includentes. Quandoquidē a uicinis Alpium: et Apennini: gentibus exordium sumpsimus: et inde trangressi: omnē intra mare Tyrrhenum: et Apenninos montes: regionem peruagati sumus: ad Adriaticum sinum declinatam: usq; ad Samnites: atq; Campanos: Nunc regredientes: montanos aperiamus incolas: et ad radices habitantes: et qui exterius: ad littus usq; Adriaticum: et qui interius immorantur. A Gallicis autem incohoandum est rursus montibus. Picenum igitur post Vmbrie ciuitates: que inter Ariminum: Anconemq; iacēt: extēdit. Profecti sunt autem Piceni a Sabinorum terra. Qui cū ductu et Auspitio Pici: iter ineuntibus autoribus: proficiscerentur: nomen deinde nacti fuere. Auem enim istam: Marti dicatam: uetus opinio est. E montibus autem usq; in plana: et pelagus: eorum incipiunt domicilia. Quorum ager in longum magis: q̄ in latum excrescit. Bonus ad omnia. Ceterum lignariis: q̄ frumentariis fructibus longe prestantior. Eius latitudo: ex montibus ad mare patet. spatiis inequalis. Longitudo autem ab Esi fluuio nauigabilis usq; ad Leastrū stad. dccc. Vrbes uero habet: ex qbus Ancon Greca ciuitas est: a Syracusanis condita: Dyonisii tyrannidē fugitātibus. Sitaq; est in ꝑmontorio: inclusum complectente portum. dum ad Septentriones circunflectitur. Vini autem: ac frugum uberrima. Prope illam uero: paululum supra mare Auxumum est. Inde Septempeda. et Pneuentia. et Potentia. Et firmum Piceni. Eius autem Emporium Catellum est. Porro uero Cypre templum situm est: Thuscorum edificium. Nam illi Iunonem Cypram nominant. Deinceps Druentum flumen: et eiusdem nominis oppidum. Dehinc Trunoum. et Homatrinus fluuius: ab Adrianorum urbe fluens. Emporium Adrie eiusdem appellationis habens. In mediterranea uero et ipsa est: et Asculum Picenū. Locus munimine preualidus. Cui et murus: et circunstantes mōtes supereminent. nullis penetrabiles exercitibus. Vltra Picenum autem Vestini sunt. et Marsi. et Pelgni. et Marrhycini. et Feretani. Samnites populi: regionē montanam possidentes. et mari non admodum proximi. Hec autem natio exigua est quidem. Ceterum fortitudine conspicua: ostentata Romanis eorū sepissime uirtute. Primum quidem: cū aduersus eos bellum gerebār. Secundo uero: cum ipsoꝝ militie sotietatem inibāt. Tertio cum et libertatem: et ciuitatis communionē assequi uolentes: repulsam passi: desciuerūt. Vnde Marsicum exarsit bellū: Corfinium Pelignoꝝ Metropolin: communem uniuersis Italis ciuitatē demōstrantes: Eamq; translato nomine Italicā appellantes: contra Populū Romanū receptaculum: propugnaculūq; cōstituerunt. Adunatisq; complicibus: Imperatores creauere. Biennio igitē bellum ꝑtraxere. donec

perfectum est: ut in ciuitatem communiter uocarentur. Cuius rei gratia tantum belli conflatum fuerat incẽdium. Marsicum autem ideo nominatũ est bellum: quoniam a Marsis rebellandi suscitatum fuerat initium. Presertim a Pompedio. Cum autem alioquin per uicos etatem degant: habẽt urbes supra mare Corfiniũ. atq; Sulmonẽ. et Maruuium. et Tegeatem Marrbucinorum Metropolin. Ad ipsum autem mare et Auternum: Piceno conterminum. quo nomine: et fluuius est Vestinos Marrbucinosq; disterminãs. Per Amiterninũ. n. fluẽs agrum: Vestinosq; a dextera relinquẽs Marrbucinos: supra Pelignos iacentes: Ponte traiicit. Oppidulum uero: pari uocatũ nomine: Vestinorum est. Ceterum et Peligni: et Marrbucini eo cõmuni Emporio pariter utuntur. Abest pons ipse a Corfinio: stad: quattuor et. xx. Post Amiternum: quod et Ferentanorum Emporiũ est: Buca: et Ferentanũ ipsum Theano Apulo propinquum manet. Ortonium est in Ferentanis. Petram piratarum esse constat. Qui domicilia sua ex naufragiis construunt. Et in reliqua uita immanitate beluas imitari feruntur. Inter Ortonium autem: et Amiternum: medius Sagrus excurrit amnis: Ferentanos a Pelignis separans. Ex Piceno in Apuliam: quã Greci Dauniã uocant: maritimus cursus est stad. cccc. et. l. Deinceps post Latinam: Campania est: ad mare pertinens. Supra quam in mediterranea Samnium est: usq; ad Ferentanos. et Apulos. deinde et ipsi Apuli. et gentes alie: usq; ad fretum Siculum. Primum autem de Campania dicendum est. E Sinuessa quidem ad reliquum deinceps littus: usq; Misenum: quidam non exigue magnitudinis: sinus est. Alterq; ab eo: multo q̃ prior ille maior est. quem Cratera uocant: A Miseno usq; ad Atheneum: cum duobus coeuntibus promõtoriis sinuetur. Super has ripas tota est sita Campania. Campus omẽs felicitate superans. In eius circuitu uero iacent tumuli: mirifica fructuum ubertate conspicui. Montesq; Samnitium: pariter et Oscorum. Antiochus sane reliqt scriptũ: hanc olim ab Spicis regionem habitatam fuisse. Istos autem Ausonios appellatos. Ceterum Polybius duos hos fuisse populos ostendit: falsa ductus opinione. Nam Opicos: et Ausonios agrũ circa cratera incoluisse: memorie prodidit. Alii uero asserũt Opicos prius: et Ausones habitasse. Quidam gentem Oscam illos posteriore tempore subiugasse. Hanc ipsam a Cumanis eiectam. illos ab Thuscis expulsos. Campestria enim illa: propter loci uirtutem: per auiditatem bella concitasse. Cum autem urbes duodecim populose forent: Capuam perinde: ac illarum caput nominarunt. Cum autem per uoluptatem ad lauticiam emolliti sese cõuertissent: Sicut ex circũpadana fugati demigrarant: Sic et ex hoc agro cessere Samnitibus. Hos autem ipsos eiecere Romani. Quodq; magne ubertatis documentum est: Far omni Oriza prestantius paruo in tempore triticeam superat alimoniam. Scriptis sane mandatum est: in nonnullis eorum aruis: bis anno Zean seri: genus id frumenti est. Tertio panicũ. Aliquo semine uero q̃rto oleribus seminari. Atqui uina optima hinc Romã aduehi: Falerna. Setina. atq; Calena. Quibus Surentina contendunt: facto nuper eorum periculo: quoniam lõgam accipiunt uetustatem. Pari modo laudem habet olei totus maxime Venafranus ager. planis finitimus aruis. Prope mare post Sinuessam Liternum est oppidum. Vbi prioris Scipionis: cognomento Africani: sepulchrum iacet. Ibi enim extremam consumpsit etatem: omissis: propter aliquorum simultatem: reipublice negotiis. Preterfluit autem: eodem quo ciuitas nomine: flumen. Sic et Vulturnus: pari cum urbe appellatione: deinceps sita. Labiturq; iste per Venafrum: mediamq; Campaniam. Dehinc ordine post has Cume sunt. uetustissimũ Chalcidensiũ: et Cumeorũ edificiũ. Antiqtate. n. cunctas: et Sicilie: et Italie urbes ãncellit. Ipsius autem classis

ductores Hippocles Cumeus: et Megasthenes Chalcidensis: inter se pepigere: ut hoꝝ
quidem colonia fieret: Horum autem appellatione nominaretur. Qua ex re hac
sane etate: Cume nuncupantur. A Chalcidẽsibus tamen conditũ putatur oppidum.
Superioribus annis Fortunatus erat: et campus: nomine Phlegreus. In quo res a
Gigãtibus gestas fabule diuulgant. nullam aliam ob causam: ut credi fas est: q̃ quod
terra ipsa suapte uirtute preliorũ concitatrix est. Posterius uero potiti Vrbis Cam/
pani: multis per contumeliam: homines iniuriis afficientes: etiam eorum sese uxoribus
commiscebant. Tamen adhuc multa Greci ritus: et ornamenti: uestigia seruantur:
tum legum: tum sacroꝝ. Nonnulli Cumas: ob Cymata: idest fluctus: nomen duxisse:
memorant. Littus enim proximum frequentibus abundat tergoribus: quibus illise
fremunt unde. Prestantissima uero sunt et ipsis ostrea. Hocq; in sinu fruticosis uir/
gultis frequens: et arboribus: silua est: multis porrecta stadiis aquarũ indiga. Ceterũ
sabulosa: quam Gallinariam uocant siluam. Hic Sex. Pompeii classis Prefecti: pi/
ratica struxere nauigia. Qua tempestate Siciliã ab Romano desciscere fecit Impio.
Proximum Cumis est Misenum promontorium. In medioq; palus Acherusia: quedã
sane a mari refusio: alto coeno referta. Vbi Misenũ circunflectenti: statim sub rupe
lacus obuiat. Deinde reductum profundum littus in sinum Baias aperit. Aquasq; ca/
lidas. et ad uoluptatem: et ad sanandos morbos accommodissimas. Contiguus Baiis:
Lucrinus adest sinus. Intra quem Auernus est: Qui comprehensam usq; Misenum
tellurem: Cherronnesum: idest manualem efficit insulam: a maris spatio: inter ipsum:
atq; Cumas. Exiguus enim est reliquus Istmus: idest circundatum pelago: paucorum
sane stadiorum solum. per fossam qua Cumas itur. Et ad mare ipsum. In Auerno
autem maiores nostri Homerica defunctorum uaticinia fuisse: fabulis edidere. Ibiq;
cum oraculum extitisse traditum sit: Vlyxem eo nauigasse. Est autem Auernus: et
fundo: et ostio: sinus commodus: et magnitudine: et natura portum continens. usum
tamen portus nequaq̃ prebens: quoniã ante illum: Lucrinus portus iaceat. Supcilia
quedam ardua Auernũ undiq; circuncludunt: preter Ostiũ: Hoc quidẽ in tempore:
amoenis culta modis: olim autem agrestibus referta nemoribus: et proceris arboribus
in uia. que superstitione quadam umbris obscurum sinum reddebant. Rumor erat
indigenarũ superuolantes aues: quas teter exhalans odor exanimarat: in ipsas aquas
decidere. sicut in locis ad Plutonẽ deferentibus. Hanc autem locoꝝ partem: Plutoni
dicatã opinabantᷓ. Hic etiã Cimmerios dici. Placatisq; ꝑus ꝑ sacrificia diis Manibus:
illuc intrari. Aderant. n. qui talibus exponendis ductores essent Sacerdotes. locorum
fructus pcipientes. Fons uero ibi fluuialibus scatens aquis excurrit in mare. Ab eius
usu abstinebãt omẽs: stygias opinãtes eẽ aq̃s. Eo in loco cõstructum ẽ oraculũ. Ex
aquaꝝq; feruore uicinaꝝ Phlegetontẽ eẽ: cõiecturam factitabãt. et ex Acherusia.
Ephorus aũt qdã Vicinus Cimmeriis habitãs: in subterraneis eos habitare domiciliis:
quas Argillas appellãt: cõmemorauit. Eosq; per fossas quasdã inter sese cõmeare. Et
aduenas intra oraculũ uenietẽs excipere: Maxima ex parte sub terra cõditũ. Victũ
uero ex metalloꝝ effossiõe queritare. Et ex diuinationũ mercede. atq; ꝓuẽtibus ab
Rege designatis. Patriũ esse latrocinantibus morẽ: ut nemo Solem aspiciat. Noctu
autem extra telluris hiatus egredi. Quocirca de ipsis dixisse Poetam: Eos sol pheton
nullo intuetur in tempore. Homines ipsos postea quodam a Rege deletos: cum illi
nequaq̃ successerit oraculi fides. Nunc autem edes ipsa diuina in aliũ translata locũ:
ꝑmanet. Huiusgeneris apud maiores nostros extitere fabulamẽta. His aũt annis: cũ
Auerni lucũ succiderit Agrippa: locis ꝑ pulchra adornatis edifitia: Cõcisaq; deiñ usq;

Cumas subterranea fossa: omnia illa fabule apparuerunt. Cocceiū eā quidē cōdidisse fossam: memorie ꝓditum ē. et eā que ex Dicearchia: idest Puteolis: extat Neapolin ad Baias. quodammodo eum sequutus sermonē: qui ꝓxime de Cimmeriis explicatus est. Forsan et huic loco morem patriū esse cogitauit: uias fieri per fossas. Lucrinusq; sinus: usq; Baias: latitudinē pandit. Qui ex exteriori pelago: per aggerē longitudinis stad. viii. Latitudinis aūt unius orbite: arcetur. Illum aūt ab Hercule: traducendaꝝ Gerione boum causa: aggeratū fuisse ꝓhibent. Quem: cū pedibus ꝑambulari: ꝓpter fluctus ingruentes per hyemes superne: uix posset: Agrippa exornatū melius con/struxit. Leuioribus. n. lembis ꝑstat ingressum. stātibus in anchora ꝓrsus incōmodus. Captandis uero Ostreis uberrimus. Quidam hunc Acherusie stagnum esse asserunt. Ac Artemidorus ipsum Auernum. Baias aūt: ab Vlyxis socio Boia nomine uocabulū traxisse ferunt. Atq; Misenum. Deinceps Puteolanum littus extat. Et oppidū ipm: quod antea quidem Cumanorum fuerat Emporium: quodā in supercilio cōstructū. Bello autem quod ductu et auspicio gerebatur Annibalis: Romani frequentibus ac/colis habitatum reddiderūt. et nomine e Dicearchia permutato: a puteoꝝ frequētia Puteolos appellauere. Sunt etiam qui ab aquarum putore: qui per totum illum et Baiarum: et Cumaꝝ tractum: existit. Vbi et Sulphuris: et ignis: et aquaꝝ calidaꝝ plena sunt omnia. Quidam aūt Phlegram ob eā causam Cumanum agrū uocatum opinanť. Talibusq; ignis et aque profluuiis Gigantum uulnera: fulminibus deiectoꝝ attribuunt. Vrbs autem amplissimum factum est Emporium: manufactos Cotones: et stationes habens. Quas ad res commodum conducit Arenarū ingenium. que calcis q̄simillime compacte ualidissimum cōglutinanť in modum. Vnde cōmixta sabulo glarea: aggeres proiectanť in pelagus. Ripasq; patentes sinuosos in recessus redigunt. Sic ingentes onerarie naues iactis ibi conqescunt anchoris. Super urbē uero statim Vulcaniū forū imminet: cāpus ardētibus inclusus superciliis. que uelut a fornacibus exhalationes: magno cum fremitu passim habent. Campus autem tracto plenus est sulphure. Post Dicearchiā quidē Neapolis est: Cumanorū. Postea uero et Chalci/denses incoluerunt. et ex Pithecusis: Athenisq; uenientes. Vnde et noua ciuitas idest Neapolis: appellata fuit. Vbi Parthenopes unius e Serenibus: sepulchrum ostēdiť. Et Gymnicum agonē: iubente oraculo: celebrant. Orta deinde seditione: quosdam inqlinos admisere Campanos. et inimicissimis ꝑinde: ac cōiunctissimis uti coacti sūt: q̄nquidē coniūctos alienatos haberent. Res quidē Campanoꝝ initio Grecas fuisse: deiñ Grecis ꝑmixtas: documento sunt Prefectoꝝ urbis nomina. Ritus et educatiōis Grecoꝝ: hoc in loco pluria seruāť adhuc uestigia. Gymnasia scilicet. Puberꝝ coetus. et Greca uocabula. tametsi Romana ibidem adsit multitudo. Apud eos uero nunc quinquennalis sacer ille: musicus: et gymnicus: cōplures per dies celebrať Agon: Illis emulus: q per Greciā clarissima celebritate geruntť. Extat et his in locis intra mōtē effossa speluca: in Dicearchie Neapolisq; medio: Sicut altera Cumas tendens facta. In qua uia obuiis curribus peruia: multis pandiť stadiis. E supna sane montis parte: excisis multifariā fenestris: Lumen in profunditatē infundiť. Habet et Neapolis calidarū aq̄rum scatebras. et apparatissima balnea: nulla ex parte Baianis inferiora. numero autem et multitudine cedentia. Alia. n. ibi urbs condita est: Imperatore alio: super alium: magnificentius: q̄ puteolis edificante. Plurimi uero e Roma Neapolin secessum facientes: uictum Grecanico ritu perducunt. Aut quietis: atq; ocii gratia. Presertim qui eruditiōi dant operam. Aut remissioris uite desyderio. Maxime quos senectus affligit. uel aduersa ualitudo. Pleriq; etiam Romani eodem uiuendi genere

delectati: cum tantam mortalium multitudinem in ſimili degentem inſtituto: ipſa in ciuitate uerſari contēplentur: ſtudioſe ac libenter urbē incolunt. ibi ducenteſ etatem. Proximum eſt oppidum Heraclee: incūbenſ mari. promontorium habēſ: mirum in modū uento afflatū Africo. Adeo ut ſaluberrima ipſa addat habitatio. Hanc quoq; tenuerūt Oſci. et deincepſ Pompeioſ. Quoſ Sernuſ amniſ alluit. Poſtmodū Thuſci: et Pelaſgi. deinde Samniteſ. Ii etiam hiſ e locis eiecti fuere. Nole uero: et Nucerie: et Ancherarū Emporiū eſt: eiuſdem nominiſ colonie: que circa Creonem eſt. Quod ad Sarnum flumen fit. onera excipientem: et emittentem. Hiſce locis incūbit monſ Ve/ ſuuiuſ. amoeniſſimiſ habitatuſ agriſ. excepto cacumine. Id magna ex parte planiciē habet: fructum nullum omnino ferentē: et cinereſ in proſpectu habenſ. Cauernoſaq; mōſtrat antra: cōbuſtiſ ex petriſ: ut color indicat: utpote quaſ igniſ abroſerit. Quare coniecturiſ aſſequare plagam iſtam prioribuſ anniſ ardere ſolitam. Et igniſ habere crateraſ. Reſtinctā aūt eſſe: ceſſante materia. Forte hāc fertilitatiſ: que circa locum eſt: cauſam dixeriſ: Sicut de Catana ꝓditum eſt. Eiectū ab Etneiſ ignibuſ cinerem ea ex parte letā uinetiſ tellurem effeciſſe. Excoctaſ enim igne glebaſ. pingue aliqd habere: quod uberioriſ fructuſ afferat. Vapore nanq; ipſo magiſ uliginiſ abundāteſ commodioreſ fieri. queadmodum et ſulphuree omneſ. Humectate deinde: et exuſtiſ cineribuſ reſtincte: ad frugum procreationem: permutationem induerunt. Pompeiiſ contiguum eſt Campanorum Syrreum: unde Athenaeum ideſt Mineruiū imminet. Quod quidam Prenuſſum nominat Promontorium. Extat autem in extremo eiuſ Minerue ſacellum: quod Vlyxeſ edificauit. Hinc ad Capreaſ Inſulam: curſuſ eſt undiſ breuiſſimuſ. Circunflectenti uero promontorium: exigue quedam occurrunt Inſule. Saxoſe quidem: atq; deſerte. Quaſ Sirenaſ appellant. Ex ea: que Surrētum aſpicit: regione: quedam ſacra monſtratur edeſ: uetuſtiſſima oſtendenſ munera: que accole: loci ueneratione: frequēteſ obtulerant. Hactenuſ terminatur ſinuſ: quem cra/ terem appellant: duobuſ diuiſuſ promōtoriiſ: meridiē ſpectantibuſ: Miſeno uidelicet: et Atheneo. Totuſ uero ornamentiſ inſignitur. tum iam dictiſ urbibuſ: tum edificiiſ: arbuſtiſq; conſpicuuſ. Que cum intermedia continenter porrigantur: uniuſ ciuitatiſ aſpectum offerunt. Ante Miſenum Prochyta iacet inſula: a Pithecuſſiſ quandoque diuulſa. Eretrienſeſ autem ſimul et Chalcideſeſ Pithecuſſaſ habitarunt. Qui cū terre frugibuſ: et auri foſſionibuſ beatiſſimi forent: coborta ſeditione: Inſulam reliquere. Poſtremoq; terremotibuſ expulſi: et exhalantibuſ ignibuſ: et inualeſcente mari: et aquaꝝ feruoribuſ: exceſſere. Huiuſ. n. generiſ eructationeſ habet Inſula. Ob q̄ſ miſſi ab Hierone Tyranno Syracuſanorum: paratū iam a ſe murū deſerere coacti ſunt: ſimul et Inſulam. Accedēteſ poſtea Neapolitani locū occupauere. Quā ob cauſam nata eſt fabula: que Typhonem ea in Inſula ſepultum aſſerat. Cumq; iſ latuſ uertat: euaporare flammaſ: et aquaſ. Quandoq; autem contingit: ut minoreſ Inſule effer/ ueſcentem aquam habeant. Veriſimiliora quidē ſunt: que Pindaruſ dixit. ex iiſ: que cernuntur commotuſ. Quod omniſ iſte tractuſ: Si a Cumiſ incipiaſ: uſq; in Siciliam: ignituſ eſt: et profundaſ quaſdam: in unum coeunteſ habet Cauernaſ. et in Greciam: et continenteſ in terram expectanteſ. Ideoq; et Etna: et Liparenſeſ Inſule: et Pu/ teolanuſ ager: et Neapolitanuſ: et Baianuſ: et Pithecuſe talem habent: q̄lem cuncti ſcriptum reliquere: naturam. Que cum intelligeret Pindaruſ: cunctiſ ſub hiſ lociſ ſepultum iacere Typhonem: cecinit.

Timeuſ quoq; priſcoſ illoſ: multaſ de Pithecuſiſ fabulaſ edidiſſe ait. Paulo añ illum collem Epomeum in Inſule medio ſitum: per quoſdā terremotuſ: incēdia euomuiſſe

tradit. Et terram intermediam in pelagus ignes nõ paucos eiectasse. Quodq; telluris redactum est in cinerem: cum sublimius exhalet: Typhonis: idest ardoris: rursus ut fulmen: recidat in Insulam. Que cum in pelagus ad tria excurrisset stad: non multopost regressa est. Inde recursum maris: Insulam immersisse. Et ita Insule ignem restinctum esse. Quo ex fragore: qui continentem habitant: relicto littore: in superiorem effugisse Campaniã. Calide locorum istorum aque: laborantes lapide: sanare creduntur. Caprearum duo antiquitus fuerant oppidula. Nunc uero unum: quod Neapolitani occupauere. Ii amissas bello Pithecusas recepere denuo: Augusto Cesare illis donãte. Is Capreas: magnificentissimis ibi structis edificiis: peculiare sibi fecit receptaculum. He quidẽ sunt maritime Campanoꝝ ciuitates: et adiacẽtes huiusmodi Insule. Intra mediterraneam autem: urbiũ mater: idest Metropolis: et pro uocabuli etymologia: uere caput est Capua. Reliq̃s enim si ei compares: castella quedã cẽseas: preter Teanum Sidicinum. Hec enim dignitate prestãs: in Appia uia iacet. Et que ab ea Brundusium ducũt: Callateria. et Calydium. et Beneuentum. Romam uersus autem Casilinũ situm est: ad flumen Vulturnum. In quo Prenestini milites. xl. et quingenti: aduersus Annibalem uariis instructum copiis: tandiu obsidionẽ ꝑtulere: ut inualescente fame: modius drachmis. cc. uenundaretur. Et uenditor quidẽ mortẽ oppetierit: Emptor autem incolumis euaserit. Cum autem Annibal eos rapas prope murum seminasse conspiceret: tantam animorum tolerantiam admiratione prosequutus est: quod homines tamdiu obsistere posse sperarent: quoad rape maturescerẽt. Itaq; paucis exceptis mortales illi uictores extitere omẽs: nisi quos aut fames cõfecit: aut prelia. Vltra iã dictas: sunt he quoq; Campanie ciuitates. Quarum mentionem superius fecimus. Calce: et Teanum Sidicinũ. Quas due fortune edes separant: utroq; ex latere constructe latine uie. Item Suessula. et Atella. et Nola. et Nuceria. et Acherre. et Auella. Et alie his minores: habitate. E quibus aliquas Samniticas esse aiunt. Prioribus sane annis Samnites usq; ad Latinam et Ardeam excursiones faciẽtes: postmodum et Campaniam populantes: late imperium obtinebãt. Alioquin et enim imperiose dominãtibus parere discentes: statim edictis obtemperabãt. Nunc autem cum ab aliis: tum uero a Sylla: dominatu Romanos obtinente: peracta res est. Qui postq̃ Italorum rebelliones multis dissipauit preliis: hos ferme solos consistentes: et inunum aduersus Romam conspirantes: conspicatus: ante illorum moenia castris locatis: eos in pugna obtruncauit. nullis uitam impartiens captis. Alios uero: qui arma proiecerant: ad milia tria: uel ut alii: q̃ttuor: in Campo Martio ad Ouilia coactos: immissis militibus: triduo iugulauit. Factis inde proscriptionibus: nõ antea destitit: q̃ Samnitum nomen deleuerit. Aut ex Italie finibus omẽs eiecerit. Cum aũt de tanta incusaretur iracundia: respondebat: magistra sese experientia didicisse: ne unum quidem Romanum pacem producturum: quoad per se Samnites ipsi consisterent. Itaq; ꝑ uicos constitute fuere ciuitates. Aliq̨ue uero radicitus defecere. Boianũ. Esernina. Panna. Telesia Venafro coniuncta. Et alie tales: quarũ ne unam q̃dem pro dignitate censueris ciuitatem. Nos aũt pro Italie potentia: et claritate: quãtum satis est. percurrimus. Tamen Beneuentum: et Venusia: probe ac feliciter cõsistebãt. De Samnitibus huiusmodi uulgatus est sermo: Sabinos quidem: aduersus Vmbros: diutino certantes bello: quorundam more Grecorum: uotum fecisse: ut eo nata anno immolarent. Re igitur benegesta: reuersi: nata: partim sacrificarunt. partim consecrarunt. Ceterum facta sterilitate: Vulgatum est a quibusdam: oportere et liberos consecrari. Quod et patrauerunt. Siquidem editos in lucem pueros Marti cõsecratos

acclamauerunt. Eos tamen uirilem ingressos etatem: in coloniam emiserunt: quibus
dux factus est Taurus. In Opicorum autem agro cubantes: qui uicatim uitam
agebant: eos eiiciunt. Eiectisq; illis: sedes ibi locarunt. et de Augurũ sententia: Marti
Taurum mactauerunt: qui ducem illis Taurum exhibuerat. Quamobrem eos di/
minutiuo uocabulo a parentibus: Sabellos appellatos fuisse crediderim. Sabinos
aũt ob aliã causam: Quos Greci Samnitas nuncupant. Aliqui uero Laconas eos sibi
sotios habitandi fecisse: memorie tradidere. Eapropter illos Grecos beniuolentia cõ/
plexos fuisse. Plerisq; illos Pithanatas appellant. Existimant autem ex Tarentinis
eos originem ducere. Qui finitimos: et homines potentia preualidos: blandimentis
alliciant. et caritate deuinciant. Quippe qui pedestris exercitus. lxxx. milia: et eqtes
octo milia aliquando domo emiserunt. Legem honestam quidem: et que ad uirtutẽ
uehementer excitet: Samnitibus extare ferunt. Haud enim filias suas quibus colli/
buerit: nuptum dare: fas est. Verum quotannis decem prestantes decerni uirgines ac
optimos totidem adolescentes. Ex iis: primam: primo locari. Secundam secundo. Et
ita deicceps. Hoc pacto: quod si is qui primam accepit: honestam institutionem mu/
tauerit in deterius: habitus contemptui per ignominiam est. Et ei locata adimitur.
Ordine dehinc sunt Hirpini. et ipsi Samnitice gentis. Qui quidem ex Lupo nomen
adepti fuerũt. qui eis in deducenda colonia dux oblatus est. Samnites enim Lupum
uocant Hirpum. Confines ii aũt Lucanis adiungũtur: qui in mediterraneis habitãt.
De Samnitibus quidem hec. At Campanis: ob loci ubertatẽ idem bonorum ac malorum
usus euenit. Ad tantum enim deliciarum prouecti sunt: ut ad Gladiatorum paria
depugnaturorum: conuiuas inuitarent ad cenam. Numerum quidem eorum: pro
cenarum dignitate: diffinientes. Cum uero Annibali sese dedidissent: exercitum eius
ad hyberna suscipientes: adeo uoluptatum illecebris homines demolitos effeminarũt:
ut Annibal ipse dixerit: Victor ipse periclitor: ne hostilis preda fiam: Quippe qui
milites: uiros dederim: feminas recipiam. Illis autẽ potiti nouissime Romani: pmultis
eos calamitatibus castigatos reddidere. Ad extremumq; agrum eorum sorte diuiserũt.
Veruntamen hoc tempore felicem ducunt etatem cum finitimis cõcordiam habẽtes:
priscamq; seruantes dignitatem: et ciuitatis amplitudine: et flore uirorum. Post Cam/
paniam uero: et terram Samnitum: usq; ad Ferentanos: ad mare Tyrrhenum: Pi/
centinorum natio colit. Eorum pars modica Picentinorum: qui Adriam habitant.
Quos quidẽ Romani Posidoniatem in sinum colonos traduxere. Hoc uero tẽpore
sinus ipse Pestanus nuncupatur. Verum urbs ipsa Posidonia Pestum uocatᷣ: medio
in sinu locata. Porro Sybarite ad mare urbem posuere. Ipse quippe ante eos habi/
tantes alios extruserunt. Ipsos posteriori tempore Lucani eiecerunt. Lucanis inde
Romani oppidũ intercepere. quod insalubre facit amnis: diffusus in paludes: uicinus
oppido. Inter Sirenusas uero et Pestum Marcinna est: Thuscorum edificiũ. Ceterum
ab Samnitibus habitatum. Hinc Pompeios per Nuceriam Isthmus iacet: non ultra
stadia centum: et uiginti. Picentes autem usq; Silarin perueniunt fluuium. qui ab
hoc agro ueterem separat Campaniam. Cui quidẽ fluuio propriũ illud inesse traditᷣ:
ut in eius aquas demissa uirgulta saxificentur. Forma tñ coloreq; seruato. Picentum
uero metropolis erat Picẽtia. Nunc uero per uicos uitã agũt: ab Romanis expulsi:
propter initã cũ Annibale sotietatẽ. Quo quidem in tẽpore: pro militari officio: ut
uiatoris publici: aut Tabellarii: operã explerẽt: assignati sũt. Queadmodũ et Lucãi:
et Brutii easdẽ ob causas. Paulum autem supra mare Romani Salernum: custodie
gratia in eos miserunt. Ceterum e Sirenussis ad Silarin: stad. cc. et. lx. intersunt.

P
Ost Silaris autem ostiũ Lucania est: et Iunonis Argiue tẽplum: quod ab Iasone constructũ fuit. Proximaq; ad stad quinqgĩta Posidonia. Hic cũ enauigaueris: Leucosia occurrit Insula: puum ad continentem habens cursum: nomen e Sirenũ una sortita. que hoc in loco iniecta periit: cum in profundum: ut fabule tradunt: sese abiecissent. E regione Sirenussarum Promontorium adiacet Posidoniatem sinum efficiens. Alius item flectenti contiguus sinus offertur. Vbi urbs ab edificatoribus Phocensibus Hyela nominata est: Cum eam quidam Helam a fonte quodam nominarint. Nostra uero etas Eleam dicit: e qua Parmenides: atq; Zeno ducunt originem: Pythagorice secte uiri. Eam per illos prioribus etiam annis legibus: et institutis bene formatam extitisse: arbitror. Quocirca et aduersũ Lucanos obstitere. Contraq; Posidoniatas ualidiores euasere. Licet et agro: et hominũ multitudine cederent. Igitur ob sterilis terre tenuitatem: magnã rebus marinis operam dare coguntur. Et piscium condimenta conficere. et operationes eiusmodi reliquas. Antiochus scriptũ edidit: Capta Phocide: ab ductore Cyri Harpago: qui naues cum familia ipsorum tota conscendere potuere: primum eos ad Cyronem cursum tenuisse. atq; Massiliam: Creontiada duce. Inde reiectos: Eleam condidisse. Quidam ab Eleete fluuio nomen inditum esse: tradunt. Ciuitas autem a Posidonia stad ad ducenta distat. Post illamq; Promontorium extat Palinurus. Ante agrum uero Elee due cũ statione iacent Insule: Oenotrie dicte. Dehinc post Palinurum Pyxuntis promõtorium prominet. et portus. et amnis. Tria enim uno contenta sunt nomine. Eo habitatores induxit Micythus Messane Sicule princeps. Qui rursus inde: paucis relictis: commigrarunt. Scd'm Pyxuntem sinus est Talaus. et amnis Talaus. et urbs. Lucanie postrema. paulum a mari semota: Sybaritarum colonia. Ad quam ab Hela. cccc. intersunt stadia. Vniuersus Lucanie nauigationis tractus: stad. dc. et quinquaginta est. Iuxtaq; sacellum Draconis est: qui comitum Vlyxis unus extitit. De quo illud Italis uulgatum est oraculum.

Olim Lato cadet heu plebs multa Draconi.

Ibi. n. Greci: qui in Italia erant populi: adunato exercitu: re malegesta a Lucanis deleti sunt. Ab isto decepti oraculo. Hec sunt ad Tyrrhenũ littus: Lucanorum loca. qui initio quidem: alterum nequaq̃ attigerant mare. Verum omnia Grecorum tenebantur Imperio: qui Tarentinum habent sinum. Necdum ulli: ante Grecorum aduentum: usq̃m Lucani uersabantur. Ceterum Chones: et Oenopi locis ipsis pascebantur. Cum autem res Samnitica eo magnitudinis creuisset: ut et Chones: et Oenotros eiecissent: Lucanos eam in partem colonos: Samnites deduxerunt. Cumq; Greci utrunq; simul littus: ad fretũ usq; tenerent: inter Grecos: et Barbaros: diutinũ conflatum est bellum. Sicilie uero tyranni: et postmodo Carthaginenses: nũc qdem contra Romanos de Sicilie Imperio decertantes: nunc aũt de Italie Regno: omẽs eorum locorum incolas uastarunt: Post Grecos etiam magnã mediterranee partem interceperunt: a Troianis orsi tẽporibus. Iam enim tantopere res Greca amplificata fuerat: ut et hãc: et Siciliam Magnamgreciam appellarent. Hoc autem tempore preter Tarentũ: Regiumq;: et Neapolin: omẽs in Barbaros transisse mores obuenit. Et alia sub Lucanorum: alia sub Brutiorum ditione teneri. aut Campanoꝝ. Campanos quidem nomine. Vere autem Romanos dico. Nam ipsi Romani facti sunt: Sed terre ambitum tractanti: et que hoc tempore sint: et nonnulla superioris etatis:

dicenda sunt. Presertim cum gloria nobilitata fuerint. De Lucanis quidem: qui Thuscum littus attingunt: dictum est. Qui uero mediterraneā plagam tenent: supra Tarentinum sinum incolunt. Adeo autem funditus ipsi: et Brutii: et eorum autores generis Samnites: deleti sunt: ut eorum domicilia distinguere: ac terminare difficil/limum sit. Quorum quidem causa est: quoniam nulla gentium singularum: ulla in sede communis existit multitudo. non sermonis proprii ritus. non armature. non in/dumentorum. nō similium rerum consuetudo. que omnino defecit. Alioqn singulorꝝ habitacula penitus ignobilia sunt. Que uero de illis accepimus: ipsorum communem sermonem faciemus. Neq; eos: qui interius incolunt: ad hoc agimus. Lucanos scilicet. et iis propinquos Samnites. Petelia quidem Lucanorum Metropolis putat̄. Satis ad hoc tempus incolarum habens. Hanc Philoctetes: e Meliboea per seditionem profugus: edificauit. Egregiis munimentis ualidam. Adeo ut Samnites eam quādoq; castellis exedificatis corroborarint. Circa loca ipsa Philoctetes et uetustam cōdidit Crimissam. Apollodorus quidem in expositione nauium Philoctete mentionem in/ferens: non nullos dixisse ait. ut philoctetes ad Croniatarum agrum profectus pro/montoriū Crimissam habitari fecerit. Et supra illud oppidū Chonin. a quo Chones incole dicti. Ab eo uero quidā in Siciliā: ad Ericē missi: una cum Troiano Egesta: Egeste moenia fecisse. Et Pumentū item: et Vertine: interius: et calasarna: et exigui quidam alii uici: usq; Venusiam: urbem celebrē extant. Hanc sane: et reliquas: ordīe deinde sitas: qua Campaniam petas: Samnitias esse arbitror. Super Thurios autem: et Regio patet: quam Thurianam uocant. Lucani quidem ab Samnitibus genus ducunt. Qui superatis bello Posidoniatis: et eorum sociis: eorum potiti sunt urbium. Hi autem cum alio tempore populari statu regerentur: ingruentibus bellis: Regem magistratus ipsi deligebāt. Nunc gens tota Romana est. Positam deinde maritimā plagam: ad Euripum usq; Siculum: Brutii possident: stad̄ spatio mille tricentorum et quinquaginta. Antiochus in conscripto ab eo de Italia uolumine: hanc uocari solitam Italiam asserit. Deq; illa sese cōscribere: Quam prisci Oenotriā appellauere: eius terminum ostēdit: Quem e Thirreno quidem mari: Brutie terre: diximus: Laum fluuium: E Siculo autem Metapontinum. Tarentinam uero: que Metapontino confinis est: terram extra Italiam: nominatim explicat: quā Iapygiam uocat. Item antiquius Oenotros: et Italos solos appellatos fuisse dicit. qui intra Isthmum ad fretū uergunt Siculum. Est autem Isthmus ipse: idest inclusa terra pelago: stad̄ centum et sexaginta intra sinus geminos: Hipponiatem scilicet: quem Antiochus: Napitinum dixit: et Scyllaticum alterum. Nauigationis autem ipsius ambitus: et spatium terre comprehensum: ad interiorem euripum: duum milium stad̄ est. huc usq; uero inquit Italie: et Oenotrie nomē extenditur: ad Metapontinos et Siritides. Videlicet hāc regionem Chones: gentem Oenotriam: et quidem insignem: habitasse. et terram no/minasse Choniā. Hic quidem modo quodā simplitiore: atq; uetustiore disseruit: nulla Lucanorum ac Brutiorꝝ facta distinctione. Est uero Lucania inter Tyrrhenum Siculūq; littus interiacēs. Hinc quidē a Sylari: usq; Laum: Hinc aūt a Metapōto: usq; ad Thurios. Ad ipsam uero continentem: e Samnitibus usq; ad Isthmum. qui a Thuriis in Cerillos extenditur: prope Laum. Stadia autem sunt ipsius Isthmi. ccc. Supraq; hos Brutii Cherronnesum habitant. Et in hoc sane alia comprehenditur Cherronnesus: Isthmum habens: qui a Scyllatio ad Hipponiatem sinum porrigit̄. Eis autē hoc a Lucanis nomen inditum est. Brutios enim Lucani rebelles fugitiuosq; uocant. Antea nanq; Brutii Lucanorum pastores fuerant. a quibus transfugerunt.

Dehinc remissi in libertate uitã exegerũt. Qua tẽpestate Dion: aduersus Dionysiũ exercitu ducto: cuncta in cunctos perturbata effecit. Hec quidẽ tã de Lucanis: q̃ de Brutiis: in uniuersum dicta conscribimus. Ab Lao sane prima urbs Brutie extat Temesa. Quam Ausonii condiderunt. Nostre autem etatis homines Tempsam eam uocitant. Post illos eam habuerunt Thoantis comites Etoli: quos eiecere Brutii. Brutios dehinc et Annibal: et Romani funditus extinxere. Prope Temesam Sa/cellum est: oleastris circunseptum: Polite Vlyxis sotio dicatũ. Quem Barbarorum fraude trucidatũ: graues excitasse iras tradũt. Ad eosq; extare prouerbiũ: Heroem Temese ingruere sibi dicat nemo. Locrensibus autem Epizephyriis ipsa urbe potitis Euthymum fabulant̃ pugilem: postq̃ ad eũ descendisset: uictorem euasisse pugna. Atq; ut finitimos ab eo tributo absolueret: coegisse. Huiusq; Temese Poetam memi/nisse aiunt: Non autem illius: que in Crypto est Temese. Nam utroq; modo dicit̃: Quod ad Temesam erariũ est. Et erifodinaꝝ locus ostenditur. Que hisce defecere annis. Huic ꝓxima Terina est: quã cũ Annibal tutari posse desperaret: solo eqũuit: Qua tempestate in ipsam confugerat terram Brutiam. Postea Brutioꝝ Metropolis est Cosentia. Supra illã paululũ Pandosia ẽ: ualidũ ꝓpugnaculũ: ubi Molossorum Rex Alexãder trucidatus ẽ: Dodoneo deceptus oraculo: Acherontẽ: atq; Pandosiã: cauere iubente: cum similis appellationis loca in Thesprocio monstrentur agro. Triuertex aũt ipm est ꝓpugnaculũ: cui Acheron amnis preterfluit. Aliud insuper fraudauit oraculũ. Pandosia perdes populũ q̃nq; triuertex. Credidit. n. hostiũ: non suoꝝ: cladẽ ostentari. Oenotrioꝝ quoq; Regũ Regiã fuisse Pandosiam: memorie proditũ ẽ. Post Cosentiã Hipponiũ ẽ: Locroꝝ edificiũ: Quod Brutiis obtinẽtibus eripuere Romani. Et mutato deinde uocabulo: Vibonam Valentiã appellauere. Ad hec uero loca Proserpinam e Sicilia aduentasse: legẽdos ad flores: credidere ueteres: Quoniã florentissime regionis amoenissima prata esse cõstat. Hinc matronis usus inualuit: ut collectis ex floribus coronas texãt: Cũ per dies festos ẽpta gestare serta: uitio illis detur. Habet Emporiũ: qđ olim Agathocles Sicilie Tyrannus: ea potitus urbe: instituit. Inde cũ ad Herculis portũ nauiges: extrema Italie circũflectis. que ad fretũ iacẽtia: in occasũ spectãt. In quo nauigatiõis tractu Locroꝝ ciuitas Me/dama ẽ. Nec lõge eiusdẽ nominis fõs magnus: cũ Emporio nobili: Propeq; fluuius est Metaurus. et eiusdẽ nomĩs statio. Ante littus hoc: Liparentiũ iacẽt Insule: lõge ab Euripo stađ. cc. Quidã Eolias uocãt: ab Eolo: Cuius in Odyssea Poeta memi/nit. Sunt aũt numero septẽ: cũctoꝝ ꝓspectui patẽtes: siue a Sicilia: siue a cõtinente ꝓpe Medamã aspectẽt: De q̃bus tũc disseremus: cũ de Sicilia sermonẽ habebimus. Post fluuiũ Metaurũ: Metaurus alter occurrit. Iñ Scylleũ excipit: sublime saxũ: Quod humilẽ a tergo tellurẽ: alluentibus undis habeat: in Cherrõnesi faciẽ. Quam Rheginoꝝ Tyrannus Anaxilaus edificato muniuit muro: ut Thuscis nauale stru/eret. Et p̃donibus nauigãdi per Euripũ facultatẽ interciperet. Finitima. n. Cenys est: a Medama stadiis. cc. et. l. distans. Ea ultimas conficit oras. et angustias freti: ad prominens Sicilie promontorium Pelorum. Hoc e tribus unum est: que triãgulam efficiunt Insulam. Hoc in estiuos uergit ortus: sicut Cenys in occasum: Cum mutuã inter sese faciãt inflexionem. A Cenyde usq; in Posidonium recessum: et Rheginã columellam: ad Euripum: angustus prouenit meatus: ad stadia sex ubi minimus tra/iectos paulo maior est. Ab ipsa uero columella ad Rhegium stađ. c. Cũ ꝓdeũtibus in exterius et oriẽtale pelagus: quod Siculum appellatur: latior extendat̃ Euripus. Ceterum Chalcidenses condidere Rhegium. Qui cum ex oraculo Apollinis: propter

ſterilitatē decumati oblati fuiſſet: Poſtremo e Delphiſ eo coloniā deduxiſſe tradunt.
et aliiſ ſecum aſſumptiſ e domo. Vt autem autor eſt Anthiochuſ: Zanclei Chalci/
denſeſ ad ſe accerſiuere. et ſtruende colonie principem Antimneſtum conſtituerunt.
In eiuſ colonie parte: et Meſſeniorum e Peloponneſo exſuleſ fuerunt. Hi per ſe/
ditionem ab iiſ:qui dare poenaſ recuſabāt:expulſi erant. Miſſaſ.n. a Lacedemoniiſ:
ad faciēda ſacra uirgineſ per uī corruperāt:ad Limnaſ.et auxilio ſubeūteſ occiderāt.
Exſuleſ igitur ad Maciſtum ſeſe recipienteſ: ad Apollinem: querimoniam facturoſ
legāt. Et ad Dianā: Si eiuſ generiſ mercedem aſſequāt:pro allato diiſ ipſiſ ſubſidio?
Subinde rogitāteſ: Quonam pacto ex eorum erumna ſalutem cōpararent? Quibuſ
reſpondit Apollo: ut una cum Chalcidenſibuſ Rhegium commigrarent. Sueq; ſo/
rori gratiaſ haberent. Non enim per erumnam periiſſe: ſed conſeruatoſ eſſe. Haud
enim una cum patria deletum iri.que non longepoſt in Spartietarum captiuitatem
trahenda foret. Illi autem paruerunt. Quocirca Rheginorum princepſ uſq; ad
Anaxilai tempora: ſemper e Meſſeniorum ſtirpe conſtituti fuere. Verū Antiochuſ
locum hunc uniuerſum ab Siculiſ antiquituſ habitatum: ſimul et a Morgantiiſ:
fuiſſe tradit. Qui deinde ab Oenotriiſ eiecti in Siciliam traiecere. Sunt qui Mor/
gantiū ab hiſce nomē duxiſſe ſcribant. Ingenſ uero olim Rhegine ciuitatiſ potētia
fuit: ualidiſ quaquauerſum caſtelliſ munita. Propugnaculū aſſidue imminenſ habēſ
Inſule. et priſciſ anniſ: et etate noſtra: Cum ſollicitante Sex. Pompeio Sicilia deſ/
ciuit a Romaniſ. Ceterum caſu quodā Rhegio nomē inditū eſt. Qui huic obuenit
regioni Eſchylo teſte. Nanq; Siciliam ab continente ui terremotum auulſam fuiſſe:
et ille: et alii: memorie prodiderunt. Ex quo e Rhagene ideſt a frangendo: nomen
aſſequutū. Ex iiſ aūt que circa Etnam: et aliaſ Sicilie parteſ: et Liparam: et circun/
iacenteſ Inſulaſ acciderunt:coniecturaſ faciunt. Quid de Pithecuſſiſ: et tranſlocatiſ
terriſ uniuerſiſ? Haud ſane lōge a ueriſimili hoc fuiſſe: et hoc obtigiſſe: quiſ dixerit.
Nunc hiſce reſeratiſ oribuſ: p que igniſ reſpirat: et igniti lapideſ: et aque effluūt: raro
uicinā freto tellurem motibuſ quaſſari. Eo autem tēpore: cum omneſ ad ſuperficiem
meatuſ occluderentur: in ſubterraneiſ concauitatibuſ: ardenteſ igneſ: et ſpirituſ uehe/
menteſ: terremotuſ efficiebant. Agitati uero uentoꝝ uiolentia: loci ceſſere. et abſciſſi
utrinq; mare: et hoc: et aliud: inter Inſulaſ iacenſ: admiſerunt. Nam Prochyta: et
Pithecuſſe auulſe de terra parteſ ſunt. Eodem modo et Capree: et Leucoſia: et Si/
reneſ: & Oenotrie. Nonnulle quidē ex ipſo emergenteſ exiliere pelago: Sicuti com/
pluribuſ in lociſ: hoc etiam in tempore euenire conſtat. Nam que in medio iacent
mari: e fūdo in altum elataſ eſſe: credibiliuſ eſt. Que uero ante promōtoria iacent:
per anguſtum diſiūctaſ eſſe fretū. et illinc auulſaſ uideri: rationabiliuſ cenſeri habet.
Veruntamen ſiue ob eam cauſam nomen ciuitati factum eſt: ſiue propter illiuſ cla/
ritatem: cōſyderari licet: utro ueritaſ ſe modo habeat: cū Samniteſ Latino ſermone:
regiam illam appellarint. Et priſci eorum autoreſ: regendiſ ciuitatibuſ: communia
cum Romaniſ inſtituta ſeruarint. ac plurimum Latinā linguam uſurparint. Illuſtrē
autem urbem extitiſſe: et in pleraq; oppida coloniaſ conſtat deduxiſſe. et permultoſ
celeberrimoſ edidiſſe uiroſ: ſeu gubernande reipublice uirtutem: ſeu doctrine mag/
nitudinem propoſueriſ. Eam Dionyſiuſ ſolo equauit. illa commotuſ cauſa. Nam
cū ex ea ciuitate puellā in matrimoniū petiſſet: Rhegini ſeruipublici: ſiue Lictoriſ
filiam ei protenderunt. Eiuſ filiuſ: quandam urbiſ partem acceptā inſtauráſ: Pyrrhi
etate: Phoebiam nominauit. Inde Campanorum pſidium: Rheginoſ: qui fidifragi
apparuerant: maxima ex parte deleuit. Terremotibuſ quoq;: paulo ante bellum

Marsicum: urbis pars magna corruit. Postea Cesar Augustus fugato ex Sicilia Pompeio: cum desolatam hominibus urbem cerneret: acceptos e classe permultos ei dedit accolas. Nunc autem bona satis est ciuitas. E Rhegio ad orientem nauiganti: promontorium occurrit: quod a colore: Leucopetram idest saxum album appellant: per stadia.l. Vbi montis Apennini finem adesse aiunt. Hinc Herculeum promon/torium extremum ad meridiem inclinatur. Nam cum deflexeris: statim uento na/uigandum est Africo: usq; in Iapygiam. Postea in septentrionem semper: et magis in occasum uergit in sinum Ionium. Post Herculeum: Locri agri promontorium offertur. quod Zephyrium appellatur. portum habens uenientibus ab occasu uentis commodum. Qua ex causa et nomē assequitur. Deinceps Locri Epizephyrii: urbs insignis. Quoniam e Locris Cresoum habitantibus sinum: coloni huc profecti sunt: Euanthe ductore: paulo post conditam Crotonem. atq; Syracusas. Qua in re fal/litur Ephorus: Eos ab Locris Opontiis descendisse inquiens: triēnio aut quadriēnio cum Zephyrium incolerent. Postmodum urbem transtulerunt: opem ferentibus Syracusanis una cum iis: apud quos est lacus Locrinus. ubi Locri in expeditionem profecti fuerant. Nam e Rhegio usq; Locros. dc. intersunt stad. Situm est autem oppidum in quodam montis supercilio: quod Esopis uocatur. Eos autem primos le/gibus scriptis usos eē: opinio est. Et plurimum temporis rempublicam optimis rexisse institutis. At Dionysius eiectus a Syracusis: flagitiosissime omnium abusus est. Quippe ornatis sponsalibus: puellas: cubicula et thalamos irrumpens: uitiabat. For/mosas uero: et maturas uiro uirgines in unum congregabat. Dehinc dimissas integris alis columbas in conuiuio illas nudas in circuitu queritare: et captare iubebat. Non nullasq; sandalia soluta calciantes: partim superne: partim infime sectari dicebat. dedecoris causa. De quibus poenas dedit postmodum: cum recuperaturus imperium rursus in Siciliam regressus esset. Locri enim ceso Dionysii presidio: primo quidem in libertatem sese uendicarunt. Dehinc uxorem illius: ac liberos: in potestatem suam redegerunt. Erant autem filie quidem due. Filius uero unus minor natu: Sed iam ad adolescentiam perueniens. Alter enim Apollocrates nomine una cum patre in ex/peditionem comes reuersionis in regnum causa profectus fuerat. Cum autem Dio/nysius pariter: Ac pro eo Tarētini multis eos fatigarent pcibus: ut corpora redderēt: redemptione: quecunq; collibuisset: accepta: nullo pacto restituerunt. At obsidionis incommoda: agrorumq; populationem: potius tolerarūt. Et iracundiam: furoremq; omnem: in filias euomuerunt. Eas nanq; passim constupratas: demum strangularūt. Corpora deinde concremauerunt. Ossaq; cum molendo attriuissent: in mare dissipa/uerunt. Ephorus de scribendis Locrorum legibus memoriam faciens: quas ex Cre/tensibus: et Spartanis: et Areopagitarū institutis: Zaleucus conscripsit: Inquit illud imprimis nouum induxisse Zaleucum. ut cum pristine leges definiendarum cōdem/nationum in singulis delictis: modum iudicibus ipsis concederent: Ille per leges ipsas terminauit. Putauit enim Iudices ipsos haud eandem: eadem de re: habituros esse sen/tentiam. Oportere autem easdem approbare. Et de contractibus iisdem simpliciori quodam modo instituere. Thurios postea: cum preter Locros acutius explicare uo/luissent: celebriores quidem: ceterum deteriores: euasisse. Bonos quippe Legulatores esse: non qui omnia acusatorum acta cauerint: Sed qui in simpliciter latis persistant. Hoc et a Platone dictum est. Quibus leges adsunt plurime: ac poene plurime: iis et uiuendi ritus deprauatos esse. Sicut quibus plures adsunt Medici: iis et egritudines permultas adesse: probabile est. Cum fluuius Alex Rheginū a Locrensi distermінet

agro: qui per uallem profundã cursum habet: Peculiare quiddã de Cicadis obuenit. Que enim in Locrorum ripa uersantur: sonãtius strident. Illis alius uox nulla con/tingit. Eius rei causam suspicantur esse. Nam cũ iis omnino umbrosa regio sit: unde roscidas alarum pelliculas minime pandant: Illis sole feruida est: que aridas: et uti corneas habeat. Vnde apte stridor emittit. Apud Locros: Eunomi Citharedi statua ostenditur: que insidentem cithare cicadam habet. Timeus posteris scriptum reliquit: In Pythiorum quondam certamine Eunomum: et Rheginum Aristonẽ aliquãdo in contentionem uenisse: uter premium sortiretur. Aristonem fusis precibus: Apollinẽ inuocasse Delphicum: ut sibi adiutor afforet. Maiores enim suos deo ipsi consecratos fuisse. Et a Delphis Rhegium missam esse Coloniã. Eunomũ aũt dixisse: illis nunq̃ de Musica ab eorum primordio fuisse certamina. Cum quidem apud eos Cicade: cunctorum animalium cantu suauissime: omni sono destitute sint. Nihilo minus Aristonem ad laudem cõparandam impigrum. Speq; uictoriã iam cõplecti. Tamen Eunomum uictorem declaratum: statuam quam diximus: in patria posuisse. Nam cum intercertandum chorda una fracta defecisset: Cicada superuolans adstitit: que supplementa uocis faceret. Super has urbes Brutii mediterraneã occupant. ubi Ma/mertium situm est oppidum nobile. Et silua picis ferax optime: Quam Brutianam uocant. Proceris arboribus: et aquis referta: ad stadia. dcc. longitudinis. Post Locros Sagra fluuius labitur: quem feminine nominant. In cuius ripa Castoris et Pollucis are site sunt. Ad quas decem Locrorum milia: una cum Rheginis: aduersus Croto/niatas: numero centum et triginta milia: marte collato: uictores euaserunt. Quo ex negotio: ortum est aduersus incredulos puerbium. αλιθεστερα των επι σαγρα. idest: Hoc re apud Sagram gesta: uerius est. Addidere pleriq;: Quo die certamen in/itũ est: ad Olympia existentibus ille nunciatus est euentus belli. Et tanta celeritate nũtiate pugne ueritas comperta est. Hanc ipsam uero cladẽ Crotoniatis: ne magno ulterius perdurarent tempore: causam extitisse memorie proditum est. Tanta q̃dem mortalium occisorum fuerat multitudo. Post Sagram: Caulonia extat. Prius Au/lonia: quasi uallonia: a uicina conualle nominata. ab Achiuis edificata. Nunc autẽ uacua est. Qui enim eam habitabant: e Sicilia a Barbaris eiecti: illam edificauere Cauloniam. Post hanc est Scylletium Athenensium colonia. Qui Mnestei comites fuere. Hoc tempore σκυλλακιον scyllacium uocatur. Tenentibus autem Croto/niatis: Dionysius Locris terminum statuit. Ab urbeq; sinus ipse Scylleticus nomen accepit. Qui ad Hipponiatem sinum: Isthmum: quem diximus: efficit. Conatus est autem Dionysius Isthmum illum moenibus munire: in ea expeditione: quam contra Lucanos suscepit. uerbo quidem. ut intra Isthmum habitantes redderet aduersus Barbaros tutiores. Re autem uera. ut communem Grecorum inuicem concordiam dissolueret. et securius interiores suo subderet imperio. Verum exteriores: incursatiõe facta: uetuerunt. Post Scylletium: Crotoniatarum fines sunt. et Iapygum terna promontoria. Deinde Lacinium Iunonis templum. superiori etate locupletissimum: Donisq; frequentissimis plenum. Interualla quidem non iudicatu: non dictu: Facilia. Veruntamen a freto usq; Lacinium templum: interuallum esse stad̃ duum milium et tricentorum Polybius tradidit. Hinc item spatium ad Iapygie ultima: stad̃. dcc. Hoc Tarentini sinus osse ferunt. Sinus aũt ipse nauigationis circuitũ ita ratione comprehensum habet: ad miliaria ducenta et quadraginta. Vt autem Regionis descriptor Artemidorus ait: ccc. et. lxxx. expedito uiatori. Tot autem stadiis latitudo ipsius ostii sinus omissa est. Ad hybernos uero ortus eius aspectus uergit. Ipsius autem

initium est Laciniú. Statim.n.ubi flexeris:urbes Grece fuerant:que núc nulle sunt: excepto Tarento. Ceterum propter quandam claritatem:amplius de illis repetenda memoria est. Prima Croto est.a Lacinio .c.et.l.distás stad. Est et Esarus fluuius: et portus. Et fluuius alter Neethus nomíe.quorum cognomina casu prouenisse dicit. Nam in Achiuorum errore:quosdá ab Iliaca classe applicuisse:ad locorum explorationé egressos. Troianas uero mulieres nauigationis comites tá lógi pertesas pelagi cursus: naues incendisse:qs uiris desertas esse nouerant. Qua ex causa illi másisse coacti sunt. presertim cú terrarum uirtuté cernerent. Eo uestigioq; plurimis alios aduentantes: et pro sanguinis necessitudine ipsos imitantes:multas habitádi effecisse sedes. E quibus plures Troianorum simile appellationé assequuti sunt.Neethos etiá amnis ex malorum euentu uocabulú uendicauit. Vt uero autor est Antiochus: Cum Achiui a deo oraculum cepissent:ut Crotoné códerent:Myscellus ad cósyderandú locú accessit. Qui cú iá edificatam cerneret Sybarin: a uicino flumine cognomen habentem:hanc prestantiorem esse iudicauit. Eapropter reuersum ad oraculum:denuo rogasse: Nunqd hác pro illa códere:datú esset. Cui deus has reddidit uoces. Erat autem gibbus Myscellus.

Terga breuis Myscelle tuo de pectore omitte
Cetera perquirens frustra. en uenaris iniqua.
At rectum quotcunq; datur: tu laude probato.

μυσκελλε βραχυνωτε.παρεσ σεθεν αλλοματευων.
κλασματαθηρευεισ.ορθον δοτι δωτισ επαινει.

Reuersus igit Crotonem construxit: Archie auxilio: qui Syracussas condidit. Cum forte annauigasset: quo tépore Syracussarum domicilia cóstituebant. Antea sane Iapyges Crotoné: Ephoro teste incolebant. Fuit aút ciuitas rei bellice peritissima. Nec paruá exercédis Athletis operá dedit. In unius igit Olympiadis ludis: Septé uiri qui ceteros studio suparunt:Crotoniate fuere omes. Iure itaq; dici uisú é:Qui Crotoniatarum postremus é:is reliquorum Grecorum primus é. Vetus quoq; puerbiú alterum:Crotone salubrius asserit. Quod inde ortú eé aiunt. Quia locus ipse ad salubritaté: et bonas habitudines pp ter Athletarum multitudiné: plurimú ferat. Plurimos igit ad Olympia uictores idest olympionicas habuit. Licet haud tépore multo habitata:cú tátus uirorum numerus ad Sagrá ad internitioné ceciderit. Ad eius gloriá accessit: ingens Pythagoreorum cetus. Nec nó Athletarum celeberrimus Milo. et Pithagore discipulus: Qui ea in urbe multú cótriuit téporis. Fama é: Colúna qñq; in phórum cótubernio laborante: Miloné subeunté:saluos reddidisse uniuersos. Deindeq; seipm extraxisse. Quo membrorum robore fretú: uite subuersioné offendisse: haud incredibile dixerim. de qua scriptores qdam tradidere. Ferunt igit:cú profundá:densamq; per siluá iter faceret: longe a tramite deuiasse. Truncú deiñ ingenté: adactis cuneis inuenientem: insertis manibus pariter ac pedibus: in scissuram eius hianté: ut penitus discinderet:esse conatú. Tantú aút solúmó ualuisse: ut exilirent cunei. Ligni uero partibus statim in se coeútibus: derelictú in eius generis laqueo: a feris deuoratú fuisse. Deinceps ab Achiuis códitú oppidú Sybaris é.cc.distás stad. Inter duos sitú fluuios Crathidé.et Sybaridé. Eius aút códéde autor é Isseliceus. Eo aút excellétie et felicitatis ea ciuitas excreuit:ut qternas pxias rexerit gétes. Et.v.ac.xx. urbes:suo subdiderit Impio. Et cótra Crotoniatas.ccc.hoim miliú exercitú duxerit. Sup Crathide uero domicilia hñtes.l. in circuitu stad. Totá aút hác felicitaté intra dies.lxx.Crotoniate illis interceperút.adeo deliciis et luxuria intéperantes defluebát. Vrbe.n.potiti:íducto fluuio:cúcta demerserunt. Pauci ea ex clade supstites adunati cohabitabát. Quos

temporis interuallo Athenienses: aliiq; Greci prorsus extinxerunt. Nam in societatē ciuitatis peruenientes: eos per contemptum habitos trucidarunt. Et urbem alium in locum prope transpositam edificarunt. et eos Thurios: ducto de fonte uocabulo nuncuparūt. Si equi de Sybaride biberint: sternutamentis agitari constat. Quam/obrem ab eius potu greges amouent. Cratis autē homines in eo locos cesarie candidos et flauos efficit. ac multis medet̄ morbis. Thurii cū diutius beatā duxissent etatem: Tandem in Lucanorum seruitutem tracti sunt. Cumq; illos Tarentini destruerent: ad Romanorum tutelam confugerunt. Qui quidem mittentes: pro uiroꝝ paucitate: accolas: mutato nomine: ciuitatem copias appellauere. Post Thurios Lagaria est: castellum ab Epeo et Phocensibus edificatum. Vnde et Lagaritanum uinum dulce ac molle. et a medicis mirifice cōmendatū. Thurinū quoq; inter uina nobilissimū est. Postea Heracleopolis supra mare paululū: et nauigabiles amnes duo. Acris. et Siris. Super quo eiusdem nominis est ciuitas Troiana. A qua ꝑcedente tēpore: deducti a Tarentinis Coloni: Heracleam tenuerunt. Hec ipsa Heracliēsium fuit Emporium: Distabat autem ab Heraclea quattuor et uiginti stad. A Thuriis autem: tricentū et triginta Troiane uero ciuitatis coniecturā faciunt: Iliace Palladis simulachrum ibidem collocatum. Quod: cum capta ab Ionibus urbe: confugientes ad illud sup/plices auulsissent: labra et palpebras agitasse: rumor est. Hos enim: cum Lydorum dominatum fugerent: eo habitatores aduentasse. Captoq; per uim oppido: quod in/digenarum erat aboriginū: seu Chonorum: illud eos appellasse Polion. Nocturno etiam tempore mouentem labra et palpebras Palladis imaginem commonstrari. In/uerecundi fortassis: et confidentis est: huiusmodi iactare sermones: Cum qbusdam: id minime factū esse: appareat. Sicut et in Ilio cū Casandra uiolaret̄: sese auertisse Palladium. Oculosq; et ora aperuisse: monstrari. At enim longe inuerecundius est: talia facere deletas ex Ilio imagines: quot et quanta posteris Rerum scriptores pro/didere. Nam et Rome: et Lauinii. et Lucherie. et Siritide: Troiana Pallas uocat̄. Perinde ac inde portata. Et audax ipsum mulierum factum Troianarum: passim disseminatum uulgatur. Et incredibile uidetur: licet factu possibile sit. Pleriq; autem et Siritin: Et sitam super Theutrante Sybarin: Rhodiorum opus esse: affirmant. Antilochus inquit Tarentinos bellum Thuriis: et Cleaudrie Imperatori: e Sparta profugo: inferentes: de Siritidis uendicatione conuenisse. Et communiter habitasse. Tamē Tarentinorum coloniam iudicari. Postea uero Heracleā uocari: et nomine: et loco transmutato. Deinceps quidem est Metapontus: ad quā ab Emporio He/raclee stad̄ sunt. c. et. xl. Id oppidū a Pyliis: qui a Troia cum Nestore nauigarant: edificatum esse dicitur. Eos tantum felicitatis e re rustica: et agricolatione cōsecutos fuisse: fama est: ut Delphis donū obtulerint: auream estatem. Edificationis autem signū faciunt: in ferias: quas Neleidas appellant. Ceterum a Samnitibus deleta fuit. Locum uero ipsum destitutū habitauere quidam Achei: quos ad Sybaridis cultores Achei transmiserūt. ut autor est Antiochus. Transmisisse autem propter simultatē: quam ipsi eiecti e Lacedemonia Achei aduersus Tarentinos exercebant. ne uicini Tarentini loco insultarent. Cum uero due Metapōti ciuitates essent: Tarento pro/piores: Sybarite aduenis suaserunt: ut Metapontum occuparent. Nam cum hunc tenerent: facile et Siritin habituros. Qui si Siritin uerterentur: Metapontum Ta/rentinis adiuncturos: qui a latere consisterent. Implicitos deinde bello cum Taren/tinis: et impositis sibi Oenotriis: in parte altera disiūgi. Vbi tūc Italie terminus erat. et Iapygie. Hic sane de Metapontoet Menalippa: in uinculis. cōiecta: et eius nato

Boeotbo: multa fabulātur. Antiochus ciuitatem Metapontū prius dicturū: postea in Metabum nomen transmutasse: existimat. Et Melanippam: nō ad hunc: Sed ad Dium: deportatam. Argumento esse: & sacram edem Metabi. Et poetam Asium: qui Boeotbū inquit speciosa Melanippa in Dii Regia peperit. Autor ē Ephorus Daulium Crise Delphis finitime Tyrannum Metapontum condidisse. Rumor etiam est. Leucippum ab Acheis ad ciuitatem habitandā socium legatū fuisse. Qui cum locū a Tarentinis in usum: ad diem: noctemq; petitū: repetentibus non redderet: interdiu reposcentibus hactenus semp sese ad noctem: deinceps petiisse respōdebat. & accepisse. At noctu: ad diem sequentem referebat. Deinceps quidem Tarentum & Iapygia est. de quibus explicabimus. Cū antea: pro nostro ab exordio instituto: adiacentes Italie Insulas lustrauerimus. Nam cum hactenus semper singulis gētibus uicinas dinumerauerimus Insulas: & nunc tandem usq; in finem ad Oenotriā peruenerimus: quam solam Italiam nominauere prisci: Iure eundem seruabimus ordinem. & in Siciliam: & proximas Sicilie Insulas: accedemus. Est autem Sicilia tribus formata angulis. Idcircoq; primis seculis Trinacria: posterius Trinacris appellata est: translato con/sonātiorē in uocē uocabulo. Figurā uero eius tria terminant ꝓmontaria. O raquidē Pelori ad faucē: & Columellā: & Rheginos agros: angustū facit Euripū. Pachynus ad orientem uergit. Siculoq; alluitur pelago: in Peloponnesum: cursumq; Cretensem spectās. Tertius est ī Libyam extentus angulus. Lilybeum scilicet: hanc simul & hybernum prospectans occasum. E lateribus autē: que his tribus finiuntur ꝓmontoriis: duo quidem paulisper concaua sunt. Tertium uero a Lilybeo in Pelorū proueniēs currum. quod quidem magnitudine superans: mille ac septingentoꝝ ac. xx. stađ ē. ut ait Posidonius. Reliquorū autē: id quod est e Lilybeo in Pachynū: altero maius est. At enim latus freto & Italie proximum: minimum est: E Peloro ad Pachynum: quod stađ mille &. c. &. xxx. numerađ. Ipsa in circuitu nauigatio: Posidonio teste: stađ. quater mil. &. cccc. definitur. Apud ipsum uero loci descriptorē interualla particulatim diuisa: per miliaria maiora traduntur. A Peloro sane ad Mylas: quinq; ac . xx. Ex Mylis ad Tyndaridem: totidem. Inde ad Agathyrsum. xxx. Paria sunt ad Alesam. Et rursum totidem ad Cephaloedium. Hec quidem sunt oppidula. Ad amnē uero Imeram per mediam fluentem Siciliam. x &. viii. Postmodum ad Panormum . v. &. xxx. Duo autem atq;. xxx. ad Egestanoꝝ Emporiū. At reliqua ad Lilyboeū . viii. &. xxx. Hinc cum ad contiguum latus deflexeris: ad Heracleā quidem. lxxv. Ad Agrigentinum uero Emporium. xx. & alia. xx. ad Camarinam. Postea ad Pachynum. l. Hinc denuo ad tertium latus: ad Syracussas. vi. &. xxx. Ad Catanam. lx. Ad Taurominiū. xxxiii. Inde ad Messanā. xxx. Terrestre uero iter facienti: A Pachyno: ad Pelorum. c. lxviii. E Messanaq; ad Lilybeum per ualeriā uiā. v. ac. xxx. Plaeriq; ī quibus Ephorus: simplicius prodidere. Nauigandi enim circuitionē dierum ac noctium quinq;. Posidonius a Climatum aspectu Insulā definiens: Peloꝝ quidem ad Septentrionē locat. Lilybeum autem ad Austrum. Ad ortum uero Pauchynum. Necesse est autem: cum Climata in parallelarum linearū forma diuiseris: maximeq; quecunq; scalena: id est tribus lateribus imparia: & quoꝝ latus nullum de figura: per parallelas lineas ducta: conueniat: discrepanter se habere ad Climata: propter ipsam obliquitatem. Tamē in Sicilie situ ad Italiam: ad Austrū uergentem: bene diceretur: qđ Pelorus magis: q̄ alii anguli: ad septentrionē spectat. Adiunctum igitur ab eo ad Pachynū ad Orientem latus excurrere: dicimus: ad Arcton spectans. Latus autem etiā ad Euripū efficiet. Capienda uero quedā parua est inflexio ad ortus hybernos.

Sic enim littus illud inclinat: si a Catana Syracussas uersus: ad Pachynum processeris. Interuallum est autē a Pachyno ad Alphei ostiū. stad. iiii. mil. Ceterū Artemidorus a Pachyno ad Tenarum. iiii. mil. &. dc. esse dicit. Ab Alpheo uero ad Amisum mil. c. .xxx. Qua ex re rationem mihi adhibere uidetur: ut ab eo discrepet: qui. iiii. mil. ad Alpheum a Pachyno esse dixerit. Quid a Pachyno ad Lilybeū? Is magis q̄ Pelorus ad occasum expositus satis ē. Ipse etiā a meridionali signo ad occasū: satis appareret. Spectaret & pariter ad ortum: & ad Austrum. Hinc quidem a mari Siculo aspersus. Hinc autem a Libyco: quod a Carthaginensi pelago peruenit ad Syrtes. Est autē a Lilybeo ad Africam: minimum interuallum: mille & quingenta stad. circa Carthaginem. quā quidem ad rem: quiddam memorat̄ insigne. Quendam prospectus acuti: cum in speculam ascendisset: naues Carthaginis portum egredientes Lilybetanis numero renuntiasse. A Lilybeo autem in Pelorum latus in ortum obliquari necesse ē. Et inter occasum & septentrionem spectare. Ad septentrionē quidem habens Italiā. At in occasū mare Tyrrhenū. & Eolias Insulas. Vrbes uero extant: Ad latus Euripū efficiens: Primū Messana. Deīn Tauromiuiū. & Catana. & Syracusse. Que aūt inter Catanam & Syracussas fuerant: defecere. Naxus. & Megara. ubi cunctorum eruptiones animū concurrunt: qui in ostia portuosa ex Etna delebantur. Hoc sane in loco Xiphonie promontoriū est. Has primas in Sicilia urbes: origine Grecas: constitutas fuisse Ephorus cōmemorat. post res Troianas. Priscos. n. illos Thuscorum latrocinia formidantes: & ea inhabitantiū loca: crudelitatem Barbarorum: ne ad mercaturā quidē eo nauigare audere. Theoclē uero Athenensem uentis agitatū: Siciliam cōtemplatū fuisse. Intellectaq; mortalium solitudine: & terre uirtute remeasse. Is cum Atheniēses inducere neqret: acceptis Chalcidēsibus Euboee: magno numero: Ionibusq; nōnullis: & Doriensibus magna ex parte Megarensibus eo nauigauit. Ex his igit̄: Chalcidēses Naxum condiderunt. Dorienses uero Megara: cum prius Hybla uocaretur. Et ee profecto ciuitates euanuere. Hyble uero nomē: propter Hyblei nominis prestantiā remanet. Ex remanētibus quidē adhuc urbibus: in eo quod diximus latere: Messana in Pelori sinu iacet. ubi is ad oriencē magis magisq; flectit̄. & faucē quādā efficit: Distat autē a Rhegio stad. lx. interuallo. A Columella uero: multo minus. Eam condidere Messenii: q Peloponnesū habitāt. A qbus & nomē pmutuauit. Nanq; prius Zancle uocabat̄. cū curua essēt loca. Nā curua Zanclia uocitabāt. Antea Naxiorum edificiū fuerat: q Catane finitimi sūt. Posterius Mamertini natio Cāpana: habitatores i dux erūt. Eo Romani aduersus Carthaginenses: ī bello Siculo usi sunt receptaculo. Post hec. Sex. Pōpeius eo in loco classem: Cesari Augusto bellū inferens continuit. Hinc etiam fugam fecit: cum ab Insula fugatus abiisset. Ante urbem paululū in traiectu Charybdis ostenditur. profūdum quidem immensum: Quo inundationes freti: mirū in modum nauigia detrahunt: magnas per circunductiones: & uortices: precipitata. Quibus absorptis: ac dissolutis: naufragiorum fragmenta ad Taurominitanū littus attrahunt̄. quod ab huiusmodi casibus Coprian: idest fimum appellant. Tantū autē in Messanis inualuere Mamertini: ut in eorū manu ciuitas consisteret. Potiusq; Mamertinos: q̄ Messanos: uocāt omnes. Cumq; feracissimus uini ager ipse sit: Vinū ipsū non quidem Messanum: sed Mamertinū nuncupant. Quod contra Italica cuncta: & quidem prestantissima: emulatione certat. Ciuitas autem frequentiores: q̄ Catana habet accolas. Nam & habitatores admisit Romanos plurimos. Pauciores tamen q̄m utraq; habet Tauromiuium. Cumq; Catana sit Naxiorum edifitiū: Tauromiuium cōdiderūt ex Hybla Zanclei. Catana sane p̄scos illos amisit icolas: Cū Syracussanorum

Tyrannuſ Hieron alioſ habitatoreſ adduxerit: Eamq; p Catana: appellauit. Etnā. Huiuſ Conditorem Hieronem Pindaruſ fuiſſe inquit. Hoſpeſ tibi dico diuinorum ſacrorumq; par nomē geſtanſ pater: Conditor Etne. Poſt Hieroniſ obitū redeūteſ Catanenſeſ: inquilinoſ expulerūt. Et ipſiuſ Tyranni tumulum ſolo equarunt. Etnei uero excedenteſ inueſam. Sic enim montanam Etne oram uocant. Habitandam tenuerunt. Et locū Etnam appellarūt: que a Catana. lxxx. ſtad̄ abeſt. Et eiuſ autorē habitande Hieronem diuulgarunt. Super Catanam uero Etnam imminet maxie. & plurima que Crateres habent: cōmunia illi obueniunt. Nam & riui in agrū Catanenſium proxime deferuntur. Queq; de filiorum in parenteſ pietate fama diſſeminat: Anphinomi & Anapie: hic geſta ſunt. Hi cū cladeſ ipſa importaret: Sic.n. Neptūno uiſum erat: parenteſ humeriſ baiulanteſ: illoſ incolumeſ & ſaluoſ eduxerunt. Proni Catanenſiū colleſ alto exundāt cinere. Qui aliquando magno illoſ afficienſ merore: poſterioribuſ āniſ magnū terriſ attulit beneficiū. Quippe tā leta reddidit illiſ uineta: & ſingulari bonitate fructuoſa: ut reliqua nulla uini nobilitate eiſ cōparabiliſ exiſtat. Loca ipſa cinere permixta radiceſ educūt. Inde pecudeſ tāta exuberare pinguedine tradunt: ut inde ſuffocent: niſi cruor quattuor aut quinq; p dieſ ab auribuſ eximat. Hoc idem & in Erythia ꝓuenire: diximuſ. Fluxuſ autē ille ad ſoliditatē permutanſ terre ſuperficiem: ad magnam profunditatē ſaxificat. Adeo ut priſtinam uolentibuſ detegere ſuperficiem: lapideſ excindere ſit neceſſe. Liqueſcente enim in ipſiſ crateribuſ petra: deinde ſparſa: humor ſuper uerticē diffuſuſ ingreſcit in limum: e mōte diffluēſ. Deinde duriciem aſſumenſ: lapiſ molariuſ efficitur. Queq; defluenſ colorem habebat: eundem deinde conſeruat. Fitq; ciniſ crematiſ ex lapidibuſ: queadmodum combuſtiſ ex ligniſ fieri ſolet. Sicut igitur ex lignorum cinere ruta fouetur: Sic Etneū cinerē quandā affinitatem cum uitibuſ habere: ueri ſimile dixerim. Syracuſſaſ quidē Archiaſ e Corintho nauiganſ condidit. Quibuſ temporibuſ & Naxuſ: & Megara: habitari ceperunt. Simulq; Myſcellum & Archiam Delphoſ: ut deum conſulerent: petiſſe. utrū opeſ: an ſalubritatem deligerent. Archiam itaq; opeſ: Myſcellum uero ſalubritatem elegiſſe. Conceſſum igit̄ alteri: ut Syracuſſaſ: Alteri ut Crotonem conderent. Euenit igitur: Crotoniataſ urbem tam ſalubrem coluiſſe: ut diximuſ. Syracuſſaſ uero ad tm̄ diuitiarum cumulum euaſiſſe: ut iam in Prouerbio diſſeminetur: cum ad Locupleteſ ac ſumptuoſuſ loquimur: Vobiſ ne decima quidem Syracuſſanorū adeſt. Ceterū cū Archiaſ in Siciliam nauigaret: Cherſicratem ex Heraclidarū genere procreatum: cum parte copiarum reliquit. Qui ad deducendoſ Corcyram accolaſ. Sic.n. nunc appellat: que priuſ Scherea. Sotiuſ eſſet. Iſ igitur expulſiſ Liburniſ: locum habitantibuſ: Inſulā habitatorū frequentia referſit. Archiaſ uero potituſ Inſule: Zephyrium ſpectanteſ Dorienſeſ: aliquoſ nactuſ eo ꝓfectoſ: e Sicilia: eoſ ab Megaroꝝ cōditoribuſ accepit. Et eorum pariter ope Syracuſſaſ edificauit. Itaq; ciuitaſ & agri felicitate: & naturali portuum commoditate. tantum accepit incrementi. Viri quoq; principali dignitate inſigneſ extiterunt. Obuenitq; Syracuſſano populo: ut ſub dominatu conſtituti: reliquoſ ſue ditioni ſubiugarent. Ac libertatem adepti: alioſ Barbarorum ſeruitute oppreſſoſ in libertatem uendicarent. Erant autem Barbari quidam Inquilini. Quidā uero e tranſmariniſ terriſ aduecti. Verum maritimaſ nulli ripaſ: prohibētibuſ Greciſ: attingere audebant. A mediterraneiſ uero lociſ prorſuſ excludere: minime ualebāt. Hactenuſ facile cultoreſ perdurarunt. Siculi. Sicani. Morgeteſ. Aliiq; nonnulli. E quibuſ & Iberi ſunt: qui primi Siciliam habitaſſe dicuntur: e Barbariſ: ſicut autor eſt Ephoruſ. Enimuero Morgantium e Morgetibuſ habitari coeptam: ueriſimile fit:

Ea urbs quōdam fuit. Que nunc nulla est. Aduentantes uero inde Carthaginenses: & hos: & Grecos cladibus afficere: nūq̃ destiterunt Syracussani tamē obstitere. Postea Romani Carthaginenses eiecerunt. Et Syracussarū: per obsidionē: potiti sunt. Cum autem Pompeius ætate nostra: & reliquas ciuitates: & Syracussas uastasset: Cæsar Augustus eo missa colonia: magnā uetusti oppidi partem restituit. Nam quinq; cōstabat urbibus olim. Moenia stad.c. & .lxxx. continens. Totum quidem ambitum explere non oportuit. Partem uero: que Insulā aspectans Ortygiam colitur: habitatoribus implere: satius esse censuit. cum haud contēnendum haberet urbis spatium. Ortygiam pons terre coniungit. Ea fontem habet Arethusam: in pelagus fluuium statim emittentem. Hunc ipsum Alpheum esse: traditum est in fabulis. Qui cum in Pelopōneso sumat originē: per mare sub terram: usq; ad Arethusam: fluēta perducat. Deinde hoc ex loco emergentem rursus excurrere in pelagus. Talibus autē de rebus coniecturam faciunt: poculum quoddam olympie in amnem ipsum decidens: hoc in fonte demum emersisse. Sacrorumq; in olympia factorum: sordibus turbulentum fieri fluuium. Hec sequutus Pindarus: Venerabile inquit flumen: Alphei fontes: Syracussas as germen Ortygie. Eadē Timeus philosophus Pindaro adstipulatꝰ. Siquidē Alpheus anteq̃ pelagus attingat: in quempiam dilaberetur hiatum: Credi posset hinc subter humum: usq; in Siciliam: nequaq̃ marinis fluctibus admixtas perferre aquas. potuiq; placidas. Postq̃ uero os ipsum fluminis palam mare manifestū irrūpit: Nihil autem alueo uicinū est: qđ fluminis aquas absorbeat: Licet nec sic dulcis permaneret aqua: si fluxus ipse superne innatans: aut infra terram inciret: prorsus est impossibile. Contra enim Arethusæ testatur aqua: potioni commoda: & ipsius Alphei fluentum: nequaq̃ mari confusum: tanto incursu permanens: quod in alueum uictum incidat. At res omnino fabulosa est. Vix enim hoc de Rhodano credimus: cuius aqua per lacum diffluens adeo permaneat: ut manifestum oculis seruet excursionem. Ceterū id quidem exiguū interuallum est. Nec undas agitante lacu. Hic autem cū ingentes tempestates & inūdationes fiant: nullius persuasionis: aut credulitatis: affinē permittūt esse sermonem. Appositum uero poculum magis ac magis mendaciū auget. Id.n. haud credibile est: cum eo modo: & talibus terminis delatum esse dicatur. Verum enim uero multi subterranei labuntur amnes: uariosq; per locos. At nō tantū per spaciū. Quod si possibile sit: ea que diximus omnino īpossibilia: Queq; de Inacho tradūtur fabulis: perq̃simillima. Fluit enim de Pindi uertice: ut autor ē Sophocles: & Lachino: de Perrhebis in Amphilochos. & Acarnanes. & Acheloi commiscetur aquis. Et hinc gradiens Argos: undas abscindens ad Ici populū peruenit Lyrci. Dilatant autem monstrosum hunc sermonē: nōnulli: qui Chonīnopū ex Nilo Delum transmittūt. Zoilus orator: in Tenediorū collaudatione: Alpheū e Tenedo effluere dicit. Is est: qui Homerum: uti fabularū scriptorem: uituperat. Ibycus uero Sicyoniorū amnē Asopū e Phrygia labentē asserit. Meliusq; Hecateus: qui Inachū: Amphylochoꝝ flumen: ex Lachino fluens scribit. A quo & Eas erūpit. Alterū ab Argolico esse: & ab Amphilocho nomē assumpsit: Qui & urbē Argos Amphilochicū appellauit. Iste illū quidem in Acheloū irrumpentē affirmat. Eantē uero in occasum: Apolloniā uersus fluere. Ex utroq; autem Insule latere: portus sunt magni. E quibus maior est stad.lxxx. Hanc urbē uero: & Catanam refecit Cesar Augustus. Sicut & Centoripa. Cum illa ad Pompeii destructionē plurimū attulisset adiumenti. Supra Catanam & enim Centoripa iacet: Etneis propinqua montibus. Fluminiq; Symeto: agrum Cataneū influenti. E reliqs Sicilie lateribus ora ipsa: que a Pachyno in Lilybeum extenditur: tota relicta est.

priscarū tantum habitationū uestigia seruans. E quibus Camarina Syracusanorū colonia fuit. Verum Agrigētum Ionicum: & Emporiū: & Lilybeū: adhuc pmanet. Nam cum he partes agro subiaceant Carthaginensi: longa & diutius perdurantia bella maxima ex parte plagam hanc extinxerunt. Reliquū uero latus: ingens sane: licet raris teneatur mortalibus: satis tamen accolarum habet. Nam & Alesa: & Tyndaris: & Egestanoꝝ Emporium: & Cephaloediū: exigua sane sunt oppidula. At Panormus Romanā habet coloniam. Egesteam ab Amphiloctete comitibus cōditā esse: memorie proditū est: qui Crotonem cōmigrarāt. Quos Philocteta: una cū Egesta Troiano transmiserat ī Siciliam. sicuti in rebus Italicis a me explicatum est. Intra Insulam est Enna: modicis quidem possessa Inquilinis. super collem iacens. In qua sacra Cereris edes est. Ea montanas amplectit̄ planicies: totas arabiles. Eunus cū fugitiuis obsidiōe pressus: illam precipuis affecit cladibus. Vixq; tandem a Romanis euulsi sunt. Eadem mala ꝑpessi Catanenses: & Taurominitani: aliiq; q̄plures. Eryx quoq; collis excelsus habitatur. In quo Veneris templum locatum est. Quod singulari ueneratione colit̄. Antiquitus mulierum frequentia refertū: illius ministerio dicatarū. Quas & e Sicilia: & Externis ex regiōibus: multi locarant. Hac uero tempestate: sicut & ipsa Colonia uiduata colonis est: Sic & templū desolatū. & sanctarū hominū copia defecit. Est & Rome ante portam Collinam: dee huius edificium. Quod Veneris Erycine templum dictitāt. Cui cū ede sacra insignis adiacet porticus. Reliquam uero coloniā: maiorēq; mediterranee plagā pastores possidēt. Haud. n. Himeram habitari amplius nouimus. Non Gelam: non Callipolin: non Selenūtem: non Euboeā: neq; alias plures. Ex his Zanclei Mylarum incole: Himerā condiderunt. Naxii uero Callipolin. Selenūtem Megarenses Indigene. Euboiam Leontini. Barbaricarū quoq; permulte sunt delete. sicut Comici memorant. Cocali Regia: apud quē Minos dolose necatus tradit̄. Itaq; Romani loci potiti: cognita solitudine: montes: & capestria plurima equorū pastoribus: Bubulcis: & Vpilionibus: fruenda prebuerunt. A quibus Insula sepenumero in maxima rerum discrimina constituta fuit. Primum quidē Pastores ipsi ad latrocinia sparsim uertebantur. Inde coadunatis in unum copiis: uicos populabantur. Quomodo quando Eunus Ennā occupauit. Nuper etiam etate nostra Selurus quidam: qui sese Etne filium predicabat: exercatus ductor: cum diutius circūcirca Etnam loca predator discursaret: missus est Romā. Vbi in foro gladiatorū certamine cōstituto: beluarum eum morsibus discerpi: laniariq; spectauimus. In sublimi nāq; ad id cōpacto positus edificio: perinde ac in Etna: cum derepente dissolutum una concidisset: Is in solutiles beluarum caueas: ad hoc ipsum preparatas: precipitatus est. Quid uulgatā ab omnibus locoꝝ uirtutē predicem? Quam nulla ex parte inferiorē Italia demōstrant. Superiorem uero diceres frumento: melle: croco: aliisq; permultis. Adde locorū propinquitatem. Insula enim ueluti quedam Italie pars est. Rome quoq; singula: tanq̄ ex ipsis Italie prediis: facile: nulloq; cū labore: suppeditat. Itaq; Rome horreū Siciliā uocauere. Huc enim omnia: ibidem nata cōportantur. paucis exceptis: que incolarum usus absumit. Hec aūt sunt: non fructus modo: Sed etiā pecora: pelles: lane: Ceteraq; eius generis. Duas aūt perinde: ac maris arces Posidonius sitas esse describit. Syracusas uidelicet: & Erycem. Mediam uero inter utrunq; Ennam: imminere circunstantibus campis. Vastatus uero ē Leontinoꝝ ager uniuersus. quos Naxii: & quidem indigene cōdiderunt. Eos & enim res Syracusanorū aduersas cōmunes semp suscepisse cōstat. Secundas autē non semp. Centoripis aūt propinquū est exile sane oppidū: uocatū Etna. Ea montē cōscensuros accipit. atq; transmittit. Hic. n. primus montis ascensus

incboat. Loca supiora cum nuda: cum cinerosa sunt. & per byemem niuibus referta. Ceterũ inferiora: siluis: & uariis arboꝝ cõsitionibus partita. Ipsa uero mõtis cacumina multas suscipiũt mutationes: uescẽtibus incendiis. Nunc quidẽ unũ in Craterẽ colla/bẽte igne: nũc diuiso efluẽte. nũc igniti: emittunt̃ riui. nũc flãme. fumos seue fuligines: Nunc ardẽtes exbalat lapides. Necesse nãq; ẽ. meatus ipsos subterraneos cũ bis pariter accidentibus uariari. Et ora ipsa quandoq; secundũ circunstantem superficiem plura esse. Pleriq; nuper qui eo ascenderant: nobis enarrabant: Campum sese deprebendisse superne planissimũ ad stad̃. xx. in ambitu. Qui ciueroso quodam includebat̃ supcilio parietis altitudinem babente. Vt qui intra campũ illum penetrare uellẽt: eis transilire fuerit opus. In medio cinerosũ fuisse tumulum: eo colore: quo campi superficies cer/nebatur. Supra tumulum rectam in sublime consurrexisse nebulam. Ad pedes uero .cc. quiescentẽ. Fuisse enim malaciam. Illa uero instar erat fumi. Duos aũt in campũ progredi ausos: cum feruentiores: altioresq; calcassent pedibus arenas: retulisse gradũ: cum nil amplius explicandum baberent: q̃ qd̃ longe intuentibus apparuisset. Quo ex aspectu uideri: ut multarum fabulationum nascatur occasio. Qualia presertim de Empedocle dixere quidam. qd̃ in Craterem insiluit. Et illius casus reliquit uestigia: e calceis alterum. quos ferreos gestabat. Quam quidẽ paulo a Crateris labro longius repertum: ipsa ignis uiolentia eiecisset. Nam locum ipsum: neq; aditu: neq; aspectu: facilem. Suspicariq; nibil in eo deiici posse: Cum cõtrarii e profundo spirantes uenti: ac uapores obsistant. Quos longe prius: occurrere uerisimile fit: q̃ ad Crateris os ap/plicetur. Quod si deiectum sit: prius corrũpatur: q̃ eiectum rursus existat. qualecũq; relinquatur antea. Deficere autem: & spiritus ipsos: & ignem: cum materia deficiat: non ratione caret. Non tñ usq; adeo: ut pro tanta uiolentia appropinquare liceat bomini. Imminet autem Etna magis Euripo. & Littori Catanensi. Quin Tyrrbeno pelago quoq;: & Liparitanis Insulis. Per noctem quidem lucet. & splendens apparet e cacumine. Interdiu autem fumo & caligine obsidetur. Etne quidẽ e regione mõtes neruosi obsistunt. Humiliores sane. Ceterum latitudine admodum pretereũtes. Insula tota cauernosa sub terra est. Fluuiis & igne plenissima. Sicuti de mari Tyrrbeno: usq; Cumas diximus. Calidarum igitur aquarum scaturigines babet Insula multis in locis. E quibus Selenũtie ad Himeram salse sunt. Egestane uero potabiles. Ad Agrigentũ uero lacus sunt: gustum quidem maris babentes. naturam autẽ discrepantem. Iis enim que nequaq̃ natabilia sunt. nullo pacto demergi contingit. Quin ĩmo in lignorum modum: superne fluitant. Italici sane quosdam babent Crateras: qui turbulentã ex/balantem eiectant aquã. Ac rursum eundem in sinũ recipiunt. Spelunca uero penes Metaurum est: amplissimã intus babens fistulam: per quã occultus elabitur amnis. & magno quidẽ interuallo. Debinc in superficiẽ emergens: sicut Horontes in Syria: Hiatum inter Apameã & Antiocbiam irrũpens: quem Cbarybdin appellãt: Et intra .xl. rursum excurrens stad̃. Similiter & Tigris in Mesopotamia: & Nilus in Africa: paululum ante fontes. Ad Stympbalum uero aqua ducentis sub terra stad̃ delata: in Argiuo debinc agro Erasinũ effundit amnem. Penesq; Abiam Arcadie rursus aqua ut sub terram impulsa: tarde postea emittit Eurotam. & Alpbeum: adeo ut uulgatũ fabulosum quiddam fidem assequatur. Siquis utiq; coronas in communem proiectas aquam: utriq; dictas cõmendauerit: prout dixerit: uterq; proprio in flumine suam ostendit. Illud etiam de Timeo uerbum dictum est: Sororia iis sunt: que ad Siciliã: & que ad Lipareas Insulas accidere feruntur. & ad ipsam Liparam ostendunt̃. Sunt autem numero septem. E quibus maxima Liparis: in quam Gnidii coloniã deduxere.

Sicilie proxima iacens: post Thermessam. Eam prisci quidē Meligunin appellabat. Duces classibus habuit: diutius aduersus Thuscoꝝ incursiones obsistens. Eius subiectas imperio habuit Lipareoꝝ nunc insulas appellatas: quas pleriq; Eolias uocant. Apolinisq; oraculum Delphici: multotiens suis primitus adornauit. Fertilissimā tellurem habet. Et magni prouentus: Aluminis effossionē. Calidas etiam aquas. & euaporantes ignes. Inter hanc: Siciliamq;: ea iacet: quā Vulcano sacram uocant. Saxosa tota: et deserta: et ignita. Trifariamq; quasi ternis ex crateribus efflat. E quoꝝ sane maximo Laminas flāme eructant: que magna ex parte meatum referserunt. E longa uero creditū ē obseruatione flāmas ipsas flatibus concitari: cum hic: tum in Etna. Quibus cessantibus: cessant & flamme. Nec uero id ratione caret. Vēti.n.e marinis exhalatiōibus captantes originem: & generantur: & nutriuntur. Adeo ut de cognata materia: accidentiq;: ignis incensus: spectatores ipsos mirari non sinit alio quodam modo talia. Ex tribus illis caracteribus unū ptim effluxisse: Polybius asserit. Alios uero ꝑmanere. Ac maximo labrum adesse rotundum: ad stadꝰ quinq;. In magnitudinemq; paulatim conduci: ad pedum. l. Diametrū. Cuius quidem profunditatē: usq; ad mare: stadꝰ spatio esse. Sicut in uentorum lāgore licet intueri. Quod si hec ipsa credibilia censueris: forte fidē non abrogaueris: ad ea que de Empedocle uulgo fabulātur. Igitur si spiraturus ē Auster: nebulosam circū insulam effundi caliginem dicit. Adeo ut longe Sicilia cerni nequeat. Flante uero Borea: puras flammas: ex eo: quem dixi: cratere: altius extolli. Ac maiores emitti strepitus. Zephyrum autem medium quendam tenere ordinem. Reliquosq; crateras eiusdem quidem esse generis. Exhalationū uero minores habere impetus. Exq; fragorum differentia: & quo ex loco exhalationes inchoent: & flāme: & fumus: ānotari. Et tertium rursus in diem quis spiraturus sit uentus. Omni igitur languente spiritu: Alios ex Liparitanis saltem futurum predicere: uentum ait. nec id quidem falso. Qua ex re quod a Poeta fabulosissimum dici uisum est: haud inaniter dictum apparet. Sed occulta quadā ratione ueritatem insinuasse. Cum dicat Eolum uentorum esse custodem. De quo in superioribus facta a nobis est mentio. Quoniam satis expressa est noticia euidentie huius: dicat quispiā: utraq; enim equali adsunt dispositione: & euidentia. Atq; amboꝝ cōmunis ē uoluptas. Redeamus ad earum rerum: a quibus digressi sumus: ordinē. De Lipara nempe: & de Thermessa dictū a nobis est. Aliam Onostrongylā a figura: idest rotundā: uocant. Est & hec ipsa ignibus scatēs. Flāmarū quidē ui minor. Lumine uero maior. In hac Eoli domiciliū fuisse: memorie proditum est. Quarta est: quam a forma quoq; Didymam: idest gemellam: uocarunt. E ceteris Ericussā: & Phoenicussā: ab arbustis: uocauere. Ad pascua uero ꝓrsus omisse fuere. Septima uero in mare magis exposita est. Euonyma id est sinistra uocata: et solitaria est. Sic autem appellata est: quoniā e Lipara in Siciliā nauigātibus sinistra maxime offertur. Multotiens sane in maris Insulis propinqui: superficie excurrētes flamme conspecte sunt: Cum e profundis cōcauitatibus reclusus quidam igniū meatus est. Et ille ad exteriora uiolentior erumpit. Posidonius se meminisse inquit: estiuo solstitio: illucescente aurora: inter Hieram: & Euonymā pelagus mirandum in modū in sublime cōscendens apparuisse. Et aliquo temporis spatio ꝑmansisse assiduis erectū flatibus. dein desiisse. Quosdam autē annauigasse illuc ausos exanimatos uidisse pisces: quos fluxus ageret. Quosdam uero uapore: & odore malo percussos fugam captasse. Vnamq; e nauiculis propius admotam nōnullos amisisse. Reliquos Liparam uix incolumes reportasse. Qui nunc quidem instar eorum qui Comitiali morbo captantur: desiperent: Nunc ad ꝓprios sensus resipiscerent. Pluribus post diebus uisū esse Coenū

mari superne germinans. & multis ex locis flāmas: & fumum: & caliginem erumpentes. Postremo congelatum: & molaribus lapidibus similem glatiē extitisse. Quam quidē rem: cum Sicilie Pretor. T. Flaminius Senatui declarasset: Senatus quidem mādauit: ut & in ipsa Insula: & in Lipara: Diis Manibus: & marinis: facto sacrificio litaretur. Ipse locorū descriptor ab Ericussa: ad Phoenicussam. x. mil. passuū interesse tradit. Hinc ad Dimam. xxx. Ab ea ad Liparam: ad septentrionē. viii. ac. xx. Ab hac in Siciliam. xviii. Ab Strongyla uero. xvi. Imminet autem Pachyno Melita. de qua Catelli portanť: quos Meliteos uocāt. & Gaudos. Absunt inter se ābe milibus passuū . viii. & . lxxx. Ante Lilybeum iacet Cossura. & ante Aspidem: id est Clipeum. Ea uero Carthaginensium ciuitas est: quam Clypeam uocant. Inter ambas sita: & eo: quod diximus: ab utraq; interuallo disiuncta. Est & ante Siciliam: & Africam Egimurus. & alie quedā exiles Insule. De Insulis quidem hactenus. Quando antique Italie: usq; Metapontū loca sumus emensi: cōtinenter adiūcta deiñ explicemus. Cōtigua uero ē Iapygia: quā & Messapiā Greci uocāt. Indigene aūt: ptim Salentinos: circa ultimā Iapygiā nominant. partim Calabros. Post hos ad Boreā sunt Peucetii. & Audanii sermone Greco nominati. Accole uero tractum omnem post Calabros Apuliā uocāt. Eoꝝ pleriq; Poedicli dicunť. Et Peucetii maxime. Est uero Messapia ī Poeninsule forma: a Brundusio usq; Tarentū Isthmo inclusa: stadť. x. atq; . ccc. Annauigatio uero circa ultimā Iapygiam: stadť est. cccc. Distat a Metaponto stadť circa. cc. Et ad eum quidem maris iter ad orientem est. Tarentini sinus par maxima importuosa est. Ibi maximus atq; pulcherrimus magno includitur ponte. Circuitus uero est stadť: centū. Eq; sinus interioris parte Isthmum efficit: exterius prospectantem pelagus. adeo ut urbs ipsa in Cherronneso iaceat. ut per ipsam facile nauigia protrahanť: Cum utroq; ex littore humile collum existat. Cumq; oppidi depressum solum sit: qua tamen arx edificata est: paululum altius attolliť. Antiquus sane murus ingentem circuitū habet. Nunc autem qui prospectat Isthmum: plurima defecit ex parte. At pars: que portus ori uicinior applicatur: q ia arx perdurat: non mediocris urbis magnitudinē explet. stadium habet ornatissimum. & forum amplissimū: ubi situs est Iouis Colossus: ex ere fabrefactus: eximie: Post Rhodium: magnitudinis. Inter forum aūt: atq; ipsius portus os: Arx ipsa extolliť: perpaucas ueterū ornamentorū reliquias: & statuarū cōtinens. Quorū: cum magna copia foret: urbe potiti Carthaginenses: pleraq; uastauere. Aliq̄ etiā Romani: capto p uim oppido: ut spolia: uendicarunt. E quibus Herculis imago sublimis ex ere: in Capitolio fixa est. Opus Lysippi. Quod a Fabio Maximo oblatū est donum: Qui urbem ceperat. De huius urbis origine hæc ab Anthiocho mandata sunt litteris: Quod conflato inter Lacedemonios: & Messenios bello: Qui Lacedemoniorum in eius communicationem uocati non sunt: Serui sunt iudicati. Quos Elotes nominabant. Ea quoq; durante militia: quotcunq; in lucem producti sunt pueri: in fames: ignobilesq; iudicatos: Parthenias uocarunt. Quod cum minime ferrent æquo animo: erant autem plurimi. insidias struxere popularibus. Qui cum intellexissent: clam aliquos submisere: qui amicicie simulatione: modum insidiarum renuntiarent. Horum e numero & Phalanthus erat: qui Prefectus eorū uidebatur esse. Minime uero simpliciter iis qui participes erant uocati: placebat. Cōuenerat autē ut in Hyacinthiorū celebritate: quando certamen in Amycleo conficeretur. Is locus est. cū Phalanthus capiti pileum imponeret: fieret insultus. Populares autē a Cesarie noscitabantur. Phalanthi uero sodales: cum signū renūciassent: consistente certamine: preco in medium procedens: Phalantho: ne pileum capiti imponeret: inhibuit. Quod

coniurati sentientes: apertis iam palā insidiis partim fugitāt. ptim supplices aduentāt. Iussi autē bene sperare: coniiciuntur in uincula. Phalanthus uero ad Apollinem de Colonia deducenda consulturus mittitur. Cui deus huiusmodi infit oraculum.
Sastyreum: & pinguem populū tibi trado Tarenti.
Incolere. Et late cedem per Iapygas ædes.
Vna igitur cum Phalantho Parthenie profecti sunt. Quos Barbari: & Cretenses: qui prius locū occupauerant: hospitaliter accepere. Eos fuisse tradūt: qui una cū Minoe in Siciliam nauigarunt. Post cuius loetū in Camicis apud Cocalū in Sicilia pelagus intrātes huc appulsi fuerūt. E qbus posterius qdā pedestri itineri sinū Adriaticū: usq; in Macedoniam peragrantes: Bugei sūt appellati. Iapyges autem uniuersos: usq; ad Dauniam: cognomen e quodam duxisse Iapyge. Quem Dedalus e Cretensi muliere suscepisse dicitur. Ducemq; Cretensibus extitisse. Tarentum autem ab Heroe quodā nomen accepisse: litteris proditum est. At enim Ephorus de ipsius edificatione: hunc in modum scriptum reliquit. Lacedemonii aduersus Messenios belligerabant. Ii nāq; Regem Teleclum eo sacrorū causa profectum: necauere. Illi uero iuramento sese ob/strinxere: nō ante domum reuersuros: q̄ Messenā solo adequassent. Aut omnes certe occumbere morti. Vrbis uero sue custodiā & Iunioribus: & natu grādioribus i militiā profecti reliquere. Decimo postmodū belli anno: Lacedemoniorum matronas conciliū ineuntes: nūtios ad uiros emisisse: querentes: haud pari sane cōditione cōtra Messenios bellum illud geri. Hos nanq; cōmorantes in patria in dies sobolem procreare. Lace/demonios uero: positis in hostili terra castris: uxores dimisisse uiduas. q̄ ex re periculū impēdere: ne patria uirili destituta stirpe deleatur: At illi: simul sacramēti fide seruata: & mulierum uerba figentes animo: eos ab exercitu mittunt: qui robore firmissimi: et iuuenta florētissimi fuerant. Eos nanq; minime iuramēti cōmunione teneri nouerāt: Cum puerilibus adhuc consistentes in annis cum natu grandioribus ad bellū exierāt. Iusseruntq; ut cuncti uirginibus cunctis cōmiscerenē: rati hoc pacto copiosiorē pro/creatū iri sobolē. Que cū ita facta fuissent: nati ipsi Parthenie nominati sūt. Messena tandem anno. xviiii. expugnata. in potestatēq; redacta est: sicut Tyrteus ipse cecinit.
Nos duo magnanimos animis: armisq; uigentes:
Perpetuo nonus decimus quoq; uiderat annus:
Consertos bello. uicenus uenerat hostis
Pingue solum fugitans: montisq; reliquit Ithome.
Itaq; cum Messenium diuisissent agrum: reuenientes in patriam: Parthenias nequaq̄ cum aliis pari honore dignabātur. Perinde ac matrimonio minime progenitos. Itaq; ipsi cum seruis cōspirantes Elotibus: Spartanis insidias ordiebantē. Conuenit ut signū in foro: cum adoriendum esset: tollerent pileum Laconicū. Qua re per seruus quosdā Elotes patefacta: contra impetum ferre: factu difficile esse: cognouerunt. Magna. n. erat hominū multitudo. Et qđ maximū erat: una eademq; mens omnibus. quippe q sese inuicē germanos esse cogitarent. Qui aūt signū tollere debuerant: e foro cōcedere iussi fuere. Qui remgerendā indicatam esse senserant: sese cōtinebant. Alii per eorum patres persuadebāt: ut foras in coloniā excederēt. Quod si satis idoneū cepissent locū: permanerent. Sin contra redirent: quintam Messenie terre partem sortituros. Tum missi: Achiuos contra Barbaros bellum gerentes offenderūt. In partem igitē periculorum assumpti: Tarentum edificant. Ceterū amplissime Tarentinorū opes aliquādo fuere: rem suā ciuilem populari potestate gerētes Democratia. Nam classe maxima cūctos superauerūt accolas. Peditesq; ad milia. xxx. in expeditiones emisere. Equitum uero

tria mil. Ductores autem equitum mille. Pythagoricã quoq; philosophiã amplexati sũt. Imprimis Archytas singulariter. Qui diutius eius ciuitatis princeps eminuit. Inde posterioribus ãnis illecebrose inualuere delitie: ppter fortunas nimiũ secũdas. Adeo ut plures: totius populi: ludos: festasq; celebritates quotannis agerent: q̃ reliquos ãni dies. Eam ob rem in deterius urbanum regimen ferebatur. Cuius flagitiorum unum illud documentum est: qđ externis uti Imperatoribus coacti sunt. Contra Messapios enĩ & Lucanos: Alexandrum Molossoꝝ Regem accersierunt. Antea quoq; Archidamũ Agesilai filium. Postea Cleonymũ: & Agathoclem. Dein Pyrrhum: quo tempore: ad/uersus Romanos bellum conflauere. Nec uero illis obtemperare ualuerunt: quos inuocarant. Quin eis infensi inimicitiã contraxere. Alexander itaq; publicũ Grecoꝝ conuentum tractus illius: eoꝝ compulsus odeo: ad Thuriorũ agrũ traducere conatus est: cum in Herculea Tarentine telluris ede: illũ celebrari mos eẽt. Iubebatq; ad Aca/landrum amnem locũ edificari: ubi concilia forent. Vnde & rem illi malegestã: ppter ingratos eorum mores: obuenisse fertur. In eosq; Annibalis tempestate redundasse: libertate spoliatos. Posterius uero admissa Ro. colonia: solito melius: trãquillo degũt in ocio. Bellũ aũt contra Messapios Heraclie causa: suscepere. Daunioꝝ: & Peucetioꝝ Reges socios & adiutores habentes. Terra deinceps Iapygia: non sine admiratione cõmoda oppido est. Nam cum in superno tergo aspera uideatur. ubi aratris pandit: altioris fertilitatis glebas inuenies. Cũq; aquarum indigia est: nihilo minus leta sup/peditat pascua. & arboribus referta spectat. Hec etiã omnis regio aliquãdo copiosa admodum mortalium multitudine floruit. & tredecim urbes habuit. Nunc autem excepto Tarento: atq; Brũdusio: cetera exigua sũt oppidula. Adeo absũpte sunt uires. Salentinos Cretensium fuisse coloniam memorie proditũ est. Hoc in loco Minerue fanum est: quod aliquando locupletissimũ extitisse constat. Extat & scopulus: quem ultimam Iapygiã appellãt. multis in pelagus & ortũ hybernũ prominẽs. Paulatimq; sese conuertens ad laciniũ flectitur. In quo ab occasu se attollit. et ad ipsũ Tarentini sinus os claudit. Similiter ad ipsum sinus Ionii ora Cerauniis clauduntur a montibus. Ab eo ad mõtes Ceraunios: & ad Laciniũ: stađ: circiter. dcc. interuallũ est. E Tarento autem ad Brundusiũ nauigationis circuitio est: ad Barin: seu Baretũ: ut nunc uocãt. ut autem antea: Baretẽ: urbem exiguã: stađ sexcentoꝝ est. Iacet uero in Salentinoꝝ finibus: ad quã pedestri magis: q̃ maritimo itinere: a Tarento facile peruenitur. Hinc ad Leuca: ea enim urbs non grandis est: stađ. dccc. sunt. Ibi odoris aquam fetidi fons effundens aspicitur. Fabule tradunt reliquos Gigantes e uicina Campanie Phlegra: cum Hercules pulsos exagitaret: uocabantur autem Leuternii: ad ea fugitasse loca: cõtractosq; subiisse terram. Et ex eoꝝ cruore: talẽ effluxionẽ continere fontem. Eam ob rem et littus illud Leuterniũ appellari. Ex leucis quidem ad Hydruntẽ urbeculã stađ. cl. Hinc Brundusium. xl. stađ sunt. Totidem ad Sasonem Insulam. Que ipsius interualli: quod inter Epyrum: & Brundusium interiacet: media sita est. Ea propter qui rectum nauigando tenere cursum nequeunt: A Sasone ad Hydrontem: leuorsũ iter faciunt. Hinc obseruato ferente uento: Brundusinis propinquant portubus. Et egressi Rhodeas urbem Grecam: pedestres ocius aduentant: Cuius oriundus Ennius poeta fuit. Locus igitẽ nauigatione circũdandus: E Tarento Brundusiũ Cherrõnesio per q̃similis est. E Brundusio autẽ Tarentum uia: expedito uiatori uno nauata die: eius quam dixi Cherrõnesi Isthmũ efficit. Eam: & Messapiam: & Iapygiam: & Cala/briam: & Salentinã: complures cõmuni appellatione nuncupant. At quidã: ut antea diximus: diuidunt. Exigua que preter nauigantibus obuiãt oppida: cõmemorata sũt.

Ceterum in mediterranea regione Rhodie sunt: & Lupie. Et paululũ a mari semota Salepia. At medio in Isthmo Thyree: ubi potentium cuiusdã regie mõstrantur edes: Cum autẽ dicat Herodotus uriã in Iapygia esse: quã Cretenses edificauere: e Minois classe: in Siciliã nauigantis errabundi: Aut hãc ipsã accipiamus oportet: Aut ueretũ. Brundusiũ Cretenses habitasse: memorie ꝓditũ est: qui e Cnosso cũ Theseo discesserũt. Postea alios e Sicilia cũ Iapygie digressos: nam utroq; modo fama est: cum una per/manere nollẽt: in Bottieã discessisse. tempore autem posteriori: ciuitas regia potestate gubernata: non paruam agri portionẽ ab Phalanthi: ac Lacedemoniorũ uiolentia perdidit. Eum tamen eiectũ a Tarento Brundusini acceperunt. Ac eum deinde uita functum: eximie honore sepulture decorauerunt. Terram autẽ Tarentinis meliorẽ habent. Illa. n. tenuis quidem: ceterum fructuũ bonitate precellens: Nam & mel eius: & uellera: uehementer laudantur. Imprimis etiam Brundusii portus sua excellentia prestat. Multi enim ore uno portus includuntur: qui nulla fluctuũ agitatione tur/bantur. Cum interni sinus excipiãt: ut forma ipsa cerui cornibus simillima sit. unde & nomen inditũ sit. Locus enim cum urbe ceruino capiti maxime est comparandus. Nam lingua Messapiorũ Brundusiũ cerui caput nominatur. Ceterum Tarentinis portus nõ omnino undarũ motibus caret. Cũ sese pandat: & interius occulta sub undis saxa quedã contineat. E grecia ꝑterea nauigãtibus: atq; Asia lõge rectior Brundusiũ est nauigatio. Itaq; omnes quibus propositum est iter Romã: huc applicãt. Due aũt uie sunt. Vna quidẽ mulis uectabilis per Peucesios: qui Poedicli uocantᷓ: & Daunios: & Samnites: usq; Beneuentũ. In qua uia est Egnatia ciuitas. Post eã Celia. & Netiũ & Canusium: & Cerdonia. Altera per Tarentũ paulisper ad leuã. Et si quanta est diei unius circuitionẽ feceris: uia Appia offertur: plaustris cõmodior. In ea urbs est Vria: & Venusia. Hæc quidem Tarenti atq; Brundusii media. Illa uero in Samnitum & Lucanorũ cõfinibus. Coeuntq; ambe ad Beneuentum: atq; Campaniã: ex Brũdusio. Hinc iam usq; Romã uia uocatur Appia: per Claudium: per Galatiã. Per Capuam. & Casilinum: usq; Venusiã. Que dehinc sunt. diximus. Tota uero ex Roma Brũdusiũ .ccc. &. lx. miliaria continet. Tertia e regione per Brutios: & Lucanos: & Sãnitum ad Campaniã Appie iũgitur. Ceterum longior q̃ e Brundusio tribus diebus: aut q̃ttuor per Appianos montes. At enim Brundusio in transmarinã ripam nauigatio est. una quidẽ ad Ceraunia: littusq; deinceps reliquũ: & Epiri: & Grecie. Altera in Epidamnũ q̃ prima longior. Nam mille &. dccc. stad̃ est. Trita & hec est: cum urbs ipsa cõmode: & ad gentes Illyricas: & Macedonicas sita est. E Brundusio uero littus Adriaticum preternauigãti Stegnatia occurrit. ciuitas. Cõmune & nauigãtibus: & terrestre iter facientibus ad Barium: diuersorium. At usq; Peucestiũ mari uento nauigatur austro. Per terram autem usq; Siluiũ. Tota uero & montana: & aspera: magnã Apenninoꝝ montium cõmunicationẽ habẽs. Eaq; colonos Arcadas accepisse putatur. E Brun/dusio Barium. dcc. stad̃: spatium est. Pariter fere distat ab utraq;. Contiguum quidem pascuntur agrum Caumi. Dehinc Apuli. usq; ad Ferentanos. ut necessitudo sit usq; ad Peucetios: & Daunios: quos nec accole omnino ita uocitant. preterq̃m antiquioribus annis: omnis quidem huius regionis quã Apuliã nuncupant: haud accurate sane ter/minos explicemus harum gentium: Quocirca nec nobis ualde affirmandũ ẽ. E Bario ad amnem Aufidum: ad quem Cannusioꝝ est Emporiũ. stad̃ sunt. cccc. Ad Emporiũ autẽ supior nauigatio stad̃. lxxxx. Proxima ẽ Salappia: Argyrippinorũ Emporiũ. Haud enim multum a mari: due Italicarum urbium: maxime quondã in plano site sunt: sicut documento sunt circuitus earum. Cãnusium uidelicet & Argyrippa. Ceterũ

bis annis minores sunt. A primordio quidem uocabatur: Argyrobippium. Deinde Argyrippa. Porro autem Arpi nunc uocata est. Vtreq; impresentia sane delete: a Diomede condite dicuntur. his in locis: & campus: & alia cōplura. Diomedis potētatum ostentant. In Minerue quidē fano: que Lucerie ē: prisca dona: & ipsū uetus oppidū Dauniorū extitit. Nunc uero depressa iacet. In propinquo mari iacent due Insule: quas Diomedias appellant. Ex quibus habitatores habet altera. Reliquam desertā esse dicūt. In qua Diomedē disparuisse: quidam fabulantͬ. Comitesq; in aues cōuersos esse. Eas etiam hac etate mansuescere: & humanā quodāmodo uitā agere: & uiuendi ordine. & erga benignos mansuetudine. A malignis aūt & sceleratis: fuga: & euitatiōe. De hoc ipso Heroe: cum alia permulta: per uenetos: Tum soliti uulgantur bono res. Creditur & Sipontē edifitiū esse Diomedis: a Salapia stadͬ. c. et. l. interuallo distantē. Greci uero eam Sepiuntem nuncupant: ab eiectis e fluctu sepiis. Inter Salapiā: atq; Sipontem: fluuius est: nauigationi satis accommodus. Et Lacus ingentis ostium. Per utrosq; autem nascentes e Siponte fructus deuehuntur. frumenta precipue. In agro Saunio: circa tumulum: quem Drion nominant: Basilicæ monstrantur. una quidem Calchantis in summo uertice. Cui petentes oracula nigrantē ī molant arietem. & strata in pelle dormiunt. Altera Podalirii in infima montis radice posita. Abest a mari stadͬ: circiter. c. Ex ea riuulus manat: ad omnis pecorū morbos salutaris. Ante sinum hunc promontoriū procumbens: ad stadͬ. ccc. protenditur in pelagus: orientem prospectans Garganū appellant. Cumq; ultima circūflexeris: urbs exilis offertur: nomine ureum. E promōtorii regione Diomedee iacent insule. Ager iste cum omnis generis fructus: tum uero copiosos: producit. Equis & ouibus aptissimus. Lana: q̄ Tarētina longe mollior. Minus uero candida. Regio ipsa propter camporū conualles tranquilla. Pleriq; Diomedē fossam: ad mare usq;: proscindere aggressum memorant. Ceterū cum domū accersitus eēt: & hāc: & alias res: imperfectas omisisse. Et ibi e uita excessisse. Hic quidē de illo unus uulgatus est sermo. Secundus autem: eis in locis tandiu permansisse: donec uitā conuerterit. Tertius fabulosus: quem ante dixi: in ipsa Insula disparuisse. Quartus exponi posset. quem Veneti disseminant. Illi enim uite illius conuersionem: nescio quo pacto: penes se factam esse asserunt. Quā in deorum numerum relatio nem uocant. Hec igitur secundū Artemidoꝝ interualla iacent. Secundū uero locoꝝ Descriporē: e Brundusio ad Garganū miliaria. c. & lxv. Ea uero Artemidorus auget. Ceterū hoc ex loco Anconem usq; mil. cc. liiii. ille ait. At Artemidorus ad mille. cc. & lxxxx. fere Anconis distātias stadͬ: mil. pas. cc. l. esse refert. multo minus q̄ ille. Polybius uero illa ab Iapygia emensa fuisse tradit. & mil. pas. d. lxii. ad urbem Silam edisserit. Hinc aūt Aquyleiam. c. lxxviii. Haud sane cōcordant cū eo: qdͬ littoris Illyrici affertur interuallo: e mōtibus Cerauniis ad sinū Adriatici maris intimū. cum hunc supra. vi. mil: esse demōstrent. & cū maiorē illo esse cōstituāt: q minor multo sit. Et omnes cū omnibus inter sese de interuallis dissentiūt: sicuti sepenumero a nobis dictͬ. At nos ubi diiudicari licet: nostrā efferimus sētentiā. ubi sane illoꝝ dicta ī medio ponere oportere: minime putamus. Quod si nec ab illis habeamus: haud mirandū est: si nos etiam in huiusmodi materia aliqd omisimus. Ex magnis qdē rebus nullā ꝑfecto omitteremus. At parua si cognita fuerint: parum utilitatis afferunt: sin omissa latuerint: toto ex opere: aut nihil: aut non multum absciderit. Statim uero a Gargano sinus medius profundus quidem excipit. cui adiacentes accole Appuli proprie nominantur. Ipsiq;: & Daunii: & Peucii: eandem usurpant linguam. Nec in cæteris: in hoc usq; tempus discrepant. Antiqs uero tēporibus discrepasse: simile ueri ē. Vnde & diuersa in omnibus inualuisse

nomina. Priori tēpore uniuerse huius terre secunda fortuna florebat. Postea uero & Annibal: & sequētia bella: desertā illam reddiderunt. His in locis clades illa Cānensis obtigit: In qua tot: & Romanoꝝ: & sotiorū corpora occidoni data sunt. In ipso sinu lacus est: supra quem: in mediterranea Teanum est Apulum: eodem quo Sidicinum nomine. Qua in parte Italie latitudo non parum contrahi uidetur. Vb sunt Puteoli a mari ad mare: minus stad: mille Isthmus relinquit. Post lacum autē ad ferētanos: & Bucanū ꝑternauigandi cōmoditas ē. Vtraq; ex lacus ripa ad Bucanū & Garganū stad sūt. cc. Que deīn Bucano cōiuncta sint: in supioribus dictū est. Huius generis & magnitudinis Italia ē. Cū multa a nobis disputata sint: nūc āplissima significabimus. Quibus hoc tpe ad tm̄ maiestatis fastigiū Res Romana cōscenderit. Vnū quidē: qd instar Insule: tutā in circuitu maria custodiāt. paucis exceptis partibus: que tn̄ inaccessis: uti muro: motibus uallate sunt. Secundū ē: maxima ex pte ipsius importuositas. Et qd sicubi portus existunt: magnitudine et excellētia mirabiles: adstant aduersus externoꝝ impetus cōmodi. Nec minus ad inferendas incursiones. & ad ipsā mercature cōmoditatem. & abundantiā. Tertium: Aeris uniuersi temperies: cui subiacet. Ad quā uarietatem animalia: arbores: & ut paucis simpliciter dicam: cuncta: quibus utilissimus mortalibus uictus suppeditatur: plurimā diuersitatem habent: siue bonum: siue malū dixeris. Ipsius longitudo a septentrione in meridiem ut plurimū extenditur. Cuius longitudini additamentū est Sicilia: talis: & tanta: perinde ac eius pars. Aeris tēperies: & intemperantia pro caloris & frigoris: & boꝝ mediocritatis conditione: diiudicatur. Itaq; cum tanta longitudine: que nunc est Italia: eam in amborū excessuum medio iacentem: plurimā temperate conditionem continere necesse est. modisq; plurimis. Id etiam alio illi pacto contigit. Nam cum montes Apēnini perpetua longitudine porrigantur: cumq; latus utrunq; campos: & colles frugiferos emittat: nulla pars extat: cui non montanis: & campestribus bonis frui contigat. Adde fluuiorum & lacuum magnitudinem. & copiam. Ad hec & frigidarum: & calidarum scaturigines aquarum. quas ad mortaliū salutē parens natura cōpluribus in locis cōparauit. Quid diuersorū facultates metallorū? Quid materiam: atq; escas hominibus ac pecoribus attributas? Quis fructuum ubertatē: atq; bonitatem pro dignitate differat? Inter gentes quidē amplissimas: & Greciam ipsam: & excellentissimas Asie partes: media consistēs: uirtutis prestantia & amplitudine: ad circūstantibus imperandū nata est. ex uicinitate: subiugandoꝝ facultatē nacta. Quod si ad susceptam de Italia orationem: & de Romano populo: cuius ditioni subiecta est: summatim quedā adducienda sit ratio: quando ipsā Romani ad uniuersi urbis Imperium perfugium struxerunt: ac propugnaculum: assumantur & hec: qd post Romā conditā Romani perpetuo multas hominū etates sub regio principatu: integre: casteq; duxerunt. Postea cum Tarquiniū: qui Regum ultimus: iprobe flagitioseq; imperitabat: eiecissent: Atq; urbanā sic mixtā cōstituere: ut singularis principatus & optimates regerent: accersitis in Regni cōmunicationē: atq; usum: Sabinis: Latinisq;. Quos cū ingratos: sicut & alios finitimos: assidue deprehendissent: eorū strage: suum amplificare quodāmodo coacti sunt Imperium. Hoc pacto paulatim ad incrementū progrediētibus illis: euenit: ut ciuitatē repente ꝑter spem omnium amitterent. Preterq; spem reciperent. Hoc autē nono ac decimo: post cōmissam naualem pugnam ad Capre fluuium anno: gestum est: sicuti Polybius memorie prodidit. Postq̄ factam cum Antialcide pacem. Romani cū istos propulsassēt: Latinos primum omnis subiugarunt. Deinde Thuscos. & Gallos circumpadanos: ab inuerecundia quadam licentia represserunt. Postea Samnites. Post quos Tarētinos:

ac Pyrrhũ debellarũt. Reliquũq; nostre etatis Italie: pter Circũpadanã Regionẽ. Ea nanq; adhuc belligerente in Siciliã transmigrarũt. Qua exclusis Carthaginẽsibus: Padũ Gallosq; repetierũt. Vbi consistente adhuc bello: Ecce Annibal irrupit Italiã. Hocq; secundũ bellũ incidit Punicũ. Nec lõge post Tertiũ: in quo deleta Carthago fuit. & Romani potiti sũt Africa. & Hispania: q̃ntũ Carthaginẽsibus eripuere. Greci uero: & Macedones: & Asie intra Taurũ: & Alyn fluuiũ Incole: nouandis rebus cum Carthaginẽsibus: cõspirarunt. Hos etiã ut simul in potestatẽ redigerent: ꝑgressi sũt. E quibus Antiochũ Regem: & Philippum: & Persen: & Illyrios. Thracesq; finitimos. Grecisq; ac Macedõibus aduersus Romanos belligerẽdi ꝓmordia eripuere. Et donec uniuersos in stragẽ darẽt: q intra Istrũ: atq; Alyn incolũt: ꝑpetuo dimicare prexerũt. Eadẽ & Hispani: & Galli sunt perpessi. Ceteriq; omnes: q Romano parent Imperio. Ab subiugãda. n. Hispania: nunq̃ ab armis cessatũ ẽ: donec uniuersã: illatis stragibus: occuparẽt. Captis deĩn Numãtinis: & Vreethο: nouissieq; Sertorio mactato: ultimisq; uastatis Cantabris ab Cesare Augusto: Exteriorẽ: & Interiorem Galliam totam: cũ Liguria: ꝓmũ q̃dẽ pticulatĩ adepti sũt. Postea diuus Cesar: Dehinc Augustus cõmuni bello pariter ceperũt. Hoc uero tpe aduersus Germanos belligerãt: ab hisce ꝓpinq̃s incitati locis. Vnde quibusdam iam triumphis decoratã fecere patriam. Oram Africe: nisi que Carthaginẽsibus subiecta ẽ: Regibus: & illis quidem subditis: cõmiserũt. Qui: cũ desciuere: extincti sunt. Nunc sub Iube Regno cõsistit: & Mauritania: & cetere Libye partes plurime: propter illius in Romanũ populũ beneuolentiã: & amiciciã. Similia & de Asia contigere. Siquidẽ initio per Reges Romanis obedientes: guber/ nabatᷓ. Postmodũ cũ illi defecissẽt: ut reges Attalici: Syri Paphlagones. Cappadoces. & Egyptii rebellantes: ac postea destructi: queãdmodũ & de Mithridate Eupatore casus tulit. Et de Egypti Regina Cleopatra. Cũcta sane intra Phasin: & Euphratẽ: preter Arabes aliquos: Romanũ possit & Imperiũ. & ab eis Reges designati. Armenii uero. & ultra Colchos iacentes Albani: & Iberi: sola ducũ ꝑsentia indigẽtes: bene quidẽ sese continent. Ceterum cum Romani uariis implicentur negotiis: rebus student nouis. Qualiter & ii: qui trans Istrum & Euxinum Pontum accolunt: preter Bosporanos: & Nomades: ritu pastorum uagos: qui partim obtemperant: partim ad omnem uite cõ/ munionẽ sunt prorsus inutiles: presidiis tantum indigentes. Reliquam plagam tenent pastores. & qui sub tentoriis uitam agitant: longe seorsum habitantes. Parthi uero finitimi tam immensis ualentes opibus: Romanis tamen: & ætatis nostre principibus subdidere colla. & Imperatorũ maiestati cessere. Itaq; nõ mõ Tropheа: que quondã de Romanorum cladibus erexerant: Romam transmisere: Sed etiã Phraates Rex Cesari Augusto filios credidit. & natorum natos obsides exhibuit: ut obseruandam coleret amiciciã. Illis enim his annis ambiunt quempiã: qui eis imperet: a Roma sepe/ numero flagitantes. Et ferme ꝓpius adsunt: ut uniuersũ eorum potentatũ Romano subiiciãt Impio. Ipsam quoq; Italiã: seditionibus sepius agitatã: ex quo in Romanã ditionem redacta est: Quin & Romam ipsam ciuilis moderationis: & Imperatorum uirtus cõtinuit: & ne ad maiorẽ delictoꝝ: & uastationis cumulũ prolaberetᷓ: inhibuit. Arduum sane: atq; difficile ẽ: alio pacto tale regere Imperiũ: q̃ si uni pinde ac parẽti: ꝓcuratio demandetᷓ. Nunq̃ igitᷓ tanta pacis facultas: tãtaq; bonoꝝ copia Romanis: et eis sotietate foederatis: affuit: quantã Cesar suppeditauit Augustus: Ex quo pfectã & absolutam dignitatis potestatẽ accepit. Et hoc tẽpore Successor eius filius prestat Tiberius. Illum sibi gubernandi: & edictorũ normam: exemplarq; constituens. Nec minus eum ipsius filii germanicus: Drususq;: suam genitori nauantes operam.

Eptimus liber: reliquas Europe partes explicat. Sunt autem quæ orientem spectant ultra Rhenum: usq; Tanain: & Meotidis paludis ostium. Quæ inter sinū Adriaticum: & sinistras maris pōtici partes: Ister accipit: ad Austrū usq; in Greciam atq; Propontidem. In his tota Macedonia continetur.

Vm a nobis de Hispania: deq; Gallicis: Italicisq; gētibus: cū uicinis Insulis dictū sit: Deinceps relique partes Europe uidentur enar/rande: quo se modo facultas obtulerit partiendo. Restant autem: que ad orientem trans Rhenum: usq; Tanain loca spectant. & Meotice paludis ostiū. Queq; inter Adriaticum sinum: & sinistras pontici maris oras Ister capit: in Austrū: usq; in Greciam atq; Pro/pontidem. Ister enim duas in partes proxime terram predictam diuidit uniuersam. Cunctos Europe fluuios magnitudine superans. A primordio sui in Austrū labitur. Inde ab occidente statim ad orientem curuatur in pontū. Oritur autem ab extremis Germanie partibus ab occasu: prope sinum Adriaticū: procul ab illo stad: circiter mille. Finitur autem in ponto: non longe admodū ab Tyre ac Bo/rysthenis eruptionibus: paululum in septentrionem uergens. Spectantes quidem in septentrionē Istri partes: sunt trans Rhenum regiōes. & Gallie. que sunt gallice gētes: & germanice: usq; ad Bastarnas. & Tyrrhengetas: & Borysthenis adiacētes ore: que īter hunc: & Tanain: & paludis ostiū Meotidis locantur. Itaq; mediterraneā ad Oceanū extendit. Et mari alluitur pontico. In Austrum uergentia sunt Illyrica: & Thracia. & quecunq; de Gallicis istis admixta sunt. seu de plerisq; aliis: usq; ad oras Greciæ. De tractu igitur extra Istrum primū dicamus. Multo enim q̄ cetere: que ad alterutram partem iacent: simpliciora sūt. Statim igitur regionē trans Rhenū ad ortū uergentē Germani colunt: nationem Gallicam paulisper imitantes: & feritatis abundantia: et pro ceritate corporum: & colore flauo: cum reliquis in rebus & forma: & moribus: et uiuendi ritibus: pares existant. quales Gallos diximus. Ideo Romani hoc illis nomen iure īdidisse: mihi uident. Perinde ac eos fratres legittimos sane Gallis eloq uoluerīt. Legittimi nāq; fratres Romano sermone Germani intelligunt. Prime huius regiōis partes sunt Rheno proxime: ab ipsius fere fontis initio: quoad in pelagus infundit. Et hec est occidētalis plage latitudo uniuersa. quā flumen alluit. Eius aūt portionē quandam ad Galliam traduxere Romani. Quedam uero in profundam regionem transmigrans peruenit. sicut & Marsi. Ceteri pauci sunt. & Sugambroꝝ portio. Post uicinos autem amni accolas: & alie gentes sunt: inter Rhenum & Albin fluuium: qui ubiq; pariter ab eo distans fluit in Oceanum: non minorem illo perlabens agrum. Intersunt & amnes alii: nauigiis permeabiles. E quibus est Hamasia. In quo Drusus Bructeros nauali prelio superauit. Hi similiter ab Austro ad Aquilonem in Oceanū elabuntur. Regio hec uersus Austrum extensa: quoddam continens Alpibus dorsum efficit: ad orientem protensum: quasi quedam Alpium particula existat. Pleriq; autē hunc in modum ostenderunt: & propter situm antedictum: & cum eandem efferat materiam. Huius tamen tractus partes nequaq̄m in tam sublime extolluntur. In hoc tractu sita est Hercynia silua. & Sueuorum natio. Ex quibus nonnulli intra: aliqui extra siluam habitant. Sicut & Colduorum pleriq;. In quibus & Bubiemū: Marobudi Regia. Quem in locum ipse: cum alios pluris traduceret incolas: suos conterraneos Marcōmanos adegit. Is. n. ex humiliori gradu maiores ad res constitutus fuit: Postq̄

e Roma regressus est. Nam a iuuenilibus annis hic uersabat: ubi ab Augusto Cesare
magna benefitia cõparauit. Reueniens autem magnum adeptus est potentatum. Et
preter eos quos ante dixi populos: Luios etiam uendicauit: gentem sane permagnã. &
Zumos. & Butones. & Mugilones. & Sibinos. & ipsorũ Sueuorũ nationẽ amplissimã.
Sẽnones Sueuorũ natio: ut supius dixi: partim intra: ptim extra siluã habitãt: Getarũ
cõtermina gẽti. Sueuorũ quidem gens amplissima. E Rheno siquidem usq; ad Albin
peruenit fluuium. Eorum portio: etiam trans Albin loca depascitur. quemadmodum
Eumondori. & Lancosargi. Nunc autem isti trans fluuium in fugam compulsi ex/
ciderunt. Cõmune aũt est omnibus: qui hunc tractũ incolunt: ut alio facile migrent.
& propter uictus tenuitatem. & propter agrorum ignauiam colendorum. & propter
inopiã pecuniarũ. Cumq; in Tuguriis habitent: in diem habẽt supellectilẽ. Plurimã
e pecoribus trahunt alimoniã: sicut & Nomades. Eorũq; instar: domesticum in carris
tollentes instrumentũ: quocunq; sors tulit & opinio: suis cum armentis conuertuntur.
Hi aũt alii Germanie populi indigẽtia laborant. Cherusci. Chatti. Gamabriui. Chat/
tuarii. Ad Oceanũ pterea ptinẽtes Sugãbri. Chaubi. Bucteri. Cimbri. Cauci. Caulci.
Campsiani. Ceteriq; cõplures. Bisurgis: & Lupias amnis in unum: ad Amasiã deferunt
stad. dc. a Rheno semotus: per Bructeros minores labens. Est & Salas fluuius: inter
quẽ: & Rhenũ: cũ Drusus Germanicus belligeraret: domitis hostibus: uictor oppetiit.
Nec solum plurimas in potestatem gentes redegit: sed etiam iacentes in medio naui/
gationis cursu: uicit insulas. Quarum Byrchanem obsidione complexam cepit. Hæc
natio: propter suscepta contra Romanos bella: nobilitatem adepta est. Postea: cum
in deditionem uenerit: rursusq; desciuerit: Habitatasq; terras reliquerit: nomen asse/
quuta est. Tam & si fame maioris extitisset: si Cesar Augustus flumen Albin transire
Ductoribus suis cõcessisset. Et illic rebellantes adoriri. Modo autẽ faciliorẽ militãdi
uiam in eo: quod in manibus uersatur bello: suspicatus est: si ab iis: qui extra flumen
Albin quietem agitant: sese contineret. Nec eos ad inimicitiarum cõmunionem ultro
lacesseret. Ceterum Sugambri uicini Rheni amnis accole: belli exordia factitarunt:
Cum Melonẽ belli ductorem haberẽt. Et exinde alius alia Regni poteres dissiderẽt.
& bellũ pace soluerẽt. Ac denuo desciuerint: pditis obsidibus: & calcata fide. Aduersus
illos perfidia magne fuit utilitati. Quibus autẽ fides adhibita fuerat: ii magnas clades
intulerunt: sicuti Cherusci. & eorũ ditioni subiecti. In quibus tres Romanorũ ordines
militum cum Imperatore Quintilio Varro: foederibus fractis: per insidias obtrũcati
sunt. Poenas uero luerũt uniuersi. Et Germanico Iuniori clarissimũ pbuere trium/
phum. In quo Illustrium uirorũ ducta sunt corpora. simul & feminarũ: Semigũtus
Segesti filius Cheruscorũ ductor. & soror eius. Vxor autem Armenii: cuius ductu: &
auspicio in Cheruscis conflatum est bellum: in foederum fractione contra Quintiliũ
instituta. Qui nunc etiam bellum ipsum continet. Eius femine nomen est Thosnelda.
Secũ erat filius trimus Tumelicus nomine. Item Sesithacus Egmeris filius: Cherus/
corũ Ductoris. Eiusq; uxor Rhamis: Veromiri filia: Battorũ Principis. Deudorixq;
Betoritis filius: Melonis fratris. Sugamber: cui altera soror nupserat. Egestes quoq;
socer Armenii ab eo dissentiens incohoante bello: obseruato tẽpore: trãsfuga ad Ro/
manos transiuit. Et traductis in triumpho cognatis patris aderat. honorificæ ipse in
ducẽdo habitus. In ipsa Pompa incedebat. & Libes Chattorũ sacerdos. Aliiq; mortales
ex direptis gentibus protrahebantur. Cathilci. Ampsani. Chenisci. Chattutarii. Landi.
Subattii. Distat uero ab Albi Rhenus ad tria stad' milia: Siquis per uias rectas cursũ
tenere possit. Nunc autem propter paludum siluarumq; difficultates: iter in gyrum

suscipiendum est. Ac Hercynia silua proceris frequens est arboribus. & munitissimis in locis: ingentē admittens ambitū. In cuius medio sita est ora: ad habitandū accōmoda. de qua sermonē fecimus. Cui quidē & Istri: & Rheni fontes proximi sūt. Inter utrūq; lacus: & effuse de Rheno paludes. Ipsius aūt lacus perimetros est supra trecēta stadia. spatiū uero circa ducenta. Is habet Insulam: qua uelut arce ad inuadendos uindelicos cōmodissime usus est in naualibus pugnis Tiberius. Hec autē simul & Hercynia silua magis q̄ Istri fontes in Austrum uergit. Adeo ut e Gallia in Hercyniā siluā tendenti: prius lacū transire opus sit. Deinde Istrum. Postea iam per faciliora loca: mōtanasq; planicies: ad Hercyniam sunt accessus. Ceterum Tiberius a lacu unius diei progressus iter: Istri fontes aspexit. Ad eum lacum Rhetii paululum adsunt. Amplius Heluettii: & Vindelici. Et deserta Boiorum regio: usq; ad Pannonios. Magis autem Luethii: & Vindelici in montibus campos habitant. Rhetii uero & Norici usq; ad Alpiū sūma tenent. Et Italiā uersus inclinant: hinc Insubribus: inde Carnis ꝓpinqui. & Aquyleie tractui. Alia autē & in Sueuis illis silua Gabreta nomine: ingēs iacet. Vltra uero Her/cynia est: que & ab istis tenetur. De Cimbris sane non nulla male differunt. Quedā uero mediocriter credibilia. Haud.n. huius generis causam admiseris: ut inde errabūdi facti sint: ad latrociniaq; conuersi: quia poeninsulam habitantes: ingenti quadam inundatione compulsi natalia loca deseruerint. Nam consuetam prioribus annis nunc regionē inhabitant. Augusto quoq; Cesari lebetē: plurima sibi sanctitate cōsecratū: dono miserunt. Eius amiciciam postulantes: ut iniurias: que prius suberant obliuione delerent. Cōpotesq; uotorū facti remearūt. Dictu profecto ridiculū est: ut homines ad euentus: quos perpetuo natura efficit: per dies singulos bis accidentes: indignati: e patrio solo digrederent. Res autem ficta esse uidetur: qđ ingens adeo estus obuenerit aliquando: ut reliquos excesserit. Incrementa quidem recipit Oceanus. ac decremēta. Ceterū ad casus huiuscemodi: ordine instituta. atq; definita. Minime uero bene: & q ait: Cimbros aduersus inūdationes arma sumpsisse. Et qui dixit: Gallos intrepidos eē: ac negligentes. Mergi domicilia tolerant. Dehinc ea edificantes instaurant. Quodq; maior illis ex aquis: q̄ ex armis uastitas accidit: ut Ephorus ꝑhibet. Ipsa.n. estuariorū series: & uulgata regionis immersio: tales exhibere absurditates non debuit. Cum enim die quolibet hoc ipsum bis eueniat: ne semel quidē sentire id refluētie munus a natura esse: & quidem innoxium. Nec Cimbris solis: Sed cūctis Oceani accolis: quonā modo incredibile nō est? Nec uero bene Clitarchus: qui equis insidentes ait: cū maris cernāt impetum: equoꝝ cursibus refugere. Interq; fugiendum prope esse: ut deprehendātur aquis. Accessum ipsum qui accolis obiicitur: nequaq̄ tāta celeritate fieri nouimus. Cū sensim: & latenter ipsum mare ꝓpinquet. Neq; quod in dies efficiēt: & uicinis omnibus insonat: anteq̄ spectēt: tantū terroris debet incutere: ut fuga p inde: ac ex insperato irrumpat: capessenda sit. Hec sunt que de rerum scriptoribus a Posidonio: iure quidē ac merito: reprehenduntur. Nec male profecto coniecturam facit: qđ latrocinando incertis errabundi sedibus Cimbri ad paludem usq; Meotin miliciam agitarint. Ab eis enim Cimerius uocatus ē Bosporus: quasi Cimbricus. Cum Grecorum lingua Cimerios Cimbros nominent. Boios uero prius Hercyniam habitasse siluam asserit. Et Cimbros agmine facto: hunc inuasisse locū. A Boiisq; eiectos: Istrū & Scordiscos gentē Gallicā appetentes descendisse: Porro Teuristas: & Tauriscos: & hos nationis Gallice: Deinde Luettios adusse: Viros quidem plurimo locupletes auro. Ceterū in pace uitā agentes. Cumq; conflatas latrociniis opes: longe suis ampliores: eē uiderent: in Heluettios sese cōtulisse. Et ex eis ꝓcipue Tigyrenos: & Toygenos. Eosq; secū sollicitasse. Vniuersos

uero deluere Romani: & Cimbros: & alios tãti motus socios: partim in Alpiũ transitu in Italiam. Partim extra Alpes. Huiusmodi autẽ Cimbrorũ morem fuisse: Scriptores cõmemorant. Eorũ uxoribus in militandi societate coniunctis: Consequentes nõnulli diuinationis perite Sacerdotes inherebant. Earum canus capillus erat. Alba uestis: linea: e Carbaso subter tunica: fibulis annexa. Aheniis incincte zonis: pedes nudæ. Captiuis per castra strictis occurrebant ensibus. Quos sternentes humi: ad ereũ per/trahebant Craterẽ: uiginti capacẽ amphorarum. Habebant & pulpitum. quo agiliter ascenso: tollentes in sublime captiuũ: super lebete iugulabant. Tum profuso in craterẽ sanguine: Inde cum stillaret: uaticiniũ edebant. Alie uero scisso uentre: intestina spe/culabantur: suis uictoriã clamitantes. In ipsis uero certaminibus: extentas ad carrorũ uelamina pelles: tantis pulsabãt ictibus: ut ingenti cũ horrore fragor efficeretur. Ea uero Germanorũ regio: que ad Aquilonẽ uergit: ut dixi: ad Oceanũ ꝑtinet. Cogniti sunt autem qui ab exitu Rheni: usq; ad Albin initium capiunt. E quibus celeberrimi sunt Sugãbri. Cimbriq;. Illa uero plaga: que trãs Albin Oceanũ spectat: nobis prius est incognita. Nullum enim priorum ad orientem: usq; ad Caspii maris ostium: hanc peregisse nauigationem accepimus. Neq; Romani Albin ipsum transcenderunt. Nec ulli similiter iter pedestre suscepere. Quod aũt per longitudinẽ ad ortũ tendentibus: Boristhenis: & Boree partes: & ponti regio tota offertur: manifestum est quidem: ipsis ex climatibus. & parallelorũ interuallis. Verum eniuero: qd ultra Germaniã existat: & qd de aliis ex ordine positis: siue Bastarnas appellare oporteat: ut plures arbitrant̃: siue alios itermedios: seu Iazygas: seu Rhaxnalos: seu quoslibet alios: ex iis q̃ ꝑ tecto carris utuntur: non facile protulerim. Neq; utrum tota lõgitudine: ad Oceanũ usq; pertineant. uel si aliquid ob frigoris rigorem causam ue aliam: inhabitatum sit. uel si aliud etiam mortalium genus inter mare: orientalesq; Germanos situm: succedat. hoc sane ipsum incognitum. Et de ceteris ad Aquilonem ordine iacentibus: diceret. Nec enim Bastarnas: nec Sauromatas: & generaliter ullos: supra pontũ habitãtes: nouimus. Nec quantũ ab Atlantico remoti sint pelago. Neq; si ad illud ꝓpinqui sũt. Australis uero pars Germanie trans Albin fluuium: que quidem contigua est: a Sueuis adhuc tenetur. Deinde Getarum mox terra copulatur. Principio quidẽ angusta. ad Istrũ porrecta. qua plagã spectat Australẽ. Contra uero e regione ad montanã Hercynie silue radicẽ: pars montiũ in ea continet̃. Postmodũ extẽditur latius ad Aquilonẽ usq; ad Tyrregetas. Certos uero terminos proferre non possumus. Verum propter istorũ ignorationem locorum: qui Rhipheus mõtes: & Hyperboreos fabulando narrauere: digni: quorũ sermones admitterent̃: habiti fuere. Illi aũt omittantur: simul & Pytheas Massiliensis: in quibus de Oceani littore mentitus est: quodam usus pretextu: inqui/sitione uidelicet rerũ celestium: atq; Mathematicarũ. Et siqua Sophocles in Tragico carmine de Orithyia cecinit: ut a Borea rapta: super omnẽ pontũ ad telluris extima transportaretur. Noctisq; fõtes: & celi uertices: ac uetustum Phebi hortũ: nihil quidẽ ad presens institutum. Sed omittantur: Vt in Phedro ait Socrates: uerum que ex antiquorũ monumentis: & huius etatis: accepimus: in mediũ proferamus. Getas igitur Greci Thraces opinati sunt: q quidẽ utrunq; Istri latus incolebãt. ut & Mysi. Thraces sane utriq;. Et quos nunc Mysos nuncupant. A quibus Mysi quoq; educti sunt illi: q inter Lydos: & Phrygas: & Troas habitant. Et ipsi etiã Phryges Thraciũ genus sunt. Bryges dicti. Sicut & Mygdones. & Bebryces. & Medobithyni. & Bithyni. & Thyni. Reor etiam ipsos Mariandynos. Isti omnes Europã omnino deseruere. At Mysi: una permansere. Recte Homerus mea simul & Posidonii sententia: opinari uisus est:

Europe cultores Mysos nominare. Eos inq̃ qui in Thracia sunt: cum dicit.
Hic uero rursus splendentia lumina uertit.
Presertimq; equitum Thracum speculatus in agros.
Mysorum ensiferum: pugnantium cominus armis.
Quoniã siq̃s positos in Asia Mysos accipiat: alienus & disiũctus sermo foret. Aspectũ enim ab Troianis: ad Thraciam terram conuertentem: & eidem annumerare Mysorum agrum: non seorsum existentium: sed finitimorum Troice ore: & post illam locatorum. atq; adeo utroq; ex latere: quos disiungit latior Hellespontus: hominis esset littora confundentis. & loquutionis modum minime intelligentis. Nam cum dicit: rursus uertitur: maxime retro intelligendum est. qui autem ab oris Troũ uisum transfert: non ad eos: qui aut post illos: aut ex transuerso consistunt: ulterius quidem traducit. non autem ad posteriora multum. Affertur inde ipsius testimoniũ: qđ equas mulgẽtes: & lactifagos: & Abios: hoc ẽ uictus efferati: accolas illis adiungit: qui ꝓ domo plaustris utentes: sunt Scythæ. ac Sermate. Hæ enim nationes Thracibus hac tempestate promiscue sunt: & Barstarnice magis: iis qui extra Istrum: & intra Istrum sunt. Cũq; his miscentur Gallice gentes: & Boii: & Scordisci: & Taurisci. Sed Scordiscos quidam Scordiscas uocant. Tauriscos uero quidam Ligyriscos: & Tauriscas uocant. Scribit aũt Posidonius Mysos religioni indulgentes: ab animãtibus abstinere. Et eã ob causã pecus omne uitare. Melle uero: & lacte: & casio uesci. Cũq; tranquillã exagitent uitã: ob deorum culturam: deicole. & Capnobate: id est fumi cõscensores: nominant. Plerosq; item Thraces esse: qui sine mulieribus uitam ducticent. quos Ctistas id est creatores nominant. Sanctificatosq; honoris gratia: omnimoda cum libertate uictitare. Hos summatim uniuersos poetam dixisse: Equarũ mulsores: & lactifagos insignes: Abios. i. minime uiuos. homines iusticia prestantissimos. Precipue aũt minime uiuos appellat: a mulieribus disiunctos. Vitam nanq; celibẽ: ac sine coniugibus dimidiatã esse putãs: sicut & Prothesilai domum: quia foret absq; coniuge semipfectam fuisse protulit. De propinquo etiã pugnaces Mysos dixit: quos nemo populetur: sicuti bonos bellatores. Oportere in decimo libro inscribi: Mysorum de propinquo pugnantiũ. Verũ. n. uero scripturam tot per annos approbatam mouere: forte supuacaneum esset. Multo enĩ uerisimilius est initio Mysos nominatos fuisse. Mutato autem subinde nomine: nunc etiam appellari. Abios autem coniugum expertes potius: q̃ sine lare: & carros ꝓpterea colentes: accipiendũ est. Cum. n. circa contractus: & pecuniarũ precia: conflari soleant iniurie: qui adeo tenuem ex modicis uictum agitẽt: eos iure ac merito iustissimos uo/citemus. Quoniã philosophi proximã iusticie temperantiã collocantes: uitã tenuitate satis contentam beatam imprimis dixere. Ex quo pleriq; eorum rerum eiectiones: ad sectam cõpulere Cynicam. De eorum uero celibatu nullam tñ subscribit significationẽ. Presertim apud Thraces. & in his Getas. Verũ que de ipsis Menãder memorat inspice. Non quidem fingens: ut decorum est. Verum ex ipsa memorans Historia.
Thraces uniuersi: nos presertim Gete:
Nam eorum indigenam esse me: ipse glorior:
Non omniũ cõtinentiam nimis agimus. & paululũ infra: de ipsa in mulieres cõtinẽtia ponit exempla. E nobis uxorem ducit nemo. Nec ut pleriq; undecim. Duodecimq;. & amplius. Quod si quaternas: quinasue uxores duxisse contigerit: subuersio quedã est. Is hymenei prorsus expers: infelix: anymphus: inter conciues uulgatur. Ad hec quidẽ & reliqui consentiunt. Et una confessione consonant. Nec sane decet: ut idẽ miserã pariter esse uitam putent: inter plures non uersari mulieres. Simul probum: & equum

sine uxoribus esse censeāt. Ac eos religiosos deū cultores arbitrari: & fumi cosēsores: qđ feminis careant: communibus admodum opinionibus aduersatur. Cuncti nanq; feminas superstitionis duces: & autores: esse existimant. Ee.n. sunt: que uiros ad deorū cultus: ad dies festos: ad ueneratiōnes: ad preces: inuitent amplius. Rarumq; est: ut uir quispiam sine uxoribus: solus degens: talis reperiator. Eundem rursus poetam inspice. & que loquitur. Introducit enim tristē quendam mulierū fraudibus circa sacrifitia succensentē: hunc in modū dicentem. Dei nos precipue inquit: qui uxores duximus: consumunt. Semper enim dies aliquis festus necessario agendus est. Qui aūt mulieres prorsus est: hec ipsa subincusat. In dies uero quinquies immolabamus. Septem uero circūcirca ancille cymbalis insonabant. Quedā ululatus edebāt. Proprie uero Getas uxoribus carentes: religiosos putandos declarat. Idq; preter opinionem. Ceterū diui/narum rerum studium: hac ipsa ingente plurimū esse posse: Ex iis: que loquutus est Posidonius: haud abrogāda fides est. Nec nō ab animantū esu: abstinuisse religionis gratia: non negauerim: sicut & reliqua tradit historia. Proditum est enim memorie: ex Getarum gente: quenpiā nomine Zamolxin seruisse Pythagore. Et celestium rerum aliquas ab eo didicisse. Cumq; ad Egyptios usq; peregrinatus errasset: quędam etiam illorū accepisse. Cumq; suam reuertisset in patriam: magna i caritate: ac studio apud principes: nationemq; illam habitum: quid portenderent signa presagientem. Deniq; persuasum Regem: animū induxisse: ut illum in Regni sotietatem acciperet: ut qui ad deorum arcana annuntianda: foret idoneus. Et ab initio quidem: eius: quē maxime uenerantur: dei: sacerdotem constitutum. Postea uero dei appellationē cō/parasse. Inde speluncam nactū subterraneā: ceteris quidem inaccessibilem: eo in loco degere solitum: Externis: excepto Rege. Eiusq; ministris: colloquia rara facientem. Adiutasse etiam Regem: cū homines longe magis: q̄ prioribus annis: cerneret animos illi attentius adhibentes: tanq̄ e deorum consilio: edicta efferenti. Hic quidem mos: ad nostram usq; pductus etatem: perseuerat: Ut semp aliquis eiusmodi preditus institutis inueniatᷣ: qui Regi consiliarius adsit. Et ipsos inter Getas dei nomē assequatᷣ. Sacerq; relictus est mons: quē sic nominant. Nomen uero est illi Cogeonū. Quo uocabulo: & amnem prelabentem uocitant. Quoq; tempore Byrebistas Getarū tenebat imperiū: aduersus quē diuus Cesar iam instruxit exercitū. Deceneas hoc preditus erat honore. Abstinere.n.ab animātium esu: ex ipsius Pythagore institutis: ab Zamolxi traditis: modo quodam permanet. Talia igitur male aliquis dubitauerit: de Poete ipsius textu. Deq; Mysis: quos illustres: & equarū mulsores appellat. Minimeq; asseruerim ea: que Apollodorus in secūdo de nauibus uolumine prefatus inquit. Eratosthenis enim sen/tentiam approbat: qui Homerum ait: reliquosq; scriptores antiquos: rerum quidem Grecarum noticiam habuisse. Reliquarū autem longe positarū permultā imperitiā tenuisse. Longas.n. illos ignorasse uias. Nullāq; nautice artis peritiā accepisse. Quibus adstipulatū dicit Homerū cū lapidosam uocat Aulidem. quēdmodū & ē. Multarūq; Tibiarū Eteonon. Columbisq; copiosam Thisben. Herbosum Haliartū. Cæterum que procul disiuncta sunt: sibiq; & aliis prorsus ignorata. Cumq; amnes circiter qua/draginta: pontum influant: ne celeberrimoꝝ quidem mensionē ullam fecisse. ut Istri. Tanaidis. Borysthenis. Hypanidis. Phasidis. Thermodōtis. Halydis. Etiā de Scythis nullā eū egisse memoriā: cum uniuersos claros quosdā equaꝝ mulsores: Lactiphagos: Abiosq;.i. absq; uita: nūcupat. Paphlagonesq; mediterraneos ab eis nouisse: q terrestri/bus propinqui sūt locis. Littora quoq; ac maritimā plagā ignorasse: iure id quidē. Ea enim tempestate id mare nulli patuisse nauigationi. & proinde Axenon: i. in hospitalē

Pontũ appellari solitũ: propter tempestuosa: & ꝑ hyemes interclusa loca. & Accolarum immanitatem: maxime Scytharũ: hospites immolare solitorũ. & humanis uescentiũ carnibus. Et pro pateris Caluarias usurpantiũ. Nouissime aũt: cum Iones in littore urbes condidissent: Euxinum: id est benignũ hospitem uocari coeptum. Pari modo & Egypti plagã: & Africe ignotam: habuisse. sicut incremẽta Nili: & limosas ex pelago aggerationes. Quarum nullam fecisse mentionem. Neq; medie inter mare rubrum: & mare Egyptium: telluris. Neq; Arabicorũ & Ethiopicorum ad Oceanũ pertinentiũ. nisi Zenoni philosopho mens magis intendenda est: qui sic scriptum reliquit. Ethiopasq; Arabasq; adii tunc: Sidoniosq;.

Nec uero de Homero mirandum esse. Et enim iuniores etiam illo: complura nesciisse. & monstra garrisse. Hesiodum semicanes dixisse homines. & in caput crescentes. Et Pygmeos: id est statura cubitali. Almanem uero pedibus indiuisis solidos. Eschylum caninis capitibus: & oculatis pectoribus. & unoculos: in Prometheo Tragedia. & alia poene innumerabilia. Ab iis uero transit ad Historicos: qui Rhipheos montes nuncupant. Et Ogyin montẽ. & Gorgonũ: & Hesperidũ domicilia. Penes Theopópum terram Meropidem. Penes Hecateũ uero urbem Cimeridem. Apud Euemerũ rura Panchia. Apud Aristotelem lapides ex arena fluuiatiles indurescere: qui ab hymbre liquescant. In Libya Liberipatris oppidum existere: quod ab uno: eodemq; bis rẽpiri nequeat. Intendere etiã rebus: circa Siciliam gestis. & scd'm Homerũ Vlyxis errori. oportere illis in locis errorem fuisse dicere. cum poeta fingendarũ gratia fabularum: exterius in Oceanum fuisse: canat. Reliquis quidem dandũ esse ueniam. Callimacho autem nequaꝗ̃: qui grãmatici sibi nomen uendicat. Is. n. Gaudum Calypsonis insulã dicit. Corcyram quoq; Scheriã. Alios de Gerrenis menticos accusat. atq; de Acacesio: & de Ithace populo. & de Pelethronio: in mõte Pelio. & de Glaucopio Athenis. His paruula quedam opponens talia: finem facit: translatis ab Eratosthene plurimis: cũ queadmodũ antea diximus: non bene dicta sint. Posteriores uero: ꝗ̃ priscos peritiores extitisse: & Eratostheni: & huic concedendum est. Adeo autem ímodeste produci: in Homerum presertim. iure optimo reprehendi posset. Et contraria dicere: cum: que ignorant ipsi: ea poete exprobrant. Verum. n. uero: alia quidem in singulis propriam quandam cõmemorationem assequuntur. Aliqua uero in uniuersum. Nunc sane de Thracibus dicebamus: Mysisq; pugnantibus cominus: & claris equarum mulsoribus: & lactiphagis: & Abiis inter mortales iustissimis. Volẽtes: que a nobis: queq; a Posidonio: & que ab istis dicantur: inuicem conferre. Primum quidẽ: qđ argumentationẽ propositionis fecere contrariã. Proposuerat enim docturũ sese: cur de rebus a Grecia lõge semotis: maior priscis illis: ꝗ̃ iunioribus affuit ignorantia. Oppositũ uero demõstrauit. Nec longinqua solũ: sed etiã que in ipsa sũt Grecia. uerũ: ut dixi: reliqua omittanẽ. Que uero in presentia occurrunt: consyderemus. Scytharũ & enim mentionem nõ esse factã per ignorantiã inquit. Nec de eorũ crudelitate in hospites: quos ímolant. & corporibus uescuntur. & capitum ossibus: paterarum uice utuntur. Quorum causa: Pontus: Axenus: id est inhospitalis: appellabatur. Fingit autem claros quosdã equarum mulsores: lactiphagos: Abios: atq; iustissimos homines: qui nusꝗ̃ terrarum existant. Quonam igitur pacto inhospitalem nominassent: nisi agrestem: Efferatamq; uitam nouissent? Neq; ipsos: ꝑcipue qui tales essent? sũt nimirũ isti Scythe. Antea uero nõ equarum mulsores erant: qui ultra Mysos: & Thraces: atq; getas sunt. Neq; lactiphagi & Abii. Sed nunc carros habitant pro domibus. & Nomades id est pastores uocanẽ. qui e pecoribus: lacteq; & caseo degunt. presertim equino. Thesaurizandi prorsus

ignari. & cauponãdi. preterq̃ onus ꝑ onere. Qualiter aũt Poeta Scythas ignorauit: cum homines equarum mulsores & lactiphagos appellarit? Quod uero illius ętatis scriptores: eos equarum mulsores uocabant: testis est Hesiodus in uersibus: quos de Eratosthene adiecit. Ethiopasq; & ligustice Scythas: equarũ mulsores. Quidnã uero mirũ est: si ĩ magna rerũ cõtractarũ apud nos copia: & ipsaꝝ iure uiolato: iustissimos: clarosq; dixit eos: qui minime in cõuentis: & questu: uitã agunt? quin cõmunia cũcta possideant. Excepto ense dũtaxat: & cyatho. In hisq; uxores & liberos imprimis: pro Platonis instituto: cõmunes habent. Eschylus ipsi quoq; poete cõsonans: de Scythis inquit: Cõuiue: equitatis seruatores Scythe. Ista & adhuc in Grecis opinio ꝑmanet. Eos enĩ simplicissimos cẽsemus esse. Et ad mala minime pronos. Et nobis ipsis continẽtiores. & paucioribus cõtentos. Noster sane uictus: ad omnia ferme peiora ĩmutatus protenditur. delicias. uoluptates. malas artes. ad infinitas auaricie uias inducens. Talis igitur malicie magnitudo: cum ad reliquos Barbaros: Tum ad Nomades irrupit. Nã mare attingentes deteriores effecti: latrocinari coeperũt. Mactare hospites. Quãdoquidem multis impliciti: in eorum luxuriam: & lucra sordida: societatemq; auaricię cõmigrarunt. Que cũ ad mansuetiorem uitam tendere uideantur: mores corrumpũt. & ꝑ simplicitate superius nuꝑ exposita: in rerũ uarietatẽ adigit. Huiusmodi maiores nostri: potissimũ Homeri etati propiores extitere. Talesq; apud Grecos putabãtur: quales Homerus ipse loquitur. Aspice que de Scytharũ Rege dicit Herodotus: Aduersus quem Darius ductauit exercitum. uide que ab illo scribuntur. Intuereq; quę Chrysippus de regibus Bosporanis circa Leuconem scripta prodidit. Plene huius: quã dico: simplicitatis Persice sũt epistole. Similiter & Egyptioꝝ: & Babylonioꝝ: & Indoꝝ extant commentaria. Hanc ob causam & Anacharsis: & Abaris: & pleriq; alii generis eiusdem: e Grecia laudem cõpararunt: qd̃ gẽtile quoddã pre se ferẽtes insigne: innatã facilitatẽ: lenitatem: iusticiamq; ostendant. Quid priscos illos cõmemorare oportet? Alexander sane Philippi filius: in ea expeditione: quã aduersus Thracas: ultra Emũ suscepit: cum Triballorũ gentem incursasset: uidit eos usq; ad Istrum pertinentes. In. quo: & Peucem Insulam. Vlteriora uero tenẽtes Getas. Eo usq; profectus: Insulam quidem ingredi nequisse dicitur: nauigiorũ penuria. Nam cũ in eam ipse Triballorũ Rex Syrmus cõfugisset: aduersus eius impetum obstitit. Ceterũ transgressus in Getas: eorum urbem in potestatem redegit. Quibus subuersis: accipiens a gentibus illis: & a Syrmo Rege munera: e uestigio remeauit ad suos. Vt autẽ Ptolemeus Lagi ꝑhibet: Ad Alexandrũ: Galli Adrie uicini: amicicie: & hospitalitatis gratia: conuenere. Quos cum Rex ipse comiter accepisset: In conuiuio percõtatũ: quidnã esset: quod ii maxĩe pertimescerent? Illo ratus sese ipsum responsuros. At eos respondisse: nihil aliud prestantissime Rex: q̃ ne supra ipsos celum ruat. Nihilominus tanti principis amiciciam plurimi facere. Hec sunt simplicitatis Barbarorũ signa. Qui cum descensum in Insulã minime consenserint: missis muneribus: amiciciam conciliarint. Neminem timere dixerint. Ingentium uirorum familiaritates: maximi facientes. Successoꝝ Alexandri temporibus: Getis imperitans Dromichetes Rex: Lysimachũ aduersus se belligerantẽ uiuum ceperat. Cui cum suam: gentisq; sue cõmonstrasset inopiã: similiterq; cõtentos re sua homines: ne talibus inquit mortalibus bellum infer: sed eis potius amicis utere. his dictis: donatum hospitaliter Lysimachũ: & amicicia sibi deuinctũ liberauit. Plato etiam in libris de re.p. fugiendum esse mare censet: perinde ac improbitatis magistrũ. Nam ab eo remotissimos optime administraturos rem.p. & iuxta illud minime habitaturos. Ephorus quidem in quarto Historie uolumine: quod de Europa inscribit:

Cum Europã usq; ad Scythas perlustrasset: In fine inquit dissimiles esse: Tũ ceterorũ Scytharum: tum uero Sauromatarũ uiuendi ritus. Quosdam enim adeo seuos: atq; morosos: ut humana carne uescantur. Aliquos: & ab ceteris abstinere animalibus. Alii quidem inquit ipsorum crudelitatem eloquuntur: quam nouere. Quorũ: & grauitas: & admiratio obstupefacit. Grauitas autem: cum contraria dicat: etiã exemplificat: ut de illis uerba faciat: quos iusticia pditis uti moribus asserit. Esse.n.aliquos Scytharũ nomades: qui equarũ lacte alantur: cũctos eqtate superantes: quo℞ poete mensionẽ faciant. Homerus quidẽ de lactiphagis Abiis: id est duri uictus hominibus. mortaliũ iustissimis: qui terram intueantur. Hesiodus uero in scripto: de terre ambitu. Sic enim uocat. Pheneũ ab Harpyis in terram lactiphago℞ duci: dixit. Cuius deinde rei causã reddidit. quoniã uictu sobrio: & parco sint. Non questuosi. Inter se sanctis utentes legibus. Omnia communia habentes: cum reliqua: tum uxores: ac filios. uniuersamq; prosapiam. Externis inexpugnabiles: & inuicti: cum nihil possideant: cuius rei gratia serui fiant. Vocat autẽ Choerilum: qui in Darii transitu: cũ rate: quã ipse cõstruxit: Opiliones appellat Sacas: origine Scythas: Asiam incolentes frugiferam: creati ex nomadibus: homines: ex iustis domibus. Ephorum etiam cum Anacharsim sapientem appellet: ex hoc esse genere dicit. Vnum e septem sapientibus censeri: cũ moderatione: & prudẽtia perfecta: & intellectu. Eiusq; inuenta profert: exuscitatores ignis folles. Bicipitem Anchoram. Rotam figularẽ. Hec ipsa aũt loquor aperte: haud ignarus: qđ hic ipse non omnia uerissime pferat. Et illud precipue de Anacharside. Nã quo modo rota ipsa ex eius inuentione extat: quam Homerus: antiquior illo nouerit? Ceu figulus: cui dextra rotam quatit otius aptã. & reliqua. Cum aũt cõmuni quadã: & ueterum: & posteritatis fama: creditum sit: Illos maxime nomadas: seorsum ab aliis mortalibus habitantes lactiphagos: & abios: & iustissimos esse: nec Homeri figmentũ fieri uoluit: Apollodorus illud significare. Iure etiã rationẽ de Mysis in carmine ipso dictis: subire eum oportuit: Putet ne etiam ficta de illis esse: cum poeta dixerit.

Illustres Mysos: quis lac mulgetur equarum.

Cominus ii pugnant.

Vel eos qui Asiam incolunt accipit. Qui si in Asia habitantes accipit: maligne poetam interpretatur: ut prediximus. figmentum appellans. Tanq̃ in Thracia Mysi illi non sint: ultra q̃ res ipse sint. Nostris item annis Elius Cato ex transistrana regione quinquaginta Getarũ milia in Thraciã habitatura traduxit. Que gens eadẽ qua Thraces utitur lingua. qui hac etiam etate ibidem habitant. Mysiq; uocitantur. Videlicet qa & prius eo nuncupabanť nomine: habitantium quoq; Asiam Mysorum translatum secum est nomẽ: quia affine nomen ẽ magis ipsius Poete historie: & eorũ declarationi Mysorum: qui Thraciam incolunt: sic prius uocatorum. De his quidem satis. Redeo deinceps ad institutam ordine descripsionem. De Getis sane uetusta illa omittantur. Que uero nostra sentit etas: huiusmodi fuere. Boerebistas uir: natione Geta: cũ gẽtis eius prefecture insisteret: homines frequentia bello℞: & cladibus afflictos: reficiẽdos esse curauit. Eosq; eo magnitudinis extulit: nunc exercitatione corpo℞: nunc uictus sobrietate: nunc edicto℞ obedientia: ut intra paucos annos latũ adeptus sit Imperiũ. Plurimosq; finitimorum: Getarum ditioni subdiderit. Traiectoq; audacter Istro: Thraciam diripiens: usq; in Macedoniam & Illyricum magnum Romanis terrorem incusserit. Deq; Gallis: finitimis Thracibus & Illyriis: predas ingentes reportauit. Boios autem: & subditos Critasiro populos: funditus deleuit. simul & Tauriscos. Ad nationis uero ipsius cõmoditatẽ adiutorem habuit Ceneum: uirũ magicis deditũ: diu Egypti

oras peruagatum. Auguriorū peritum. Per que deoꝝ responsa renunciabat. & paruo in tempore: in deoꝝ numero constituebatur. queadmodū de Zamolxi narrauimus. Ingentis oboedientie argumentū est: qđ eius suasione inducti uites excidere: & sine uino uitam agitare consensere. Ipse autem Boerobistas: insurgentibus nōnullis: prius periit: q̄ Romanus populus aduersus eū mitteret exercitū. Regniq; successores plures in partes diuisi sunt: nunc cum Cesar Augustus contra eos quinquaginta miliū misit exercitum. tunc quattuor in partes distincti erant. Huius autē generis partitiones ad tempus fiunt. Et aliæ alio in tempore. Fuit & alia Regionis diuisio: ex antiquis permanens temporibus. Alios enim Dacos: Alios Getas appellant. Getas quidem: qui ad Pontū in orientem uergunt. Dacos autem: qui in oppositum: uersus Germaniam: & ad Istri fōtes. Quos olim Dauos uocatus eē reor. Ex quo apud Athenieñses Dauoꝝ & Getarū nomina seruilia plurimū abundabāt. Hoc sane credibilius ē: q̄ a Scythaꝝ gente deriuari: quos Daas uocāt. Longe enim illi prope Hyrcaniā: positi sunt. Nec eo ex loco Athenas mancipia deportari: est putandum. Seruos enim aut e populoꝝ nominibus uocabant: a quibus uectabantur: ut Lydum. & Syrum. Aut iis maxime: quæ illis in locis magis ac magis usurpata erant. ut Manem: & Midam: ex Phrygia. Tibiumq; e Paphlagonia. Gens inde: que Boerebiste ductu in tantam conscenderat amplitudinem: demū ob domesticas seditiones: et ex Romanorum bellis depressa est. Tamen adhuc ad milia hominū. xl. emittere apte ualent. Per ipsos autem Marisus fluuius Danubiū influit. per quem Romani milites uasa illis necessaria bellis deuehere solebant. Superiores. n. fluminis partes: uersus fontes: usq; ad precipites eius decursus: quos Cataractas nominãt: Danubium uocant. Que maxime per Dacorum agrū de/labuntur. Alias uero inferiores: usq; in pontum: per Getas: Istrum uocitant. Ceterum idem Dacōꝝ & Getaꝝ sermo est. Grecis uero Gete notiores fiunt. quia frequētius ad utranq; Istri ripam migrant. Accedit qđ misis: & Thracibus īmixti uersantur. Triballi quoq; Thracia natio sunt: quibus idem obuenit: ut transmigrationes patiantur: cum finitimi aduersus inferiores insurgant: quotiens ex ulteriore ripa Scythe: Bastarne: Sauromate: uictoriam & quidem sepe referant. ut cum in expulsos insultent: uel in Insulis: uel in Thracia maneāt aliqui. Nonnulli uero eiecti ab alterius partis incolis: presertim Illyricis ualentioribus. Aucto igitͤ plurimū: & Getarū: & Dacorum impio: ad. cc. militum milia exercitū amplificarant. Hac uero tempestate ad milia. xl. ipsorū contracta potentia est. Eoq; prope peruentum est: ut Romano subdantur imperio. Necdum autē subiecti sunt Romanis omnino: propter quandā in Germanis positā fiduciam. qui in eos hostilem gerunt spiritū. Inter mare Ponticū ab istro: ad Tyrā fluuium Getarum solitudo preiacet. plana tota. & aquarum indiga. Quo in campo Dareus Hystaspi filius destitutus: cum traiecto Istro expeditionem suscepit aduersus Scythas: maximum iniit periculum: ne toto cum exercitu siti deleretur. Qua re sero intellecta: remeauit. Posteriori tempore Lysimachus contra gentem Getarū: eorūq; Regem Dromicheten exercitum ductans: non solum discrimē adiuit: Sed etiā uiuus in potestatem pertractus est. Rursumq; salute donatus: benignum nactus Barbarū: quemadmodum prius enarraui. Eruptioni uero fluminis magna propior est Insula: Peuce nomine. Eam Bastarne cum occupassent: Peucini sūt appellati. Sunt & alie Insule multo minores: supra istam site. Et alie inferius: mari proxime. Cumq; septena distinguatur in ostia: maximum est: quod Hierostomū: id est ostium sacrum uocāt. per quod supra nauigatio ad Peucē: stađ. c. ac. xx. patet. Infra ipsam Dareus pontē construxit: cum et supra construere ualuisset. Hoc autem ipsum ostium: primū intra

Pontum nauiganti sinistrorsum occurrit. Eorum:que deincepsſunt:ad Tyrā fluuiū nauigantibus:in orientem cursus capessitur. Ab eoq; septimū distat ostiū.ccc.circiter stad̄. Inter ipsorum ostiorū sane interuallū:exigue quedam existunt Insule. Tria quidem ora:post sacrum ostium exilia sunt:ordine sita. Reliqua autem illo quidem minora:ceteris uero ampliora existunt. Ephorus quinq; Istrum cōstare ostiis asserit. Hinc ad amnē Tyram nauigabilē.dcccc.stad̄ sunt. Ad medio in spatio duo ingētes lacus. Quorum unus ita aperitur: ut uice portus eo uti: liceat. Reliquus ore caret. In Tyre uero fluminis ostio:turris exiſtit:quā Neoptolemi uocāt.& uicus Hermonactis appellatus. Aduerso aūt flumine nauigantibus:p stad̄.c.&.xl.utraq; ex ripa ciuitates occurrunt. hinc Niconia. hinc a Leua Ophiussa. At qui fluuio propinqua tenent habitacula:urbem.c.&.xx.stadus ascendenti:occurrere dicunt. Distat autem Insula Leuca:ab ostio per.d.stad̄:interuallū intra pelagus educta. Achilli sacra. deinde Borysthenes fluuius ad stadia.dc. nauigationi cōmodus. Cui alter amnis proximus est: Hypanis. Ante Borysthenis ostiū iacet Insula:portū habens. Cum uero Borysthenē .cc.stad̄ enauigaueris:eiusdem nominis offertur oppidum. Eademq; urbs Olbia:id ē beata:nominatur. Amplum sane Emporium: quod condidere Milesii. Supra iacens regio uniuersa: inter Borysthenem & Istrum: prima est Getarum solitudo. Postea Tyrrhegete. Post quos Sarmate:cognomento Iazyes.& qui Basilei dicunt̄.& Vrgi. E quibus pars maxima nomadibus:id est pastoribus:constat. Pauci agroꝝ colendoꝝ studio tenentur. Hos utranq; Istri ripam incolere sepe: traditur. Intra terram sunt Basterne:Tyrrhegetis uicini.& Germanis. Et ipsi fere ex Germanis originē ducētes. & ipsi pluresin uicos:nationesq; diuisi. Nam Atmoni quidā dicunt̄:atq; Sidones. Qui uero Peucen Istri insulam habitant:Peucini. Rhoxani uero magis ad Aquilonem spectantes: inter Tanain: & Borysthenem: campestria pascuntur. Vniuersus enim Aquilonaris:a Germania usq; ad portas Caspias:tractus:cāpester est. qui nostras ad aures: cognitionemq; peruenit. Nū qui uero supra Rhoxanos habitent:ignotum est nobis. Rhoxani quidem aduersus Mithridatis Eupatoris ductores belligerarūt. quibus Imperator erat Tasius. Aduenerant autē Palaco Sciluro socii. Cumq; pugnacissimi iudicarentur:contra instructam egregie phalangem: & armis ornatā:natio barbara omnis infirma prorsus apparuit.& nuda fere. Illi igit̄ milibus quinquaginta consistentes:aduersus milia.lx.militariter instructa ductu: & auspicio Diophāti ducis Mithridatici:resistere ac sufferre non ualentes impetum: maxima ex parte trucidati sunt. Vtuntur aūt galeis ex crudis boum coriis. thoracibus:& scutis. Ad pcutiendūq; lanceas habent.arcusq;.& gladios. Relique fere huius generis plures. Nomades & enim tentoriis utuntur:centonū instar: pilo contextis.in plaustris uitam degentes. Circū q; tontoria pecora comitantur.a quibus uictum captāt. Et aluntur lacte:caseo:carne. Pascua uero sectantur:loca semper herbosa permutātes. Hybernis quidē temporibus Meoticis uersant̄ in paludibus. Estiuis uero per campestria uagant̄. Regio uniuersa Hyemes habet asperas:usq; ad uicina mari loca:que inter Borysthenem: & Meotidis paludis ostium iacent. Et ex maritimis sane que maxime ad Aquilonem accedunt: & ad ipsum Meotidis ac magis etiam Borysthenis ostium:& interiora sinus Tamyraci: & Carpanieti:ad quē magne Cherrōnesi tellus angusta:id ē Isthmos ptinet. Frigoris autem documentum est: incolarum:licet in campis habitantiū. Nam nec asinos alūt. Est enim rigoris impatiens bestia. Boues sine cornibus generantur.& nonnullis lima desecantur:quoniam hec particula frigus sufferre nequit. Equi pusilli sunt. Pecudes magne. Eree sinduntur Hydrie. Que uero intra illas sunt:cōgelātur. Quid de ipsius

gelu uehemētia? qd de aliis: ad Meotidis ora ꝓuenientibus? Alueus nāq; e panticapeo ad Phanagoriā plaustris deambulatur: adeo ut coenū uia tota fiat. Destituti uero in glacie pisces ligonibus effodiunt: ad Gangamā: sic enim locū appellant. Precipueq; Antacei: Delphinibus magnitudine pares: Memorie quidē proditū est: Neoptolemū Mithridatis ducem: eodem in cursu: estate quidem nauali pugna barbaros: Hyeme autem: equestri prelio superasse. Vites autem in Bosporo per hyemem: terra infodi perhibent: cum multum agri metant. Scriptis etiam mandatum est: uehementes ibidē estus effici. Aut forte: quia insueta sunt corpora. Aut quia ꝑ id temporis nulle spirāt aure. Aut quia aeris crassitudo plus caloris concipit. queadmodū in nubilis solis agunt radii. Ceterū Ateas latius in eius loci barbaros regnum tenuisse creditur: Is qui aduersus Amynte filium Philippum bellum gessit. Post oppositam Borysthenis insulam: deinceps ad solem orientē nauigatio est: ad promontoriū: ubi Achilleos dromos: id ē Achillis cursus dicitur. Nudus quidem locus est: quem sacrum Achillis lucum uocitant. Dehinc Achilleos dromos: & inter mare porrecta cherrōnesos. Est enim ad orientem spectans fascia quedā: in stad̄ mille producta: longius: latitudinis stad̄: duum. minus: iugeribus quaternis. distans ex utraq; ripa ceruicis illius stad̄. lx. arenosa. Aquam tm̄ habens fossilem. In medio Isthmo collum est stad̄ ad. xl. Terminatur uero ad promontorium: quod Tamyracum appellant. Stationem habens in ripam continentem prospectantem. Post illam sinus est Carpinetes: magnitudinis non modice. tendens in Aquilonem stad̄: circiter mille. Sunt qui usq; ad sinum stad̄ ipsa triplicāt. Hi aūt Taphii nominantur. Sinūq; eodē: quo promontoriū: nomine uocitāt. Hic ille sinus est: qui putrem: sic enim dicūt: a mari lacum stad̄. xl. separat. Efficit etiā poeninsulā: siue Cherrōnesum: quā Tauricam: siue Scythicam: dicunt. Cuius Isthmus. ccc. & . lx. dicit̄. Putrem uero lacū stad̄: quattuor milibus cōtineri differunt. Meotidisq; portio est: que ad occasum spectat. Magno enim illius ore occluditur. Paludosa uehemēter est. uixq; nauiculis subtilibus nauigabilis. uenti nanq; coenum facile detegūt. dehinc rursum opplēt. Adeo ut paludes ipse maioribus Cymbis peruie nō sint. Sinus ipse tris paruas quidem habet Insulas. nonnullas cecis sub aqua saxis plenas: inter nauigandū occurrentibus. Nauigantibus sinistra: pusilla quedā offertur urbs. Et alter Cherrōnesitarum portus. Ingens quoddam in meridiem porrectum extēditur promontoriū nauigantibus. Id autem totius Cherrōnesi pars una est: ubi sita ciuitas existit: quam Heraclienses Ponti accole: coloniam deduxerunt. Id ipsum Cherronnesus appellat̄. a Tyra fluuio distans stad̄: q̄ter milibus. &. cccc. cursu maris emetiendo. In ea uirginis Sacellū est: dee cuiusdā: cuius & nomē habet promontoriū: ante urbem iacens: stad̄. c. Parthenium: id est uirgineum appellatū. Deeq; illius edem habet: & statuā. Inter urbē autem & promontoriū tres iacent portus. Postea antiqua Cherronnesus excisa. Post eam portus oris angusti. Ad eum maxime Tauri: natio Scythica: latronum manus constituebant: impetu in eos facto: qui eo diuertissent. Vocatur autem Pactorum portus. Ab hoc alter efficitur portus: Ctenuntē uocant. Est uero. xl. stad̄: Isthmus. Hic est Isthmus qui paruā Cherronnesū: quā diximus: magne portionē Cherronnesi habentem occludit. Habens eodem nomine ciuitatem: Cherronnesū uocitatā. Hec antea libera propriis uiuens erat legibus. At deinde a Barbaris direpta: eo necessitatis adducta est: ut Eupatorem Mithridatem: sibi presulem delegerit: aduersus barbaros bellaturum. Qui super Isthmum usq; Borysthenem tenent: atq; Adriam. Hec cōtra Romanos preludia parabantur. Ille igitur per has tātas spes libens in Cherrōnesū cum misisset exercitum: pariter contra Scythas arma intulit. Et Scilurum: ac Sciluri

liberos: circa palacum in captiuos habuit. Eos autẽ quinquaginta fuisse: Posidonius scribit: Cum Apollonides .lxxx. affirmet. Sic potitus est Bosporo: accepta loci illius ditione a Perisade ultro: qui eum Prefectus obtinebat. Eo ex tempore: in hunc usq; diem Cherronnesitarũ ciuitas Bosporanis Regulis subiecta est. Ctenunta urbem: a Cherronnesitarũ oppido: & Pactoꝝ portu: equali distare liquet interuallo. Post hũc autem portum ad usq; Theodosiã urbem: Taurica ripa: per stad: mille lõgitudinem: aspera: montanaq; : & Aquilonibus procellosa cõsistit. Ante ipsam uero promontoriũ in pelagus ualde procumbit in meridiem: uersus Paphlagoniam Amastrumq; urbem procũbens. Appellatur autem Criu Metopon. Hoc est frons Arietis. Opponiturq; illi Carambis Paphlagonũ promontoriũ: quo pontus Euxinus geminũ diuiditur in pelagus. Id utrinq; angustat Euripus. Ceterum Carambis a Cherronnesitarũ urbe: stad: duobus milibus & .d. abest. Ab Arietis aũt frõte: numero ualde minore. Cõplures ex iis: qui ipsum pnauigarunt Euripũ: utraq; simul spectasse promontoria: nũtiant. In regione Taurorum montana: & montem esse Trapezũtem ferunt. Quo nomine & ciuitas appellatur: ad Tibaraniã: & Colchidem pertinens. In eadẽ regione & Cimmerius est mons: in quo magnus fuerat Cimeriorum ad Bosporum potentatus. ubi & sinus Cimerius uocatur: quodcunq; paludis Meotidis ostium cõtinet. Post iam dictã montanam regionem Theodosia iacet ciuitas: campos habens ubertate prestãtes. Ac portum: uel centenis nauibus accõmodũ. Iste finis antea & Bosporanorũ: & Tauroꝝ agro fuerat adscriptus. Tellus alia deinceps fertilitate cõspicua ẽ: usq; ad Panticapeũ: Bosporanorũ Metropolin. Ea uero in ostio Meotidis sita est. Inter Theodosiam: & Panticapeum stad. .d. ac .xxx. interuallũ est. Ora frumẽti ferax. uicos habet multos. & urbem portus optimi: quã Nympheum uocãt. Est uero Panticapeum: Tumulus frequentibus circũpositis habitaculis: insignis: ad stad. .xx. Ad ortũq; portũ habet: & naualia: ad naues .xxx. Habet & arcem a Milesiis conditam. Leuconis autem etate: Sagauri: atq; Parisade: Regali gubernabatur statu multos per annos: & ora hec: & finitimi omnes accole: qui Meotidis ostiũ utroq; ex latere tenẽt. Idq; usq; ad Parisade Regnum: qui Mithridati tradidit imperium. hi uero licet equitate & mansuetudine plures ornati essent: Tyranni tamen uocabantur: A Parisade: ac leucone sumpto principio. Parisades etiam in deoꝝ numerũ relatus est. Eiusdem nominis nouissimus Rex fuit: qui cum exigentibus solito magis tributum barbaris: resistere nequiret: Mithridati cognomine Eupatori: regnũ tradidit. Ex illo ad Romanos peruenit impiũ. Maior autẽ illius pars in Europa est. cum & in Asia pars una sit. Os ipsum Meotidis Bosporus appellatur Cimmerius. Eius uero initium ab ampliore latitudine: ad stad .lxx. Vbi & Panticapeis locis ad Phanagoriã ꝓpinquissimã Asie ciuitatẽ: diuisionẽ incboant. Terminatur autem ad Angustissimũ Euripum. Hec uero angustia Asiam ab Europa separat. Simul & Tanais fluuius: ab Arcto in paludem: & eius ostiũ cõtra influens. Duobusq; is in paludem erumpit alueis: ad stad: inter se .lx. distãtibus. Extat & ea: qua flumẽ appelletione oppidũ: amplissimũ sane barbaris mercature diuersoriũ post Anticapeũ. Intra Cimeriũ uero Bosporũ nauigantibus e sinistra: Myrmecium offertur oppidulum: a Panticapeo stad. .xx. A Myrmecio autẽ stad bis totidẽ uicus abest parthemiũ: qua ingressus ẽ angustissimus. stad. .xx. Cui opponit̃ uicus Achilleius nominatus in Asia. Hoc ex loco rectus ad Tanain: & Insulã: inter eruptiões iacentẽ: cursus accipitur: stad duobus milibus: atq; .cc. Hũc paulo superexcedit numerũ ꝑter Asiam nauigatio. Triplo uero maior a leua: usq; ad Tanain nauigatio. In qua situs est Isthmus. Hec ad Europam uniuersa nauigatio solitaria ẽ. A dextra uero minime

solitaria. Tota paludis circuitio stad. viiii. milibus constare traditur. Magna uero Cherronnesus: idest poeninsula: ipsi Pelopóneso forma & magnitudine perq̄similis ē. eam uero totam Bosporani principes: bellorum assiduitate: uastatam habent. Illam antea Bosporanorū Tyranni paruā quidam meotidis ori: & Panticapio adiacentem: usq; Theodosiam: tenebant. Plurimā uero pertem: usq; ad Isthmū: Sinūq; Carpenitē: Tauri habebāt. Ea uero gens ē Scythica. Hec aūt ora tota: & aliqua extra Isthmū: usq; ad Borysthenem: parua Scythia uocabatur. Propter transeuntiū uero Tyram fluuium: & Istrum: & eam terram habitantium: multitudinē: huius etiā pars magna: Scythia parua nuncupata est. Cum traces partem ui: partem loci malignitate. Est. n. plurima palustris: concesserint. Cherronnesus sane in mare uergens: usq; Theodosiā: tota frugifera est in campis. Non sic autem montana. frumēto admodū beata. Ubi/cunq; forte: fossore proscissa est. xxx. reddit. Mithridati modiorum. c. & . lxxx. milia: tributi nomine soluebant. Ducenta uero argenti talenta: cum Asianis locis: Sindicen circūadiacentibus. His ex locis ad grecos frumentarii cōmeatus erant. Sicut e palude Salsamentaria. Traditum uero est: Leuconem Regem decem ac ducentas modiorū miriadas e Theodosia Athenięsibus transmisisse. Est aūt Miriasdecem milia cōtinens numerus. Hos ipsos autem: peculiariter agricolas nominabant. Quia qui super eos as/sistunt Nomades: idest postores: cum alius generis carnibus quidē: tum equinis alunē. Et equarum caseo. & lacte. & acetoso lacte: quod illi arte quadam cōdientes: eximiū habent obsonium. Quam ob causam Poeta omnes eius tractus incolas lactiphagos appellabat. hi quidem ipsi Nomades: bellandi magis: q̄ latrocinandi studio tenentur. Ipsi. n. pro eorū finibus bella suscipiunt. Siqui colende telluris uoluntate ducantur: iis terrarum usum concedunt. quarū causa libenter tributa suscipiunt: moderate quidē magis: q̄ ad nimiam auariciā imposita. nam diurna: & necessaria uite iniungūt. Quod si non tribuantur: in eos bella suscitant. Sic eos iustos pariter: & Abios hos eosdem uiros poeta nūcupauit: Cum tributis recte ꝑsolutis: nullo pacto bellaturi cōsisterent. Contra uero non persolutis: armorum uiribus confisi insurgūt. Similiter & aduersus incursantes: aut facile uindicaturi: aut impetū propulsaturi. Queadmodum Asandrū factitasse scribit Hypsicrates: qui ipsius Cherronnesi Isthmū: ductis menibus uallauit: ad Meotidem. ccc. ac. lx. stad: spatio. ad singula stadia turrens decem edificans. Ceterꝗ ipsius agri cultores magis ac magis comitate conditi: & ciuili consuetudine: fama ipsa predicantē. Qui uero questuosi sunt: & maritimis obuersati actionibus: ab latrocinādi uix abstinent iniuriis. & auiditate lucrandi. In dinumeratione autem locorum ipsius Cherrōnesi: & castellorum: multus adstitit: que Sciluros: eiusq; liberi condiderunt. quibus ad discursationes arcibus utebantur. Aduersus Mithridatis duces Palatium: & Chabum. Erat & Neapolis: & Eupatoriū: edificante Diophante: duce Mithridatico. Est etiam promontorium: ab Cherronnesitarū muro ad. xv. distans stad. ingentem sinum efficiens. ad oppidum uergens: supra quē salsus incumbit lacus: salinam habens. Hic etiam Ctenus erat. ut igitur hec duo regii ductores obtinerent: in obsidionē iam dicti promontorii imposito presidio: locum muro circūuallarūt. Et illius sinus ostiū: usq; ad opppidum aggere ducto: munierūt. ut iter facile pedestre fieret: et ex ābabus: unam quodāmodo ciuitatem efficerent. unde facilius Scytharū impetū excluderēt. Posteauero: q̄ murum Isthmi: spectātis Ctenūtem inuaserūt: & iniecto calamo fossā exaggerarunt: quā interdiu ponte cōstructo iunxerunt: Regii milites noctu incen/derunt. Et quoad illos: in potestatem redegerunt: obstinate ꝑdurarunt. At nūc omnia sub Bosporanis subiecta sunt regibus: quos populus Romanus instituerit. Scythice

gentis: & Sarmatice mos ppriꝰ ē: equos eunuchos facere: ut mãsuetiores ad parendũ
fiant. Parui enim sunt. Ac celeres: & acres: atq; rebelles. Venationes illis sunt: Intra
paludes quidem ceruorum: aprorumq;. In campis autem onagrorum: & caprearum.
Hoc autem locis illis peculiare ē: ne aquilam gignant. Inter quadrupedia: belua est:
quam Colon appellant. Magnitudine: inter ceruum: & arietem. albicante corpore.
eximie super bos leuitatis: ad cursum. naribus potans: trahit ad caput. Hinc post/
modum complures ad dies seruans. Adeo ut per carentes aquis agros: facile pabulum
carpat. Huius generis uniuersa extra Danubium Regio est: In medio Rheni: et
Tanaidis spatio iacens: Ad ponticũ mare: Meotideq; protensa paludē. De reliqua
parte Europe. Reliqua pars Europe intra Istrum est. & maris circuitum. Huius
initium ab Adriatico sinu: usq; ad sacrum Istri sumitur ostium. In qua & Grecia: &
Macedonum: & Epiri gentes: cõprehendantur. & super eos ad Isthmum pertinentia.
Et ad utriusq; littoris pelagus: Adriaticum: ac ponticũ. Ad Adriaticũ quidē Illyricus
tractus est. Ad alterum uero usq; ad Propontidem: & Hellespontũ: ora Thracie lo/
cata est. Et si qui admiscentur his Scythe. uel Galli. Ab Istro aũt exordium ii capiãt
oportet: quibus tractandi sunt ordinatim loci. situsq; dicendi. Hec autem Italiam: et
Alpes: & Germanos: & Dacos: & Getas attingũt. Hec etiã bipertito pcurras. Quodã
enim modo: una ducta: quasi linea parallela: montes Illyrici: & Peonici: & Thracii
inter se distant. que ab Adriatico sinu: in Pontũ usq; perueniat. Cuius partes in Aqui/
lonem spectantes: inter Istrum: montesq; cõsistunt. In Austrum uero Grecia tellus:
& usq; in montanos tractus Barbara. In Pontum quidem uergit mons Emus: ceteros
eius spatii: magnitudine: ac sublimitate superans. mediamq; Thraciã diuidens. E cuius
uertice: ut autor est Polybius: utrũq; mare cernitur. Minime uera dicens. Nã ingēs
interuallum est ad Adriam. & obscurantia permulta. Ad Adriaticũ nanq;: tota ferme
Ardea: In medio autem Peonia: & hec celsa tota. E cuius latere utroq;: in Thraciam
quidem Rhodope: propinquus: & sublimis sane mons est: post Emum. Altera ex pte
ad septentrionem ora Illyrica: & Augaritarum regio: & Dardanica. De Illyricis
igitur dicendi sumamus initium: que Istro sunt Alpibusq; contigua. Interq; Italiam:
& Germaniam iacentia. Inchoant autē a lacu uindelicorũ: & Rhetoꝝ: & Toenioꝝ.
Ipsius profecto ore: partem desolatã fecere Daci: superatis bello Bois: atq; Tauriscis.
Ea gallica natio est: Cretosiro subiecta. Eam sue ditioni subiectam regionē asserẽti:
tametsi Parisius amnis distermnet. qui e mõtibus per Scordiscos: Galatas appellatos:
in Istrum influit. Et enim illi cum Illyricis: & Thracibus pmiscue habitabant. Ceteꝝ
illos quidem Daci deleuerunt. Hos autem crebro in bellorũ usum socios adsciuerunt.
Reliquam plagam Pãnonii obtinent: usq; ad Segesticã: atq; Istrũ: ad septentrionē
atq; orientem. Ad reliquas uero partes amplius etiam porriguntur. Ceterũ Segestica
urbs est Pãnonioꝝ: ubi fluuii plures confluunt. Omnes sane nauigationibus idonei.
Arx in gerendo contra Dacos bello: natura perutilis. Subiacet enim Alpibus: ad Ia/
pidas usq; protendentibus: nationem Gallicam: simul ac Illyricã. Ex iis locis cõplures
labuntur amnes: quibus cũ aliunde: tũ ex Italia: multa cõuehunt onera. Nam post
promontoriũ ex Aquyleia cõscendentibus Nauportum: stad' sunt. ccc. l. Ad quam
Rhede perducuntur. Ea uero est Tauriscorum colonia. Quãq̃ nõnulli. d. eē dicant.
Promontoriũ illud: quedã est Alpiũ par humillima: que ex Rhetica usq; ad Iapides
porriguntur. Hinc montana attollitur denuo ad Iapides Regio: quã Alpiã uocãt.
Pariter e Tergesta pago Carnico: transimissio est per promõtoriũ ad paludē: nomine
Lugeum. Naupõto pximus est fluuius Corcoras: qui onera excipit. Hic sane Sabon

intrat. Sabusq; in Drabon ingreditur. Hic uero in Noaron penes Segestam. Hinc
Noarus augetur accepto Calapi. qui ex Albio monte fluens per Iapides Danubium
illabitur: ad Scordiscos. Hec ipsa nauigatio: magna ex parte per fluuios i Aquilonē
ex Tergesta in Danubium cursum habet: per stad' circiter mille: ac. cc. Penes Seges/
ticam castellum est Siscia. & Sirmiū. ea in uia situm: que in Italiam ducit. Pannonioꝝ
gentes sunt Breuci. Andizetii. Ditiones. Pirusce. Mazei. Desitiate. quibus Baton im/
perauit. Et alii conuentus ignobiles in Dalmatiam usq; distenti. Sunt & Sardiei ad
meridiem procedenti. Quorū ab intimo Adrie sinu: regio montana: ad Rhizonicū
sinum progrediens: agrumq; Sardieorū: inter mare: gentesq; Pannonias cadit. Hoc
ex loco de continua orbis circuitione dicturis: ferme faciendum est initium: pauca de
superius dictis repetētibus. In ipso sane Italie ambitu: diximus ꝑmos Illyrici littoris
Istros esse: Italie: carnisq; uicinos. & usq; ad Polam ciuitatem Istrie. Huius temporis
Imperatores Italie terminos extēdere. Hi quidem ab intimo sinu stad' circiter. dccc.
sunt. Totidemq; e promontorio: ante urbes posito: Anconē conspectantes. Cū dex/
trorsum habeas oram ueneticam. Tota uero Istrie nauigationis lōgitudo. M. ac. ccc.
producitur stadiis. Dehinc cursus Iapidicus stad'. M. continet'. Iapides enim in Albio
monte siti sunt: qui Alpibus posterior est: excelso admodum. Hinc quidem: ad Pan/
nonios: Istrumq; pertinentes. Hinc autem: ad Adriaticum mare. Pugnaces quidem.
Ceterum ab Augusto Cesare tandem expugnati ad unum. Eoꝝ oppida Metullum.
Arupinum. Monetium. Vendonis urbs. Loci autem infoecundi. Alica: & milium:
plurimū gētis cibus. Ritu gallico armant'. Illyricoꝝ quoq; more: ac Thracū stigmatici.
Secundū Iapides in Liburnos ē nauigatio: priore maior stad'. In ipsa nauigatiōe
fluuius occurrit aduersa cum oneribus nauigādus aqua: usq; ad Dalmatas. & Scardo
oppidum Liburnicum. Ad oram uero omnem: quam dixi maritimā: Insule sunt: q̄s
Absyrtidas uocant. Circa quas Medea fratrem Absyrtum: cum eam persequeretur:
necasse tradit'. Inde Cyratica est: ad Iapidas pertinēs. Postea Liburnides: numero. xl.
Post illas alie Insule iacens. E quibus nobiliores pariter: Traguriū: ab Isseis cōditū.
Pharos: que antea Paros dicebatur: a Pariis edificata. Cuius oriūdus fuit Demetrius
Pharius. Dehinc Dalmatarū littus. & eoꝝ Emporiū Salone. Ea gens ānos compluris
aduersus Romanos bella gessit. Castella ad. l. habuerunt: dignitate prestantia. In
his & oppida quedam. Salonas. Priamonē. Niniam. atq; Sinotium & nouum: & ue/
tustum. Que Cesar Augustus uastauit incēdio. Extat & Andretriū munitus admodū
locus. Dalmmiumq; ampla: sane ciuitas. a qua & cognomen gens illa uendicat. Eam
Nasica exilem reddidit. Agrumq; desolatum pecori pascendū. tam improba incolarū
erat auaricia. Nam Dalmatarū mos proprius est: per octenniū ab inquilinis tributa
exigere. Solent & illi: nullo cū maritimis uti numo. Cū Barbaris cōmuniter usurpāt.
Mons est Adrius mediam diuidens Dalmatiam. hinc ad mare. hinc autem ad terram
reliquā. Post Varo fluuius est: cui adiacent Daorizi. Ardiei. & Plerei. Quibus ꝓpinq̄
est Insula Melena. quā Corcyram appellant. Et oppidum: quod condidere Gnidii.
Ardieorū est: primo quidē Paros: dehinc uero Pharos dicta. Eam edificauere Parii.
Posteritas autem Ardieos uocauere Varalios. Verum reiecerunt illos Romani in in/
teriora terre: longius a mari. cum latrociniis cuncta uastarent. Et agris incumbere
colēdis coegere. Asper sane & sterilis ager ē. & hominū minime culture deditoꝝ. Adeo
ut funditus deleti ferme defecerint. Quod & reliquis eius ore mortalibus obtigit. Nā
qui prius potētia ualebāt: ad ima redacti euanuere. Sicut ex Gallis Boii: & Scordisce.
Ex Illyriis uero: Autariate: & Ardiei: & Dardanii. Ex Thracibus Triballi. Hi quidē

principio inter se praelia conferentes: Postea uero Macedonicis armis: & Romanis debellati sunt. Post Ardieorũ: & plereorum orã maritimã Rhizeorum sinus est. & Rhizonis oppidum: cum quibusdã castellis. Et Drilo fluuius: cuius aduerso flumine nauigatio ad ortũ: usq; ad Dardanicos porrecta: propinquat Macedonie gentibus. Propinquat & Peonibus: ad meridiem. Sicut & Autariate: & Dasaretii. Cum alii alis ex locis inuicem finitimi sint. Ipsisq; Autariatis. Dardaniorũ sunt Galabrii: apud quos & urbs peruetusta: & Thunate ipsis Medis: que gens Thracia est: ad orientem: uicini. Dardanii: natio prsus Agrestis: Adeo ut sub fimo speluncas defossas incolant: degãtq;. Studio tñ capti Musice: Tibias: & fides: & id genus instrumenta: usurpant. Hi quidẽ mediterraneã habitant. De ipsis posterius mentio facienda erit. Post sinũ uero Rhizicum: Lissi oppidum est. & Acrolissi. & Epidamnus: quã Corcyrei condidere: Hoc tempore dicta Dyrrachium. Ab Cherronneso: ubi sita est: nacta uocabulum. Dehinc Apsus amnis: & Aous. super quo Apollonia ciuitas extat: optimis instituta legibus. Eam Corinthii: & Corcyrei edificauere. A flumine quidẽ stad̃. x. lõge abest. A mari uero. lx. Ceterum Aoum: Eantem Hecateus appellat. Asseritq; eodem ex loco circa lacmũ: immo uero ex eodem sinu: Inachũ quidẽ aduersus Austrum: Argos irrũpere: Eantem uero uersus occasum: in pelagusq; Adriaticũ. In ipsis autem Apolloniataꝝ finibus: celeber locus extat: quem Nympheum uocitant. Ibi uero & petra est: ignẽ uomens: cui fontes subsunt: qui aquas tepidas: bitumẽq; scatent: dum ipsa Bituminis petra uti par ẽ: urit̃. Prope uero ĩ tumulo eius metalli effosilis locus ẽ. qd̃ excisũ tp̃is spatio: denuo repletur. Cũq; tellus intra fossas aggesta sit: in bitumẽ transformatur: Posidonio teste. Idem memorie prodidit: terram uineis consitam: bitumine refertã: que in Seleucia Pieria iacet: uineis esse remedio: que pediculose sint. Eas enim si cum oleo illam inunxeris: bestiolas: prius q̃m ad germina e radice ascenderint: necare. Eius generis aliam Rhodi eo tempore fuisse repertam: quo ibi preturam administrabit. Sed oleo amplius opus esse. Post Apolloniã: Belliaca est: & Oreum: eiusq; Emporiũ Panarmus: id est cõmoda cunctis statio. Iugaq; Ceraunia. Hic sinus Ionii os: & Adriae capit initium. Os quidem ipsum utiq; commune est. Differt autem Ionum. Idcirco prime huius maris parti appellationem affert. Adrie uero intestinum mare: usq; ad extremum recessum: nomen accepit. Hoc autem tempore: etiam uniuersum. Horum nominũ alterũ ab uiro Anare descendere: Theopompus autor est: qui eorum locorũ tenuit imperium. Vnde & natio est. Adriam uero a flumine cognomẽ idẽ assequutũ. A Liburnis ad Ceraunia stad̃ sũt paulo plura supra duo milia. Totã uero ab initio recessũ nauigationem dierum sex Theopompus definiuit. Tractus autem Illyrici lõgitudinem: peditei. xxx. dieꝝ ait. At mihi amplius esse uidetur. Alia quoq;: fide minime digna tradit. Maria ipsa cõmisceri. Ideo quia in urbe Narone tegula Chia: & Thasia inueniatur. Et utraq; maria e monte quodam spectari. Et Insulas Liburnas ita cõstituit: ut stad̃. d. circuitionem habeant. Et Istrum in Adriacũ pelagus uno irrũpere ostio. Talia & Eratosthenes scribit. Quedã autem sunt e uulgi sermonibus audita: quemadmodũ Polybius: & de illo: & de aliis scriptoribus: dixit. Vniuersus igitur ore Illyrice cursus maritimus: portus habet optimos. Ita enĩ & ex perpetuo ipsius littore: & ex ipsis propinquis Insulis euenit. E contra uero Italicum littus Illyrico obiectũ se habet: qd̃ importuosum prorsus est. Aprica itaq; Regio: similiter frugifera: bonisq; feracissima fructibus: oliuetis: uineisq; speciosa: nisi sicubi rara: & aspera omnino rupes iacet. Talis cum plaga esset Illyrica: maritima p̃sertim: spreta prius erat: uirtute locoꝝ fortassis ignorata. Idq; ut plurimũ propter agrestes hominũ ritus: gentemq; piraticã.

Super hanc sita regio tota: montana: frigida: & niualis est. Ampliusque in Aquilonē
spectat. adeo ut raro uitē ferat. In altioribus uero: & amplioribus locis montane sūt
planicies: quas Pannonii tenent: in Austrum usq; Dalmatas: & Ardieos porrecte: ad
septentrionē: Istro terminate. Ad orientē uero Scordiscis proxime: qua Macedonū:
Thracumq; montes existunt. Fuerunt autem Autariate: Illyricoꝝ gens amplissima:
atq; optima: qui cum Ardieis assidue belligerabant. Bellorum causa erat Sal: quod in
eoꝝ finibus coagulatᷓ: ex aqua: que e uase quodā uerno stillat tpe. Exhaurientibus.n. &
deponētibus: sal ipsū die quinto coagulatᷓ. Cōuenerat aūt inter eos: ut ꝑ uicissitudinē
congelatorio uterentur loco. Conuenta uero transgressi: manus conserebant. Ceteꝝ
Autariate Triballos ab Agrianis usq; ad Istrum pertinentes: aliquando deleuerunt.
Erant autē dierum quindecim iter ex aliis Thracibus & Illyricis protensi. Extincti
uero prius: a Scordiscis fuerant. Postea autem ab Romanis. qui etiam Scordiscos:
diutius potentissimos: debellarunt. Enimuero ii penes Istrū habitarant: duas in ptes
diuisi. Nā & alii magni Scordisci appellati sunt. Alii uero parui. Illi quidē duos inter
fluuios habitabant: Istrū illabentes. Alter Noarus appellatᷓ: ꝑter Segesticā fluens.
Alter Marcus: uel ut alii Bargus. Parui autem ultra Istrum incolebant: Triballis: &
Mysis finitimi. Quasdam etiam Insulas habebant Scordisci. Ea autē magnitudinis
aucti sunt: ut usq; Illyricos: & Peonicos: & Thracios prouecti sint terminos. Cōplures
igitur iacentes in Istro Insulas occupauere. Ipsi etiam urbes habuere Heortem: et
Capedunum. Post Scordiscorum agrum ad Istrum quidem adiacet Triballorum &
Mysorum plaga: De quibus superius mentio a nobis facta est. Et paludes Scythie
intra Istrum: quā minorem uocant. Et harū meminimus superius. Habitant & isti:
& Crobyzi: & alii: quos Troglodytas uocant: ad loca: que ad Calatin: & Tomæem:
& Istrum pertinent. Dehinc Emi accole. & qui usq; in Pontum uergunt. Coralli. &
Bessi. & Medorum quidam. & Danthelete. Hec uero uniuersa latronibus refertissima
loca. Bessi magna ex parte montem Emum incolunt. & ꝑpter latrocinandū latrones
uocitantur. Quidam Calybite. & Lyprobii: Rhodope propinqui. atq; Peonibus: &
Autariatis. & Dardanis. ad Illyricum. In horum medio: & Ardieorum: Dasaretii ia-
cēt. & Hybrianes: & gentes alie obscure. quas cum diriperent: spoliarentq; Scordisci:
desolatum reddiderunt agrum. & multorum dierū memoribus inaccessis referserunt.
Inter Istrū: & montes: ex utroq; Peonie latere: maritima ponti ora protenditur. Ab
ore sacro Istri ad montanam usq; Emi plagam. Ostiumq; Byzantio propinquum.
Quemadmodū littus Illyricum adeuntes: usq; ad Ceraunios montes peruenimus: qui
extra tractum existunt Illyricum. propriū tamē quēdam habentes terminū. Medi-
terraneas uero istis gentes terminauimus: cum ad huiusmodi descriptionē insigniores
fore: tum ad presentia: tum ad posteriora putaremus. Eodem modo & ora huius loci
maritima: quis montanā egrediatur lineā: ad ꝑpriū tñ aliquē terminū finitᷓ: Ponti
scilicet ostium. & ad ea que mō: & ad ea que deinceps agētur. A sacro igitur ostio Istri
dextrorsum habenti littus perpetuum: oppidulum occurrit Ister nomine: ad stadᷓ. d.
A Milesiis edificatum. Inde Tomis oppidulum alterum: ad. cc. l. stadᷓ. Dehinc urbs
Callatis ī stadᷓ. cc. &. lxxx. ab Heraclēsibus deducta colonia. Postea Apollonia stadᷓ
. M. &. ccc. Milesiorū colonia. Cuius maior muri portio: quadā in exili cōdita Insula
est. Vbi Apollinis Sacellum existit. Quo ex loco. M. Lucullus Colossū extulit. & in
Capitolio collocauit. Fuit autem Apollinis statua: Calamidis opus. In medio autem
Callatidis: & Apollonie spatio: Bizona iacet: maxima ex parte sui terremotibus ab-
sorpta. Inde Cruli: & Odessus Milesiorū colonia. Et Naulochus: Mesembrianorum

castellum. Postea mons Emus: ad hoc usq; mare pgrediens. Deinde Mesembria Megarensium colonia. quã antea Menebram uocabant. ueluti Menopolis: id est Mene ciuitas. Eius enim edificator Menas appellabatur. Brea uero sermõe Thracio ciuitas nominat. Sicut & Selyos oppidũ: Selymbria dicta est. Et sic Enus qñq; Polcyobria nominata erat. Deinceps Anchiala castellũ: ab Apolloniatis cõditũ. que & Apollonia dicebatur. Hoc ĩ littore Cetinzis promontoriũ prominet. Locus munimine ualidus. quo aliquando Lysimachus opum suarum Thesauro: & ærario: usus est. Rursus ex Apollonia ad Cyaneas insulas: stad sunt ad. M. & .d. In eo autem interuallo Thynia Apolloniatarũ ager. & Anchiala: eorundẽ ora. & Phthinopolis. & Andriaca ,ppinque Salmydisso. Littus uero hoc desertũ est. petrosũ. importuosũ. ad Aquilonis flamina late patens. & apertũ. Ad Cyaneas usq; longitudo est: stad circiter. dcc. Ad quod naufragio eiecti: ab oppidanis spoliantur: Thracia gente supra habitante. Cyanee autẽ: due perexigue extant Insule. Altera in Europam: altera in Asiam uergens: Euripo disiuncte. latitudinis stad: circiter. xx. Tantũdem a Byzantinorũ: & Chalcedoniorũ templo distantes. Quod Euxini maris angustissimum ostium est. Cum hinc stad. x. processeris: promontorium obuiat: fretum quinq; stad: angustans. Deinde dilatatur amplius. & propontidis initium efficit. Ex eo promontorio: quod stad: quinq; angustum efficit fretum: ad portum nomine ficulneum: stad quinq; & .xxx. intersunt. Hinc ad Byzantiorum cornu quinq;. Est autem cornu ad Byzantii moenia prope spectans: sinus in occasum extensus ad stad. lx. cornu ceruino per q̃m similis. nam in plures sinus perinde hac ramos quoſdam: scinditur. in quos irruentes Pelamydes facile captantur. Id autem cum earum multitudine: Tum ui: & impellentis fluxus impetu: cũ propter sinus angustissimos: uel manibus cõprehendant. Earũ generatio in Meoticis paludibus fit. Inde uero paulatim erumpunt grege facto: per os ipsum. Ac propter littus Asiaticum: usq; Trapezuntẽ. ac Pharnaciã excurrũt. Hinc primũ earum uenatio existit. non copiosa admodum. Nondũ enim cõuenienſ ẽ multitudo. Vt uero Sinope propius accesserint. spetiosior nimirum earum est piscatio: simul & salsamentaria. Postq̃ uero Cyaneas transierint: & ex ripa Chalcedonia albicans occurrerit petra quedam: tantus bestiis ipsis terror incutitur: ut e uestigio: in ulteriorem conuertantur ripam. Quas cum preceps aquarum cursus corripiat: & innata locorum aptitudo maris fluxum ad Byzantium: cornumq; Byzantii deflectat. Et eo nature: impetu propellat: copiosum Byzantinis: Populoq; Ro. suppeditat prouentũ. At. n. Chalcedonii in ulteriore prope cõsistentes littore: in nullã eius ubertatis cõmunionẽ accedunt. Quoniã ad eorum portus ne una quidem Pelamys sese applicat. Memorie proditum est: cum Byzantii conditores: post edificatã a Megarensibus Chalcedonẽ: Apollinis oraculum consulerent: eis mandasse: ut contra cecos habitationem locarent. Cecos enim ideo Chalcedonios uocabat: quia cum prius ad ea loca nauigassent: omissa tam locuplete ripa tenuiorem accepissent. Iam usq; Byzantium progressi sumus: Illustrissimã sane ciuitatem: ad nobiliora confinia propinquã. Et Istri ostio uicinam. ab eo flumine nauigationẽ plane demonstrantẽ. Supra Byzantiũ uero gens Astorũ id est ciuium iacet: in qua Calyba ciuitas est. Eam Philippus Amynte filius: collectis de exercitu ignauissimis: habitandã constituit. He igitur nationes memoratu digne sunt: quas Ister. & montes Illyrici: Thraciq; terminant. Maritimam Adriatici maris oram uniuersam: ab inito sinu inchoatam tenentes: & sinistram Ponti plagã: ab Istro flumine: usq; Bysantiũ. Reliqua sunt de regione dicta mõtana: in Austrũ spectãtia. Queq; his subiacent ordine loca. In quibus est Grecia. & contigua usq; in montes

prouentia barbaries. Hecateus itaq; Milesius hec de Peloponneso scripta pdidit. Eam: prius q̄ Greci incolerent: a Barbaris habitatā extitisse. Itidē fere & Grecia uniuersa priscis tēporibus Barbarorū nationū habitatio fuerat. In eam uero ductus ē rationē: p ea: que memorie pdita fuerant. Pelops quidē ex Phrygia ducto secū populo: ab se Peloponneso nomē indidit. Danaus ab Egypto profectus. Dryopes: & Caucones: & Pelasgi: & Leleges: & alii id genus: terras intra Isthmū: & extra: partiuerunt. Agrum Atticū uenientes cū Eumolpo: Thraces tenuere. Aulidē uero terre Phocidis Tereus. Cadmeā aūt: aduecti cū Cadmo Phoenices. Ipsam uero Boetiā Aones. Ac Tembices. & Hyātes. Pyndarus aūt ait: Fuit tēpus: quo Hyas Boetiam gentem gubernabat. Ex aliquorū quoq; uocabulis barbaricum ipsum manifestatur: ut sunt: Cecrops. Codrus. Erlus. Cothis. Drymas. Crinanus. Thraces uero: & Illyrii: & Epirote ad hos usq; ānos: in lateribus insidēt: q̄q̄ longe magis antea: q̄ nūc. ubi cōtradicente nullo: & īpresentia magnam Grecie partem Barbarorum natio habitat. Thraces quidem Macedoniā: & Plerasq; Thessalie partes. Acarnaniā uero: & Etoliam supiorē Thesproti. Assopei. Amphilochi. Molossi. Athamanes: gētes Epirotice. De Pelagis igit̄ abunde dictū est. Leleges uero: sunt nonnulli: qui eosdem illos & Cares arbitrent̄. Alii finitimos solū: conciuesq; atq; cōmilitones. Quocirca in Milesiorū agro habitatiōes quedā Lelegū nominant̄. Frequentibusq; in locis Carie: & sepulchra Lelegū: & munimēta deserta: Lelegia appellata monstrant̄. Queq; nunc Ionia dicit̄: totam eam Cares. & Leleges incolebāt. Quos cum Iones expulissent: Ipsi regionē occuparunt. Etiā ueteres illi: qui Troiam expugnauerūt: Lelegas e locis: Side: & Pedaso: & Satnioenti fluuio uicinis: eiecerunt. Quod autem isti Barbari fuerint: uel hinc signum putandū est. qd̄ Caribus pariter congregati fuere. Quod aūt & cum eis: & per se errabundi antiquis tēporibus fuerint: declarant Aristotelis Politie. Nam in Acarnanum Politia: Quādam inquit Acarnanie partem Curetes habēt. Spectantē uero in occasū plagam Leleges tenēt. Reliquam inde Teleboe. In Etolorū Politia is nunc Locros Lelegas uocat. A qbus & Boetiam occupatam fuisse dicit. Similiter et in Opuntiorū: & Megarensiū Politia testatur. At enim in Leucadiorū Politia: quēpiam Indigenā: & Aboriginē: Lelegem nominat. Cuius ex filia nepotem nuncupat Teleboā. E quo duos &. xx. liberos Teleboas procreatos inquit. E quibus nonnulli Leucadem habitasse tradūtur. Hesiodo maxime fidem adhibendam esse contenderim: qui Lelegum populorū ducem fuisse: Locron asserit. Quos Saturnius Iupiter immortalia sapiens consilia: e Deucalionis tellure delectos: uagos exhibuit. Vis enim ipsa uocabuli significare: ut censeo: uidetur: plerosq; temporibus antiquis delectos: promiscuosq; fuisse: Cum eorū natio deficeret. Hec sane aliquis & de Cauconibus dicere posset. Qui cum antea pluribus in locis habitarent: necubi nunc existunt. Superioribus itaq; seculis: cum gentes permulte: licet exigue: ac ignobiles essent: tamen uirorum excellentia: cum perse sua tenerent impia: earum terminos distinguere: nō magne profectu difficultatis erat. Nunc aūt deserto: & plurimum uastatu solo: uicisq; & urbibus deletis: si omnem pro uiribus adhibueris curā: ac diligentiam: nihil sane proficies: propter locorū ignobilitatem: & uastitatem: que dudum inchoata: necdum hac etiam etate cessauit: multis in partibus: propter populorum rebelliones: quibus Romani cū exercitibus incubuerunt. & habitatoribus ab illis instituti sunt domini. Septuaginta igitur Epirotarū urbes a Paulo Emilio Imperatore: funditus euersas esse: autor est Polybius: uictis Macedonibus. & Perse Rege superato. E quibus maximū numerū iuris Molossorū extitisse. Et mortalium c. & l. milia in seruitutē redacta. Attamē aggrediemur: & quoad descriptioni cōuenit

& nobis adire licet: singula percurremus. Ab oraque Ionii sinus maritima capiabimus initiu. In quã quidem Adrie nauigatio terminatur. Eius prime partes sunt Epidamnum: siue Dyrrachium. & Apollonia. Ex Apollonia in Macedoniam: Egnatia in orientẽ uia est. quam per milia passuum mensi sunt. Lapideasque columellas: usque Cypselum: & Ebrum amnem mil. pas. d. atque. xxx. v. cõputatis uero per singula mil. stad. viii. stad sũt mil. iiii. cc. & . lxxx. Adiũgit Polybius unicuique stadio dipletrũ: id ẽ iugera duo. Que stadii pars tertia ẽ. Vnde adiicienda sũt stad. c. lxxviii. & tertia stad pars: miliariorum numero. Contigit aut ab Apollonia: & Epidamno: siue Dyrrachio promotos ex eq̃li distantia eandem in uiam incidere. Tota quidem uocatur Egnatia. Prior quidẽ Ex candauia nominatur: qui mons est Illyrici: per Lychnidiũ urbem: Et Pylonis locũ: qui in uia ipsa Illyricum Macedoniamque disterminat. Illinc uero prope Barnuntem: per Heracleam: atque Lyncestas: & Cordos: ad Edesam & Pellam: usque Thessalonicã itur. Hec autẽ: ut Polybius scribit: cc. lxvii. miliaria sunt. Hanc permeantibus uiã circa Dyrrachium uel Epidamnũ: & Apolloniã: dextrorsum gentes iacent Epirotice. quas mare siculũ alluit: usque ad sinum Ambraciũ. A leua uero mõtes regionis Illyrice: quos antea percurrimus. Et gentes accole: quoad in Macedoniã: Peonesque perueniris. A sinu deinceps Ambracio plaga in orientẽ uergens e regione Pelopõnesi perueniens: ad Greciam pertinet. Dehinc Egeum excidit pelagus: dextera ex parte totã reliquẽs Pelopõnesum. Ab Macedonicarũ autem gentium: atque Peonicarũ exordio: usque ad Strymonem fluuiũ Macedones: ac Peones habitant. Et Thracũ montanorum aliqui. Transamnem Strymonem uero: usque ad Ponticum ostium: atque Emũ montẽ: cũcta sunt Thracum: excepto littore: quod Greci tenent: Quidã sane in Proponcide siti: Plerique uero ad Hellespontum. aut sinum Melanen: id est nigrũ. Alii uero sup Egeo pelago. Ceterum Egeum pelagus duo alluit Grecie latera. Alterũ in orientẽ prospectãs: Extensum uero a Sũnio ad Arcton: usque ad Thermeum sinum: atque Thessalonicam: oppidum Macedonicum. que supra ceteras huius etatis urbes eximia ciuilitate floret. Alterũ uero Macedonicũ: a Thessalonica: ad meridiẽ porrectũ: usque ad Strymonẽ. Plerique autem totam ab Strymone: usque ad Nestum plagam: Macedonie attribuũt. Quoniã Philippus eximio captus est studio: ut hec sibi loca uendicaret. Maximaque ex metallis: & reliqua locorũ ubertate uectigalia constituit. E Sunnio uero usque ad Peloponnesum: Myrtoum: & Creticum: & Libycum: pelagus est: cum sinibus: usque ad Siculum. Hoc uero & Ambraciũ: & Corinthiacũ: & Criseum sinum cõplet. Theopompus. xiiii. Epirotarum gentes esse refert. E quibus celebratissime sunt: Chaones: & Molossi. Quippe: qui totius Epirotice terre quãdoque Regnũ tenuere. Prius quidẽ Chaones. Posterius uero Molossi. qui quidem propter Regum cognationẽ: magis. ac magis amplificati fuerant. Nam ex Eacidarum sanguine prognati sunt. Accedit q̃d penes illos Dodone: uetus ac nobile: uigebat oraculum. Chaones igitur: ac Thesproti: deinde Cassopenses: qui & ipsi Thesproti sunt: ipsa a Cerauniis montibus: usque ad sinũ Ambraciũ: maritima fruunt ora. Agro sane ubertate felice. Quod si nauigare incipias a Chaonibus in orientẽ solem: ac sinum Ambraciũ: atque Corinthiacũ: adeo ut dextera quidem Ausonium habeas pelagus: Leua autem Epirum: cursus est stad mille. & . ccc. a montibus Ceraunis: ad Ambracii sinus os. In hoc quidem interuallo Panormus est: portus intra Ceraunios montes amplissimus. Et post illum Onchemus: portus alius: ad quem promontoria Corcyre in occasum uergẽtia opposita iacent. Alius item Cassiopa: ex quo Brundusiũ stad intersũt mille. & . dcc. Totideque ab altero Cassiope promõtorio: in Austrum spectante usque Tarentum: q̃d Phalacrum: id est caluum: appellant. Post

Onchesmum autem extat Posidium. ac Buthrotum: in portu sore conditum. quem coenosum appellant. Locus est Poeninsula. & Cherronnesi formã habens. Romanis frequẽs accolis. Sunt & Sybota Insule pexigue: paulisper ab cõtinenti terra disiũcte: ad orientale promontoriũ Corcyre Leucimmã site. Sunt & alie preternauigãtibus Insule perexiles: haud memoratu digne. Inde prominens solum: nomine Chemerium. dulcisq; portus. quem intrat amnis Acheron: ex Acherusia palude profluens. cõpluraq; suscipiens flumina. quibus sinus ipse dulcis efficitur. Prope labitur Thymauus. Super hunc sinum iacet ciuitas: nunc quidem Cichyrus dicta. Quõdam autẽ Ephyra. Quã Thesproti condidere. Penes Buthrotũ uero ẽ Phoenice. Non longe uero a Cichyro pusilla ciuitas iacet Buchetium: Cassopensium opus haud procul a mari. & Elatria: & Pandosia. & Batie in mediterranea. Ceterorum illarũ ager usq; ad sinũ pertinet. Secundũ dulcem portum autem: duo alii deinceps portus existunt. Vnus quidem propior: ac minor: nomine Comarus: Isthmum stad. sexaginta efficiens. ad Ambraciũ sinum: atq; Nicopolin: quã urbem Cesar Augustus edificauit. Alter procul magis: & amplior: & prestantior. prope sinus ipsius ostiũ: distans a Nicopoli. xii. stad. interuallo. Deinceps est ostium Ambracii sinus. Huius & enim sinus ostium ipsũ paulo q̃ stad. iiii. maius ẽ. Circuitus stad. ccc. amplectitur. Optima omni ex parte eius statio. Ingredientibus occurrunt a dextera habitãtes ex grecis Acarnanes. & Apollinis Actii templũ: quodã in tumulo ad ostium eminens. Cui campus subiacet: Lucum habẽs. Sunt & naualia: in quibus Cesar undeuigĩti: naues decimarũ nomine reposuit. Ab uno remorum ordine: usq; decíremes adiũgens. Memoria quoq; ꝓditũ est: & nauale: & naues incendio ꝓrsus extinctas esse. Sinistra uero Nicopolis est. Et Epirotarũ colonia: Cassopei usq; in intima sinus Ambracii. Cui supeminet: paulisp a sinu distans. Tolgus. Cuius memoriã Cypselus struxit. Preter eam labitur Aratthus fluuius: per quem a mari ad ipsã Tolgũ paucis admodum stad: aduersa nauigatur aqua. Oritur autẽ ex monte Stymphεo: ab illius radice. Hec autem ciuitas superiori tempore eximia fortuna: enituit. Ex ea igitur sinus ipse cognomen assecutus est. Maximũ ei Pyrrhus attulit adiumentũ: cum eo loco pro regali sede uteretur. Macedones autẽ ac Romani postea: & hãc: & alias: ob eorum rebellionem: assiduis bellorum laboribus exhauserunt. Eam ob rem Cæsar Augustus demũ: cum destitutas admodũ animaduerteret: cunctas in eo sinu: ad unius habitationem congregauit. Eiq; ipse uocabulum indidit: Nicopolin: id est uictoriæ ciuitatem. Et sue uictorie cognomen imposuit. In qua. M. Antoniũ: ante sinus illius ostium nauali prelio simul & Egypti Reginam Cleopatram superarat. Nam & ipsa huic certamini presens interfuit. Ipsa igitur Nicopolis egregia incolarũ multitudine abundans: amplificatẽ in dies: latos fines habens. & hostilibus ornata spoliis. Habetq; in oppidi suburbio templũ magnifice extructũ. Est & Lucus cũ Gymnasio: stadioq; ad quinquennale ludorũ certamen apparatus. Sacerq; Luco supene tumulus íminet dedicatus Apollini. Instar autem Olympiorum: Ludi Actia designantẽ: Actio Apollini cõsecrati. Eorum cure Lacedemonii prefecti sũt. Reliqui uici: & circũhabitata loca: Nicopoli siuri attributa sunt. Actia quoq; ipsi deo prius: & a finitimis agebantur. Et certantibus corone proponebantẽ. Hac autem etate: Cesar Augustus honorificentius edidit. Secundũ Ambraciam Argos extat Amphilochicũ: Quod Alcmeon: eiusq; liberi condidere. Constat enim Alcmeonẽ: ut autor est Ephorus: post Epigonorum: aduersus Thebas expeditionẽ: ab Diomede in Etoliam: ad eius auxilium accersitũ: aduẽtasse. Et eius ope illum: hãc simul: & Acarnaniã in potestatem redegisse. Ceterũ cũ postea illos ad bellũ Troianũ Agamemnon accerseret: ad id ꝓficiscente Diomede: Alcmeonẽ

in Acarnania mansisse. & Argos edificasse. Ipsumq; a fratris nomine Amphilochicum uocasse. Inachum etiam amnē: per illius agrum fluentem in sinum: Argiue terre appellationem addidisse. Thucydides autem scriptum reliquit: ipsum Amphilochū: post eius a bello Troiano reditum: Cum esset Argiuis inuisus: in Acarnaniam secessisse. Et accepto a fratre principatu: oppidum in sui nominis memoriā edificasse. Epirote quoq; sunt Amphilochi: & qui superius incolunt: & qui sunt Illyricis adiuncti mōtibus rupes & asperū habitātes agrū. Molossi etiā: & Athamanes: & Ethinces: & Tymphei: & Oreste: & Parorei: & Atintanes: quorū nonnulli Macedonibus magis applicantur: Aliq uero Ionico sinui. Memorie quoq; traditū est: Orestiadē oram: ab Oreste qūq; occupatam: fuisse: Cum cesa matre exsul profugeret. & suum regioni nomē reliquisse. Cumq; oppidum condidisset: Argos Oresticum: de suo uocasse nomine. Hisce uero gentes cōmiscentur Illyrice: que ad montanā regionē Australi de parte prospectāt: Queq; super Ioniū sinum iacent. Super Epidamnū. n. siue Dyrrachiū: & Apolloniā: sedes habent Bylliones: & Tayllatii: & Parthini: & Phrygi: usq; ad Ceraunios montes. Prope uero adsunt argentifodine in Damastio: ubi potentatum constituere Perisadyes: quos Encheleos: & Sesaresios nominant. Penes hos Lynceste: & Deuriopus. & Tripolitis Pelagonia. & Leordi. & Limia. & Eratyra. Loca quidem hec quondam singula: magna ualebāt potentia. Quorum imperium: Cadmi nepotes & Hermione ad Enchelias tenuere. Queq; de illis fabulosa nominantur: his in locis ostenduntur. Harum quidem nationum regnū nequaq̄ indigene capessebant. Ceterum Lynceste sub Arrabeo fuere: deducēte a Bacchiadis originē. Huic nata est filia: neptis Philippi Amynte filii: Mater: Eurydices filii. Irrha uero filia. Epirotarum gens Molossi: sub Pyrrho Neoptolemo fuere: quē Achilles procreat. & sub eius successoribus Thessalici sanguinis. Alii uero sub indigenaꝝ gubernaculo regebantur. Postea quibusdam semp obtinentibus uictoribus: res ad Macedonū regnum tandem tota conuersa est: paucis duntaxat exceptis: super Ionio sinu sedentibus. Iamq; Lyncestum: & Pelagoniam: & Orestiadē: & Emiam: superioris Macedonie nomine cōprehendebant. Eamq; posteriores: Eleutheram: id est liberam: dicebāt. Aliqui uero uniuersam: usq; ad Corcyram: Macedoniam appellant. Eius rei rationem simul afferentes: qđ & tonsura: & lingua: & Chlamyde: aliisq; talibus utantur pariter omēs. Pleriq; gemino sermone loquūtur. Soluto autem Macedonum Regno: cūcta in Romanorū ditionem concessere. Per has gentes Egnatia uia ex Dyrrachio: & Apollonia perducitur. At circa uiā candauie lacus: ac paludes: ad Lychnidūtē extant: ubi copiosa pisciū habenē Salsamentaria. Sunt & fluuii Ioniū irrumpentes sinum. & in Austrum uergentes: Inachus: & Horatous. & Achelous. & Euenus: quem priores Lycormā uocitabant. Ille quidē sinum illabitur Ambracium. Alter uero in Acheloū. Ceterum Achelous: & Euenus in mare fluunt. Ille quidem per Acarnaniā labens: hic uero per Etoliam. Eurigon aūt multis acceptis amnibus: ex Illyricis montibus: & Alyncestis: & Brygibus: & Deuriopis: aliisq; complaribus in Axium irrumpit. In hisce gentibus: antiquis temporibus ciuitates extabant. Tripolites: Pelagonia cognomine. Cuius & Azorus erat. Superq; Erigone uniuerse ciuitates Deuriopoꝝ consistebant. E quibus Bryanion: & Alalcomene. & Stymbara. Ceterū Cydrie Bysarum. Eginium uero Tymphaeoꝝ fuit: Ethicie cōfine: atq; Tricce. Propinqui uero iam & Macedonie: & Thessalie sunt: ad mōtem Poeum: & Pindum: Ethices: & Penei fontes: De quibus: & Thymphei: & Thessali. Pindi accole: certant. Iusq; sibi uendicant. simul & uicina Ioni fluuio Oxynea ciuitas: que a Tripolitano distat Azoro stađ. c. & . xx. Prope adsunt: & Alalcomenæ: & Eginium: et

Europus. & Ionis in Peneum ingressio. Ea tempestate: ut dixi: licet aspera: & montibus plena Tamaro: & Polyano: aliisq; compluribus: Egregie tamen populosa Epirus tota erat. & Illyricũ. Hoc uero tpe: magna ex parte solitudo tenet. Habitat̃ aũt p pagos ruderumq; reliquias. Dodoneũ aũt oraculũ: queadmodũ & cetera: quodãmõ derelictũ ẽ. Illud uero: autore Ephoro: a Pelasgis cõstructũ fuit. Nã Pelasgi iter potẽtissimos Grecie populos: antiquissimi celebrant̃. Quocirca poeta ita cecinit. Dodonee Rex Pelasgice Iupiter. Hesiodusq;: Dodona iter quercus sedes Pelasgoꝝ extitit. De Pelasgis: cũ Tyrrhenã gentẽ exponebamus: satis a nobis dictũ fuit. Circa Dodonã uero: & templũ habitãtes: Barbaros extitisse: Homerus ipse declarat: ex eoꝝ uiuẽdi norma. quos spurcipodas: & humi stabulãtes appellat. Vtrũ aũt illos Hellos uocari oporteat sicuti Pindarus ait: An Sellos: queadmodũ penes Homerũ iacere suspicant̃: textus et scptura: nimiꝝ ambigua: cõfirmare nõ sinit. Philochorus aũt ait: circũstantẽ Dodone locum: sicut Euboeam Hellopiã uocari. & enim hoc pacto dicere testatur Hesiodũ.
Floribus Hellopia pratisq; decora nitescit.
Cuius in extremis Dodone est condita campis.
Putant autem: ut inquit Apollodorus: a paludibus tẽplo circũfusis ita uocari. Poetã quidem ipsos Hellos nominare existimãt: Hellas: accipit Hellos: eos qui circa templũ sunt. Adiecit & templo uicinum amnem Selleentem nomine fluere: cum dixit.
Is pcul ex Ephyre Selleente actus ab amne. In Thesprotis aũt Ephoras. Sed Heliensibus interius: Ibi. n. fluuiũ Selleentẽ esse. In Thesprotis aũt atq; Molossis nullũ. Ceterũ que de quercu: & que de colũbis fabule uulgant̃: & alia huius generis: Sicut & de rebus Delphicis: ptim poetici magis sermõis: & studii sũt: pti huius de situ orbis tractatus ppria. Itaq; Dodõa pstinis seculis sub Thesprotis erat. Similiter & mõs Tomarus siue Tmarus: nã utroq; mõ dicit̃. Cui subiectũ ẽ oraculũ. Tragediaꝝ quoq; Scptores: & Pĩdarus: Dodonẽ Thesptica appellauere. Posterior aũt etas Molossoꝝ iuri attribuit Vates aũt Iouis: quos poeta Spurcipodas: & terrisõnes appellat: a mõte ipso Tomaro Tomoros nũcupatos eẽ dicũt. Sic nõnulli in Odyssea scribũt: que loquit̃ Amphilochus: q cõsiliũ pcis exhibet: ne pus aduersus Telemachũ faciãt ipetũ: q̃ Ioue pscrutent̃.
Fila Iouis magni si ducunt ordine parce.
Aut Tomori incutiã cedem per membra cruentam.
Ast alios dare terga retro: super equora cogam.
Sin deus auertat requiem captare iubebo.
Melius eni esse: Tomoros: q̃ Themistas: scribere. Nullo igit̃ pacto oracula Themistas a poeta dici: sed consilia. & publicas institutiones. & legũ sanctiões. Dici aũt Tomoros: constitutos super Tmaro. quasi montis Tmari ad templum custodes. Sane Iuniores Tomoros dicunt. Simplicius aũt Homero capiendũ oracula abusiue. & consilia: ipsa diuinationis imperia. & cõsultationes: Ipsaq; uaticinia: queadmodũ decreta. Quale & illud est: Et hoc ex quercu alticoma Iouis consilium hausisse. Ab ipso aũt primordio mortales fuerant presagia precinentes. Sub quibus & uaticinandi ministri instituti erãt. & hoc forsitã poeta ipsa declarat: de iis: quos Hypophetas uocabãt: qbus pphete imperabant. Posteriore inde tpe tris designarãt aniculas: postq̃ & Ioui Dione eiusdẽ templi comes: dicata ẽ. Suidas in rebus Thessalicis: fabulosa multa tradit: ad gratiam loquutus. Illincq; translatũ fuisse templũ: inqt e Scotussa Thessalie. Est. n. Scotussa urbs Thessalie Pelasgice. Cõcomitate. n. plurime sunt foemine. quaꝝ e stirpe pgnate sunt: que hac tẽpestate prophetides diuinãdi officiũ gerũt. Quo ex facto Pelasgicũ uocari Iouem: insueuisse. Cineas autem longe maiores fabulas contexit.

N octauo continetur pars Europe: in qua reliquũ dicitur de Macedonia. Tota etiam exponitur Grecia. in qua pertractanda diutius immoratur: propter multã rerum nobilitatem: & locorum: & neglecta: & indiscreta penes historicos: atq; poetas: diligenter: aperteq; describit. Vti sunt eius regionis urbes: tã in nauiũ dinumeratione: q̃ per poesin multis in locis cõmemorata.

Ostq̃ peragratis occiduis Europæ Regionibus: que interno: et externo mari continent: Barbaras etiã eius nationes: usq; Tanain uniuersas circuiuimus: & Grecie partem: non magnam: cum Macedonia: nunc Græcie descriptionem reliquam absoluemus. atq; reddemus. Eam Homerus quidem prior: dehinc alii complures tractauere. Quidam peculiariter uel portus: uel nauigationes: uel circuitiones terrestres: uel tale aliquid describentes: in qbus & Grecanice partes continentur. Quidam uero in cõmuni historiarũ conscriptione: seorsũ littoralium locorum demonstratione litteris ostenderunt: queadmodum Ephorus egit. atq; Polybius. Aliqui autem ad nature locum: etiã Mathematica quedã assũpserunt: huius generis: sicuti Posidonius & Hipparchus. Cum igitur res aliorum recte iudicate sint: Homeri dicta iudicantis animaduersionẽ postulant. atq; indigent. cum poeticũ in morem dicat. nec huius etatis loca: sed & illa peruetusta. de quibus ꝑmulta obscurauit etas. Pro uiribus igitur enitendũ: sumpto ubi desiuimus exordio. Nostra uero ab occasu: ac Septentrione: ad Epiroticas gentes: ac Illyricas finiebat oratio. Ab ortu autem ad Macedoniæ populos: usq; Byzantium. Post Epiroticas gentes itaq;: ac Illyricas: Grecorum: Acarnanes sunt. & Etoli: & Locri: cognomine Ozole. Secundũ istos Phocenses. & Boetii. His autem obiecto pelago medio: Peloponnesus contra respondet. que inter medium sinum Corinthiacum accipit. illi quidem formam exhibens: & ab illo formã capiens. Post Macedoniã uero Thessala natio est: usq; ad Maleos: & alios: tam intra Isthmum: q̃ extra: Super hos ꝑmulte gentes fuere. Supra quidem: tot sane sunt: quot linguarũ greciensiũ differentie nobis percepte sunt. Istas ipsas cum quattuor esse constet: Ionicam eandem: quã priscam illam Atticã asserimus. Eius enim etatis Attici: Iones uocabantur. Et ab eis Iones illi profecti sunt: qui in Asiam colonias deduxerunt. eam: qua nunc loquuntur: linguam usurpantes Ionicam. Doricam uero eam esse: quam Eolicam. Omnes enim extra Isthmum habitãtes exceptis Athenienstibus: & Megarensibus: & Panassi accolis Doriensibus: hoc etiã tpe: Eolici nuncupant. Cũq; Dorienses pauci forent: agrũq; durũ incolerent: impmixtã perdurasse linguã: aliosq; mores: uerisimile fit. ut in externos nõ cõiuncti ipsi quondã genere pares. Hoc idẽ Atheniensibus obtigit: qui tenuem admodum tellurẽ: asperũq; habitent agrum. Quã ob causam nullis afflictos populationibus. & Aborigines existimatos esse: testis est Thucydides: cum eandem omni tempore terram possiderent: a nullo prorsus eiecti. & eius cupiditate uendicande nemo teneret. Hoc idẽ alterande lingue: gentisq; permutande causam extitisse crediderim: licet ipsorũ paucitas foret. Hoc modo cum Eolicorũ exterius Isthmum inualesceret multitudo: & qui interius pridem fuerant: Eolica gens erat. Postea cum Iones ex Attica: littus occupassent: & Dorienses Heraclide reduxissent: qui Megara condiderunt: in unum cõmixti sunt. Multa quoq; in Peloponneso ab illis edificata sunt oppida. Rursum Achei: Eolica natio: Ionas expulerunt. Vnde in Pelopõneso gẽtes due restitere: Eolica uidelicet:

ac Dorica: quicunq; sane minus sese cum Doriensibus implicuerunt: uti Arcadibus:& Eleis obtigit. Cũ montani quidã omnino forent: in sorte nequaq̃ excidentes: quidãq; Olympio Ioui dicati censerentur: per se diutinã pacem agentes: cum alioquin Eolici generis essent: & ad reducẽdos Heraclidas: una cum Oxylo militiã subissent. Quicũq; igitur tales sunt: Eolico sermone utebantur. Alii uero mixtam ex ambobus habuere linguam. Hi minus: Hi amplius: Eolicis utẽtes uerbis. Fermeq; nunc etiam ciuitates alio: & alio loquuntur modo. Sed omnes Dorice fari uidentur propter aduenientem potentiam. He quidem Grecorum nationes: hunc in modum: ut forma quadam ex/planentur: distinctione terminate sunt. Repetentes igit' iam quomodo: quoq; ordine faciendum est: dicere incipiamus. Ephorus quidẽ Grecie principiũ ab occiduis ptibus: Acarnaniam dicit esse. Hanc enim Epiroticis finitimam esse populis. Nam sicut iste mari pro mensura utens: hinc facit exordium: ut ad locorũ descriptiones mare: tanq̃ ducem esse iudicet: cum alio liceat pacto a Macedonum atq; Thessalorũ terra initiũ Grecie demõstrare: Sic & nobis locorũ naturam sectantibus: consiliariũ mare facere conuenit. Illud autem e Siculo: freto incidens: hinc quidem ad Corinthiacũ refundit' sinum. Hinc magnam efficit poeninsulam: id est Cherrõnesum. Ipsam uidelicet Pe/loponnesum: que angusto includitur Isthmo. Duo autem hec maxima sunt Grecie confinia: interiora Isthmi: & exteriora portarũ id est Thermopylarũ. quoad Peneus erumpat. Hoc autem est ad Thessaliam pertinens. Est uero fere maius & illustrius: quod intra Isthmum continetur. Et totius arcem Grecie Pelopõnesum esse constat. Nam preter habitantiũ in ea gentium nobilitatem: atq; potentiam: ipse locoꝝ situs principatum designat. & imperium. Multi enim sinus insunt. & promontoria. Multe insignes etiam: & ꝑmagne Cherronnesi in ipsa locorum uarietate: cum altera. alteram successione quadam excipiat. Extat autem inter Cherronnesos: prima Pelopõnesus Isthmo. xl. stadiorum inclusa. Secunda est: que hanc amplectitur: cuius Isthmus est ex omnibus Megarensibus ad Niseam Megarensiũ Emporiũ: supra centum &. xx. stadia a mari ad mare. Tertia uero est: que & hanc amplectitur: cuius Isthmus est ab Secessu: circa Crisseum sinum usq; ad Thermopylas quidem: quæ linea per rectum intelligitur ad quingenta. viii. stad'. Que totã intus assumit Boetiam. Phocidẽ uero: & Locros cognomento Epicnemidios ex obliquo secat. Quarta: quæ ab Ambracio sinu: per Oetam montem: agrumq; Trachiniũ: in sinum Maliacum Isthmũ habens: atq; Thermopylas. ad stad'. dccc. Alius tandem ex eodẽ sinu Ambracio est supra mille: per Thessaliam: ac Macedoniam ad intimũ Thermeum pertinens recessum. Ea uero Cherronnesorũ successio quendam: nõ sane spernendũ: eloqui uidetur ordinẽ. Ceteꝝ a minima quidam: uerũ illustrissima: sumendũ est exordium. Est igitur Pelopõnesi forma platani folio simillima. Lõgitudine: ac latitudine ferme par. ab occasu in ortũ stad' mille: &. cccc. Hec autẽ est e Chelonata per Olympiã: agrũq; Megalopolitanũ ad Isthmũ. Illa uero ab Austro in Septentrionẽ est e Malea per Arcadiã ad Egeũ. Perimetros uero siue ambitus: omissis finibus stad' est. iiii. milium: ut Polybio placet. Artemidorus. cccc. superaddit. qđ si sinus omnis metieris: plus q̃. dc. &. v. miliũ cõperies. At Isthmus ipse per traiectum: qua e mari in alterũ mare nauigia transuehunt': stad'. est. xl. ut supra diximus. Huius autem Cherronnesi latus in occasũ ꝓspectans: Eliẽses: & Messenii tenent. Quos pelagus Siculum alluit. Assumunt autẽ utrinq; littus. Elei sane in Septentrionẽ uergens. & Corinthiaci sinus initiũ: usq; ad Araxi ꝓmontoriũ. Ad quod cõtra sunt: mediãte freto Acarnania. & e regione iacẽtes insule Zacynthus: & Cephallenia. & Ithaca. & Echinades. Quarum e numero est: & Dulichium. Maior

Messenie pars ad Austrū: Libycūq; pelagus panditur: usq; ad Thyridas: id ē fenestras. Sic enim appellant: prope Tenarum. Deinceps autē post sinum Sicyonia terminat ora. Ex hoc loco Sicyon & Corinthus excipit: usq; ad Isthmū. ad scđm Messeniam plagam Laconica terra est: & Argiua. & hec ipsa usq; ad Isthmū. Hoc in loco sinus extant aliqui: Messenius & Laconicus. Tertius Argolicus. Quartus Hermionicus: & Saronicus: quem nonnulli Salaminiacū uocant. Quorū aliquos Libycum: aliquos Creticum pelagus implet: atq; Myrtoum. Quidam & Saronicum transitum pelagus nominant. Media uero interest: cunctis imminens Arcadia. Ceterisq; uicina populis. Verum Corinthiacus sinus ab Eueni eruptionibus capit initium. Aliqui ab Acheloi exitu: qui Acarnanes: Etolosq; separat. & Araxos. Hanc. n. in partem: minime contemnendam accumulationē: utrinq; inuicem ripe capiunt. Amplius inde progresse: ad Rhium: & Antirium penitus confluunt: mediam aquarū latitudinē id est Porthmū: ad stađ. v: relinquētes. Est aūt Rium in Achiuoꝝ solū protensū: lōgius ꝑmuntoriū in falsis figuram interius curuatū. unde & Drepanū: id est falcem appellāt. Iacet aūt intre Patras: & Egiū: Neptunni templū habens. At. n. Antiriū in Etolorū: Locroꝝq; finibus locatum est. Id aūt Molycreū uocant. Postea hinc denuo maritima paulisp utraq; ex parte ora expandit. In Crisseum quidem procedens sinum: hic finem facit: Occiduis Boetie: & Megarorū clausa terminis. Ceterū Corinthiacus sinus: ab Eueno: usq; Araxū amnē: suum circuitū habet: stađ. duū miliū. cc. &. xxx. Ab Acheloo uero cētenis augēt stađ. Ab Acheloo sane ad Euenū: Acarnanes tenēt. Dehinc ad Antiriū Etoli: Isthmo tenus. Quod restat: Phocensiū: & Boetioꝝ: & tractus Megarēsis: mille .c. & duo de. xx. stađ est. Mare autē ab Antirio: adusq; Isthmum: Alcyoniū uocatur: Crissei sinus portio. Ab Isthmo ad Araxum stađ. xxx. supra distans. Vt ergo sic figura dixerī: Pelopōnesi talis: tantusq; sinus ē. & telluris aquis apposite: sinu tenus. Et inter ambos sinus iacēs talis. Dehinc singillatim cūcta explicabimus: ab Eleis finibus facto primordio. Hoc quidē tpe totum inter Achiuos: & Messenios littus Eleā orā minime nomināt: extensū in mediterraneā Arcadie: ꝑtensum ad Pholoen: & Azanas: atq; Parrhasios. Hoc autē antiquitus in plurimis dictiones particū erat. Postea ī duas tm̄: Epeorum scilicet: & Nestoris: Nelei filii. quo modo & Homerus posteris ꝑdidit. Hanc urbem quidē Epeoꝝ nominatim dicens: Hanc uero ad Alida diā: ubi imperāt Epei. Nestoreamq; Pylum. per quā Alpheum labi memorat.

Alpheus Pylios late perlabitur agros.

Sane Pylon ipse poeta nouit oppidum.

Qui coluere Pylon: formosis moenibus urbem.

Regis Nelei. Alpheus autē amnis neq; per illā urbem: neq; penes ipsam fluit. Verum preter labitur alter: quem alii Pamisum: alii Amathū: uocant. A cuius nomine Pylos ipsa Amathoesa uidetur appellata. Per agrū uero Eleum Alpheus amnis perlabitur. Elis uero: que hac tempestate oppidū est: Homeri etate nondum muris cincta erat. Verū ager ipse p pagos habitabat. Curuā autē Elidē: quia ei sic obtigit: appellabāt. Nam maxima eius pars talis extitit. & fertilitate prestās. Verū posterius: scđm bella Persica: cū multi in unū populi cōuenissent: Eam: que hoc tpe cernit: Elin ciuitatē condidere. Sic & reliquis ferme Pelopōnesi locis: ꝑter paucos euenit. Quos ipse Poeta colligit: non ille quidē urbes: sed oras: nominans: Cum unaqueq; populoꝝ conuentus: maiores haberet. E qbus nobiliores deniq; ciuitates habitate fuere. Sicuti de Arcadia factum ē. Mantineā quidē populis. v. habitandā Argiui tradidere. Tegeā uero. viii. Totidem herbem colendā: tradidit Cleombrotus: & Cleonymus. Eodē modo Egium

septem uel octo populis in ciuitatis formam redegere. Patras. vii. Dymam. viii. Sic & Elis ex circũcirca tenentibus pagis: habitũ ciuitatis accepit. Per eã aũt fluit. Meneus amnis ꝓpter ipsius gymnasiũ. Hoc quidẽ multis post annis Elei factitarũt: cũ e locis Nestori subditis: multitudo trãsmigraret. Hec autẽ fuere Pisa: cuius pars Olympia est: & Triphylia: & cauconia. Triphylii uero ideo uocati sũt: quia illis obuenit: ut tria illos phyla: id ẽ nationes cõderent: in unũ cõgregate. Principio quidẽ Apeoꝝ: deinde Minyarũ: qui accole supaccesserunt: & postremo Eleoꝝ. qui uictores loci compotes extiterũt. Sunt q pro Minyis Arcades dicãt. Qui pro loci uendicatione sepenumero bellica subiere certamina. Vnde & eadẽ Pylos Arcadica: & Triphyliaca nũcupata est. Verũ. n. uero Homerus totã hanc plagã: tenus Messena: eodẽ quo ciuitatẽ nomine Pylon uocat. Quod autem & Elis curua: & subdita Nestori loca: terminis dispartita fuerint ipse nauium Catalogus indicat: per Ducũ & Pagorũ nomina. Quod quidem dixerim: & moderna: & homerica scripta cõferens. Hec. n. cũ illis inuicẽ examinanda sunt: ꝓpter opinionẽ poete. nostramq: cõmunicationẽ. Cũ existimet unusq̃q: ꝑsentẽ recte se habere rerũ ꝓpositaꝝ tractationẽ: cũ nullũ incidat contrariũ ad eos sermões: qui isdẽ de rebus tantopꝫ crediti fuerint. Igitꝰ ea: que impresentiaꝝ extant: exponẽda sunt. Et poete dicta: q̃tũ attinet: adiciẽtes: cõsyderanda. Est quoddã Elidis ꝓmontoriũ: in Boreã spectans: Arrboxus noĩe: ab Dyma ciuitate Achaica: stad. lx. distãs. Hoc Elei littoris initiũ ponimus. at scd'm hoc in occasũ ꝓgrediẽtibus Cyllene Eleoꝝ Emporiũ est: habens ad extantẽ hac etate ciuitatẽ: stad. c. & xx. ascensũ. Huius Cyllenes mentio ẽ apud Homerũ: ita dicentẽ. Epeorũ Boetioꝝ Cylleniũ ductorẽ. Non enim ab Arcadie mõte: Epeoꝝ ductorẽ ostendere debuit. Est. n. uicus non exiguus: Esculapiũ habens: Coloti opus. Aspectu sane mirandũ simulacrũ: ex ebore factum. Post Cyllenẽ Chelonatas ẽ promontoriũ: signũ tota ex Pelopõneso maxĩe in occasũ protensũ: cui exiles quedã adiacent Insule: in Caue Elidis: & Pise terminis. Vnde in Cephaleniã: e Cyllene nauigantibus stad sunt. lxxx. Illac Elisso: siue Elissa flumen labitur: in eis quos dixi: terminis. In medio uero Chelonate: ac Cyllene spatio: Peneus effunditꝰ & alter: quẽ Selleentẽ poeta nominat: e Pholoe elabitur. Sup his Ephyra oppidũ est. alteꝝ a Thesprotico: & Thessalico. & Corinthio. Ciuitas quarta: in uia: que Talassionẽ ducit: posita. Ipsa eadẽ ẽ Boeonoa. Nã Oenoan sic appellare cõsueuere: illi ꝓximã. Distat aũt ab Elide stad. c. xx. ex ea dicta uidetꝰ eẽ Tlepolemi mater: Herculis filii. Ibi. n. magis militãtis Herculis gesta floruere. Quã ex Ephyra duxit a flumĩe Selleẽte. Ad illas uero iã dictas nullis ꝓpinquus ẽ fluuius Selleis. Et de Megete: quẽ olĩ Phyleus ab Ephyra duxit: a flumĩe Selleẽte. A qua & loetalia sũt uenena. Ad Ephyrã nãq: ꝑfectũ inqt ulyxem: toxicũ mortiferũ queritantẽ. Et de Telemacho ꝓcatores: Siue ad Ephyrã terrã pinguẽ ꝓficisci uelit: ut iñ uenena feralia deferat. Nestor. n. in cõmemoratione belli cõtra Epeos gesti: Augei filiã Epeoꝝ regis: ueneficã introducit. Primus inqt solũ bellatorẽ iuasi: q Augei gener erat. Natu aũt maiorẽ filiã habebat. Cognita cui fuerant: quot nutrit terra uenena.

Est & Sicyoni ꝓpinquus Selleis fluuius. Et ei uicinus pagus Ephyra. Et in Agrea Etolie uicus Ephyra: A qua Ephyri dicti. Et ad Perrhebos in Macedonia: & Crannonii: & Thesprotici: & Cithyrei: ab antiqua Ephyra. Apollodorus instruit: quonam pacto poeta cognomẽta restringere soleat. Qualiter de Orchomeno: Arcadicũ qdem ouibus refertũ appellans. Boetiũ uero nõ Minyeũ: & Sandon Threiciam cõiungit. Inter Samũ: & Imbrũ: ut ab Ionica separet. Sic & Ephyram Thesproticã distrahit procul: adiciens uel fluuium Selleentẽ. Hec quidem Scepsii Demetrii dictis minime

consonant.a quo plurima transfert. Nam ille Seleentem in Thesprotis flumen esse
negat. Sed in Eleis ad Ephyrã:ut ãte diximus. Hoc uero quod inqt:cõsiderationis
indiget. Et de Oechalia:cũ dicat nõ unam esse:unam Euryti ciuitatẽ Oechaliã esse.
Manifestum igitur Thessalicam dici.de qua dicit.
Oechealiamq; tenent Euryti principis urbem.
Que igitur ea est: de qua commotum Thamyrin:Obuiæ arguto Muse destituere
canore. Nanq; ait:Oechalia ab Oechalesio Euryto uenientem. Quod si Thessalica
fuit:iterum non bene Scepsius Arcadiam quãpiam dicens:quam nunc Ardaniam uo/
cant. Sin uero iste bene:& Euryti ciuitas Arcadica dicta fuit: Eo modo nõ solum
una erat:cum unam ille asserat:Ceterum inter Menei:& Selleentis egressiones Pylos
ad Scollium montem colebatur. Hec uero non quidẽ Nestorea. sed altera quedam
Alpheo ꝑpinqua: Cuius nihil est cõmune ad illã:que Pamisso:siue Amatho adiacet.
Quidam uiolentius affirmant: Nestoris gloriam:& generis claritaem uendicantes.
Tres enim Pyli scriptis produntur in Peloponneso. Vnde & illud dicitur.
Est Pylos ante Pylum. Alia etiã Pylos est: & ab hac: & a Lepreatica in Triphy/
lia:& Pisea ora. Tertia Messenia ad Coryphasium. Omnes demõstrare nitunt̃:apud
se Pylon esse: que ab Ematho Emathoesa sit appellata. Et eam esse: que Nestoris
patria uocatur. Multi & scriptores:& poete Nestoreã esse aiunt:que ad usq; illorum
salua perdurat etatem. Aliqui uero studiosiores Homeri sectatores ipsius uersus imi/
tantes:Eam Nestoris Pylon esse asserũt:Cuius per oram Alpheus elabitur. Elabitur
autem per Piseam.& Triphyliam. Non nulli ex Elide caua:Et hanc sue Pylo:sibiq;
ꝑpinqua honorificẽtiam addidere. Insignesq; notas ostentãt:locũ uidelicet Geranũ.
Amnemq; Gerontem.& alium Gerenium. Deinde ab hisce cognominibus Nestorem
Gerenium appellatũ esse:suspicantur. Hoc idem & Messenii factitarũt.& sane pro/
babilius facere uidentur. Notiorem.n.esse aiunt Gerenasam sibi finitimam. Vrbemq;
aliquando incolarum frequentia egregie habitatã. Talia sunt que circa Elidẽ cauam
hac tempestate existunt. Poeta uero.iiii.in partes regionẽ hanc diuidens. Quattuor
autem duces memorans:obscurius edidit.
Buprasiiq; domos tenuere:ac Elidis alme
Et quantũ Hyrmine:Myrsinos:& ultima claudit
Oleniq; petre:simul intus Alision ambit.
Quattuor hi ducibus suberant. Et quenq; sequuntur
Veloces bisquinq; rates.comitantur Epei.
Cum enim ambos appellet Epeos:Buprasios uidelicet:& Eleos. Non etiã Eleos uocet
Busprasios: Quattuor in partes minime diuisisse:uidetur Eleam oram: Sed Epeorum
regionem.quã prius partiuit in duo. Neq; pars Elidis Buprasium:sed magis Epeorũ:
existeret. Quod enim Epeos Buprasios appellet:certum est: Sicut cum Regem Ama/
ryncem in Buprasio humauerũt Epei. Quandã uero Elidis plagam esse Buprasiũ:
& eodem habitari nomine nunc:manifestũ est: cum & hec Elidis pars existat. Rursus
in unum annumerant Buprasiũ: atq; Elidem:altam:diamq; uocitantes. Postea qua/
ternas in particulas diuidentes. ut cõmune iudicet̃: ipsas & Buprasio:& Elidi subditas
faciunt. Fuit aũt ut uidetur Buprasium locus Elidis frequentibus habitatũ inqlinis:
non sane ignobilis:qui deletus est. Loci tantum nunc uocabulum est: in uia:que ex
ea:que nũc extat Elide ciuitate Dymam uersus ducit. Penes Elidem autem Bupra/
sium:excellentia quadam floruisse: sicut et Epeos apud illos suspicari licet. Tempore
autem posteriore pro Epeis Elei uocitati sunt. Et Elidis portio Buprasium fuerat.

Et partem cum toto annumerare: poetica figura dicunt Homerum. Sicut illud. Per Græciam: Argosq: Phthiamq: Curetes dimicabant. & Etoli. & ex Dulichio Echinadibusq; sacris. Nam Dulichium una Echinadū est. Id quoq; iuniores usurpāt. Nam Hypponax: & Cyprus inquit panem edentibus: Amathusiisq; triticum: Quoniam Amathusii Cyprii sunt. Alcman quoq;: Cyprum deserens amabilem. & Paphum fluctibus illisam. & Eschylus: Cypri Paphiq; sortem habens omnē. Quod si nō Epeos dixit Buprasios: nec aliarum rerum multas dicemus. Verum hec demonstratio nō est: q non fuerit: sed tantum: quod non dixerit. Hecateus autem Milesius alios Eleos: & alios: Epeos esse perhibet. Herculi siquidem aduersus Augeam militanti: sotios expeditiones Epeos extitisse. Eosq; cum Hercule & Elin: & Augeam destruxisse. Traditq; Dymā: & Epeam: & Acheam esse. Multa quidē scriptores antiqui posteris prodidere: que in rerū natura minime fuerunt. Adeo ꝓpter fabulosum scribendi genus mēdatio fingendo fuerant educati. Quo euenit: ut eisdem de rebus inter se minime cōcordent. Nimirum a fide longe non est: Siquando Epæi cum Eleis controuersias egerint: cum alie nationis essent: Quin unum in corpus: unamq; potentiā coierint. & cōmuni quadam regnandi: & gubernandarū ciuitatum forma uterent̄. Cuncta: usq; Dymā: suo subiecerant imperio. Nam poeta nullam Dyme fecit mētionem. Haud absonum est: eo tempore Dymam Epeorum ditioni paruisse. Postea uero Ionibus: aut etiam neq; illis subditos extitisse. Sed Achiuis potius: qui agrum eoꝝ possidebant. Quattuor autem particularū: in quibus & Buprasium continetur: ipsa quidem Hyrmina: & ipsa Myrsinus Elee regionis est. Reliquas Pisæi iuris esse pleriq; censent. Vrbs quædam exilis fuit Hyrmina: cuius uestigia nunc non extant. Verum prope Cyllenam mons est in mare protensus: quem Horminam: uel Hyrminam appellant. Myrsinus uero hodie Myrtumnum nominatur: ad mare pertinens. Frequens habitatoribus uicus: in ea: que e Dyma Elidem ducit uia. ab Elide stad̄. l.xx. distans. Oleniā uero petram eam esse coniectura quadam assequuntur: quam modo Scollin aiunt. Nanq; & locorum: & nominū mutatione facta: coniecturas ꝓferri necesse est. Cum ille in multis non admodum plane describat. Est autem rupes saxosa: Dymæis: & Tritieis: Eleisq; communis: alteri Arcadico Lampee: sic enim montem uocant: contigua. Ab Elide centum ac.xxx. stad̄: absens. Tritia uero centum. Equales urbium Achiuarum. Alesium est: quod nunc Alesieum uocant. locus ad Amphidelidem proximus: in qua omnibus mensibus accole foꝝ congregant. Iacet autem in uia montana: qua ex Elide ad Olympiam commeatur. Prioribus autem seculis agri Pisei ciuitas fuit: alias alio modo uariatis locorum terminis propter Imperatorū permutationes. Ipsum autem Alesium: Alisii etiā colonam poeta uocat: cū inquit: In Buprasio fertili: & in Olenia petra incendimus equos. Et in Alesio: ubi colona uocata est. Transpositiue enim accipiendum est: perinde: ac dicatur: & ubi Alesii colona uocata est. Quidam Alesium flumen esse ostendunt. Ceterum cum in Triphylia quidam Caucones nominentur: Messeniam in terrram prospectantes: Cumq; Dyma: Cauconia a plerisq; nuncupet̄: Et in agro Dymeo inter Dymam: & Tritiam fluat amnis: quem Caucone feminino uocitent genere. De Cauconibus multi querunt: nūquid duplices dicantur. Quidam ad Triphyliam: quidam ad Dymam: & Elin: & ad Cauconem esse. Hic autem in alteꝝ irrumpit: qui Teutheas genere masculino uocat̄. Cuius appellationis exigua quedā urbs: inter Dyme uicinas habitatur: Nisi qđ hæc adēpta littera: S: ultima producta syllaba: feminine pronūtiant̄. in qua edes sacra nemidis Diane colit̄. Verū Teutheas: Acheloum penes Dymam fluentem intrat. Quo nomine & Achelous per Acarnaniā

labens & Epirum nominat. Ceterū cum Hesiodus dicat.
Oleniamq; petram coluit: prope fluminis altas
Et Latas Peri ripas: Multi Porū littera permutata dicunt: Et quidem corrupte: de Cauconibus quæri dicit. Nam in Odyssea Pallas Mentoris sumens effigiem: sic Nestorem alloquitur.
Crastina cum nobis aurora retexerit orbem:
Magnanimos adeam Caucones. Ibi mihi grande
Debetur dudum argentū. quando aduenit hospes
Edes iste tuas: hunc curru mitte parato.
Adde etiam natum comitem. Quo in sermone significari uidetur locus aliqs inter Epeos: quem Caucones inhabitent: non illi quidem qui in Triphylia: Sed qui usq; Dymam forte latius porriguntur. Haud enim omittendum est: Vnde Dymam Cauconiam dici contigit. Et unde fluuius appellatus est Caucon: Cum & ipsi Caucones: qui nam existant: questionem afferant. Ad quos Pallas ipsa: ad exigendum argenti debitū: ituram sese dicit. Nam nisi eos dici accipiamus: q ad Lepriū in Triphylia sunt: quo pacto ꝓbabilis sit sermo: ꝓrsus ignoro. Quocirca nōnulli scribunt:
Magnanimos adeo Caucones: in Elide. Grande
Debetur dudum argentum. Quod clariorem habebit noticiam. Quādoquidem Piseam regionem: atq; Triphyliā: ordine sitam: lustrauerimus: usq; ad fines Messenios. Post Chelonatam Piseum littus adest: ingens sane in promontoriū Pheam nomine. Fuit & oppidulū Pheas: ad fluenta Iardani. Finitimus. n. ē: & amniculus. Sunt qui Pisei agri principium esse Pheam dicant. Contra quam & Insula pusilla iaceat. & portus. unde ad Olympiā propiore a mari spatio stad̄ sunt centū &. xx. Aliud mox promōtorium longe prominens in occidentem: sicut & Chelonatas: ab illo ad Cephalleniam. c. &. xx. stad̄ intersunt. Dehinc erumpit Alpheus ab Chelonata distans stad̄. cc. lxxx. Ab Arrhaxo autem. d. xlv. ex eisdem locis: quibus et Eurotas effluens. Vicus ipse ex agro Megalopolitano: Asia uocatur. duos uicinos inter se habens fontes. E quibus dicti effluunt amnes. Hi cum aliquot excurrerint stad̄: absorpti a terra: rursus emergunt. Inde unus Laconicam: alter Piseam: perducitur in oram. Eurotas quidem per Blemmatidē primo exoriens: preter Spartā labitur. et longam per uallem discurrens: paludem efficit: Cuius poeta meminit. Demū inter Gythium Spartes Emporium & Acree: mare ingreditur. At Alpheus assumpto Celadonte: & Erymantho: & aliis ignobilibus fluuiis: per Phrixeum: ac Piseum: Triphylium delatus agrum: preter ipsam Olympiam: in Siculum excurrit pelagus: inter Pheam & Pitanem. Ad eius uero Ostium Dianæ Alpheonie lucus est. ab Olympia stad̄. lxxx. distans. Huic dee in Olympia annuus conuentus celebratur: sicut & Elaphiæ: ac Daphniæ: id est Ceruarie: atq; Lauree. Tota regio templorum: Diane: Veneri ac Nymphis dicatorum: plenissima est. Adsunt & luci: & florida uirecta: propter abundantes aquarum fontis. Frequentes intereundum Mercurii ædes occurrunt. Littora uero: Neptunnia sacella passim ostentant: In Alpheonie Diane templo Cleanthis: & Aregontis: picture uisuntur: hominū Corinthiorū: Alterius quidem Troie captiuitas: & Minerue natalia. Alterius est Diane in cunis deportatio. opera laude plurima celebrata. Inde mons est Triphylie Macistiā a Piseo separans agro. Postea flumen aliud Chalcis nomine. & Crunoe fons: & pagus Chalcis. Post quæ Samicum est. Vbi sacellum est Neptunnii: maxima ueneratione cultum. Subest & lucus oleastro plenus. Eius curā gerebāt Macistii:

qui & inducias annunciabant. quas Ecechirian Samii uocitant. Et quidem sacello cuncti tributa conferunt Triphylii. Secundū hec sacella Pylus mari superincūbit. Triphyliaca. & Lepreatica. quam Ematboenta poeta uocat. & Nestoris patriam asserit: Sicut ex Homeri uersibus suspicari quis potest: ab amne qui ad Aquilonem iuxta labitur: quem Amathum appellabant antea. Hodie uero Mamaum. Arcadicūq; nominant. ut hinc Emathoenta uocabulū assumpserit. Siue & hic Pamisus dicatur: eadem appellatione: qua duo alii in Messenia. Vrbis autem nominis ratio: & etymologia: incerta est. Nam Amathodem: id est arenosum esse: uel fluuium: uel locum: mendacio dicitur. Palladis templum Scillutie ad Scilluntē: inter illustria numeratur: non lōge ab Olympia: penes Pelonem. Ad oriente uersus prope Pylū mons est cognomine Minthes: nobilis. Quam Plutonis pelicem extitisse tradunt fabule. Eam cum Proserpina dolo circunuenisset: in Hortensem mentam transformasse. quam pleriq; Hedyosmon uocant. Itaq; iuxta montem Plutonis templū est: frequenter a Macistus adoratum. Super campum Pyliacum lucus est Cereris: egregia fertilitate conspicuus. Qui uero mari adiungitur: ad illud porrigitur interuallū: quod inter Samicum: & amnem Nedan est. qui quidem sabulosus & tenuis efficitur mari proximus. Vt dubitare ex hoc debeat nemo Emathoentem id est sabulosam appellari Pylum. Finitima Pylo ad Aquilonem exilia fuere castella duo. Triphylica Epana: atq; Tiphana. E quibus unū elidis adiudicatū est accolis. Alterum pro more mansit. Duo quoq; prope fluunt amnes: Dalion: & Acheron: Alpheum intrantes. Acheronti propter inferni proprietatē inditum est uocabulū. Quoniam ea in ora Cereris & Proserpine: ac Plutonis templa magno in honore sunt: fortasse propter loci controuersias uti Scepsius inquit Demetrius. Nam cum egregios edat fructus: rubiginē frugibus: ac mucum: ac tribulos pducit Triphylia. Quapropter pro magna regionis fertilitate: & frequentes gigni sterilitates euenit. Ad Austrum autem Pylus habet: Lepreum. Fuit & hec maritima ciuitas in stadiis quadraginta. Inter Lepreum & Amnium Neptunni Samii Sacellum est stad. c. utrinq; distans. Hoc illud est Phanum: in quo Poeta dixit: Telemachum Pylios offendisse: dum sacrifitio darent operam.

Deuenere Pylum Nelei turribus altam.
Hic maris ad ripam sollemnia sacra ferebant.
Mactabantq; nigros Neptunno ad littora Tauros.

Ipsi Poete & que non sunt: fingere suppetit. uerum cum potest. & iis que sunt: salua narratione uersus adaptat. Alioquin abstinere sese magis attinebat. Agrum felicem Tegeate possidebāt: quibus uicini fuerant Cyparissii. Horum uero amborū regio Cauconibus subdita erat. Simul & Macistorū ager. quem nonnulli Platanistuntē uocant. Eodem nomine ager & oppidum. In terra autem Leprea monumentum Cauconis extare ferunt. siue uetusti cuiusdam conditoris: siue alterius de gente nominati. Plurima quidem de Cauconibus memorantur. Nam & Arcadica uulgatur natio: sicut & Pelasgica. & alioquin errabunda: sicut & illa. Scribit enim poeta: & Troianis auxiliares sotios aduenisse. Vnde uero: nihil sane prodidit. Reor autem e Paphlagonia. Illic enim quidam Cauconii nominantur: Mariandynis finitimi: cum et ipsi Paphlagones existant. De illis erit a nobis memoria facienda: cum eum ad locum descriptio ipsa consistet. Nunc autem de Cauconibus scribendum etiam hoc est: qui Triphyliam habitant. Quidam enim totum Elidis tractum a Messenia usq; Dymam appellauere Cauconiam. Antimachus quidem & Epeos: & Caucones

uniuersos appellat. Aliqui uero nequaquam eos cuncta tenuisse asserunt. Verum bifariam diuisos habitasse. Alios quidem ad Messeniam terram: prope Triphyliam: Alios iuxta Dymam ad tractum Buprasium. Elinque curuam. Aristoteles uero maxime eos hoc in loco sitos agnouit. Itaque dictis ab Homero magis extrema concordat sententia. Et questio ipsa prior solutionem accipit. Nestor enim Triphyliacam incolit Pylum. Hec autem sunt ad Austrum: Orientemque spectantia: ad Messenium tractum: Laconicumque pertinentia: que illius iuris sunt. Tenent uero Caucones. Adeo ut e Pylo Lacedemonem petentibus: per Caucones iter facere necesse sit. Samii uero Neptuni sacellum: & uicinus illi portus: quem subiit Telemachus: ad occasum uergit: & Arcton. quod si hac in ora duntaxat Caucones habitant: Quonam modo Poetæ saluus est sermo? In Odyssea nanque Nestori Minerua mandat: ut Telemachum una cum filio Lacedemonem mittat in curru: ad partes que in orientem spectant. Ipsa uero naui sese ituram in occasum & in naui pernoctaturam. Et deinde redituram. Et aurora lucescente ad magnanimos Caucones cursum habituram: ad debitum sibi argentum redimendum. Rursum uero uenturam. Quisnam igitur modus iste? Licebat enim sic Nestori ad eam uerba facere: Caucones penes me sunt: & intereundum Lacedemona. Eam ob rem cur comes Telemacho esse abnuis? Sed retro uiam flectis? Erat etiam proprium ad exactionem debiti: & quidem ingentis ituro: presertim ad mortales Nestoris ditioni subditos: aliquid ab illo opis implorare: siquid ingratum: ut mos est: illi de pactis referretur. Quod minime peractum est. Si ergo hac in parte tantum Caucones habitarent: absurda hec omnia prouenissent. Verum cum diuisi quidam ad Dyme: adque Elidis loca sint: illuc suum tenere cursum Minerua diceret. Et nec ipsa nauis ingressio: nec comitatus abruptio: aliquid in uiam contrarium demonstrans haberet. Pariter etiam nata de Pylo dubitatio conueniens assequeretur iuditium: cum paulo ulterius in loci descriptione usque Pylum Messeniam progrederetur. Nonnulli etiam paronate dicebantur in Triphylia esse: montana: circa Lepreum tenentes: & Macistum: ad mare usque peruenientia: iuxta Neptunni Samiacum Sacellum. Sub his duo sunt ad littus antra. Vnum Nympharum Anigriadum. In altero monstrantur facta de Atlantidibus. & Dardani procreatione. Hic etiam sunt Alpes Ionia: & Eurychidia. Samicum igitur arcis munimen est: quæ prius Samos appellabatur ciuitas: propter altitudinem: Cum Samos cacumina uocitarent. Forte et hæc urbis Arenes fuerat arx: cuius in nauium catalago recordationem Poeta fecit.

Hi coluere Pylon: & amandi collis Arenam.

Nusquam enim aperte reperientes: hac in parte maxime Arenam sitam esse: coiectura assequunt: ubi adiacens Aniger amnis: qui antea Minyeus appellabatur: non paruum dat documentum. Poeta enim inquit.

Est fluuius: pelagi Minyeus rumpit in undas.

Arenam penes. Apud Antrum enim fons Nympharum Anigriadum extat: ex quo suppositum prope solum: & palustre: & exhalationes fundens: efficitur. Excipit autem plurimam aquarum partem Aniger: profundus quidem. seseque adeo supinans: ut stagnet. Locus autem cum Arenosus sit: e stad. xx. profundum littus exhibet. Pisces que aduescendum ineptos efficit. Quidam e fabula causam enarrant: Cum Centauri quidam Saucii hoc in loco: e uulneribus Hydre uirus eluissent. Alii tradunt Melampodem: ut Pretidas purgaret ab insania: his expiationis aquis usum esse. Ex his irrigatio maculas albas: & impetigines sanat. Qua ex causa Alpheum

cum Alphos: id est maculas curet: nomen sortitum esse: litteris proditum est. Postq̃ igitur Antri resupinatio: & maris refractiones manendi magis: q̃m effluendi: cau/sam: aquis tribuerunt: Minyæum annis prioribus nominatum fuisse perhibent. Postea quosdam uocabulum peruertisse: & pro Minyæo Minterium usurpasse. Habet autem ueritas: & etymologia causas alias: ut Minyæ cum Nestoris matre Chloride: ex Orchomeno Minyeo uenerit. Qui ex Argonautis ꝓcreati: e Lemno expulsi Lacedemonem confugerunt. Ex ea deinde sese in Triphyliam recipientes: circa Arenam oppidum: domicilia construxerunt: ea in ora: quam nunc Hypesiã dicunt. que tunc nulla Minyarum tecta: edificia ue continebat. Eorum nonnulli duce Thera Autesionis filio: hic autem e Polynice prognatus est: nauigantes ad Insulam inter Cyrenæas: Cretamq; sitam peruenere. Eam prius Callistam idest pulcherrimam: posterius autem Theram uocauere. teste Callimacho. Ibi Cyrenes Metropolin edificarunt. Theramq; nominauere. Et insulam eodem quo ciuitatẽ nomine insignitam reddiderunt. Inter Anigrum: & montem: ex quo Iardanus effluit: pratum ostenditur. & insigne sepulchrum. & Achee petre: eius montes rupes abscissæ. Super quibus Samos: ut diximus: ciuitas condita est. De qua nauigandi scriptores non admodum posteritati memoriam reliquerunt. Forte uel quia iam dudum diuulsa est: uel quia in obscuro sita sit. Posidium: siue Neptunnium lucus est: sicuti diximus: ad mare positum. cui excelsum cacumen incumbit: ante Samicũ. sic enim modo uocatur ubi Samos erat. adeo ut e mari conspici nequiret. Ibidem campus est Samicus nominatus. Ex quo maior fieri coniectura potest: aliquando Samum urbem extitisse. Est & Rhadina: in qua Stesichorus poema scripsisse ui/detur: cuius initium est: Age canora Musa cantum incipe: laudesq; de filiis Samiis: resonanti amabiliter Lyra. hinc filios appellat. Rhadina enim Corinthi dedita Tyranno dicitur: e Samo flante Zephyro nauigasse. non quidẽ ex Ionica Samo. Eius autem fratrem Architheorum: eodem uento delatum: Delphos aduentasse. Ipsius etiam Rhadine patruelem Erontem ad eam curru prouectum esse Corin/thum. Tunc Tyrannus cum utrũq; mactasset: cadauera curru exportanda curat. Inde poenitentia ductus reuocatos sepulturæ mandat. Ab hac Pylo: et Lepreo: ad Messeniam Pylum: & Coryphasium arces incumbentes pelago. cccc. stad̃ inter/uallum est. & ad Insulam Sphagiam illis adiacentem: ab Alphæo stad̃. dcc. l. A Chelonata mille ac. xxx. In medio est Macisti Herculis sacellũ. & amnis Acidon: qui preter Iardani sepulchrum labitur: atq; urbem Chaan: que quondam Lepreo uicina extiterat. Vbi Ephasius campus iacet. Huius Chae causa bellum inter Ar/cades & Pylios conflatum pleriq; aiunt. Cuius mentionem fecit Homerus. & scri/bendum sic esse censet. Ea utinam etate pubescerem: qua aggregati Pylii & Arcades prelium conseruere: precipitem ad Celadontem: penes Chae moenia. Nec scribendũ est Phee: nec Celadontem. Hunc enim sepulchro proximum allabi Iardani. Et uiciniorem hunc Arcadibus locum esse. q̃ illum. Ad mare Triphyliacũ Cyparissina est: & Pyrgi id est turres. & fluuius Acidon. Nedia flumen: nunc quidem Triphy/lie: & Messenie terminus: impetu e Lycæo Arcadie monte delatum: e fonte: quem Rhea: cum Iouem esset enixa: rupisse fertur in fabulis: ut unde lauaret: haberet. Preterfluit autem Phygaliam: ubi Phyrgete gens Triphyliorum extrema: Cypa/rissiis Messeniorum primis confines sunt. Priscis uero temporibus alii erant termini: ut aliqui trans Nediam subiecti Nestoris essent. & Cyparissentem: & alia ulterius. uti mare Pylium Poeta procedit: usq; ad urbes. vii. quas Achilli spondet Agamẽnon

Cuncte uero prope mare Amathoentis Phyli habitantur. Hoc est iuxta mare Pylium. Post Cyparissentem ad Messeniam Pylum: propter Coryphasium nauigandi Erena occurrit: quam nonnulli Arenam priusuocari: eodem quo Pyliaca nomine: falso arbitrant̃. Est et Platamodes a qua ad Coryphasium: & Pylum: sic enim modo uocant stad̃.c.sunt. Est & Cenerium. & in eo quoddam oppidulum eodem uocabulo dictum. Nec uero tantopere prisca indagāda sunt. At uero satis esset: quonam modo hac tempestate singula sese habent proferre: nisi nobis abinde unte puericia fama quedam de hisce tradita foret. Cūq; alii alia memorent: indicare necesse est. Ceterum ii quorum illustriora sunt nomina: quiq; antiquitate ꝑcellunt: plurimum sibi fidei uendicant: cum in experiundo primarii sint. Cumq; Homerus in hoc genere uniuersos antecellat: quecūq; ab eo dicta sint: simul discutiēda sunt. & ad presentia concurrere oportet: sicuti & paulo antea dicebamus. Que igitur ab Homero de Caua Elide: atq; Buprasio tradūtur: prius a nobis examinata fuere. De illa uero que Nestoris subdebatur imperio hunc profert in modum.

Qui coluere Pylum. & amoene moenia Arene.
Inde uadum Alphei Thryon: altis turribus Epy.
Et Cyparissentē: simul Amphigenean habebant.
Ac Helos: & Pteleon. tum Dorion. ast ibi muse
Threicio inciderant Thamyri. resonoq; canore
Priuauere uirum: Oechalia cum forte profectum.
Regis ab Eurythi regno: Oechaliaq; creati.

Hec igit̃ Pylos: de qua inquisitio fit: De ipsa uero mox ꝑscrutabimur. De Arena diximus. Quam uero nunc uocat Thryon: alibi Thryoessam appellat.

Vrbs Thryoessa manet montis sublime cacumen.

Eminus Alphæo. Alphæi uero uadum idcirco dicit: quoniam eo in loco pediti transitu facilis esse uideatur. Hodie uero Epitalium Masticie locus uocatur. Cum autem dicat: Altis turribus Epy: Querunt aliqui utrum utrius adiectiuum sit. Et quenam urbs. Nūquid que Margale: Amphipolie terre hoc tempore nominantur. He quidem nullum natura munimen habent. Alterum in Masticia cōmōstratur: naturale munimē habens. Hoc quidem intelligens: urbis nomen: Epy: hoc est sublime dixit. ex eo: quod illi situ naturali obuenerat. Sicut Helos: id est paludem. et Egialum hoc est littus. aliaq; permulta. Margalan id est rubicundam forte per oppositum. Thryon: & Thryoessam Epitalium aiunt appellatam: quia tota ea regio Thryo: id est iuncis aut uluis: passim referta est. Flumina presertim: amplius hoc ipsum apparet: ad loca fluminis uadosa. Vnde & forsan Thryon: transitū uadumq; dici aiunt. Epy uero altis munitum turribus Epitaliū inquit. Natura enim ualidum est oppidum. In alijs nanq; Epeam Colonam: id est sublime cacumen: ait.

Vrbs Thryoessa manet. montis sublime cacumen.
Eminus Alpheo. postrema Pyli Amathoentis.

Cyparisseis est circa pristinam Macistiam: que deserta est: sicut & Macistum. Alia ē Messeniaca Cyparissia. Eiusdē similiter nominis: ut illa dicit̃ Cyparissia numero singulari. genere muliebri. Amnis uero Cyparisseis dicitur. Et Amphigenea Macistie censetur circū Hypsoentem: ubi Latone templum est. Pteleum uero ab iis: qui e Thessalico Pteleo habitaturi uenerunt: edificatum est. Ibi enim dicitur.

Atq; Antrona salo propius: Pteleumq; uirescens.

Et enim nemorosum est. ac minus habitabile: quod Pheleasimum uocitant. Helos

sunt qui oram quandam penes Alpheum esse dicant. Alii urbem: uti Laconicam. Sicut dicitur Helos maritimum oppidulum. Quidam circa Helos Alorium: siue paludem: ubi Diane Elææ templum situm est: Arcadie subiectum. Nam Arcades eius sacerdotium gerebant. Dorium: quidam montem: quidam campum esse scribunt. Cuius hoc tempore pars nulla monstratur. Aliqui tamen Olurin nunc: seu Oluram in Messenia ualle iacentem: Doriũ uocat. Illic prope Oechalia Euryti est: que nunc Andania dicitur. Vrbs Arcadiæ tenuis. Cuius nominis est altera in Thessalia. Altera etiam in Euboea. Ex hac proficiscentem Thracem Thamirin ad Dorium a Musis: Musica fuisse spoliatum poeta cõmemorat. Ex his patet: ut Nestori subiecta plaga ex utraq; Alphei ripa iaceat: Quam Pyliorum omnem terram nominant. Ceterum Alpheus nulla in parte neq; Messeniam: neq; curuam attingit Elin. Qua in ora Nestoris est patria: quam Triphyliacam Pylum appellamus. & Arcadicam. & Lepreaticam. Et enim cetere Pyli mari uicine ostenduntur. Hæc autem amplius stad. xxx. supra mare distat. Quod & Homeri uersus indicant. Nuncius enim ad Telemachi comites mittitur ad nauẽ: qui eos inuitet ad hospitiũ. Cũ Telemachus in reditu e Sparta ad urbẽ currũ agitare non sinit. Sed flectentẽ ad nauigium accelerare. Tanq̃ nõ eadem ad ciuitatem: & ad portũ uia sit. Quãdo retro facienda Telemachi nauigatio: hoc modo proprie dicitur.

Prelapsis Crunos: & pulchras Chalcidis undas
Occiderat Phoebus. terrasq; inuoluerat umbra.
Cymba Pheas adiit: Iouis aspirantibus Euris.
Elida dehinc diã. Late hic dominantur Epei.

Huc usq; sane in Septentrionem tenditur nauigatio. Hinc ad ortum flectitur cursus. Rectum autem iter omittit nauis: & quod initio ceperat. & quod Ithacam ducat. Quoniam Proci pelagus inter Ithacam: & Samum iacens: insidiantes occupant. Hinc rursus insulis sese immisit Thois. Thoas autem acutas dixit. He aũt insule sunt Echinades. Primis Corinthiaci sinus partibus simul & Acheloi proruptionibus proxime. Flectens uero cursum ab Ithaca: ut ad Austrum consisteret: denuo ad suũ sese iter cõuertit: in Acarnanie: & Ithace medio. & per alteram insule partem reducitur. Non autem per medium Cephalleniacum fretum: quod Proci per insidias seruabant. Siquis igitur Eleam Pylum Nestori subiectam existimet: Non sane proprie diceretur: Nauem preter Crunos hinc: atq; Chalcidem: usq; ad solis occasum deferri. Dehinc noctu Pheas adiisse. & tunc preter Elæam oram cucurrisse. Hec nanq; Elidis loca in Austrum sunt spectantia. Prime quidem Pheæ. Postea Chalcis. Dehinc Cruni. Deinde Pylos Triphyliaca & Samicum. Ex Pylo igitur Elidis in Austrum nauiganti: hic maritimus cursus esset. In Septentrionem autem nauiganti: ubi est Ithaca: omnia hec post relinquũtur. Hec uero Elea plaga preternauiganda erat: & quidem ante solis occasum. Is autem post occasum inquit. Atqui iterum siquis Messeniacam: & Coryphasiam Pylum initium nauigationis a Nestore capiende ponat: maius esset interuallum. temporisq; longioris. Ipsũ autẽ ad Pylum Triphyliacam: & Samicum Neptunni templum: stad. cccc. est. Nauigatio quoq; prope Crunos: & Chalcidem & Pheam circunducitur: que ignobilium fluuiorũ sunt uocabula. immo sane riuulorum. Sed penes Nedam primum. Deinde Cydonem. Dehinc Alphæum: & regiones inter hos positas. Postremo si & illorum facienda sit mentio: Et enim preter illos nauigatio agenda erat. Atqui Nestoris enarratio: q̃ ad Patroclum de bello Pyliorum aduersus Eleos digerit. magno nobis

est documento: de ris quae explanare aggressi sumus: siquis uersus ipsos diligenter animaduertat: in quibus ait: Cum Hercules Pyliam popularetur oram & iuuentus uniuersa defecisset: e filiis duodecim: quos Neleus tunc habebat: solum Nestorem fuisse superstitem: adolescentulum admodum. Quocirca Epeos Neleum senio et orbitate obsitum flocci facientes superbe contumeliosesq; Pylios conculcasse. Cōtra illos igitur Nestorem: suis quoscunq; potuit adunatis: Eleum inuasisse agrum. et multam inde praedam abegisse. Quinquaginta boum armenta. Totidem ouium. Totidem suum. Totidem caprarum greges. Equas pilo flauo. c. & .l. equinis fere cunctas pullis sectantibus. Plurima inquit eadem nocte intra Pylum Neleiamq; urbem impulimus. ut cum die quidem incursionem populationemq; fecerit. Et ferentes contra se subsidium fuderit. fugaritq;. Quo in tēpore Itymoneū trucidarit. noctu reuerterit. Ita ut nocturnus ad urbem accesserit. Ipsis autem circa distributionem: & sacrificium occupatis: Epei tertio post die peditum & equitum multitudinem congregantes: exercitū contra ductarunt. Ac Thryon super Alpheo situm circūlocatis castris obsederunt. Quod ubi statim intellexere Pylii: ad ferendam opē concitati sunt. Atq; circa Minyeum flumē: penes Arenam urbem: nocte acta: inde mouerunt. & ad Alpheum meridiani peruenerunt. Dehinc diis immolantes iuxta flumen noctem ipsam transegere. Ilicoq; erumpente aurora prelium conseruere. Edita uero splendide hostium fuga: non ante sectantes: occidentesq; cessauere: q̄m Buprasium: Petramq; Oleniam: & Alesium peruentum est: ubi colonam uocant. Quo ex loco Pallas populum retrouertit. Et Achei e Buprasio Pylū celeres equos agitarunt. Ex his igitur: quonam modo aut Eleam: aut Messeniam dici quis q̄m Pylum existimet? Eleam quidem: que cum popularetur: simul & Epeorum terra ab Hercule populabatur. Hec autem Elea est. Quo etiam pacto mutuas inter se populationes passi: & finitimi talem superbiam: & talem contumeliam capessere debuerant contra illos: qui pari affecti fuerant iniuria? Qualiter aūt in oram ꝓpriā incursatione facta predas agerent? Qualiter tandē eosdem simul populos Augeas & Neleus regno cōtinerent: cum mutuas inter se inimicicias exercerent? Si grande Nelio debitum in Elide clara debebatur: quattuor uictores equi: palmam referre soliti: ipsis cum curribus: qui de Tripode cursum agitaturi erant. Hos ipsos subinde Rex hominum Augeas retinuit: agitatore dimisso. Quod si hoc in loco Neleus habitabat: & eo in loco Nestoris sedes erat: qua ratione Eleorum & Buprasiorum quattuor ductores erant? & ductorem quenq; sequuntur: Veloces bisquinq; rates. comitātur Epei. Regio aūt. iiii. in partes diuisa erat. Quarꝫ in nulla Nestor erat. Qui coluere Pylon & amoene moenia Arene. & reliqua usq; Messenā. Epei uero aduersus Pylios erumpentes: quo modo ad Alphaeum incitantur: atq; Thryon? Aut quomodo ibi commisso praelio in fugam uersi ad Buprasium sese recipiunt? Rursus si Hercules Messeniam populatus est Pylon: quo modo tanto disiuncti spatio in eos contumelias inferebant? & multa inter se cōuenta: pactaq; seruabāt. Et quod amplius est: abnegatis debitis: bellum contraxerunt. Quem autē in modū Nestor agrum incursans: & tantam Suum: pecudumq; pre se agens praedam: E quibus nulla: nec celeriter ire: nec longam facere uiam: ualet. Plus stad': mille iter absoluit: ad Pylon Coryphasio proximam? Illi autem tertio die ad Thryoessam: & Alpheum amnem perueniunt: oppidum ipsum obsessuri. Haec autem loca qua ratione ipsis Messenie principibus attineant: continentibus: & habentibus Cauconibus: & Triphyliis: & Pysanis. Sed ipsa Gerena: siue Gereniam: utroq; enim modo

dicitur: quidam nominauere. Sic locum forsitan deinde strta quidam nuncuparũt. Fortuito quoq; ita nominari ualuit. Vniuersa uero Messenia Melenai regno suberat. cui & Laconica: sicuti posterius patebit: Cum Pamisus per banc effluat: & Medon. Alpheus uero nullo pacto: qui tellurem Pyliam percurrit. Cui Nestor imperitabat. Cui probabilis sermo ille fuerit: q̃d itrum alienum educit in regnũ. Et annumeratas illi ciuitates adimit. Cunctaq; sue subiecta ditioni facit.

Restat de Olympia dicere. & de traductis ad Eleorum subiugationem rebus omnibus. Est in agro Pisano templum ab Elide stad: minus treceñtis absens. Ante illud uero lucus agresti uestitus olea surgit: in quo stadium iacet. Alphæus autem alluit ex Arcadia labens. & Triphyliacum intrans mare: inter occasum ac meridiẽ. Initio quidẽ ex Olympii Iouis oraculo ingentẽ sibi claritatem uendicauit. Eoq; deficiẽte nihilo minus templi fama remansit. Et quantum ipsi nouimus: adaucta est: & celebritatis gratia: & ludorum Olympicorum causa: quos sacros & corona illustres: aliorum omnium maximos arbitrantur. Magno illi ornamento fuere: tot oblata ex uniuersa Grecia munera. Precipuum extitit: solidum ex auro Iouis simulacrũ: a Cypselo Corinthiorũ Tyranno: donatum. Ingentior his omnibus Iouis statua fuit: quam Phidias Carmini Athemensis filius fabrefecit ex ebore. Opus magnitudine tanta: ut cum edes sacra sit amplissima: artifex ipse non recte symmetriam aut proportionem uidetur annotasse: sedentem effingens: tectum fere uertice pertingentem. Vnde aperte demonstratur: ut si erectus exurgat: tectum templi deiciendũ fuisset. Statue mensuram inscripsere quidam. E quibus Callimachus quodã carmine Iambico extulit. Multum Phidie attulit adiumẽtum Pandenus: e sorore illius nepos. Operisq; suscipiendi sotius: Cum ad statuam coloribus adornandam: Tum uero ad amictum. Picture quoq; plurime mirabilesq; demonstrant̃ in tẽplo: illius opera. Vnum de Phidia memorie proditum est: ab eo Pandeno responsum. Qui cum Phidiam interrogaret. Quod nã ad exemplar Iouis statuam facturus esset? Ad Homeri respondit imaginem. Quã hisce uersibus explicauit.

Atq; supercilus Saturnius annuit atris.
Ambrosie fluxere come de uertice Regis
Aeterni. Ast nutu magnũ concussit olympum.

Pulchre nimis dixisse: uisus est: cum alijs ex partibus: Tum uero ex superciliis. Quoniã poeta mentem: cogitationemq; prouocat: ut summam quandam formam & magnam: Ac Ioue dignam potentiam denuo pingat. Sicut in Iunone. Ipsum pariter in utroq; decorum obseruans. Inquit enim.

Sederat in solio. longumq; reuoluit olympum.

In illa uero euenit: ut tota cõmoueretur: Cum tantum annuente Ioue supercilius occurreret. Et aliquid simul patiente coma: lepide: aperteq; nimirum dictum est: Qui deorum imagines uel solus uidet. uel solus ostendit. Digni uero profecto sunt Elei: quibus magnificẽtie & honoris in Olympie templũ causa tribuat̃. Troianis.n. temporibus: & adhuc antiquioribus: nulla felicitatis parte florebãt. A Pylis primũ: Deinde ab Hercule in ima depressi. Cum Augeas Rex illorum in perniciẽ tractus est. Cuius quidem rei signum est: quoniam illi quidem ad Troiam misere naues. xl. At Pylii: & Nestor. lxxxx. Posterius autem post Heraclidarum reductionem: contra obuenit. Aetoli enim simul cum Heraclidis: cũ Oxylo redeuntes: & cũ Epeis cohabitantes: cognationis uetustate Curuã Elin ad dignitatis ãplitudinẽ extulere. Et Pisanos magna agri parte multauere. Et Olympia illorum iuri subdita fuit.

Et Agonem ipsum Olympicum ab illis excogitatum atq; inuentum fuisse cōstat. Et Olympiades primas: ut illi pariter celebrabant. Antiqua enim illa omittenda sunt: & de templi ædificatione. Et de ludorum institutione. Cum nonnulli asse/rant: Herculem: unum ex Idæis Dactylis: earum rerum autorem extitisse. Alii Herculem: Iouis & Alcmene filium. Quem etiam primum ibi desertasse: & palmam comparasse: tradunt. Hæc enim cum multifariam uulgentur: non multum fidei consequuntur. At propius uero est: quod ab Olympiade prima: in qua Coroebus Eleus in cursu uictoriam adeptus est: usq; ad. vi. &. xx. & ipsius templi: & ludorū prefecturam Elei obtinebāt. Troianis uero temporibus: Agonis illius: uel corona: uel gloria: nulla erat. Ex iis autem: qui nunc illustres habentur: nec iste: nec alius ullus fuerat. Quorum memoriam nullam facit Homerus nisi funebriū aliquorū. Tametsi quidam arbitrentur illum Olympici meminisse: Cum Augeā inquit quat/tuor equos intercepisse in certamine primos: qui ad ludorum premia uenerant. Referuntq; ideo Pisanos Troiani belli participes minime fuisse: quia Ioui conse/crati censerent. Nec uero Pisea tellus Augee regno subiecta fuit: in qua Olympia est. Sed Elea solum. Nec in Elea Olympicorum ludorum certamen agebatur. Ne semel quidem. Sed in Olympia semper. Ille etiam Agon: qui nunc proponitꝰ: in Elide factus apparet. In qua debitum illud debebatur. Nam debitum erat in Elide dia: ut poeta testatur. Quattuor uictores equi. Et iste quidem nō erat co/rona insignitus. Nam cursus super Tripodis premio futurus erat. Ille autem post sextam: &. xx. fuit Olympiadē. Pisani igitur recuperata suorū possessione: Agonē ipsi conficiebant. cum tanta celebratum gloria intuerentur. Aliquot post tēporibus: Pisea rursus plaga in Eleorum iura cōcedente: Denuo ad eosdem cōcessit Agonis: & ludorum institutio. Lacedemonii quoq; ad id suam operam contulerunt: Post: ultimam Messeniorum destructionem: contra quos ipsi socia arma coniunxerant. Quo in tempore Nestoris nepotes & Arcades pro Messeniis bellum susceperant. Adeoq; sociā illis nauarunt operam: ut oram uniuersam usq; Messenios fines Eleā appellari cōtigerit. Que & in hoc usq; tempus perdurat. Pisanorum autem & Tri/phyliorum & Cauconum: ne nomen quidem esse reliquum. Ipsamq; Pylon Ama/thoenta ad Lepreum: cultoribus implerunt. ut morem gererent: & ipsis Lepreatis bello uictoribus gratificarentur. Aliosq; complures pagos distraxerunt: quos per se ac marte suo res suas gerere uolentes aspicerent. A quibus & tributa exegerunt. Tractus autem ipse Pisæ plurimum nominis consequutus est. Imprimis propter principes ipsos longe lateq; potentes: Oenomaum scilicet: eiusq; successorē Pelopē. & illius filios complures. Salmoneus quoq; hoc in loco imperitasse traditur. Itaq; Pisana regione in urbes octo diuisa: harum una Salmone uocatur. Has ob res & Olympicum templum: & regio magnopere per ora uirum: & omnium preconia uolitat. Ea uero uia antique audiende sunt historie: ut eas inter se minime conso/nantes recognoscamus. Iuniores enim repugnantia sæpenumero referre putant. Sicuti Augeam Pisane plage regnum tenuisse. Oenomaum uero & Salmoneum Elee. Quidam autem gentes ipsas in unū coniungunt. Sequenda uero sunt magis: que concordia fiant. Cum & ipsum Pise nomen recta nequaq̄ ratione explanent. Aliqui enim ciuitatem Pisam: a fonte Pisa nomine: eodem quo fons uocabulo ap/pellari. Fontem uero ideo Pisam uocari: a pitissando: ut quasi potricē intelligamus. Vrbem autem in sublimi edificatam uertice monstrant: duos inter montes: Ossam & Olympum. Quo nomine & alter in Thessalia nuncupatur. Nonnulli ciuitatem

nullam Pisam fuisse: cōtendunt. Nam inter .viii. illas esse reperiretur. Ceterū fontē duntaxat affirmant: qui nunc Besa uocatur. Iuxta Cicysium. Vbi ex illic .viii. amplissima una est. Stesichorus regionem que Pisa dicitur: ciuitatē uocari scribit. Vt Poeta Lesbon: Macaris urbē. Euripides quoq; in Ione Tragoedia: Euboea inquit quedam Athenis uicina ciuitas est. Et in Rhadamanto: Qui terram inquit Euboeam habitant: finitimam ciuitatem. Et Sophocles in Mysis: Asia quidē tota uocatur O peregrine. Mysorum uero urbs appellata Mysia. Verum Salmone fōti sui nominis uicina ē. De quo fluit Enipeus: Alpheū ingrediēs. Nūc uero Barnichius nominatur. Huius amore captam fuisse Tyronem memorant.

Illa nimis flagrans dilexit Enipea diuum.

Hoc enim in loco illius genitorem Salmoneum imperasse aiunt: ut in Eolo scribit Euripides. Alterum sane in Thessalia Eniseum scribunt. Qui ex Othry oriens: accipit Apidanum e Pharsalo delabentem. Apud Salmonem autē urbs iacet Heraclea: ex illis .viii. & ipsa una. distans ab Olympia stad. xl. penes Cytherium flumē posita: Vbi Goniades Nymphae sacellum habent. De quibus opinio est: ut aquis earum morbos sanitati restituant. Iuxta Olympiam consistit & Epina: & hec ex .viii. una. per quam Parthenias excurrit amnis: ubi ad Phercam ascenderis. Est autem Pherea in Arcadia. supra Dymeam: & Buprasium: & Elidem: sita. Quae ad Arcton adiacent Pisane regioni. Ibidem est & Cicysiū ex .viii. una. atq; dispontiū: ea in parte: qua ex Elide itur Olympiam. Iacet autem plano in campo. Deletūq; est omnino. Et incole magna ex parte Epidamnum id est Dyrrhachium & Apolloniam cōmigrarunt. Pholoe quoq; Olympie proxima imminet. Arcadie mons. Adeo ut Agri Pisei radix existat. Sic uniuersa Pisana regio: & maior Triphylie tractus: Arcadie confinis est. Hanc ob causam: loca ipsa Pylia: que in Catalogo describuntur: maxima ex parte quibusdam iuris esse uidētur Arcadici. Quod tamē periti negant. Ex iis enim fluuiis: qui labuntur in Alpheum: Amarynthum eē: qui Arcadiam terminet. Extra illum uero hec sita eē loca. Ephorus autē tradit Etolū cum Epeo: & Pisanto: ex Elide a Rege Salmoneo eiectum: in Etoliam sese recipientem: Regioni nomen a se tribuisse. Et urbibus illis habitatores imposuisse. Ab hoc per generis successionem procreatum Oxylum. Heraclidis a Temeno pgnatis: familiaritate: ac beneuolentia coniunctum: eis Peloponnesum repetentibus ducē extitisse. Et hostilem illis agrum dispartisse. Aliaq; documenta supposuisse: ad continendam Regionis possessionem. Pro quibus quidem meritis hanc accepisse gratiam: ut in Eleum Regnum: quod ei fuerat auitum: reduceretur. Adunato postmodum ex Etolia exercitu: in Epeos Elidis occupatores aduentasse. Occurrentibusq; cum armis Epeis: postq̄ aduersarie utrinq; consti terant copie: ad singulare: de uetusto Grecorum more: certamen processere: Pyrechmes Etolus: & Degmenus: Epaeus. Degmenus quidem solo instructus arcu. Vt qui armis obsitum: longinquo sagittae iactu: facile foret superaturus. Pyrechmes autem fundam tenens: lapidūq; sacculū: intellecto aduersarii dolo. Nuper autem funde speciem ab Etolis repertam. Itaq; cum longinquior funde iactus fuisset: Occidisse Degmenum. Et uictores Etolos eiectis Epeis: terram occupatam tenuisse. Et sic Olympiaci curam templi suscepisse. quam prius habuerant Achaei. Ob intimamq; Oxyli erga Heraclidas beneuolentiam: cōuenisse facile cunctos: adactos iureiurando: ut Elea terra Ioui dicata: & consecrata foret. Quisquis contra locū arma ferret: Quisquis etiā cōtra ferentem non ulcisceretur: & pro uiribus non succurreret: eum nefarium: & abominabilem

haberi. Qua ex causa: qui posterius Elidem edificiis auxere: sine moenibus nudam reliquere. Quicq; per agrũ exercitus ductarũt: arma tradidisse: donec ea: fines egressi reciperent. Ab Iphito autem Olympicum agonem institutum constat: cum Elei sacri forent. Talibus ex initiis creuisse hominũ dignitatem. Nam cum ceteri mutua semper bella inter se gererent: solis istis longam extitisse pacem. Nec sibi modo: sed etiam externis obtigit. Adeo ut plus q̃ reliqui omnes: hominũ frequentia uiguerint. In quibus Phedon origine decimus a Temeno omnium etatis sue potentissimus fuit. Qua ex re effectum est: ut cum Temeni stirpem plurimis in partes dispersam: sensim tabescere cõtingeret: Eam recuperatam foueret. Hic mensuras excogitauit. A quo etiam Phedonie uocitantur: & pondera. & numum: cum alium: tum argenteum signari docuit. Inuentas insuper ab Hercule ciuitates: additis augere populis. Ipse etiã positos ab illo ludos: & agonas ponere: dignũ esse: arbitratus est. In quibus Olympiacum esse uoluit. Quem ui & potentia ueniens posuit. Cum Elæi nulla: propter pacem: haberent arma: quibus Phedonem inhiberent. Et reliqui: hominis potestate uicti: tenerentur. Elei tamen hanc ipsam positionem inscribere minime uoluere. Sed ob hoc iam comparatis armis sibi ipsis opem ferre ceperunt. Quã quidẽ ad rem manum attulere: atq; operam Lacedemonii. Seu quia prospere cedentibus ex pace rebus inuiderent: seu quia ad Phedonis destructionem: eos adiutores habere: cogitarent: a quo de Peloponnesi principatu deiecti forent: quem illi prius obtinebant. Sic res Phedonis delete fuere. Qui tamen Pisẽam terram: & Triphyliã Eleorum iuri cõstruxerat. Tractus Eleus etatis huius nauigationis totius spatiũ habet. finibus non computatis. stad: mille: ac. cc. Hec quidem de Elidis ora.

Messenia ueo terra Elee contigua est: maiori ex parte ad Austrum: & Africanum pelagus inclinans. Hec autem Troianis temporibus Menelai subdebatur imperio: cum laconice pars regionis esset. Ora quidem ipsa Messena uocabatur. Eam uero quam hanc etate Messenam urbem nominant: Cuius arx fuerat Ithome: nondum edificatam esse contigerat. Excedente uero rebus humanis Menelao. Postmodũq; iis: qui laconice gubernacula susceperant: ad impotentiam redactis. Nelei nepotes Messenie regnum occupauere. Quo tempore fuit Heraclidarum reuersio: facta regionis diuisione. Tunc Messeniorum Regnum Melanthus habebat: qui suis regerentur institutis. Cum antea Menelai sceptro paruissent. Cuius rei documentũ est: E sinu enim Messenio: & Asineo illi proximo: qui sic ab Asina Messenia nominatur: septẽ fuere oppida: Que dotis nomine Achilli pollicebatꝰ Agamẽnon. Cardamyla. Enope. Ira herbosa. Phere diuine. Antea pratis cõspicua. Pulchra Epea. Et inter uineta posita Pedasus. Eas sane: si nec sibi: nec fratri paruissent: nequaq̃ spopondissent. Commilitones ex Pheris Menelaum comitatos: poeta manifestat. cum partim Laconico cetui: partim Messenio ãnumeret sinui. Extat aũt Messena scd̃m Triphyliam. Est autem mons utriq; communis. Post quem & Coryphasium: & Cyparissia est. Atq; intra stad. vii. mons Egaleos: inter illum & mare incumbit. Antiqua igitur Pylos Messenia sub Egalio ciuitas erat. Ea uero discerpta: quidã sub Coryphasio habitauere. Eam uero secundo reedificarunt Athenienses: quo tempore cum Eurymedonte ac Stratocle in Siciliam nauigabant. Vt aduersus Lacedemonios murum interponerent. Ibi est & Cyparissia Messenia. & Sphagia insula. penes Pylum adiacens. Quæ eadem & Sphacteria nuncupatur. Ad quam Lacedemonii. ccc. e suis uiros amiserunt. uiuos in potestatem ab Atheniensibus per obsidionem redactos. Ad hanc maritimã oram: due Cyparissiorum extra in pelagus

preiacent Insule. Quas Strophades appellant ab continenti stad. cccc. absentes. Ad Africanum: atq; meridianum pelagus. Hanc Pylum: Messeniorũ nauale quondã fuisse: Thucydides autor ẽ. A Sparta uero longe abest stad. cccc. Ordine deinceps sita est Methone. Hanc esse aiunt: ex iis. vii. unam: quam Agamemnon spopõdit Achilli. Pedasum appellabant. Eo in loco Agrippa Bogum Maurusiorũ Regem: Antonii partes sequutum in Actiaca pugna: supplicio affecit. Locumq; interna/uigandum intercepit. Methone autem cõtiguus est: Acritas: Messenii sinus initiũ. Diciturq; etiam Asineus ab urbe Asina: primo ipsius sinus oppidulo. Cuius nominis & alia est Hermionica. Hoc quidem sinus initium ad occasum spectat. Ad ortum autem sunt fenestre. sic enim uulgo uocant. Cinedio: ac Tenaro: nunc Laconicas: confines. A fenestris uero inchoans: inter mediam Pylum offendes. quam Betylum plærĩq; nominant: Inde Leutra. Quæ a Boetiis Leuctris deducta fuit colonia. Dehinc in petra ualido munimine sita est Cardamyla. Postea Phere. urbi Thurie: atq; Gerenis finitime. Quo ex loco Nestorem Gerenium uocitari tradit̃. quoniã ibi salutem: ut diximus: comperauit. Ostenditur quoq; in Gerenio agro sacellum Esculapii: Triceeum cognomine. Quia uenientes e Thessalica Tricca mortales illud condidere. Fama est Leuctrum: & Charadram: & Thalamos: nũc Boetios uocatos: cultoribus a Pelope ex Boetia quibusdam introductis: habitatos: cum sorore eius Niobem: nuptui locasset Amphioni. Preter Pheras autem Nedon amnis per Laconicum labitur agrum. alter a fluuio Neda. Nedusie uero Palladis cognomento insigne templum habet. Est etiam in Poeassa Nedusie Palladis sacellum nobile: a Nedonte loco nomen assequute. A quo ductis habitatoribus Telecius Poeassam coluisse predicatur. Simul & Etheas: atq; Tragiũ. Ex prolatis. vii. urbibus Achilli. De Cardamyla quidem: & de Pheris explicauimus. atq; Pedaso. Ceterum Enopen quidam Pelana nominant. Aliqui uero locum quenpiam Cardamyle adiacentem. Quidam Gereniam terram. Hiran autem commonstrant in monte: iuxta Megalopolin Arcadie ciuitatem. Qua ad Ardaniã iter habetur. Quam a poeta Ochaliã uocari ante diximus. Non nulli Mesolam hoc nomine nunc appellari asserunt. Que inter Taigetum et Messenam ad sinum pertinet. At Epæa hoc tempore Thuria dicitur. Quam Pheris cõterminã cõmemorauimus. Sita uero est: in excelso colle. Vnde Epea id est celsa: nomen sortita est. A Thuria uero sinus Thuriates: in quo ciuitas quedam fuerat Rhium uomine: e regione Tenari. Antheam quidã sane Thuriam ipsam esse aiunt. Nonnulli quoq; Epeam Methonem. Alii uero eã: que inter Asinam Messeniam urbem: proprie Pratosam nũc apatam. Cuius urbs est Corone mari uicina. Et hanc nonnulli Pedasum a poeta nominatã esse inquiũt. Omnes quidem pelago proxime. Cardamyla quidem ad mare iacet. Phere uero a mari distant. v. stad: spatio. Illa quidem estiuam habet stationem. Reliquæ uero maritimis inequaliter utuntur interuallis. Prope coronam: circa fere medium sinũ: Pamisus effluit amnis. Hanc & reliquas ordine positas: dextrorsum habens. Quaꝝ nouissime in occasum spectantes sunt: Pylus: & Cyparissia. Harũ media ẽ Erana. Quam nonnulli Arenam falso quondam crediderunt. Thuriam uero: & Pheras: sinistrorsum. Hic inter omnis Isthmi fluuios magnitudine precellit. Tametsi non amplius stad. c. a fonte profluat: abundãtes per Messenium campũ: oramq; Macariam: id ẽ felicẽ: trahens aquas. Hic ipse fluuius a ciuitate Messenia: stad. cc. & l. distat. Est & alius Pamisus per ualles serpens: tenuis: Circa Leuctrum Laconicũ. De quo Messenii aduersus Lacedæmonios controuersiam sub Philippo Rege

habuerunt. Quem ut antea diximus: quidã Amathon: appellauere. Ephorus scriptis prodidit: Cresphontem: postq̃m Messenam terram subiugauit: eam. v. in ciuitates diuisisse: Sicuti in superioribus exposuimus. Ita ut Stenidarus in huius regionis medio posita: regia illi sedes institueretur. Inde Hiamitin legatum Pylum & Rhiũ misisse: qui Messenios omnes: eodem: & pari cum Doriensibus iure faciet. Quare cũ Doriensibus indignatione concitati forent: ipse poenitentia ductus solam Stenidarum ciuitatem censuit. Et ad hoc Dorienses cunctos adegit. Verum Messeniorum oppidum Corintho per q̃similè est. Mons enim preruptus precepsq; incũbit utriq; : communi muro comprehensus. ut in arcis usu sit. Ille quidem Ithome: Hic autem Acrocorinthus appellatur. Quocirca Demetrius Phalereus Philippo commode dixisse uisus est. Quin has inquit urbes ambas capesse: Si adipiscende Peloponnesi cupiditate duceris. Vtroq; enim cornu bouem continebis. Cornua quidem Ithomẽ: atq; Acrocorinthum: Bouem uero Peloponnesum esse dictitans. Hac igitur opportunitate: propter urbis istas: concitata sepius eẽ bella. Corinthum igitur a fundamentis esse deiectam. rursumq; restitutam. Et Messenam a Lacedemoniis quidẽ esse destructã. A Thebanis autem restauratã. Et a Philippo Amynte filio postea. uerum arces ipse inhabitate mansere. Diane uero palustre templum in Laconice ac Messenie terre finibus est. ubi utriusq; populus cõmune sacrificiũ: conuentumq; celebrabat. In eo profectas feriatum uirgines Messenii procaciter incestarũt. Cum autem Messenii nullis uiolatores poenis multassent: conflatum est bellum. Ab hac Palude Diane Templum in Sparta costructum est: cognomento palustre. Rebellantibus autem sepenumero Messeniis: frequẽter dimicatum est. Primam igitur eorum subiugationem a patrum patribus fuisse: Tyrteus in suo testatur poemate. Secundam uero: qua Eleos: & Argiuos: & Piseos: socios assumentes: desciuere. Cum Arcades Aristocratem Regem Orchomenii: ducem exhibuere belli. Pisei uero Pantaleonem Omphalionis filium. Quo in tempore ipse illius belli Imperatorem sese Lacedemoniorum fuisse testat. In eo Elegorum opere: quod Eunomia. i. bona ĩscribitẽ institutio. Et paulo post. Ipse enim Saturnius coronate Iunonis maritus Iupiter: hanc Heraclidis urbem tradidit. Quibus cum nos: uentosam linquentes Erineum: ad amplissimam peruenimus Peloponnesum. Dicuntur enim hec Tyrtei. quorum quedam proposita sunt. Itaq; aut ipsum carmen Elegiacum autoritatem amiserit. aut Philochoro negãda fides est: & Calisthenii: aliisq; cõpluribus: Qui ex Athenis: & Aphidnis illum aduentasse memorant: Cum Lacedæmonii Apollinis responsa flagitassent. Qui ut ducem ab Atheniensibus peterent: edixit. Ductu igitur: & auspicio Tyrtei: secundũ gestum est bellum. Tertium subinde: ac quartũ constitisse bellum ferunt: in quo Messeniorum ruina consequuta est. Tota uero Messenii tractus nauigatio: finibus computatis: ad stad. dccc. foret. At enim plus: q̃ satis est: nostra diuertit oratio: dum loci noticiam: ex historiis tractam sectamur. Plurima tamen omittentes desolata regione Laconica: si ad uetusti status comperationem reuocetur: qui tam preclari populi multitudine floruerat. Nam preter Spartam exilia quedam: numero circiter. xxx. restãt oppidula. Verum enimuero cũ priscis annis centenis preesset urbibus: Hecatõpolin uocitatam: memorie datum est. Inde quot annis per eos boues centenos immolari consuetum fuerat. Quod sacrum Hecatõbas appellabant. Post sinum Messeniacum deincepssub est Laconicus: inter Maleas: & Tenarum. paulatim a meridie uergens in ortum. Centum autẽ ac. xxx. distant stad: a Tenaro: Thyrides: id ẽ fenestre: Messeniaco existentes in sinu: qd

confragosum & preceps est fluentum. Super has Taygetũ imminet. Est uero mons super mare: nõ grandis admodum. Ceterum excelsus & erectus. Ex Aquilonis p̄te: Arcadie radices cõtingẽs. Adeo ut ĩ medio uallis relinquat: qua Laconice Messenia coniungatur. Taygeto aũt subiicitur Sparta: & Amyclę: in regione mediterranea. ubi Apollinis templum: & Pharis locata est. Ipsius uero urbis solũ in curuo magis loco sedet. licet in medio montes assumantur. Nec uero pars ulla stagnat: cũ prisco tempore suburbium late stagnaret. & proinde illud lacus uocaretur. Liberi quoq; patris delubrum intra lacum existebat. qđ hodie edificium habet in arido. In ipso autem littoris inflexu Tenarus: ripa erecta est: sacram Neptunni edẽ constructã continens in luco. Propinquaq; spelunca est: per quam Cerberum ab inferis sup̄ius reductum ab Hercule: fabule canunt. Ex eo loco ad promontoriũ Phycuntem in Austrum interuallũ Cyrenee est: stađ trium milium. Ad Sicilie uero promontoriũ Pachynum: in occasum uersus: quattuor milium. dc. Aliqui stađ: mille. iiii. dicunt. Ad Maleam uero in ortum. dc. lxx. cũ sinu computantur. Verum ad faucẽ Asini: depressam quandam Cherronnesum interius Maleam. d. &. xx. Horsum prominet intra stađ. xl. Insula quedam Cythera: commodis instructa portubus. & eiusdem noīs urbe. Quam Eurycles etate nostra Lacedemoniorũ ductor in peculiaris iuris possessionẽ uendicauit. Circũcirca pusille quedam Insule: partim propiores: partim aliquanto remotiores adiacent. Ad Crete sane promontoriũ Corybum: nauigatio propinquissima stađ. cc. &. l. Post Tenarũ: Cum ad Asini faucẽ: Maleãq; nauigas: Amathus occurrit urbs. Inde Asine: atq; Gythium Spartanorum nauale nobile. Intra. cc. &. xl. stađ: edificatum. Habet autem: ut traditur: nauium stationẽ manu effossam. Deinde fluuius Eurotas inter Gythiũ & Acteos erumpit. Hactenus p̄ter littus commode nauigatur stađ. cc. &. iiii. Postea palustris ora est. & uicus Helos. i. palus: nomine. Qui prioribus annis: Homero teste ciuitas extitit.

Quiq; Helos oppidulum pelagi: atq; tenebat Amyclas.

Helius uero Persei filius: illud edificasse perhibetur. Est & cãpus nomine Leuca. Inde ciuitas in Cherronneso sita: Cyparissia: cum portu. Dehinc faux Asini: portũ continens. dehinc urbs Boia. Post Malea. Ad quam ab Asini fauce: stađ: sunt. c. l. In agro Laconico ciuitas est Asopus. In confecto ab Homero Catalogo Messan quidem: nusq̄m monstrari dicunt. & Mesoan Spartani agri partem esse negant. sicut & Lineum. At quidam sic Messan admittunt: ut per extremae abscissionem syllabe Messenã dictã cogitent. Quoniã & hanc agro pertinere Laconico asserãt. Ad quod ipsius poete utuntur exemplo: qui Cri: pro Crithen. id est ordium. & Do. id est doma: pro tecto usus sit. & alia alii sic posuere. Et etiã heros: Automedonq;: & Alcimus: pro Alcimedon. Et Hesiodus: q Brithy: & Briaron: Bri: dicit. Sophocles uero: & Hyon: pro Rhadio: Rha. Et Epicharmus: Li: pro Lian. Et Syraco: pro Syracusas. Et Simia: dodo: pro Dodonam. Apud Empedoclem uero: una fit ex duabus syllabis: Ops: pro Opsis: id ẽ facies & uisus. Et apud Antimachũ: Cereris qdẽ Eleusine sacra: ops pro opsis id est facies. Et alphi: pro alphiton. Euphorion quoq; Hel: pro Helon id est clarum: dicit. Apud Philetem uero: Ancilleq; in calathis: albã ferunt eri: pro erion id est lanam. & uellus. In uentumq; peda: pro pedalia: Aratus inquit. hoc est gubernacula: & clauos nauiũ. Ex aliis oppidis: que Poeta meminit: quedam dicta sunt. Nonnulla prorsus deleta sunt. Aliquoꝝ adhuc uestigia restãt. Quorundam permutata sunt uocabula: sicut Augie Egee. Nam in Locrensi plaga nulla penitus super sunt. Lanon a Castore & Polluce per obsidionẽ expugnatã.

scripsis cõmendatũ est. In illi Laperse appellati fuere. Apud Sophoclē p Lapersas id est Geminos iuratur. Sic & per Spartanos: & Argiuos deos iuratur. Ephorus posteritati prodidit Euristhenem: & Proclem Heraclidas redactam in potestatē oram Laconicam sex in partes diuisisse. Ipsamq; inductis inquilinis per ciuitates: ordinasse. Vnam itaq; particulam eximiam Amyclas excepisse. Et proditori tra/didisse: qui Laconicam illis regionem exhibuit. Quiq; suasu suo prefectum loci: ut tutus abiret: & cum Achiuis in Ioniam cõmigraret: induxit. Spartam uero regale sibi ipsis domicilium declarauere. Ad reliquas singulos Reges dimisere. cõcedentes ut cohabitatores admittere liceret: qui uellēt: aduenas: cum tot ubiq; mortales defecisse cernerent. Vsos autem Laimeni opera. Finitimos uero cunctos: licet Spartanis subiectos: paribus tamen legibus ac iure uiuere: in societatem ciuitatis adscitos. com/munionemq; magistratuum. Eos aũt Helotas uocari. Ceterum Agin Eurysthenis filium ius illud dignitatũ equabile ademisse. Mandasseq; ut Sparte tributa confer/rent. Ceteros quidem paruisse. Heleos autem: qui Helos habitant: rebellasse. Ipsos inde ui & armis bello superatos: in seruitutem perpetuam damnatos. certis impositis conditionibus dominis ipsorum: nullo pacto licere: aut libertate donare. Aut extra fines eos uenundare. Hoc illud bellum est: quod aduersus Helotas uulgatur. Hælotica etiam seruitus usq; in Romanorum perdurans imperium: superatamq; Laconicam. quam Rex Agis demonstrauit. Illos quodãmodo Lacedemonii pu/blicos habebant seruos. assignatis sibi quibusdã habitaculis. & cõtributis peculiariter ministeriis. De Laconica sane Reip. institutione: eiusq; mutatione: pmulta forēt omittenda: cum late cognita sint. Attamen pleraq; digna memoratu sunt. Fama est enim Acheos Phthiotas una cum Pelope Peloponnesum ingressos: habitasse La/conicam. Illos autem adeo uirtute prestantes excelluisse: ut cum Peloponesos per multos prius annos Argos uocaretur: Ea tempestate Argos Achaicum nominari coeptum sit. nec sola Peloponnesum: sed etiã proprie Laconicã eo modo appellatã. Illud aũt Poete: Vbi nam Menelaus erat? non quidem in Achaico Argo: sic acci/piendum quidam arbitrantur: non quidem erat in Laconica.. Post Heraclidarum reditum: cum Philonomus regionem illam Doriensibus prodidisset: e Laconica in Ioniam migratũ est. Ea est: quam hodie Achaiam nominant. De ipsis etiã in rebus Achaicis explicandis amplius uerba faciemus. Quod qui Laconicam obtinebant: initio quidem uiri modestia prediti fuerant. Postea uero q̃ reipublice gubernacula Lycurgo cõmendata sunt: tantum ceteros antecesserunt: ut e Grecis soli terre ac maris adipiscerentur imperium. Tamq; diu Grecorum principatum tenuere: donec eis Thebani ducatum ademere. Et secundũ illos continuo Macedones. Verũ tamē nec illis omnino cessere. Sed suarum legum institutione seruata: de prioris loci ma/iestate contentionem semper habuerant. & aduersus Grecos: & contra Macedonie Reges. Quibus per Romanorũ arma deletis: paulum quiddam missis populi Ro. ducibus obstiterunt. Tunc a Tyrannis & improbis: reipu. legibus oppressis: pristina nonnihil dignitate reparata: precipuo in honore fuerunt. & sua in libertate man/serunt. Vt preter amicorum ministeria: aliud nihil tributi nomine conferrent. Eis uero nuper Eurycles perturbationem importauit: cum malam in partem Cæsaris amicicia fretus: immoderate: & ultra q̃ par est: illorũ prefectura usus est. Desiit aũt confestim ipsius dominatus: cum ipse: ut oportuit: concessisset e uita. & eius filius talē omnem amiciciam auertisset. Euenit etiam ut Laconice liberatores: quendam gu/bernande ciuitatis ordinem capesserent. Postq̃ finitimi primi romano adhæserunt

imperio. Et reliqui: & Ilotes Tyrannis seruiēte Sparta. Hellanicus autor est Eu/
rysthenem & Patroclem ciuitatis regimen ordinasse. At Ephorus increpat. Cū ipsū
nullam ꝓrsus Lycurgi mentionē fecisse dicat. Et illius actiones aliis: & quibus nihil
attineat: ascribat. Soli itaq; Lycurgo sacellum esse factum. & annua fieri sacrificia.
Illis autem: licet urbi habitatores induxerint: ea nequaq̃ esse tributa. Vt ab eis Eu/
rysthenidas: & Patroclidas uocari cōtingeret. At primos autores nequaq̃ ab Agide
Eurysthenis filio: Agidas computatos esse: qđ omnibus urbium cōditoribus: & eaꝝ
habitandaꝝ autoribus attributū est. Eius rei causam asserit: qđ homines suscipiētes
aduenas: per illos potentatum uendicarunt. De horum natura locorū: atq; Messe/
niorum hec accipienda sunt: que scribit Euripides: Laconicam quidem latū arandi
campum habere. Ceterum cultu difficilem. Inter montes enim curua circūeuntibus
collibus dura: atq; aspera: hostibus ad incursandum minime patens: Messeniā uero
fructuosam. Aquis irriguam. innumerabilibus plaustris & bobus refertā: Pastoribus
copiosa suppeditantem pascua. Non hybernis flatibus hyematu molestam: Nec
rursus plebeis quadrigis immoderate feruidam. & infra e sortibus: quas de plaga ipsa
fecerunt. Heraclide: Primam Lacene terre fuisse. Et primariam telluris nationem.
Secundā autē Messenie ore. Cuius maior est uirtus: q̃ ulla explicare ualeat oratio:
Qualem & Tyrteus ipse predicabat. Verum cum ipse Laconicam: & Messeniam
Pamiso disterminari asserat: qui pelagus incitatior intrat: concedi minime assentio:
qui mediam quidem Messeniam perlabitur. Verum eam: que nunc Laconico ap/
pellatur: nequaq̃ attingit. Nec illud ab eo recte dicitur: quod cum Messenia: atq;
Laconica pariter mari sint uicine: ipsam longe a nauigatione abesse refert. Sed &
Elin male terminat. Cum ultra quidem processeris Elis uicina Ioui flumē emittit.
Nam siue: que nunc terra uocatur Elea: dicere uelit: que Messenie contermina est:
Huic ne contiguus quidē est Pamisus: sicut Laconice. Ipsū enim per mediā fluere
Messeniam dixit: siue ipsam uetustam: Curuam Elin appellatam: intelligat: lōge
magis a uero excidit. Post Pamisi traiectum: magna est Messenie pars. Inde tota
Pherarum regio: atq; Messenioꝝ: quam Triphyliam uocabant antea. Dein Pisana
ora: & Olympia. Postmodū stad. ccc. interuallo Elis. Cum Scriptores quidam La/
cedemonem Cetoessam appellent: Alii Cæetaessam: querūt: quā in partē accipiēda
est Cetoessa: siue a Cetis: id est balenis. Siue quia magnam intelligamus: quod uero
similius est. Subinde Ceetaessam quidam dici arbitrantur: quia herba Calaminthο:
id est Nepita: uehementer est abundans. Alii ob rimas appellari: quas terremotus
efficiunt. qui ceeti uocantur. Laconicam uero frequentibus terremotibus agitari.
Speluca etiā quedā ꝓ carcere apud Lacedemonios ē: quā Ceetā nominant. Aliqui
etiā tales cauernas Cous dici malūt. unde & feras Orescoas: id ē in speluncis cubātes:
poeta dixit. Taygeti quoq; cacumina quedam abscissa fuisse: memorie nō nulli pro/
didere. Sunt & Latomie id ē lapidicine pretiosoꝝ lapidum Tenariorum: a Tenaro
multis iam seculis. Nuper autem ingens Taygeti patefacta est effossio. impensas
ad eam Romana suppeditante luxuria. Vrbem autem ac regionem eodem Lace/
demonis appellari uocabulo: uel Homero constat autore. Regionem autem dico
cum Messenia. Cum de arcubus mentionem facit. Pulchros illi dedit Iphitus Eu/
rytides hospes in Lacedemone occurrens. Tū subinfert: Ambo inuicē in Messena
in Orsilochi domo coiere. Pherarum locum dicit. Cuius pars fuit Messenia. Itaq;
nihil differt illi dixisse cōmuniter: dedit in Lacedemone occurrens. Et ambo inuicē
coiere. Nam Pheras Orsilochi domum fuisse liquet. Ad Pheras uenerant domum

Diocleı Orſiſochı filıı: Telemachuſ atq; Piſiſtratuſ. Phere autem ad Meſſenium agrum pertınent. Quando autem ex Pherıſ dıſcedentem ınquıt Telemachum: dıe toto cogıtaſſe ıugum aıt. debınc aıt.
Sol petıt occaſum. ſubeunt Lacedemona magnam.
Inq; domoſ agıtant. Menelaı urbſ tunc accıpıenda eſt. Quod ſı ıta non ſıt: e Lacedemone: ın Lacedemona peruenıſſe uıdebıtur. Alıoquın Menelaı babıtaculũ ın ıpſa Sparta nõ fuıſſe credendum erıt. Cumq; ıbı non adſıt: Telemachum dıcere: Spartã Pylũq; profıcıſcor. Sıc.n. regıonıſ & urbıſ Epıtheta coıncıdere uıdebunť. nıſı forte boc poetıce cõcedendũ ſıt lıcentıe. Contrarıũ.n. ut Meſſena cum Laconıca Pyloq; Neſtorea ſıt. Neq; per ſeıpſam ınſtruı: ın ıpſo nauıum catalogo. Neq; ın partem cõmunıter uenıſſe mılıtıe. Poſt Maleam autem ſınuſ excıpıt Argolıcuſ: ac Hermıonıcuſ. Ille quıdem uſq; ad Scylleum nauıgantı: ad orıentem ſpectantı. Et ad Cycladaſ. Alter magıſ ad ortum ꝙ ıſte: uergıt ad Egınã. terramq; Epıdaurıã. Sınuſ quıdem Argolıcı prımaſ parteſ Laconeſ babent. Relıqua tenent Argıuı. In qbuſ ſunt & Apollınıſ templum: Delıum Laconũ: quo nomıne & Boetıũ eſt. Et Mınoa caſtellum: quo uocabulo eſt & Megarıcum. Et Lımera Epıdaurıa. ut ınquıt Artemıdoruſ. Scrıbıt aũt Apollodoruſ ıpſam apud Cythera eſſe. Que cũ cõmodıſſıma portu ſıt: breuıter ac precıſe Lımeram: quaſı lımeneram ıd ẽ portuoſam: appellatã eſſe: nomıne permutato. At ıpſa Laconıce nauıgatıo: ſtatım a Malea ıncboanſ: uſq; longum ın ſpatıũ aſpera fıt. Tamen ſtatıoneſ & portuſ babet. Relıqua rıpa bonıſ eſt predıta portubuſ. Parue quedam ıllı adıacent Inſule. baud ſane memorabıleſ. Argıue autem ſunt: Praſıe: ac Temenıum. ın quo bumatuſ eſt Temenuſ. Et prıor locuſ eſt: per quem Lerna fluuıuſ: eodem quo paluſ nomıne fluıt. In qua tantaſ de Hydra poete fabulaſ edıderunt. Ipſum uero Temenıum longe ab Argo. vı. & . xx. ſtađ dıſtat a marı. Ab Argo ad Hereum. xl. Hınc uſq; Mycenaſ decem. Secundũ Temenıum Nauplıa eſt: Argıuorum nauale. Sıc proprıe dıcta: quod eo naueſ nauıgent. Ab boc fıcta eſſe de Nauplıo: & fılıſ eıuſ ab bıſce ıunıorıbuſ dıcıtur. Nec enım ılloꝝ ımmemor extıtıſſet Homeruſ. Palamedıſ uıdelıcet. Cuıuſ tãta ſapıentıa: & ıntellıgentıa oſtentatur. Quem ınıuſte ac doloſe necauere Pelaſgı. Nec Nauplıı: quı cırca montem Capbareum: tantam bomınum cladem cõmıſıt. ac funera. Ipſoꝝ genealogıa preter alıa fabulıſ plena: errore ꝓfertur. Concedatur ſane ut Neptũno procreatuſ ſıt. Quonam uero modo ex Amymone matre genıtuſ ſıt: quı Troıanıſ adbuc temporıbuſ uıtã agebat? Poſt Nauplıam ſpelunce ſunt. Et ın ıllıſ Labyrınthorũ edıfıcıa. Eaſ uocãt Cyclopeaſ. Debınc alıa loca. & ordıne ſınuſ Hermıonıcuſ ſıtuſ eſt. quem cum ın Egına locuſ ordınet: ıpſa etıã cırcuıtıonıſ partıtıo baud ſane deſpıcıẽda nobıſ ındıcauıt. Eıuſ ınıtıum ab Aſına eſt oppıdulo: Debınc Hermıone: atq; Troezen. In ıpſo marıſ curſu preıacet Inſula Calaurıa. xxx. ſtađ: babenſ ın cırcuıtu. medıo marıſ brachıo: ſtađ quattuor a cõtınente ſegregata. Subınde ſınuſ eſt Saronıcuſ: quı & Pontuſ a quıbuſdã uocať. Et a nonnulıſ poroſ: ıd eſt tranſıtuſ. A quo & pelaguſ Saronıcũ dıcıtur. Cunctuſ ıpſe tranſıtuſ ꝓxımuſ ab Hermıonıco marı: & Iſtbmıco: & Myrtoo: atq; Cretıco: nomen aſſequıtur. Ad Saronıcum Epıdauruſ pertınet. & procumbẽſ Inſula Egına. Deınde Cencbree Corıntbıoꝝ nauale: ad orıentem ſpectanſ. Inde Scboenuntıſ portuſ: cum ſtađ. v. ac. xl. nauıgauerıſ. A Malea uero ın ſummam collectıſ ſtađ: mılle: & . dccc. Ad Scboenũtem portum anguſtıſſıma Iſtbmı telluſ eſt: qua nauıgıa tranſuectantur: ubı eſt Neptunnı Phanũ Iſtbmıı. Sed bec ın preſentıa omıttantur. Extra.n. Argıuã terram ıacet. Repetẽteſ

autem Argiuam perlustremus oram. Et ante omnia quotifariã apud Poetã dicić Argos. & per se: & addito Epitheto. Cũ uocet interdũ priscũ. Alias Iasum. Equestre quandoq: uel Pelasgicum. uel equorum alumnum. Nam & oppidum Argos dicić. Sicut illud: Argosq: & Sparta. & : quiq: habitãt Argos: Tirynthaq:. & Pelopónesus edibus in nostris in Argo. Nec enim urbs erat eius edes. Et uniuersa Grecia. Vnde omnes Grecos uocat Argiuos: sicut & Danaos. & Achiuos. Cognominationẽ igitur per Epitheta distinguit: Thessaliam quidem Argos Pelasgicum uocitans. ut: quot Pelasgicũ Argos habebant. & Pelopónesum: sicuti: Sin Argos ueniemus Acheum. uel: Ex Argo nõ erat Acheo. Significans hic: qđ Achei proprie Pelopónenses: alia quadam significatione nominarenć. Argos quoq: Iasum: Pelopónense dicit. sicuti: Si omnes Achei Argos intuerentur Iasum. & Penelopen: ut pluris procos acciperet. Non. n. ex uniuersa Grecia procos capere: uerisimile fit. Sed ꝓpinquos. Equestre uero: & : Equorum alumnum: cõmuni quadam proprietate dicit. De Grecia uero deq: Grecis: & pangrecis: controuersia est. Thucydides enim poetam nullo in loco barbaros appellasse dicit: eam ob rationem: quia Greci nondum in unum nomen aduersarium discernebantur. Autoritate etiam Apollodori: solos Thessalie incolas uocari Hellenes: seu Grecos: liquet. Nam Myrmidones: Greciq: id ẽ Hellenes nũ/cupabanć. Hesiodus sane: & Archilochus: & qui Greci: & qui Pangreci uocarenć: profecto omnes nouere. Alter enim Proetidas inquit: Pangreci petiere Greci. Alter Pangrecorum ait calamitas concurrit ad Thasum. Aliqui uero contra ponunt: qđ poeta: & hos: & barbaros nominauit: Caras Babariloquos appellãs. & Grecos omnes. Greciam adit uaga fama uiri: Mediumq: per Argos. Argiuorum urbs magna ex parte planis in locis sita est. promontoriũ Larissam nomine: habens. collem ualde septũ. in quo Iouis phanũ est. Fluuius iuxta labitur Inachus: inter saxosas cõualles. Oritur ex Lyrcio ad Cynuriam: montẽ Arcadie. Que de illius fontibus fabulosa uulganć: poetica sunt cõmenta. Argos quoq: aquis carere: cõmenta sunt. cũ dicić: Dii posuere Argos Lympharum protinus expers.

Cum regio curua sit: amnibus rigua. paludes & lacus exhibens. Oppidum quoq: plurimos aquis uberrimos abundantes puteos continet. minimeq: profundos.

Accusant & fraudem illam multi:

Sitiui. accessi reprobatis passibus Argos.

Hoc aũt est: uel sane pro eo quod ẽ Polypothetõ hoc ẽ scilicet uehemẽter optatũ. uel. x. του. δ. id est. D. littera adempta: polyipsion. ut magnope noxiũ: & pniciosũ habitaculum. Sic autem hanc Pelopidarum domum appellat Sophocles. Proiapse enim & Iapse: & Iapsasthe: cladem quandam importare significat: & damnum: ut quibusdam in locis ostendit Homerus.

Nunc tentare quidem: fors natos ledet Achiuum.

Ac pulchrum ledet corpus. dein merget auerno.

νυν μεν πειραται. ταχα δ' ἴψεται υιας αχαιων.

κατα χροα καλον ιαψει αΐδι προϊαψει.

Alioquin non urbem notat Argos: cum nequaq̃ illuc peruenturus erat. sed in Pe/loponnesum nequaq̃ sitibundam. Vnus quidẽ fluuius est Inachus Argiuã ꝑcurrẽs terram. Alius etiam in Argiua est Herasinus nomine. Hic quidem e Stymphalo nascitur in Arcadia. & e lacu: quem Stymphalidem appellant. E quo aues uocatas Stymphalidas ab Hercule sagittis: & tympanis fugatas poete finxere. Ipsum autẽ fluuium absorptum a terra: in Argiuam emergere. & campum irriguum reddere.

Eum Erasinum uocant. & Arsinum. Simili alterum dictum nomine ex Arcadia in littus Bure labit. Alius existit apud Eretrios: & in Attica: penes Brynronem. Iuxta Lernã uero fons ostẽditur Amymone. Ceterum Lerna: & Argiui: & Mycenei agri: lacus est. In qua Hydram constituisse: scriptores tradunt. In illa cum facta sint purgamina: prouerbium quoddam uulgo manauit: Lerna malorum. Ipsam quidem regionem armis abundare concedunt. Vrbem uero ipsam in loco iacere. arido. In qua copiam puteorum esse: quos Danaidum adscribant sollertie. Eos enim illas inuenisse. Quo ex facto uersus ille uulgatur.

αρΓοσ αρνδρορ εορ δαραοι θεσαρ αρΓοσ ερνδρορ.

Argos aquis uacuum Danae struxere redundans.

Ex puteis autẽ quattuor insignes habẽtur: & sacri: quos eximia ueneratione colũt. qui in aquarum penuria: aquarum habundantiam inducunt. Argiuorum quidem arcem Danaus inhabitasse dicitur. Is adeo precedẽtes loci illius reges excelluisse fertur: ut: qui antea Pelasgi nominabantur: imposita per Greciam lege: Danai uocitarent: Euripodis poete testimonio. Eius sepulchrũ in Argiuo foro medium locatũ cernit: quod Palynthum appellant. Mihi sane uidetur: ut Pelasgi: & Danai: sicut & Argiui nuncupent: qd huius ciuitatis gloria: & ceteros Grecos a se denominandos cõpararit. Sic & Iasum Argos Iasidas appellari fecit. Sic & ex Apia Apidones moderni dixere. At Homerus non quidem Apidones: appellat. Apiam autem magis longinquam: qd prope Pelopõnesum dicat Argos: animaduerti uel hinc licet. Argiuã dicit Helenã. Et inde urbs Ephyre existit ipsius in Argos sinu. Et hic ẽ Argos mediũ. Et Insulas multas. & uniuersum Argos regem. Iuniores & campum Argos dicũt. At Homerus ne semel quidem. Precipue uero & Macedonicum: & Thessalicum esse arbitrantur. Cum uero Danai nepotes Argiuũ excepissent regnũ: illis sese Amythaonis immiscẽte progenie: E Piseo agro: atq Triphylia pficiscente: mirari nemo debet: si eadẽ pcreati stirpe: hoc modo regionem duo in regna diuisere. Primo ut cũ due in illis urbes essẽt: ipsas principatu eminentes: ostentarẽt. presertim intra minus stad. l. inter se finitimas: Argos uidelicet: atq Mycenas. & dicatum Iunoni templũ: iuxta Mycenas: ambabus esse commune. In illo sunt Polycleti simulachra: artis laude omnium prestantissima: sumptu & magnitudine Phidie sane imaginibus cedentia. Argos quidem a primordio magis ac magis extitit potentia primarium. Subinde Mycene ampliora susceperunt incrementa: propter cõmigrantes in illas Pelopidas. Nam cum omnes ad Atrei filios consisterent: Agamemnon grandior natu regnum adeptus: duce uirtute: ac pariter fortuna comite: regionis paternam possessionem ampliauit. & Myceneo Laconicum adiecit imperiũ. Verum Menelaus Laconice regimen tenuit. At Agamemnon Mycenarum: usq Corinthũ. ac Sicyonem. & Ionum. & Aegialeorum. Sic enim ea uocabantnr etate. Cum posterius Achei dicti sunt: regnũ Agamemnon suscepit. Ceterũ secundum troiana tempora: destructo Agamemnonis imperio: res Mycenea humilius attenuata est. precipue post restitutos Heraclydas. Isti enĩ occupata Peloponneso: priores dominos eiecerunt. quo effectũ est: ut qui Argos obtinerent: Mycenas quoq subiectas: in unũ conspirantes: haberent. Posteriori tempore eas Argiui solo equatas deleuerunt. Adeo ut nunc Mycenei oppidi: ne uestigium quidem reperiatur. Cum talis Mycenis casus acciderit: quid mirari opus ẽ: si qui admirati sunt sub Argo populi hac etate penitus euanuere? Ipse autem catalogus hunc se habet in modum.

Qui tenuere Argos: Tirynthaq moenibus altam.

Hermionem: Asinamq sinu que amplexibus artant

Troezenen: Eionas: uinea Epidauron habentem.
Qui Maseta colunt iuuenes Aeginan Achei.

Hec quidē de Argo. Deinceps de reliquis explicandū. Tirynthen sane ad excursiōes faciendas: arcem usurpasse Proetus uidetur. Et eam Cyclopum opera: atq; arte: moenibus roborasse. Ii aūt septem erant numero: quos Gasterochiras: id est uentrimanos: appellabant: quoniā suo alebant artificio. E Lycia uero uocatos: aduentasse: tradit. Et forte spelunce apud Naupliam: & illarum opera: horum cognomen contraxere. Arx ipsa Licymna: ab edificatore Licymnio dicta. Abest aūt ab Nauplia stad. xii. Et ipsa uero: & uicina Midea: deserte sunt. Non illa sane que in Boetia est. Cum illa sit Midea: ut pronoea que prouidentiam significat: accentu in tertia a fine seruato. hec autē Midea ut Tegea est: si penultima tenet accentū. Huic affinis ē Prosymna: habens in ipsa Iunonis templum. Plurimas autem: cum rebellarent: Argiui desolatas uastarūt. Habitatores aūt e Tirynthe quidē: Epidaurū sese receperūt. Ex Hermiōe autem ad Halies: sic enim uocantur. id est piscatores. Asina uero terre pagus Argiue: penes Lacedemoniam Naupliam. Ex ea inquilini in Messenium cōmigrarunt agrū: eodem quo Asina oppidulū Agolicū: uocabulo nuncupata. Nam cum Lacedemonii plurimum ex alienis agris uendicassent: in hanc cultores dimittebant: quoscunq; ad se confugientes excepissent. sicut autor est Theopompus. Queq; e Nauplia fugerant: eo secessere. At Hermione urbs haud ignobilis est: Cuius littus tenent halies: id ē piscatores: homines maritimis exerciti negotiis. Rumor est uulgo apud Hermionenses compendiosum esse inferorum descensum. Quocirca nullum ibidem mortuis naulum imponūt. Dryopum domicilium & Asinam fuisse: memorant: qui ex uicinis Sperchio locis extitere. Vbi ut Aristoteles testes est: Dryops Arcas inhabitauerat. Eos autem Hercules ex terra Dorica Parnaso finitima: expulit. Scylleum: quod in Hermione est: nomen a Nisi filia Scylla cepisse inquiunt. Que Minois cupidine capta: cum ei Niseam proditione tradidisset: ab eo in profundum deiecta est. Et fluctibus horsū agitata: sepulturam obtinuit. Eiones autem uicus quidam erat: quem eiectis incolis: Mycenei nauiū receptaculū instituere. Eo inde uastato: ne statio quidē ipsa manet. Troezen sacra Posidonii: id est Neptunno fuit. A quo & Posidonia olim appellata. Ea stad. xv. a mari eminet. urbs & ipsa insignis. Ipsius portui: quem Mentū uocāt: parua imminet Insula: Calauria nomine. Cuius ambitus ē ad tricena stad. Hic Neptunno dicatum fuit Asylum. Fama est: hunc ipsum deum cum Latona permutasse Celauriā. Cuius loco Delon impēdit. Cum Apolline uero Tenarum: pro quo Pythiā exhibuit. Ephorus autem ipsum quoq; refert oraculum. Tu Delo inquit hinc: Isoq; Calauriaq; frueris. Pythiamq; sacram: pulsatum & Tenaron Euris. Fuit quidē Amphictyonū conuentus: ex septem constans ciuitatibus: ad hoc faciendum sacrifitium commune habentibus offitium. Que fuerant Hermione. Epidaurus. Egina. Athene. Prasium. Nauplia. Orchomenus. Minyus. Pro Nauplius: Argiui: Pro Prasiis: Lacedemonii: conferebant. Tantopere autem ipsius dei ueneratio ualuit apud Grecos: ut potiti etiam rerum Macedones: huc usq; tutum: securūq; loci perfugium: inuiolatūq; seruarent. Lociq; supplices reuelli sint ueriti: qui ad Calauriā ipsam cōfugerint. Adeo ut Archias comitatu septus militū: Demosthenē uiolare: minime sit ausus. Cui iusserat Antipater: ut eum uiuū: reliquosq; oratores: similibus affines accusationibus inuentos: ad se perduceret. Eum uerbis inducere: conabatur. Cui tamē non persuasit. Sed sūpto prius ueneno: uoluntariam sibi necem consciuit. Ceterum cum Pelopis filii Trozen: atq; Pittheus ex terra profecti sint Pisea: Alter quidem suum urbi nomen reliquit.

Pittheus uero post eũ successit in regno. Anthes uero: qui prius obtinebat: enauigãs: condidit Halicarnasum. Epidaurus autem antea Epitaurus uocabatur. Eam cares Aristotele teste: occuparũt. Sicut & Hermionẽ. Redeuntibus uero Heraclidis: Iones ex Attica Tetrapoli: id est quaternas urbes continente: eos ad Argos comitantes: etiã in unis cohabitauere moenibus. Hec autem non parum insignis est ciuitas. Presertim ex Esculapii claritate nobilitata. Quem uaria morborũ genera curasse: somniati sunt homines. Erat uero templum egrotantiũ multitudine: usquequaque refertũ. Pendẽtibusque tabellis: in quibus sanati lãgores erant inscripti. Queadmodũ & in Coa fiebat insula: pariter & Trica. Sita urbs est in ipso Saronici sinus recessu intimo. stad. xv. circuitũ habens nauigationẽ. In estiuos prospectans ortus. Excelsi uero usque ad mare: quaqua uersum montes includunt. Vnde omni ex parte naturale munimen habet. In medio Troezenis: & Epidauri munitus iacet locus: Methana. Et Cherronnesus eodem appellata nomine. Licet apud Thucydidẽ in quibusdã exemplaribus Methone dicat. simili quo Macedonica nuncupata uocabulo. In cuius obsidione Philippus auulsũ amisit oculum. Quapropter nonnulli decepti: ut Scepsius existimat Demetrius: eam Methonen Troezenis arbitrati sunt. Quam execrati feruntur Agamemnonis legati: deligendorum causa nautarũ. Vt ab edificãdis moenibus nulla sibi quies prestaret. atque cessatio. Non his quidẽ: sed Macedonibus: abnuentibus: uti Theopompus inquit. Istos enim cum propinqui sint: rebelles extitisse: non fit uerisimile. Aegina uero ẽ etiã Epidaurie terre locus quidam. Et e regione item huius continentis est Insula: Quam in appositis nuper uersibus: explicare uult Poeta. Vbi. n. Poeta dixit: Quique Eginan habent: quidam adscribunt: Insulam. & Eginan: pro eo quod est: Hi autẽ habebant Aeginan: ut nominis similitudinem distinguãt. Quod autẽ inter nobilissimas Insulas una est: quid uerbis opus ẽ? Hinc enim Eacus: eiusque posteri: genus duxisse decantant. Hec est: que maris aliquãdo tenuit Imperiũ. Hec est: que cõtra Atheniensẽ populũ: in nauali ad Salamina prelio: de principatu contendere: non dubitauit: Qua tempestate Perse Greciam inuaserant. Eius ambitus Insule cẽtum. lxxx. stad. esse tradit. Eiusdem appellationis oppidum: in uentum uergens Africum: habet. Illam Attica: & Megarica coronat ora. Et Pelopõnesus usque Epidaurũ: cum centũ fere stad: singule ab illa distent. Pars autem orientem Austrumque prospectans Myrtoo perfunditur pelago. Ac etiam Cretico. Paruule quidem circũiacent Insule permulte incontinentẽ uerse. Belbina uero in pelagus uergens. Ager uero ipsius: si altius fodias: terreus est: cũ superne lapidosus sit. precipue campestris ipsa planicies. Ideo nuda tota ordei ferax satis est. At Eginenses Myrmidonas appellatos memorãt. Non quo modo in fabulis canitur: ut ingenti inualescente pestilentia formice Eaco precante: in homines uerse fuerint. Verum quia formicarum more terram fodientes: ad petras transportarent. ut agri colendi materiam haberent. Fossas quoque incolerent: ut non expedentes laterciã agerẽt parsimoniã. Oenona uero diutius: duabus Attice tribubus par nomine: uocabat. Vni que ad Eleutheras prope iacet: ut illud ẽ: Campos Oenones habitare foenarios. Eleutere uero una de quadripoli ad Maratonem est. De qua natum est prouerbiũ Oenones uallis. Eam habitauere Argiui. Cretenses. Epidaurii. & Doriẽses. Posteriori tempore deinde: forte missis incolis: Athenienses Insulã tenuere. Surreptã dehinc Atheniensibus Insulam Lacedemonii pristinis reddidere cultoribus. Ceterum Aeginenses Cydoniã: Crete urbem: colonos demisere. Nec minus in umbriã. Ephorus scriptis prodidit: primo Egine a Phidone signari coeptum argentũ. Emporiũ autẽ ideo effectum: quia locus admodum sterilis erat: Cum homines illi maritima mercãdo

negotia tractarent. Vnde Rhopon multimodis rebus constantem questum: Egineã appellamus mercaturã. Poeta sane ipse nonnulla loca: ordine continuo: prout iacẽt: exponit. sicut ea in parte: qui Hyriam pascebantur: & Aulidẽ. Quiq; Argos tenuere. Tirynthenq;. Hermionenq;. ac Asinã. Troezenenq;. & Eionas. Alias autem: nõ quo se habent ordine: ut Schoenũ. & Scolum. Thespiãq;. Greamq;. Insulas quoq; Epiri cum aliis dicendo cõnumerat. Qui quidem tenebant Ithacam. & Crocylea depasce/bant. Nã Crocylea intra Acarnanes sunt. Sic & nunc Aegine Maseten adiũxit. qui locus ad Argolicum littus pertinet. Thyræas quidem Homerus nullibi nominatim attigit. Alii uero frequenti sermone loquuntur. Quoꝝ causa Argiui ac Lacedemonii certamen hostiliter contulerunt. In quo Lacedemonii duce Othryada uictoriam reportarunt. Locum autem illum in Cynosuria esse: Thucydides scribit: ad Argiui ac Lacedemõis agri cõfinia. Sunt etiã Hysie Argolice terre: ora celebris. Similiter & Cenchree. Que in uia e Tegea Argos ducente: per Parthenniũ montẽ: & per Creepolũ site sunt. Has ignorauit Homerus. & Lycurgium: & Orneas. Vici autem nunc sunt Argiui agri. Hec quidem eodem quo mons nomine: Illas uero simili appellant uo/cabulo: quo Orneas: inter Corinthũ: ac Sicyonẽ positas. Inter Pelopõnesi ciuitates Argos & Sparta gloria precellunt: in hanc etiam etatem. Pro quarum quidẽ claritate longe lateq; disseminata: non sane longa suscipienda uenit oratio. Ne ab omnibus de illis memorata: repetisse uideamur. Priscis profecto seculis Argos ãplius illustre nomẽ sparserat. Postea uero Lacedemonii gloria omnino superarunt: perseuerantes suas leges: ac instituta conseruare. nisi siquid paululum illos aberrare contigit. Argiui Pyr/rhum quidem Regem non admiserunt. Sed ante illorum moenia mortem obiit: cum tegula ab anicula quadam: ut aiunt: in eius caput superne deiecta fuisset. Aliorum autem subditi fuerunt imperio. In societatem quoq; Acheorum communiter ducti: una cum illis Romanorum potentiam subiere. Et nunc ciuitas ipsa cõsistit: secundũ post Spartam dignitatis locũ obtinens. Dehinc de locis Mycenis: & Agamemnoni suppositis explicemus. Quos in nauium dinumeratione poeta memorat. Cuius uersus hunc se habent in modum.

Quiq; Myceneam colit altis moenibus urbem.
Cisq; Corinthus adest. & Muris speciosa Cleone. &
Orneas pascuntur. Arethyream Sicyonaq;.
Hic primum fidus sua sceptra tenebat Adrastus.
Inde Hyspere sìam. celsamq; in colle Gonoessam.
Pellenamq; habitant. atq; Egion inde colebant.
Et littus totum. atq; helice latissima rura.

Mycene quidem nunc extinctę iacent. Earum urbem a Perseo conditã esse: cõstat. Cui Sthenelus successit in Regno. Huic Eurystheus. Hos eosdem uero Argos imperio tenuisse: constans memoria est. Cum autem Eurystheus ad Marathonem: aduersus Herculis filios: Iolaumq; ductasset exercitum: auxilium ferentibus Athenienfibus: in ipso ꝑlio fertur occubuisse. Reliqua sane eius membra Gargetti sepulta esse. Caput autem Corinthi seorsum: Quod ab Iolao circa fõtem Acariã: secus tramitem: abscissũ fuerat. Vnde locus Eurysthei caput appellatur. Mycenæ autem in Pelopidarum regimen cecidere: e Piseo agro prouenientium. Deinde ad Heraclidas peruenerunt: quibus & Argos ipsum subiectum erat. Post commissum uero in Salamine prælium nauale: Argiui: & Cleonei: ac Tegeate: Mycenarum urbem inuadentes: Mycenas radicitus excidere. Agrũq; dispartiuere. Tragoediarum quidẽ scriptores urbẽ utranq;:

propter locorum propinquitatem: communi appellauere nomine. Eurypides in una & eadem Tragoedia: Modo Mycenas: modo Argos: idem uocat oppidum: sicut & in Iphigenia: & Oreste. Sunt autem Cleone mediocre oppidum: in uia situm: quae ex Argo Corinthū ducit. Et in tumulo: frequentibus habitato incolis muros ꝑpulchros habente. Quocirca poeta mihi proprie dixisse uidetur: Moenibus pulchris excelluisse Cleonas. Hic silua surgit Nemea inter Cleonas: & Phliuntem. In qua Argiui sacra celebrare cōsueuere Nemea. Ibi quoq;: que de Nemeo Leone gesta: fabulis prodita sunt. Et Belbinus est pagus. Distant autē Cleone ab Argo quidem stad. centū &. xx. A Corintho uero stad. lxxx. Nos uero ab Acrocorintho edifitium despectauimus. Sane Corinthum locupletissimam aiunt. cum Isthmo immineat Emporium. locus negotiatoribus frequentatus. Et duorum dominus portuū existat. Quoꝝ alter quidē Asie: Alter autem propinquus est Italie. Vtroq; ex loco faciles inuicem mertium commutationes faciens. Tantundem etiam remotis utrinq; gentibus. Fuit autem et non tuta profecto nauigatio. quod quidē antiquioribus annis freto contigit siculo. Itidē nec maria ipsa: presertim supra Maleam: propter aduersos uentorum flatus. Inde est natum uulgo prouerbium: Cum Maleam deflexeris: domesticos obliuiscere. Asiaticis igitur: Italisq; Mercatoribus gratissimum: erat: omisso ad Maleam cursu Corinthum diuertere. aduectis eo mercibus. Vbi & importatarum: & exportatarum e Peloponneso rerum: uectigalia pendi contingebat. Hoc apud Posteros omnino permansit. Postmodum maiora in dies aduenìebant additamenta. Illuc enim in Isthmicorum celebratione ludorum multitudo conuenarum concurrebat. Ipsi quoq; Bacchiadae annis ferme. cc. urbem dominatione tenuerant. & Tyranni locupletissimi: & numero plurimi: & genere clari: euadentes. Et Emporium ipsum: adempto metu: fructuosum possedere. Cypselus autem hisce destructis Tyrannidem occupauit. Eiusq; domus diuitias oblatum Olympico templo Cypseli donum testatur: eximiae magnitudinis simulacrum: solido ex auro fabricatum. & in tertiam usq; generationem domus eius perdurauit. Demaratus quoq; ex Corinthi potentissimis unus: domesticas fugitans factiones: tot domo secum opes tulit in Etruriam: ut urbis: quam ciuitate donatus: adiit: princeps extiterit. Et filius eius Rome potitus est regno. Veneris etiā templū adeo locupletatum extitit: ut supra mille: dee prostitutas puellas caperet: quas ueneri uiri mulieresq; addixerant. Propter has igitur frequens in urbem multitudo: turbaq; conueniebat. unde ciuitas mirum in modum ditabatur. Naute etiam leuiter sumptus factitantes absumebantur. Hic uulgatur ueteri sermone prouerbiū. Non omnium est uirorum Corinthum nauigatio. Igitur cuiusdam meretricis facetū illud posteris uulgatum est responsum. Nam cum altera illi exprobraret inertiam: qđ nulla operis teneretur industria: nec lanas attingeret. Ego inquit talis: in hoc breui tēpore ternas disposui telas. Ipsius urbis sitū talē esse cōtingit: & ex Hieronymi scriptis & Eudoxi & aliorum: & quantum ipsi cernere potuimus: post restitutā nuper a Romanis urbē. Mons excelsus est stad. trium ac dimidiati altitudinem habens ad perpendiculum. Ascensus ad stad. xxx. in acutum terminatur cacumen. Acrocorinthum autem eam nominant. Cuius quidem pars in Aquilonem uersa: maxime in arduum recta consurgit. Sub qua ad Acrocorinthi radicem in plano: instar mense: loco iacet oppidum. Ipse urbis ambitus stad. xl. erat. Vbi a monte nuda fuerat urbs: moenibus uallata fuit. In hoc autem circuitu & mons Acrocorinthus cōtinebatur: ubi murale tutamen admittere potuit. Nobis interascendendum manifesta ipsius tractus erant rudera. Et uniuersus circuitus stad.: circiter. lxxx. v. conficiebatur. Alius ex partibus mons ipse

minus in rectũ arduus est. Hinc uero nõ parum dilatatur in longe: lateq; pspectũ patens. Vertex ipse ueneris sacram habet ediculam. Infra uerticem Pirenem fontem adesse contigit: haud affluentes aquas habentem. Ceterum perspicuas ad imũ. Potuiq; suauissimas. Vulgo autem memorant: Tum ex hoc: Tum ex subterraneis quibusdam uenulis expressum fonticulũ: montis radici proximũ in urbem influere. unde aquanẽ ubertim. Intra oppidum quoq; puteorum copia est. Nec minus: ut aiunt: in Acro/corintho. Non tamen ipsi uidimus. Cum tamen Euripides dicat hoc pacto. Venio ex Acrocorintho lymphis alluentibus irriguo: sacrum Veneris relinquens tumulum. Lymphis alluentibus irriguo: profundi dici conuenit: quando putei: & stillantes per illum humores abunde prolabuntur. Vel antiquus subintelligendus est meatus. Vt Pirene per superficiem fluens: montem ipsum redderet irriguum. Fama est: equum Pegasum: cum potaret hoc in loco: a Bellerophonte deprehẽsum fuisse. Allatum inq̃ caballum: e Meduse ceruice: & de Gorgonis execto guttere prosiliẽtem. Vulgatum est etiam Caballinum in Helicone fontem erupisse: cum subiectam ibi rupem feriret ungula. Sub ipsam inde Pirenem Sisyphium iacet. siue sacellum quoddam: siue regale domicilium. niueo constructum lapide: in quo non modica seruantur adhuc rudera. E summo autem cacumine in Aquilone Parnasus aspicitur: & Helicon: montes ex/celsi. atq; niuales. Crissæusq; sinus utriq; suppositus. quem Phocis: et Boetia: terraq; Megarensis: & Sicyonia: & Corinthia complectitur. Quæ Phocidi oppositas tenet aquas. Ad uesperam uero omnibus istis: Onii appellati: montes imminent. Qui usq; Boetiam: Heliconemq; protenduntur. a saxis Scironiis: a uicina illis uia: qua itur in Atticam. Vtriusq; quidem ripe principium est. Alterius quidem Lecheum. Alterius uero Cenchree uicus: & portus. ab urbe stad: ad. lxx. longinquus. Hoc quidẽ ex Asia nauigantes utuntur. Lecheo autem qui ex Italia proficiscuntur. Lecheum sane sub oppido est. nõ multis abundans habitaculis. Sicut crura uero protrahunt stad: circa xii. ex utroq; uie latere: ducentis ad Lecheum. Hinc littus extenditur ad Pagas usq;: Megarensis terre oppidum. Alluitur autem a sinu Corinthiaco. Curuum autem est. & traiectum: & ambas ripas efficit: ad Schoenũtem Cenchreis proximũ. Inter Lecheũ uero & Pagas Iunonis Acree extat oraculum: uetustum admodũ. Extãt & Holmie promontorium: sinum efficiens: in quo & Oenoa est: & Page. He quidem Megarẽse castellum est. Oenoa uero Corinthiorum. A Cenchreis Schoenus est: ad quem ipsius traiectus locus angustissimus est. Subinde ager est Cromyonius. Ante hanc ripam & Saronicus: & Eleusinus sinus iacet: unus & idem quodãmodo Hermonico sane con/tiguus. In Isthmo: Neptunni: quem Isthmium uocant: templum eminet. Picearum arborum luco circunclusum. ubi ludos Isthmios decertatos: Corinthii celebrare soliti sunt. At enim Cromyon terre quidem nunc est Corinthie. Antea uero Megarensis. Vbi Cromyoniam uersatam fuisse porcam: refertur in fabulis. Ex qua Calidonium creatum fuisse aprum memorant. Interq; preclara Thesei certamina: unũ illud pro/diderunt: hanc illius manibus occisam. Plage quoq; Corinthie Teneus uicus ẽ. In quo templum Teneati consistit Apollinis. Litteris proditum est: Cum Archias coloniam Syracusas duceret: maximum colonorum numerum ex hoc loco sequutũ ducem illũ fuisse. Eamq; coloniam super alias: postea precipua felicitate floruisse. Deniq; suis in/stitutis rempub. tenuisse. Cumq; a Corinthius desciuissent: adhesisse Romanis. & deleto funditus oppido permansisse. Vulgo quoddam profertur oraculum: Asiano cuidam redditum. Illi nanq; interroganti: utrum Corinthum transmigrare prestantius foret: Ita responsum est. Felicem quidem Corinthum. Ceterum Teneates esse mallem. Hoc

in loco Polybus Oedipū enutrisse fertur. Videtur & Tenedii hominibus istis quadā consanguinitate coniuncti: per Tennū Cygni filium. sicut Aristoteles scribit. Apud utrosq; Apollo simili ueneratione colitur. de qua nō parua signa exhibent. Corinthii quidem sub Philippi existentes Imperio: aduersus illum contentiones exercuerunt. Et contra Romanos insolenter habuerunt. Adeo ut quidā Corinthii in pretereuntes eo℞ tecta legatos sordes infudisse psumpserint. Pro hisce aūt rebus: aliisq; delictis eue stigio poenas luerūt. Eo. n. misso ingenti exercitu: Corinthus ab. L. Mummio solo equata est. Et reliquus: usq; ad Macedoniam tractus sub Romanum cessit imperium. aliis alio cum copiis missis ducibus. Maximā uero agri Corinthii partem Sicyonii possessā occupauere. Polybius sane: que in urbis captiuitate obuenerunt: in commiserationis partem colligens: iniuriam militum addit. atq; ludibria. que in artes & preclara exercuerunt opera. & diis oblata dona. Ait enim psente sese: abiectas in pauimenta uidisse tabulas. Superq; illas talis lusitasse milites. Easq; nominatim explicat: quas Aristides de Libero patre pinxerat. De quo scitū illud dici solere tradit: Nihil ad Dionyson: id est Liberum patrem. Herculem quoq; sub Deianire tunica superatū. Hunc quidē nos ipsi minime uidimus. Liberum uero in Cereris: phano repositum Rome spectauimus. Opus sane speciosissimum. At incenso templo: talis pariter imago picta periit. Plurima item alia: & aspectu suauissima: templis apposita dona: hinc profecta sunt. Aliqua etiam uicine Rome ciuitates habuerunt. Mūmius enim magis animi magnitudine excellens: q̄ ad huius generis artes contemplandas: studiosior: ut fama est: eas ab se rogantibus amicis facile largiebatur. Lucullus sane: cum edem fortune construxisset: & porticum quandam: statuas: quas Mūmius habebat: petiuit in usum. ut edem ornaturus ad ostentationē. Mox deinde restituturus. Minime uero restituit. Sed eas: ut dona: dee posuit. Capereq; quae sibi libitū esset: mandauit. Quod cū Mūmius equo tulisset animo: omī ꝓrsus abiecta cura: lōge magis: q̄ qui oblatas posuerat: gloria & leticia extollebatur. Corinthus uero deserta diutius manens: ab diuo Cesare denuo est restituta: propter bonum terre ipsius ingeniū. missis eo colonis frequētibus: generis libertinorum. Qui rudera sollicitantes: & sepulchra refodientes: plurima inueniebant fictilia: ostraceaq; toreumata. Permulta etiam enea. Ornata subinde mirati opera: tam fabrefacta: nullū indiscussum dimisere sepulchrū. Vnde inuentis talibus locupletati: multoq; disponētes precio: urbem Romam mortuis repleuere Corinthiis. Sic enim de sepulchris excerptam pdam nominabant. Et presertim ostracea. Initio quidem magno in honore fuit: propter elaborata Corinthi era. Deinde derelicta res est: cū deficerent ostraca: scilicet terra figularis. & plurima imperite facta: uiderentur. Ciuitas ipsa Corinthiorum amplissima usq; fuit. & opulentissima. seu uiros innumerabiles: ad ciuile regimen peritissimos: siue eximias opificum artes: animo uertis. Hinc enim & Sicyone: eximie pictoria: & plastice: peruenit ad summū. & omne aliud huius generis opificium. Ager autem non admodū telluris bonitate pollebat. Quippe que oblique distorta foret. & aspera. Vnde superciliosam Corinthum uocant uniuersi. & cessit: in uulgare prouerbiū: Corinthus sup cilus: curuitatibusq; laborat. Verū Ornee preterlabentis fluuii nomen acceperunt. Hodie quidem deserte. At superioribus ānis incolarum copia frequentes. Sacellum Priapi habuerunt: magna ueneratione cultū. Vnde Euphronius poeta: res Priapi uersibus canens: deum uocat. Orneaten. Super Sicyonium site sunt campum. Agrum uero earū occuparūt Argiui. Arethyrea uero est: quam nunc Phliasiam dicunt. Quo autem nomine ager: eo & oppidum appellatū est ad montem Celossam. Posteriore tempore illinc emigrantes: ad stad. xxx. urbem

condiderũt: quã Phliuntem uocarũt. Verũ Celoſſe parſ Carneateſ ẽ. E quo Aſopuſ oritur: pter agrũ perfluenſ Sicyonũ. & Aſopiã regionẽ efficienſ: que Sicyonie parſ una eſt. Eſt aũt Aſopuſ & unuſ: qui pter Thebaſ: & Plateaſ: & Tanagrã fluit. Eſt & aliuſ in Heraclea Trachinia labẽſ: apud Pagũ: quẽ Praſopioſ nominãt. Quartuſ ẽ in Paro inſula: Phliuſ qdẽ in medio Sicyonie: Argiueq;: & Cleoneſ: & Stiphali: circuitu cõplexa iacet. Eximie uero colit̃ in Phliũte: ac Sicyone: Diæ: Sic. n. Heben uocãt: phanum. Primiſ autem temporibuſ Sicyonem Meconam appellabant. Adhuc autẽ antiquiuſ Egialoſ uocabant. Eam reedificatam ferunt: longe a mari ſtad̃. xx. Vel ut alii. xii. in ualido tumulo: Cereri dicato. Vetuſ autẽ illiuſ edificium fuit Emporiũ cum portu. Sicyonie uero terre: atq; Corinthie: terminuſ ẽ Nemea fluuiuſ. Pluribuſ anniſ ſub Tyrannorum dominatu gubernata. Semper tamen manſuetoſ uiroſ Ty/ rannoſ habuit. Imprimiſ clariſſimũ Aratum: qui & ciuitatẽ: & libertatem reuocauit. & Acheorum adeptuſ eſt regnum. ab ultro offerentibuſ: etiã potentiam cõſequutuſ. Ipſumq; cõſtanſ imperium auxit. adiecta illi patria: aliiſq; uiciniſ urbibuſ. Hyperiſiã uero: aliaſq; a poeta dictaſ ordine ciuitateſ: Egialũq; iã Acheiſ ſubiectaſ: eſſe cõtigit: uſq; Dymaſ: & Elee ore terminoſ. Hunc uero tractum Ioneſ antiquituſ obtinebant: qui ab Athenienſibuſ duxere genuſ. Quondam autẽ Egialea uocabatur. Et Incole Egialenſeſ. Poſteriori autem tempore ab illiſ Ionia denominata: quomodo & Attica: ab Ione Xuthi filio. Fama eſt Deucalioniſ filium Hellenem fuiſſe. Hunc autem circa Phthiam Penei & Aſopi mediam: regnum tenuiſſe. Et maximo natu filio im/ perium tradidiſſe. Reliquoſq; foraſ dimiſiſſe: ut ſedem ſibi quiſq; conquireret. E quibuſ Doruſ: Dorieſeſ Parnaſo affineſ: habitatoreſ cõſtituit. Sibiq; ſuperſtiteſ a ſe uocatoſ reliquit. Xuthuſ autem aſſumpta in matrimonium Erechthei filia: colonoſ ad qua/ dripolin Attice terre induxit. Oenoã. Marathonem. Probalinthum. & Tricorythũ. Ex huiuſ filiiſ unuſ Acheuſ nomine: cedem inuituſ patranſ in oram Lacedemoniam profuguſ ſeſe recepit. Et eiuſ loci accolaſ: Acheoſ uocari conſtituit. Ion uero ſupatiſ Eumolpi cõmilitonibuſ Thracibuſ tantũ fame laudiſq; conſequutuſ ẽ: ut Athenieſeſ illi reipublice: gubernacula cõmitterent. Qui primum quidem omnium multitudinem quaternaſ diuiſit in tribuſ. Dehinc in quattuor degende uite uiaſ. Quoſdam enĩ agri/ cultoreſ deſignauit. Alioſ opificeſ. Aliquoſ ſacrorum faciendorum cure prefecit. Non nulloſ ciuitatiſ cuſtodeſ. Talibuſ quidẽ ab eo ordinatiſ ampliuſ: Regionẽ ſui nominiſ uocabulo appellatã reliquit. Qua in dieſ magiſ mortalibuſ referta: Athenienſeſ intra Pelopõneſum ex Ionibuſ coloniam miſerunt. Et plagam: quam occupauerant: pro Egialia: Ioniam nominarunt. Eodemq; modo: pro Egialenſibuſ: Ioneſ appellati: in ciuitateſ. xii. diſpartiti. At. n. poſt Heraclidarũ reuerſionem ab Acheiſ expulſi: denuo Athenaſ repetiere. Illinc uero cum Codri Prognatiſ: in Aſiam: Ionicam tranſmiſere coloniam. Hi in Lydie & Carie littore ciuitateſ. xii. cõdidere: totidẽ in parteſ ſeipſoſ diuidenteſ: quot antea Peloponneſum occupanteſ. Achei genere quidem Phthiotæ fuerunt. Domicilia uero in Lacedemonia habuerunt. Heraclidiſ uero rerum potitiſ: cum fortunã priſtinã: ductu Tiſameni: Oreſtiſ filii: reparaſſent: ut ſuperiuſ retulimuſ: aduerſuſ Ioneſ impetũ fecerunt. Cumq; uictoreſ euaſiſſent: Ioneſ eiecerunt. Ipſi aũt agrum uendicarunt: Et ipſam loci partitionẽ cõſeruarunt: quam diſtributam acce/ perunt. Eo uero potentie peruaſerunt: ut cum reliqua Peloponneſuſ Heraclidarum ſubiugata foret imperio: a quibuſ Achiui ipſi deſciuerant: Contraq; omneſ obſiſteret ualerent: oram ipſam Achaiam nominarunt. Igituſ a Tiſameno uſq; Ogyen: ſub re/ gibuſ ſemper uixerunt. Dehinc populari gubernaculo urbeſ habite: adeo in regẽdiſ

ciuitatibus famam cõpararunt: ut Italice gentes: post susceptã aduersus Pythagoricã sectam factionem: maximam legum: & institutionum partem ab hisce transtulerint. Post Leuctricam uero pugnã: orta inter populos cõtrouersia: eius iudiciũ Thebani: hisce uiris permisere. Postea uero cum rerũ urbanarum cõmunicationẽ. Macedones dissoluissent: eam rursus sensim reuocarunt. Quo aũt tempore Pyrrhus expeditionẽ in Italiam susceperat: quaterne ciuitates socie principatum obtinuerunt. E quarum numero fuere Patre atq; Dymæ. Dehinc e duodecim quasdam adsciuerunt: preter Olenum: atq; Helicen. Cum altera nihil contribueret: Alteram fluctus delessent. Nã cum terremotus in sublime pelagus extulisset: & ipsam diluuii instar absorpsit: Simul & Neptunni templum Heliconii. Quod & etate nostra Iones precipuis honoribus adorant. Ibiq; sacrificium operantur. Quod ab uniuersis Ionibus factum Panionia uocant. Huius sacrifitii Homerum meminisse: quidam referunt: cum inquit:
Ille animum spirat. sic ructans: taurus ut olim
Pertrahitur: Regis ructans Heliconii ad aras.
Poetamq; Ionica colonia iuniorem esse coniectant: qui eius sacrifitii Panionici meminerit: quod in Prienensium agro Iones communi celebritate Neptunno cõficiunt Heliconio. Cum & ipsi Prienenses ab Helice originem duxisse ferantur. Itaq; huic sacrificio hominem Prienensem iuuenili etate uigentem Regem preficiunt. Qui rei diuine curam suscipiat. Ampliorem etiam faciunt coniecturam: ob ipsum de Tauro dictorum a uate propositum. Iones enim tũc sese facto sacrificio: litare arbitrantur: quũ Taurus inter immolandũ mugitus emittit. Qui uero contra sentiunt: ad Helicẽ dicta illa: ex coniectura: transferunt. deq; Tauro: deq; ipsius immolatione. Perinde ac eo in loco talis consuetudo uersetur. Et ipse poeta: de iis: que ibi celebrentur: comparationem induxerit. Ceterum Helice duobus ante res Leuctricas ãnis destructa ẽ. Eratosthenes locum se uidisse asserit. & Porthmenses affirmare: ut in traiectu Neptunnus ex aere sublimis adstabat: aurigariam scuticam manu gestans: piscatoribus discrimen importantem. Heraclides autem commemorat: etate sua calamitatem illam noctu incidisse. Vrbemq; ipsam: quæ stad. xii. distabat a mari: toto cum loco fuisse obrutam. Homines uero inde: ad duo milia: missos ab Acheis: ut mortuos eximerent: re infecta: redisse. Finitimis autem agrum dispartisse. Eam uero cladẽ ob Neptũni iram accidisse. Ionas enim ex Helice profugos: missis legatis: Neptunni statuam ab Heliconsibus petiisse. Quam si non exorarent: saltem ipsius templi sacra postularent. Que cum ab aliis non exhiberent: ad Acheorũ ciuitatem cõmuniter miserunt: Quibus decernentibus: ut eorum nomine peterent: denuo: re infecta: rediere. Proxima dehinc hyeme cladem illam ingruisse constat. Postea uero Acheos Ionibus sacra ipsa tradidisse. Alterius quoq; Helice: que ad Thessaliam pertinet: mentionem fecit Hesiodus. Quippe Achei: per annos assidue uiginti scribam publicum: & Pretores duos annuos habuere. Commune quoq; consilium una in curia cogebant: qđ Arnarion uocabãt. In quo de Republica Senatus consulta ædebantur. & per istos. & per Iones antea. Postea decretum est: unum tantum Pretorem creari. Aratus sane: cũ exercitus dux esset: Acrocorinthum eripuit Antigono. Vrbem uero Acheorum iuri subdidit. sicut & eius patriam Sicyonẽ. Assumpsit etiã Megarenses: & omniũ Tyrannides destruẽs: libertatem assequutos: Acheorũ nomini annumerabat. Sic totã Pelopõnesum breui ab Tyrannorum iugo solutam reddidit. adeo ut Argos: & Hermionem: & Phliuntẽ: & Megalopolin: que cunctarũ urbium Arcadicarũ amplissima est: Acheis adsciuerit. cum sane late plurimum Acheorum auctum esset imperium. Ea uero tempestas erat:

qua Romanus populus Carthaginēses e Siciliae possessione deturbarat. Et aduersus circūpadanos Gallos expeditionem agitabat. Vsq; uero ad Philopoemenis preturā: in unum commode permanentes Achei paulatim corruerunt: Cum iam Romanus populus Greciā uniuersam suo imperio subiugasset. Singuliq; non unitis in uiuēdo modis utebantur. Cumq; nonnulli una sese continerent: Alii quidem dissoluere unita cupiebant. Inde causam explicat prolatationis sermonū de Acheis. In eam illos am/plitudinem peruenisse potentie: ut Lacedemonios quoq; superexcelluerint: ne dignos quidem cognosci. Locoꝝ autem que incolebant: in duodecim partes distributa: ordo talis est. Secundum Sicyonem Pellena iacet. Dein Egira secunda. Tertia Ege: Nep/tunni templum habentes. Quarta Bura. Post eam Helice. Ad eam Iones: ab Acheis bello fracti: cōfugerūt. tandē ex his oris fugati. Post Helicen Egion ē. & Rhypes. & Patrenses. & Pharenses. Dein Olenos. Preter hunc Melas: magnus amnis: labitur. Postmodum Dyma. & Triteenses. Iones igitur domicilia per pagos habebāt. At uero Achei urbes edificarunt. in quibus partim habitarunt. quasdā etiā ex aliis particulas. Sicut ad Egiram Egas. quarum inquilini Egei uocabant̄. Olenum uero ad Dymā. Inter Patras autem & Dymam uetusti Oleniorum edificii uestigia monstrant̄. Vbi & Esculapii templum insigne: ab Dyma quidem stad̄. xl. A Patris aūt. lxxx. distās. Egarum quidem in Euboea existentium: Ege iste par nomen habent. Olenū uero cum altero in Etolia idem habet uocabulū. Ipsius quoq; tm̄ seruata extant uestigia. Poeta quidem Achaici nequaq̄ meminit Oleni. Sicut nec aliorū complurīū oppidoꝝ: in ripa habitatorum. Sed cōmunius profert. Ripamq; omnem.

Et iuxta Helicen longe: lateq; patentem.

Ceterum Etolicum memorans: ait: Pleuronemq; metunt. & Olenon. Ambas etiam Egas explicat. Achaicas quidem: hoc pacto.

Inq; Helicen simul: ac Egas sua dona ferebant.

Verum cum Egas dixit:

In qua edes celebres: in qua lacus enitet altus:

Hic Neptūnus equos posuit. Melius est Euboicas Egas accipere. a quibus & Egeū pelagus nomen assequi: uerisimilius est. Ibi enim Neptunno fuisse negotium fingit̄. quod de Troiano bello fuerat. Penes Egas Achaicas Crathis amnis labitur: a duobus fluminibus incrementa suscipiens. Sic a miscendis aquis appellatus. A quo & Italicus uocatus est Crathis. Vnaqueq; particularum duodecim: e populis septem: octoq; cō/stabat. Tanta uirorum prestantia regionem florere contigit. Extat autem Pellene stad̄. lx. supra iacens a mari. castellum sane ualidum. Est & uicus Pellene. a qua Pel/lenice Chlene uestes: ad agonas uictoribus premia: proponebantur. Ea inter Egas: & Pellenen iacet. Ceterum Pellana aliud ab his est oppidum. in Laconica situm. Locus ad Megalopolitanū uergens agrum. Egira autē super tumulo iacet. Bura uero mari incumbit: ad stad̄. xl. Quam per terremotus frequentes absorberi contigit. Hic Sy/baris fons est: a quo Sybari Italico deriuatum est nomen. Ega: seu Ege dicantur: hoc tempore deserta incolis est. Vrbem habent Egienses. At Egium satis incolarum habet. Isto in loco Iouem a capra lactis alimenta suscepisse: scribunt. Sicut Aratus prodidit: Diuaq; capra Ioui fama est: hic prebuit uber. & subdit: Oleniamq; Iouis uates dixere capellam. Locū ostendens. quia proxima est Olene. Ibidē & Ceraunia sublimi in petra locata. hec Egiorū iuris est. & Helice. & dicatus Ioui lucus Enarius nomine. In eo Achei de repu. cōsultaturi: conuentū agitare consuerant. Per Egioꝝ autem agrum amnis Selinus labitur: eiusdem nominis. cū altero: qui in Ephesō: p̄ter

Diane templum fluit. Et cum alio: qui per Eleam oram agellū precurrit. Quē Diane Xenaphon: accepto eius oraculo: emptū dicit. Alius ē Selinus fluuius: i Megarensiū tractu: Hyble uicinorum: quos eiecere Poeni. Ceterarum urbium: siue particularum Achaicarum: Rhypes haudquaq̄ habitate sunt. Agrum possidebant Egienses: atq; Pharenses: quem Rhypidem uocabant. De quibus sic Eschylus mentionem fecit. Buramq; sacram. Ceraunias q; Rhypas. E Rhypibus sane oriūdus fuit Mycellus ha/bitande Crotonis autor. Ab eisdem fuit: & Leuctrum pagus. Inde etiam Patre sunt: urbs insignis. In medio autem est Rhion. & Antirion. a Patris. xl. distans stad. In ea nuper Romanus Populus post Actiacam uictoriam: nobiliorem militum partem locauit. Hodieq; preclaris uiget ciuibus: cum Romana sit colonia. habet & mediocrē nauium stationē. Deinceps uero Dyma ciuitas ē. absq; portu: Inter omnes in Dysin: id est occasum: magis exposita. Vnde & nomen adepta ē. Annis superioribus stratos appellabatur. Eam uero perlabit̄ Larisus fluuius: ab Elea per Buprasiū descendens: E monte defluens: quem alii Scollin uocant: Homerus autem: Oleniam petram. Cū uero Antimachus Dymam Cauconidem appellet: nonnulli sic approbant: a Cauco/nibus adiectū nomen accipientes: ad hec usq; loca pertinentibus. ut superius a nobis dictū ē. Alius a Caucone fluuio dici placet. Sicut & Thebe Dircee. uel Asopie. Argos Inachiū. Troia Simoentia. Paulo uero ante nostram etatem Dyma suscepit accolas: Conuenas homines. atq; promiscuos. Quos e numerosa Piratarum colluuie: perinde ac reliquias Pompeius habuit: deleta predonum manu. Quorum partem in Cilycie solis: partem aliis in oris: & hoc in loco habitatores imposuit. Phara Dymeo agro con/termina est. a qua Pharienses dicuntur. Cū e Messenia Phara Pharate nominentur. In Phare finibus est Dirce: eodem quo Thebana uocitata nomine. Olenus quidem inculta inter Patras Dymamq; iacet. Dymei uero ipsum agrum possident. Succedit inde Araxus: Eleum promontorium: ab Isthmo stadium unum distans. Arcadia cū in media Peloponneso sita sit: precisam habet plurimam montane regionis partem. In ea Cyllene mons est maximus. Eius altitudo ad perpendiculum: ut quidā dixere: ad. xx. surgit stad. Alii. xv. aiūt. Gentes Arcadice Grecam nationē uetustate p̄stare creduntur. Azanes: atq; Parrhasii: & ceteri generis eiusdem. At enim p̄pter omnimodā regionis uastationem: haud sane longior de illis fiet oratio. Oppida nanq; bellorum assiduitate: deleta sunt funditus. que superioribus seculis fama nobilitarat. Ex q̄bus temporibus agrorum cultores defecerunt. Post que plurime ciuitates Megalopolin habitatum confluxerunt. Cui nunc illud a Comico dictum: obuenit. Megalopolis id est ampla ciuitas: ampla fit desolatio. Fertilia autem pecori fuere pascua. presertim equis. atq; asinis: equarum suppositoribus. Equorum sane genus excellit Arcadicum. Quemadmodum & Argolicum. & Epidauricum. Etolorum preterea & Acarnanum solitudo: pascendis equis est accōmoda: non minus q̄ Thessalia. Epaminundas quidē Mantineam: superatis secunda pugna Lacedemoniis: illustrem reddidit. In qua et ipse diem obiit. Hec autem euanuit. Simul & Orchomenus: & Erea: & Clitor: & Phe/neus: & Stymphalus: & Menalus: & Methydrium: & Caphye: & Cynetha: Vel uix rara ipsarum apparent uestigia: ulla ue signa. At Tegea mediocri adhuc statu per/manet. Et Elee Palladis Phanum. Nonnihil uenerantur item Lycei Iouis templum in Lyceo monte locatum. Decantatas uero a Poeta urbes: Rhipam & Stratiam: Et uentis obnoxiam Enispen: uix inueneris. Inuentis autem: nulla est prorsus utilitas. Tanta est locorum solitudo. Insigniores autē montes: preter Cyllenen. Pholoe Ly/ceus: Menalus: Parthenus: ex Tegea ora Argiam prospectans. Quod de Alpheo ac

Eurota mirabile contigit: expoſitum eſt. De Eraſino quoq; e Stymphalio erūpente
lacu: nunc quidem in Argiuam terram: antea uero exitum non habente: cū infima
fundi: quæ Arcadeſ Zeretra uocant: obtuſa forent: et effluere proinde nequirent.
Itaq; urbſ ipſa Stymphaliorum: que nunc a lacu quinquaginta ſtad' abeſt: ea etate
illiuſ ripiſ incumbebat. Contra uero Ladoni euenit amni. Cuiuſ fluentum occluſo
quondam fonte detinebatur. Coincidentia enim circa Pheneū ima fundi: terremotuſ
uiribuſ: per que curſuſ illiuſ erat: fluminiſ moram effecerunt: uſq; ad ipſaſ fontiſ uenaſ
in profundum. Hunc in modum aliqui proferunt. Eratoſtheneſ autem refert Auiā
fluuium: circa Pheneum campum urbi uicinum: ſtagnare. & ſubter quedam ingredi
foramina. que Zerethra nominant. Quibuſ obturatiſ: interdum ſuper campoſ aquaſ
diffundi. Apertiſq; rurſuſ meatibuſ: una congregataſ e campiſ in Ladonem effluen/
teſ: in Alpheum irrumpere. Vnde & Olympia terra: templo circumpoſita: aliquando
inundatione demerſa fuerit. & lacuſ ipſe contractuſ decreuit. Eraſinum uero circa
Stymphalum labentem: cum montem ſubintret: in ora Argiua rurſum emergentem:
apparere. Eam ob cauſam: Iphicratem: cum Stymphalum obſidione circūdediſſet:
& infecta re fruſtraretur: deſcenſum occludere conatum: innumerabileſ ſpongiaſ
aduexiſſe. Iouiſq; Auguriſ reuocatum: deſtitiſſe. Apud Pheneum ſane Stygiſ aquæ
ſtant. Sic enim uocāt Loetaliſ aque ſtillicidiū. Quam ſacram hominū facit opinio.
De Arcadia tanta dicta ſint. Cum uero Polybiuſ a Malea in Septentrionem uſq; ad
Iſtrum circiter. x. ſtad' milia eſſe diſſeruerit: Artemidoruſ hoc ipſum non incongrue
dirigit. Nam ſecundum illum. vi. milium ac quingentorum contigit eſſe. Huiuſ rei
cauſa eſt: quia non breuiter: ac preciſe: longitudinem menſurat. Sed quam quiſpiam
Imperatorum permeauit. Haud abſurdum fortaſſe fuerit: & eoſ adducere: q habitāde
Peloponneſi autoreſ extiterunt. Quoſ retulit Ephoruſ. Ipſoſ inq̄m: qui ſecundum
Heraclidarum reuerſionem predicantur. Corinthi quidē Aleten Sicyoniſ Phalcen.
Achaie Tyſamenū. Elidiſ Oxylū. Meſſene Geſphontē. Lacedemoniſ Euryſthenē:
& Proclem. Argi uero Temenum. Littorei uero tractuſ Ageum. atq; Diephontem.

Onuſ liber de Grecia Athenarum cum laude continet
expoſitionē. Boetiāq;: atq; Theſſaliam. cū ora maritima.

Bſoluta Peloponnenſi circuitione: Quam primam quidē: Ceterū
minimam Cherronneſorum: id eſt ex Poeninſuliſ eſſe diximuſ:
Greciam componentibuſ: deinceps adeunde ſunt contigue. Fuit
autem ſecunda: ea quidē: que Pelopōneſo Megarenſem applicat
oram. Tertia uero: que preter hanc Atticam aſſumit: atq; Boetiā.
& quandam Phocidiſ partem. & Locrorum cognomento Epicle/
midiorum. Adeo ut Crōmyoniſ ager: non quidem Corinthiſ: ſed
Megarenſibuſ: pertineat. De hiſ igitur impreſentiarum ſumenduſ eſt ſermo. Refert
autem Eudoxuſ: quod ſiquiſ mente conciperet rectam quandam lineā: a Ceraunijſ
montibuſ ad Sunium Atticæ promontorium: in orientiſ parteſ protenſam: dextra
quidem relinqueret Peloponneſum totam ad Auſtrum: Siniſtra uero & ad Arcton
continuam: a Ceraunijſ montibuſ maritimam ripam. & uſq; ad ſinum Criſſeum & orā
Megarenſem: & Atticam uniuerſam. & ea que deinceps ſunt. Cum ſic ab Eudoxo
dictum ſit: uiro quidē Mathematico: figurarūq;: atq; climatum peritiſſimo. Horūq;

locorũ ſcientiſſimo:intelligere oportet:hoc ipſum latuſ Attice ab Sunio uſq; Iſthmũ: cum tractu Megarico:curuum quidem.ſed permixtum.In hoc aũt ſpatio:ad mediã quodammodo predictam lineam: Pireuſ conſiſtit Athenarum portuſ.& Emporium. Abeſt uero a Schoenũte: Iſthmi uicino ad ſtad.ccc.l.Ab Sunio aũt ſtad.xxx.ſupra ccc.Tantum fere interuallum eſt:quod a Pireo ad fonteſ:quantum ad Schoenuntẽ interiacet. Pluſ tamen eẽ ſtad.x.aſſerunt.Cum Sunium aũt circũflexeriſ ad Aqui/ lonem quidam nauigatio eſt in occaſum uergenſ. Littuſ autem circumpoſiti mariſ utrinq;: initio peranguſtũ eſt.Poſtea in mediterraneam dilatatur. Nihil aũt minuſ inflexionẽ:ad lune figuram accipit.uidelicet curuaturam:ad Oropũ tellurìſ Boetie: ad Pelaguſ habenſ.Hoc autem ſecundũ eſt lacuſ Attice in oriente ſpectãſ.Reliquũ eſt latuſ Aquilonare:ab Oropio agro in occaſum inclinãſ.uſq; ad tractũ Megaricũ. Montane Attice plaga multiſ inſignita nominibuſ:Boetiã diſiũgit ab Attica. Quo/ circa:ut ſupiuſ dixi:Boetia mari utriq; cõplexa Iſthmoſ:tertie iam dicte poeninſule ſiue Cherroneſi:efficitur. Qui propinqua Peloponneſo loca.Et Megaricã:ac Atticã comprehendit interiuſ.Ideoq; apud ueteres Acten:id eſt littuſ:appelatam eẽ:cõſtat. & nomine deriuato:pro Actica:Atticam eſſe nuncupatam. quoniam maxima illiuſ parſ ad mare eſt extenta.& anguſta. Oblonga uero ſatiſ.& porrecta montibuſ uſq; Sunium ſubiicitur.Haſ igitur percurremuſ:maritimaſ repetenteſ oraſ.ut ꝑmittimuſ. Poſt Crõmyonem igit̃ Scironideſ Atticiſ finibuſ iminent Petre.iuxta mare tranſitũ non relinquenteſ. Super eaſ autẽ uia eſt in Atticam.atq; Megara.ab Iſthmo ducẽſ. Adeo autem magiſ ac magiſ uia petriſ propinquat:ut in multiſ eiuſ partibuſ ꝑcipitiũ uiatori minetur.tam excelſuſ:& tranſitu piculoſuſ mõſ incũbit.Hoc in loco Scironiſ reſ in monte geſte:latronũq;:& flectenteſ ad terram arboreſ pinuſ fabuliſ memorãt. Quaſ Theſeuſ obtruncauit.Ab hiſce lociſ extremiſ flantem:procellaſq; cientem ſeuũ Caurum:Athenienſeſ Scironem appellant. Secundũ Petraſ illaſ Scironideſ Minoa rupeſ prorumpit in pelaguſ:Niſee portum efficienſ. Eſt autem Niſea Megarenſiũ Emporiũ.x.&.viii.ab urbe ſtad abſenſ.duobuſ utrinq; cruribuſ ad ipſam cõplicatũ. Hoc autem etiam Minoa uocabatur. Hac olim ſane regionẽ Ioneſ obtinebant:qui & Atticam:Cum nondum edificata forent Megara. Qua ex re Poeta horũ proprie locorum nuſꝙ meminit. Verum cunctoſ Atticam incolenteſ: Athenienſeſ appellat. Et hoſ cõmuni cõprehendenſ noĩe:Athenienſeſ putat. Sicuti quũ in Catalogo dicit: Inſignemq; urbem muriſ:habitabat Athenaſ:

Accipiendi ſunt ii etiam: qui nunc Megarenſeſ dicuntur.ut qui in communẽ uocati eſſent militiam.Eiuſ rei documento illud eſt:qđ antiquiſ tẽporibuſ Atticã:& Ioniã: & Iadẽ uocabant.Et ipſe Poeta dicenſ:Hic Boetii:& Ioneſ:Athenieẽſeſ inquit.Cuiuſ portio & Megarica fuerat ora. Cumq; de finibuſ Peloponnenſeſ & Ioneſ ſepiſſime diſceptarent:in quibuſ & Crõmyonia cõtinebatur:inter ſe pepigerunt:ut columnam ſiſterent in eo ubi profeſſi cõuenerant loco:qui circa Iſthmum eſt.In qua hic inerat titulus:in parte Peloponneſum ſpectante:Hæc Peloponneſuſ:at non Ionia. In parte uero Megara ſpectante:Hec non Peloponneſuſ eſt:ſed Ionia.Qui igitur orã deſcripſerunt Atticam:cum multiſ in rebuſ diſcrepent: in eo conſentiunt eſtimatione digni:qđ cũ Pandioniſ Regiſ.iiii.eſſẽt filii: Egeuſ: Lycuſ: Pallaſ:& quartuſ Niſuſ:& Attica regio quattuor eſſet in parteſ diuiſa:Niſo Megara ſorte obuenerũt:q Niſeã condidit. Philochoruſ ſane eiuſ principatum ex Iſthmo: uſq; Pythium peruenire: ſcriptiſ ſuiſ prodidit.Andron autem uſq; Eleuſinen:Campumq; Thriaſium.Ceterum aliiſ:de hac quadripartita diuiſione uario modo loquentibuſ:Hec ipſa a Sophocle

suscepisse: satis est. Apud quem loquitur Egeus: Pater mihi: ut ad huius terræ littora discederem: definiuit: pro grandiori etate premia distribuens. Lyco autem aduerso ex latere: Euboee hortum prebuit. Verum Niso tellurem eximit in Scironis littore. Ac Pallas Gigantes educans: tellurem in Austrum spectantem sorte capit. Vir immitis. Quod igitur Attice pars Megaricum solum extiterit: huiusmodi signis utūtur. Post reuersos Heraclidas: diuisione ab eis eorumq; comitibus Doriensibus: facta: multis ut terram suam amitterent: euenit: in Atticam confugientibus. E quorum numero fuit Messeniorum rex Melanchus. Is ab Atheniensibus sponte Rex factus est: cum de prostrato: singulari a se pugna Boetio℞ Rege Xantho uictoriam reportasset. Cūq; multis mortalibus referta esset Attica: propter conuentum exsulum: Heraclide: irri/tantibus eos maxime Corinthus: & Mesenus: timere coeperunt. Illis quidē ob locorū uiciniā: his autē: quia per id tempus Melanthi filius Codrus Attice rex erat: aduersus Atticam hostilem ductarunt exercitum. Prelio aūt uicti aliā quidem amisere terram: Megaricā uero tenuere. & Megara urbem moenibus cinxere. Hominesq; Dorienses pro Ionibus fecere. Columnam quoq; Ionum: & Pelopōnensium confinia habentē: deleuere. Megarensium quidem ciuitas multa fortune uarietate perfuncta est. tamē in hanc perdurat etatem. Habuit. & Philosophorum studia: quos appellauere Me/garicos. Qui Euclidi Socratis auditori successere. Sicut & Phedonem Eleum: Eleate sectæ successores excepere: Socratis & ipsum discipulum. E quibus extitit Pyrrhon. Sic ab Menedemo Eretriensi deriuati sunt Eretrici. Est aūt Megarensis ager: sicut & Atticus: asper. minimeq; ferax. Cuius partem ampliorem continent montes. Quos Oneos: id est Asinarios uocāt. Dorsum quoddam a Petris Scironiis longe in Boetiā Citheronemq; protensum. Cæterum mare Niseum: ab Crisse Archyonide: Sic enim appellatur: separans. Quum a Nisea in Atticā nauigas: quinq; perexigue procūbunt Insule. Dehinc Salamin: stad. lxx. in longum porecta. Vel ut alii asserunt. lxxx. Habet autem eiusdem nominis urbem. Vrbemq; aliam uetustam. uacuāq;. in Eginā obuersam. ad Austrumq;. Quemadmodū & Eschylus ait. Ipsa Egina ad Austri iacet flatus. Habet & alteram quæ hodie iacet in sinu: ad locum Isthmi faciem gerentem: Attice contiguū. Alio apud ātiquos uocabant nomine. Nam a quorundā uocabulis Heroum Sciras: & Cychria dicebatur. Vnde & Minerua Sciras appellať. Et locus alter Attice Scira. Et Episcirosis: quoddā sacrificādi genus. Et mensis Scirophorion. Inde etiam & Cychrides serpens: De quo dicitur ab Hesiodo: ut ab Cychreo sit edu/catus. Dein ab Euryclo: quia Insulam uastaret: fuerit eiectus. Postea ab Cerere: ad Eleusinem confugientem: hospitaliter exceptum: illius factum esse ministrū. Nomē etiam ab arbore Pitya: Pityusam adeptā. Eacide quoq; Insulā nobilitarunt. Cuius aliquando dictionem obtinere. Præsertim Aiax ille Telamonius. Accedit quod circa Insulā istam Greci Xerxem nauali plio profligarūt: domū timide fugitantē. Eginete etiam non parua ex hoc certamine gloria communiter potiti sunt. Et finitimi facti: & memorabilem exhibentes pugne classem. Eleusine autem fluuius est: hodie quidem Bocalia. Prius autem Bocarus appellatus. Insulam hoc tempore possidēt Atheniēses: de qua quondam extitit aduersus Megarenses non parua contentio. Fama est Pi/sistratum: siue Solonem in nauium catalogo: post uersum illum:

Bis senas Salamine rates agit inclitus Aiax: deinceps scriptum hunc inseruisse:
Stabat agens: Actee ubi consedere phalanges.

Vt teste poeta uteretur: Insulam iuris Atheniensium a primordio fuisse. Quod sane testimoniū Critici nequaq̄ amplectuntur. cum multa cōtra illos carmina testimoniū

afferant. Nam cur Aiax in locatarum nauium statione nouissimus? Non autem Athenien sibus adiunctus esse uidetur? At cum subditis Protesilao Thessalis: ubi & Aiacis: & Protesilai naues consistebant. & Agamemnon in circũeundo exercitu. Inde Menestheum: Petei prolem inuenit acrem.

Stant & Athenei prope: docti Martis in armis.
Ast iuxta steterat uersute mentis Vlyxes.
Atq; Cephalenum propter mansere phalanges.

Verum ad Aiacem: & Salaminios rursum. Venit ad Aiaces. penes ipsos altero ex latere Idomeneus. Non autem Menestheus. Igitur Atheniẽses tali apud Homerum uti uidentur testimonio. At Megarenses contra hunc in modum cecinisse.

E Salamine rates Aiax agit. atq; Polichna.
Exq; Egirossa: Niseaq;: Tripodibusq;.

Que Megarica loca sunt. e quibus: Tripodes hodie: Tripodiscion appellantur. ubi nunc Megarensium forum iacet. Aliqui sane ex hoc aiunt: quia Poliadis Mineruæ sacerdos caseum recentem attingere prohibita est. Cui externus tantũ offertur: cũ ea quidem & Salaminio utatur. Externam Attice Salaminem aiunt. haud recte. Nam qui ex aliis Insulis manifeste uicinis Attice uehitur: offerẽ. cum illi qui huius ritus au/tores extiterunt: omnem: qui e Ponto longe aduehitur: externũ intellexerint. opinio est: Salaminem priscis temporibus seorsum instructam: per se fuisse. Megara uero Attice partem extitisse. In Salaminiaco autẽ littore Attici soli: & Megarici: confinia iacere contingit. Duos uidelicet colles: Quos cornua uocant. Deinde Eleusin urbs: ubi Eleusine Cereris templum extat. & Phanum Mysticũ: quod Ictinus appauit. turbe theatralis capacissimũ. Is etiã uirginibus Minerue domiciliũ in arce condidit: Pericle operis Prefecto. Ciuitas quidem in ipsis cõnumeratẽ populis. Dehinc Thriasius campus patet. Et eiusdem uocabuli ripa: & populus. Dein Amphiala promontoriũ. cui semp imminet Latomia: id est lapidum excidendorũ locus. & sinus freti ad Salaminem: ad stad: duo. Quem cũ Xerxes: iniecta terra exaggerare conaretẽ: preoccupante nauali prelio: fugam cum Persis capessere coactus fuit. In hoc tractu due sunt exiles Insule Pharmacusse. E quibus maior sepulchrũ Circes ostentat. Super hac ripa mons ẽ: quẽ Corydallũ uocant. Et tribus una Corydallia. Post: Portus furũ. & Psyttalia Insula deserta. & saxosa. quã Pirei portum dixere quidã. Vicina est Atlanta. Quo nomine alia ẽ ad Euboeã. atq; Locros. Alia parua Insula Psyttalie similis. Inde Pireus ipse: in tribubus siue populis ãnumeratus. Est & Munychia tumulus curuus: i Cherronesi faciem. Cauernosus: tum natura: tum opera dedita. magna ex parte: ut habitationes admittat. Ingressũ ãgusto habet ore. Cui qdẽ portus terni subiacent. Quondã muro uallata Munychia erat. Et iunctis domiciliis referta: ut Rhodiorũ ciuitas. Circuitu complectens & Pireum: & alios portus naualibus plenos. In quibus & Armamentariũ Philonis opus. Statio ibi nauiũ dignitate insignis. cccc. capax nauiũ. cũ non pauciores ab Atheniensibus emitterentẽ. Hoc autẽ muro duo ex oppido protracta crura: urbẽ Pireo coniungunt. Hi fuere longi muri stad. xl. longitudine. At murum istum bella plurima diruerunt. & Munychie munimentũ. Pireum quoq; portũ in habitaculorũ angustias contraxerunt. & edem Iouis Saluatoris. Porticus ipsa templi admirabiles habet tabulas. clarissimorũ templa artificum. Impluuiũ aũt spectabiles habet statuas. Ceterum longi muri dissipati fuerunt. Primum quidem Lacedemoniis amolientibus. Postea uero Romanis. Qua tempestate Sylla & Pireum & oppidum per obsidionem expugnauit. Vrbs ipsa saxum est: in plano quaqua uersum habitato. Quo in saxo

uetustū Mineruae templum Poliadis surgit. In quo lucis inextictae Lychnus est. Et uirginum domus. quam Ictinus condidit. Vbi Paladium est ex Ebore perfectum. opus Phidiae. Sed enim cum tot: & tantae huius ciuitatis longe: lateq; decantatae lau/dationes occurrant: plura eloqui uereor. ne institutae descriptionis propositum egredi contingat. Id nanq; mihi euenit: quod Hegesias refert: cum oculis subiectā cerneret arcem: Tridentis ipse signū aspicio. Aspiciens Eleusinen diuinoꝝ sacer uates fio. Illud Leocorium id est Caesarum a Leo patre puellarum sacrarium. Hoc Thesei phanū. Non licet explicare singula. Attica enim deorū est: loca ipsa possidentiū. Et parentū Heroum. Hic quidem unius in arce signi mentionem fecit. Polemon autem scriptor orbis: de sacris donis in Arce positis: quattuor conscripsit uolumina. Similis de reliquis urbis partibus ratio cōtingit. & agro Eleusinen prefatus. & ex populis seu tribubus centum & lxx. Addunt nonnulli quattuor. Aliorū nullū prorsus nominauit. habēt si non cuncti: at permulti fabulosos: & quidem cōplures sermones. ac historias. Sicut Aphiadna quidem Helene rapinam: a Theseo commissam. Et eam a Castore: atq; Polluce depopulatā: receptāq; sororē. Marathon uero contra Persas preliū. Rhānus autem Nemeseos statuam. Quod Diodori opus pleriq; dicūt. Aliqui uero Agoracriti Parii. que & magnitudine: & pulchritudine perfecta magis ac magis est. & cū Phidiae operibus emulatione contendit. Eodem modo & Decelea: arx: & receptaculum Pelo/ponensibus in bello Decelico. Phyle etiā per quam in Pireum Thrasybulus populū: & ex Pireo traduxit in urbem. Sic & de pluribus aliis est. Permulta etiam de Elaeis puellis facta cōmemorat. & Thesei phano. & que Lyceum habet & Olympica. quā semifactā Rex mortē prereptus dimisit: anteq̄ donū offerret. Similiter & Academia. & Philosophorū horti. & cantorum receptaculū. & porticus uaria. & templa p urbē. que omnia artificum habebant opera. Amplior autem esset oratio: siquis edificandae urbis autores perscrutetur: accepto a Cecrope initio. Nec enim omnes eodem asserūt modo. Id autem ab eis nominibus manifestum est. Nam ab Acteone Acticā dicunt. Atthidem uero: & Atticā ab Atthide: Cranai filia. A quo & inquilini Cranai uocanē. Mopsopiā uero a Mopsopo. Ioniāq; a filio Xuthi Ione. Posidoniā: siue Neptūniā: & Athenas: ab Posidone: siue Neptunno: & Athena: id est Minerua. appellationem deorū sortitam. Dictum est: qđ hoc in loco gens Pelasga uideē esse uersata. Quodq; Pelasgi ab Athenienfibus: propter illorum errorem sint appellati. Quo uero maior ē: circa res preclaras: honoris auditas: Quoq; plures fuere: qui eas scriptis cōmendauere: eo maior est redargutio. nisi quicq̄ contineat historiae. Sicut in fluuioꝝ aggregatiōe ridere Callimachus inquit: Siquis scribere audeat Athenienses uirgines dulce ac purū Eridani haurire uinum. a quo & pecora sese abstinerent. Sunt igitur lucentis aque: potuiq; suauissimae: fontes: ut aiunt: extra portas: quas Diocharis appellant: iuxta Lyceum. Antia copiose: atq; pulcherrime fons aque: prope egregio constructus or/namento fuerat. Qui si hodierno tempore nusq̄ est: quidnam miri esset: si priscis ānis abundans: & lucida cum esset: adeo: ut etiam amnis fieret: posteriori mutata sit etate. In tot igitur ac tantis immorari nō licet. Nec uero silētio ita preterire: ut quorundā saltem summam memoria non complectar. Satis erit hec adiecisse: qđ ut Philochorus memoriae prodidit cum regionem ipsam Cares quidem a mari: Boetii. uero a terra po/pulationibus uastabant: quos Aones uocitabant: Cecrops primum multitudinem in ciuitates. xii. habitandas digessit. Quarum nomina: Cecropia. Tetrapolis. Epatria: Decelea. Eleusis. Aphidna. siue ut alii plurali numero Aphidne. Thoricus. Brauron. Cytherus. Sphettus. Cephesia. Phalerus. Theseus uero postea duodecim illas in hanc

unam congregasse ciuitatem: denuo memoratur. Athenienses quidem regali prius gubernabãtur Imperio. In popularem postmodum transiere statum. Inuadentibus inde Tyrannis Pisistrato eiusq; filiis: cum demum paucorum dominatus irrupisset: et cccc. &. xxx. Tyrannorũ: quos Lacedemonii imposuerant: hos quidem exturbauere facile. Et popularem potentiam tutati sunt: quoad Romani ciuitatem potentia sua possederũt. Nam si paruo quodam tempore. Macedoniorum Regum uim infestam coacti habuere: Eandem tamen gubernandi formam integram seruauere. Quidam sane tradunt ea tempestate per ãnos decem: illos optimo statu gubernasse: qua Macedonũ Principi paruere Casandro. Hunc enim uirũ: cum aliis in rebus uehemẽtior Tyrannus esse uideretur: Certe in Athenienses benignam exercuisse mentem: cõstat. Ex quo parentem sibi ciuitatem accepit. Demetrium nanq; Phalerium ex ciuibus: Prefectũ imposuit: Theophrasti philosophi familiarem: qui nõ modo popularẽ: nõ destruxit potentiam: Sed etiam melius: rectiusq;: restituit. Documento sunt illius uiri Commentaria: que de ista repu. scripta reliquit. Verum tantum inuidia ualuit: & in paucos odium: & inimicitia: ut post Casandri obitum: in Egyptum fugere coactus sit. Insurgentesq; statuas eius: plures. ccc. detractas conflauere. Quodq; est indignius: adiecere quidam: in matulas. Romanus igitur Senatus eos popularẽ statum agentes accipiens: proprias ipsis leges: Institutaq; seruauit. & libertate donauit. Verũ Mithridatico ingruente bello Rex ipse quos uoluit ei Tyrannos instituit. At potentissimum Aristonem: qui ciuitatem ipsam uiolenter afflixerat: Sylla Romanorũ Imperator: expugnatum obsidione hominem: in potestatemq; redactum: supplicio affecit. Et ciuitati ueniam tribuit. Que in hodiernũ diẽ usq; libertate fruitur. Eamq; Romani magnis dignantur honoribus. Post Pireum autem portum Phalerius est populus: in littore ꝓpinquo. Dehinc Halimusii: Exonii: Halienses: siue piscatores. Exonii: Anagyrasii. Inde Orei: Lampyrei: Egnienses: Anaphlystii: Azenenses. Hi quidẽ populi usq; ad Sunium promontorium sunt. Inter hos uero: quos dixi populos: longum est promontoriũ Zoster appellatũ. Primum post Exonios. Dein aliud post Thoreos: Astypala: Ante illud iacet insula Fabia. Ante aliud Eleussa. Ad ipsos etiam Exonios Hydrussa. Ad Anaphlystios autem Panos templum est. Et aliud Veneris Coliadis. Quem ad locum naufraga enatasse spolia: ferunt: e classe ultima Persarũ: qui ad Salaminem nauali prelio decertarunt. De quibus & Appolinem oraculũ edidisse: cõstat. Coliades sane mulieres remigiis horrebunt: E regione autem horum locorũ Belbina iacet Insula: non admodum semota. & uallum Procli. Plurime uero harũ cultoribus sunt uacue. Vbi autem promontorium Sunii flexeris: Sunius est populus. dignitate prestans. Dehinc Thoricus. Dein Potamus: id est fluuius populus: Sic. n. appellatur. Vnde & incolæ Potamii dicti. Post Prasia. Sterea. Brauron: ubi Brauronie Dianæ sacellũ est. Myrrhinusa. Probalinthos. Marathon: ubi Miltiades copias fũditus dedit in stragem. que ducẽ Datin Persicũ sequute fuerant. nõ expectatis Lacedemonioꝝ auxiliis: tardius ob rotundã lunam ꝑfectis. Hic ut Poeticis traditur fabulis Theseus Marathonium mactauit Taurum. Secundum Marathonem autem Tricorythus. Dehinc Rhamnis: Nemeseos templũ habens. Dein Psaphis Oropiorũ. Hic situm est Amphiarai oraculũ quondã uenerabile. Vbi Amphiaraũ fugitantem: ut Sophocles inquit: scissa Thebana tellus hausit: ipsis cũ armis: curruq; q̃driiugo. Oropus ꝑfecto sepenumero in controuersiam: certamenq; peruenit. In cõfinibus. n. Attice: ac Boetie situs est. Ante hoc littus autem: ad Thurium: & Sunium iacet Helena Insula: aspera quidem & solitaria: prolixa stad. lx. longitudine. Eius mentionẽ a poeta factam esse

aiunt: his in uersibus: ubi Alexander Helenā alloquitur.
Nec quum te rapiens primum e Lacedemone pulchra:
Ponti uagis ratibus Cranao me in littore iunxi.
Hanc.n. Insulam dicit Cranaā: Que hoc tpe Helena uocat̄.quoniā in ea coierint: & eoꝝ mixtio facta sit. Post Helenam uero Euboea finitimo accūbit littori: longa similiter & āgusta. Et pro eius lōgitudine cōtinenti apposita: sicut Helena. A Sunio sane ad Australe Euboee promontoriū: qđ littus albū uocant: nauigatio ē stad̄.ccc. Sed de Euboea in posterioribus dicetur. Populos uero Attice in agro mediterraneo explicare longū esset. Tāta eoꝝ multitudo ē. E mōtibus maxime nobiles Hymettus & Brilessus. & Licabettus. & Parnes. & Corydallus. Effossio autē marmoꝝ pulcherri/morum: ex ora Hymettia. & Helice penes urbem est. Hymettus quidem mel gignit optimū. Argentifodine sane regionis Attice initio quidē existimatione digne. Hodie autē defecerunt. Ipsi artifices ueteres quisquilias: & spurcitiā recoquentes: purgatum ex illis argentū: adhuc inueniebāt. Cum antiquiore illis imperite fornaculis uterētur. Mel autē Atticū cūcta bonitate superat. Eo uero lōge pstantius illud esse dicit̄: qđ ad Argentarias gignit̄. Quod quidem etiā Acapnistū: id est a fumo purgatū aiunt: quodā apparationis mō. E Potamoꝝ id est fluuioꝝ numero Cephissus ē. e Trinemiis originē ducens. per plana uero fluens. Vbi Gephyra: id est pōs adest. & Accole Ge/phyrismi ꝓpter dicacitates: atq; cōuitia. Is per crura muroꝝ in Pireū usq; perducta: Phaleriū ingredit̄ pelagus. Magnaq; ex parte Torrentis instar labit̄. estiuo penitus diminutus tēpore. Talis item Ilissus est: ex altera urbis parte currēs ad littus idē: e locis super Agram: Et Lyceum: ac fontem: quem in Phedro Plato collaudauit. De Attica quidem hec. Deinceps est Boetia. de qua uerba facturū: gentibusq; finitimis: repetere quedā oportet. quoꝝ facta superius ē mentio declarandarū rerū gratia. Dicimus aūt ripā ipsā a Sunio usq; Thessalonicā: ī Septētrionē porrigi: cū mare supnū in orientē declinet. Loca uero que supra in occasum iacent: uti fascias quasdā: per totam oram inuicem extentas. E quibus prima est in agro Megarensi. que orientalē instar fascie protendit partē: e Sunio usq; Oropū. & illius regionis ripā. Oram aūt occidentalē: atq; Isthmū: & mare Halcyoniū ad fontē usq; Creusam. Secunda Boetia ē: ab ortu ī occasū porrecta. fascia quedā ab Euboico mari ad Crissei sinus mare. Eqlis quodā/modo lōgitudine ad Atticā. uel minor in longū. Verū agri uirtute etiā atq; etiā lōge pstans. Ephorus sane & hoc ī loco Boetiā finitimis gētibus excellētiorē eē demōstrat. Et qđ sola triplici alluit̄ pelago. & pluribus abundat portubus. In sinu qdē Crisseo & Corinthiaco: delata ex Italia: & Sicilia: & Africa: mercimonia excipit. E ptibus autē Euboeā spectātibus: ad utrūq; latus Euripi diuiso littore: hoc qdē ad Aulidē: agrūq; Tanagre uergit: Illud aūt ad Salganeū: & āthedonē: cōtinuū ē mare: qđ Egyptū: & Cyprū: & Insulas: expectat. Et illud: qđ Macedones: & ꝓpontidē: & Hellespontū pspicit. Addit etiā: qđ eius partē Euboeā: quodammō Euripus efficit: sic angustus: ut ipsi Boetie: pōte: ad duoꝝ iugerū mensurā coniungat̄. Huiusmodi laudibus regionē ipsā extollit. Et ad imperandū natura quidē cōparatā esse. Educatione uero ac disci/plina: nequaq̄ usos illius psides: q licet rem pspere quādoq; gesserint: tn̄ ne parū quidē tēporis pdurarūt. Sicuti documēto extitit Epaminondas. Vbi.n. ille mortē oppetiit: e uestigio principatū amisere Thebani. eo tantū degustato. Cuius rei causa fuit: quia cōsuetudinis & familiaritatis cū hōibus habēde: rationē neglexerūt. Solius dūtaxat uirtutis bellice curā suscipere. Adiciendū etiā: quā ob causā cum Grecis ea potissimū ratio utilis est. Quādoquidē cū Barbaris uiolētia ipsa ē affabilitate potētior. Enīuero

Romãi p̃oribus seculis aduersus natiões agrestiores belligerãtes: huiusmõi suauitatis disciplina nequaq̃ indigebãt. Ex quo autẽ aduersus mansuetiores populos tractare bella ceperunt: huic sese applicantes ritui: moribusq; degendi: cuncta suo subdidere regno. Cum uero Boetiã prius Barbare gẽtes incolerent: Aones: Temicesq; e Sunio pfuge: uagiq; Leleges: & Hyãtes: deniq; Phoenices: Cadmi comites: regionẽ tenue/runt. qui arcẽ Cadmeam muro uallauit. & Regnũ suis posteris: nepotibusq;: reliqt. Illi porro arci Cadmeæ Thebas muro coniunxerunt. Regnumq; conseruarunt: plurimorum Boetiorum imperium adepti. Quoad Epigoni exercitum induxerunt. hoꝝ etate puo deficientes tẽpore: rursus Thebas repetierũt. Similiter a Thracibus & Pelasgis eiecti: in Thessalia regnum collocauere. cum Arneorum: multi temporis: societate. unde Boetii uocati sũt omnes. Postea in patriam restituti sũt: cũ Eolica iam parata classis esset ad Aulidem Boetiam: quam in Asiam Orestis filii mittebant. Et Boetie agrꝝ Orchomeniũ adiunxissẽt. Nã prius nulla erãt cõmunione cõiũcti Nec Homerus eos Boetiis annumerauit. Sed Minyas seorsũ nuncupat. hi cũ illis eiecerũt quidem Pelasgos: intra Athenas. A quibus ciuitatis portio Pelasgica uocatᵉ: sub Hymetto sua collocantes habitacula. Thraces uero: ad Parnasum. Hyãtes uero Phocensem urbem Hyan incoluere. Memorie prodidit Ephorus. Thraces: factis erga Boetios induciis: noctu incursatiões egisse. Cũq; securius: & negligentius expe/ditionem agitarẽt: pinde ac pace iã facta: Eos uero Boetii ppulsassẽt: quererentq;. quod inducias uiolassent: illi non uiolasse: respõderunt: Dies enim pepigisse. noctu autem incursasse. Vnde uulgatum est prouerbium: Thracium commentum. Verũ durante ad huc bello: abiisse pelasgos: captãdi oraculi gratia. Abiisse etiam Boetios. Igitur redditum quidem Pelasgis oraculum. Dicere inquit non posse. Ceterũ Boetiis: Eos ab ipsa occisa uate: & impietate: felices fore. & rem prospere gesturos. Edituos autem existimasse: uatem Pelasgis: generis propĩquitate: gratificatam. Nã et Phanũ initio Pelasgorum extitisse. Hunc in modum interpretatam corripientes mulierem in ignẽ iniecisse. Animo uertentes: siue illa maliciose fecisset: siue nõ: utranq; in partẽ recte se habere. Siquidem fallax edidisset oraculũ: eam supplitio affectã. Sin uero maliciose nihil edidisset: eos imperata patrasse. Prefectos autem phani: ppetratores illos: ut iniudicatos occiderent: et quod amplius est: in templo nõ approbasse. Rem uero in iudicio constituisse. ad ipsasq; Sacerdotes citasse Ee autem Prophetisse sunt. que e tribus reliq̃ue supererant. Illis autem dicẽtibus: nusq̃ legem esse: qua mulieres ius dicerent: aut iudicium facerent: electos etiã assumpsisse uiros: pari cũ mulieribus numero. Viros igitũ absoluisse: at mulieres dãnasse. Paribus autẽ suffragiis existẽti/bus: uicisse que absoluerũt. Ex hoc autẽ apud Dodonẽ uiros solis re spõsa dare Boe/tiis. Ipsas autẽ Prophetissas oraculũ ĩterpretantes: contra: qđ deus ipse Boetiis impet: differere. Tripodas apud eos collectos: ad Dodonam mittere quot annis. Iamq; hoc efficere. Semper enim ex suspensis tripodibus aliquem nocturno diripientes tẽpore: & uestibus occultantes: quasi clanculum tripodes afferre Dodonam. Postea æolice deducende colonie. Penthilo auxilium attulerunt: Plurimos ex eoꝝ numero simul emittentes: adeo ut Boetia nuncuparetur Colonia. Posterioribus annis bellũ iuxta plateas gestum agrum eorum magna uastitate afflixit. Suis inde rebus reparatis: iterũ eo potentie conscenderũt: ut de Gretie prĩcipatu Thebana ciuitas decertaret: duobus preliis Lacedemone superata. In ipsa uero pugna cadẽte Epaminonda: ea de spe falsi deciderũt: Tamẽ pro Grecis contra Phocenses cõmunis tẽpli spoliatores: bellum suscepere. Verum hoc ex bello contracta calamitate: inuadentibus Gretiã

Macedonibus. ipsi per se urbem funditus deletam amisere. Inde refectam menibus recuperarũt. Ex eo tẽpore rebus ĩ peiora sublapsis ad hec usq; tẽpora: ne mediocris quidem pagi formam retinet. Reliquae etiam urbes pari sese ratione habent: pter Tanagram: atq; Thespias. Nam he satis commode permanẽt: pro illorũ cõpatione. Deinceps sane de regionis situ facienda est expositio. Initium ab Euboico littore sumentibus: quod Attico solo continens est. Principium autẽ est Oropus: Portusq; sacer: quẽ Delphiniũ uocant. Ad quẽ antiqua iacet Eretria: in Euboea: nauigationem. lx. stadia: habens. Secũdum post Delphinium est Oropus: stadia intra. xx. Apud hunc uero est huius temporis Eretria. Nauigatio ad eã est stadia. xl. Deĩde Delium Appollinis templum est. quod e Delo profecti condiderũt. Tanagreorũq; castellum est longe ab Aulide stadia. xxx. Vbi prelio deprehẽsi Athenienses: effusa fuga terga uerterunt. Interfugitãdum autem Socrates Philosophus: miles pedester: Xenophontem Gryli filium conspicatus ex equo prolapsum: humiq; iacentẽ: cũ equus longe abiisset ab oculis: eum sublatũ humeris complura per stadia exportauit tutum in locũ. Donec quiescẽte fuga salutẽ illi comparauit. Porro portus magnus: quem profundum uocant portum. Dein Aulis: lapidosa sane ora. & Tanagreorum uicus. Portus sane est: quinquaginta capiens naues. Quocirca Græcorum classem magno in portu conscẽdisse: simile ueri dixerim. Euripus quoq; ille Chalcidis: prope consistit: ab Sunio stadia absens. lxx. Superq; illo pons duorum imminet iugerum: ut superius retuli. Vtrinq; autem turris instat. Vna quidẽ ex Chalcide. Altera uero ex Boetia. Ad ipsãq; fabrefacta fistula est. De ipso & enim Euripi refluxu: tantũ solũmodo dicere satis est: quod die quolibet ac nocte septies cursũ trãsmutat. Causa uero alibi scrutãda est. Prope quidem locus est sublimis cognomento Salganeus: ab Salganeo cognomentum assequutus: ibi sepulto. Is homo fuit origine Boetius. qui sese nauigantibus e Malea hoc mare Persis: ducẽ prestitit. Ipsũ uero classis pfectus Metabates: prius q̃ Euripum attingeret: occidit. Suspicabatur enim præ malicia classem eo fraude illum cõiecisse. & angustum in mare: minime peruium. induxisse. Qua intellecta fraude: Barbarus ille penitẽtia ductus: ipsũ classis ductorẽ indigna cæde peremptum cernens honore sepulture decorauit. Græa quoq; Oropo uicina est. et Amphiarai Sacellum. & Narcissi Eretriæi monumentum: quod taciturnum uocant: quãdoquidem pretereũtes silentia tenẽt. Quidam ipsam aiũt esse Tanagrã. Eadẽ uero est pastoria. que & Tanagrica. Tanagrei quoq; Gephyrei idest Põtani dicũtur. E Gnopia autẽ Thebana huc translatũ Amphiarai templũ ẽ. Mycalessus etiam Tanagre uicus est. Vicinus quidem uie Thebane. Chalcidem ducenti. Quem lingua Boetia Mycalettum uocant. Similiter Harma: idest currus Tanagrei iuris est: pagus: ad Mycalettum desolatus. Qui ab Amphiarai curru nomen adeptus est. Alter ab eo Harmate: quod quidem ĩ Attica est. Tribus uidelicet quedã: ex Atticæ populo Tanagre similis. Hic uero ortum illud est prouerbiũ: Quando per Harma idest currum fulgurauerit fulgur aliquod: significantibus Pythiis uatibus: quasi ad ipsum intuẽtibus currum. Eoq; tempore sacrificium Delphos mittẽtibus: cũ fulgura cernant. Obseruabant autẽ ad menses tris: singulis mẽsibus tres dies: noctesq; totidẽ: e Iouis fulguralis foco: q est in muro inter Pythium: & Olympium. De Boetio uero Harmate: siue curru: hic rumor est. Aiunt quidem nonnulli. corruente de curru Amphiarao: Currum ipsum ianem ad locum illum: cognominem ipsi loco: detractũ esse. Vbi nunc eius sacellum extat. Alii uero ferunt Adrasto fugam capessẽte: currũ eo in loco fuisse confractum. Ipsũ autem Arionis ope salutẽ cõparasse. Philochorus

autẽ refert: ipsũ a rusticanis seruatũ: euasisse. Quã ob causã eos ab Argiuis ĩ ciuitatis societatem deuocatos. Ceterum Tanagra: Argos e Thebis descendẽti: a leua sita est. Hyrrbia uero a dextra. At Hyrrbia ipsa hoc tempore agri Tanagrei est. Que ꝑus Thebani soli fuerat. Vbi de Hyrrbieo fabule cõficte sũt. & de Orionis ꝓcreatiõe. Que ut Pindarus ĩ Dithyrãbis cecinit: penes Aulidẽ iacet. Quibusdã sane Hyrrbiã Hysias dici placet: in Asopi uicinia sub Githerone penes Erythras: in mediterranea: Quo Hyrrbiei coloniam deduxerunt. Eam Antiope pater Picteus edificauit. In agro etiã Argiuo sunt Hysie. Ab eo Hysiate dicti fuerũt. Ab hac uero Erythrarũ urbe: Colonia sunt Erythræ in Ioniam deducta. Vicus etiam Tanagre Eleon: a palude nominatus. Secundum Salganeum autem urbs est Anthedõ portu ꝑdita: Boetiæ littoris in Euboeã spectãtis: extrema: sicuti poeta inquit. Anthedonaq; inde supremam. Progredienti preterea paululum due Boetioꝝ urbes exiles occurrũt. E quibus est Larymna. Preter quam Cephissus labitur. Vlteriusq; alie eo nomine: quo Tribus Attice. Ad tractus uero huius ripam Egas iacere dicũt in Euboeã sitas. In quibus locatum est Egei Neptunni templum. Cuius memoriã superius fecimus. Distãt autẽ ab Anthedone Ege. c. &. xx. stad': ĩteruallo. Ab aliis uero locis multo: ac multo minus. Templum sane ipsum excelso in monte sitũ est. Vbi etiã aliquãdo fuit ciuitas. Iuxta Egas quidem Orybe sunt. In Anthedonis autem ora mons est Mesapius: a duce Mesapo nominatus. Qui aduentans in Iapygiam: a se Mesapiã appellauit regionem. Hoc in loco facta dicuntur: que de Anthedonis filio Glauco fabule uulgauerunt. Quem in Balenam transformatum aiunt. Non procul autem ab Anthedõe locus est: sacrati signa: decoremq; seruãs. Vrbisq; uestigia retinẽs: quẽ Isũ uocãt: prima correpta syllaba. Existimãt uero qdã: hũc ĩ modũ scribi oportere. Diuinamq; Ison: Anthedonaq; inde supremam.

Producentes syllabam primam poetice metri causa.

ι σορτε ξαθενιρ αρδινδορα τεσ χατοωσαρ.

αρτι τον ρισαρτε ξαδενρ. Pro eo quod est: Diuinam Nysam. Nysa enim nullibi terre Boetie uidetur: ut inquit Appollodorus in nauium expositione. Adeo non esse: nisi ipsam Nysam sic dixit. Isos enim ciuitas in Megarica terra fuit: illic deducta a Dronis Hodie uero deleta. Aliqui scribunt κρενσαρ. Creusam diuinã: Eam accipientes: que nunc κρεοισα. Creusa dicitur. Thespiensium Emporium in Crisseo positum sinu. Alii: Diuinasq; Pharas. Est autem Tetracomie: idest quaternos habẽtis pagos illius que circa Tanagram est. Eleonem uidelicet. Harma: siue currũ. Mycalessum. Pharas. Nam & hoc scribunt diuinam Nysan. Heliconus autẽ uicus est Nysa. Ora quidẽ maritima ex aduerso Euboee talis est. Tractus uero deinceps mediterraneus cãpestria: Caua undiq; omnibus aliis ex partibus habet. Eũ includũt montes. Ab Austro quidem: Attici. Ab Aquilone uero Phocenses. Ab Occasu autẽ in obliquo Githeron incidit. paululũ supra Crisseum mare. Initium habet mõtibus Megaricis: & Atticis contiguum. Inde in campos flectitur. Thebana desinẽs in ora. Campestris hec regio partim stagat: ex ĩfusis in eã fluuiis. aut incurrẽtibus: & inde effluentibus. Pars uero exiccatur. & multifariam colitur. propter agri fertilitatem Cũ uero cauernosa: & in profundũ foraminosa terra sit: ingentes persepe terremotus efficiunt. q hic quidẽ meatus obstruserũt. illic apuerũt. alios usq; ĩ superficiẽ. alios per cuniculos. Cõtingit sane & aquis: ut alie quidẽ ꝑ subterraneas cõcauitates labẽtes perferantur. Alie per superficies: siue fluuiatiles sint: siue lacunares. Aggestis autem: & obstrusis in profundo meatibus: cõtingit: ut lacus usq; ad habitabiles locos crescãt.

Vnde & urbes absorbentur: & ore. Iisdem uero apertis: uel aliis: deteguntur. Eosdē quoq; locos: quandoq; nauibus: quandoq; pedibus permeari. Et easdem urbes: nunc quidem lacubus uicinas: nunc autem ab illis remotas: iacere. Idq; dupliciter fit. Aut enim urbes in monte permanent: quando aquarum incremētum inundatione aque superinfunditur amnis: propter habitaculorum uel altitudinem: uel distantiā: Aut transmigrationem: & solitudinem: quando appropinquante periculo: liberationem captent timoris: multociens loca transmutent. uel longe: uel in excelsa. Sequit̄ illis hoc mō domicilia pmutantibus: ut eadē cōseruent nomina: que prius uere dicebant̄. Interdum uero non habeant: propter locorum casū. Plateas enim urbē a latitudine remorum appellatam probabile fit. & Plateenses: & remigationis questu uictitātes. Ceterū hodie procul a lacu habitantes: nequaq̄ adhuc ita proprie possūt appellari. Helosq;: & Heleon: & Helesiū: ab Heleos: idest palude: uocate sunt urbes: quoniā paludibus finitime site fuerant. Nunc autem nequaq̄ modo simili sese omnes habēt. uel seorsum positis domiciliis: uel lacu uehementer ad ima decrescente: effluentibus postmodum aquis. Nam & hoc est possibile. Indicio huic rei est Cephisus maxime: Lacum Copaidem implens. Nam quum lacus ipse crescit: ne Cope urbs demergant̄ abspte: discrimē ingruit: Quod & Poeta nominatim ait. Et ab ea ciuitate Lacus ipse nomen adipiscitur. Iuxta lacum: terre Hiatu facto: penes Copas: alueum sub terra: ad stad̄. xxx. reserauit: quo receptus est fluuius. Inde in supficie perrupit: ad Larymnam agri Locrēsis. de qua supra. Nam hec altera est a Boetia illa: mari uicina: cui superiorem illam adiecere Romani. Locus ipse Anchoe uocatur. Est & eiusdē nominis lacus. Hinc autem Cephisus excurrit in mare. Tūc igit̄ cedēte incremēto: quies incolis facta fuit. exceptis quas iam absorpserat aqua ciuitatibus. Occlusis uero inde rursus meatibus: metallorum crete scrutator Chalcidēsis homo: obstrusa purgās: desiuit: coborta inter Boetios seditione: licet iam permulta exiccata fuissēt: ut ipse in Epistola ad Alexandrum asserit. In qbus antiquū Orchomenon habitari putauerunt aliqui. Aliqui uero Eleusinen. & Athenas apud Tritonem fluuiū Idq; regnāte Cecrope. Cum Boetiam ditione subactam haberet. Que tempestate illa uocabatur Ogygia. Istas autem inundatione postmodum: ac diluuio extinctas esse: fama est. Apud Orchomenon etiam aiunt ruptam terram per hiatum. Melanemq; fluuium hausisse. Qui per plagā Haliartiam labitur. In qua ab illo palus efficit̄: arundīes tibicinarias pcreans. At hic omnino euanuit. seu Chasma illū in occultos diffuderit meatus: Seu Haliarti paludes: atq; lacus: ipsum absumant. A quibus poeta herbosū uocauit agrum: Herbosum dicens Haliartum. Hi quidem amnes ex phocensibus: descendunt montibus. E quibus Cephisus e Lilea urbe Phocensi ortum accipit. ut ab Homero quoq; dictum est:

Quiq; Lileam habent Cephisi in fontibus almi.

Ipse autem per Elateam labitur. Que inter Phocenses urbis est amplissima. Et per Potamios: & Phaneteos: etiam Phocenses ciuitates haud plane magnas. De hinc in Cheroneam terre Boetie progreditur. Postea Orchomenii: & Coroniacum solum in Copaidem exiit lacum. Permessus item & Olmeus ex Helicone fluētes: in unumq; permixti: in eundem Copaidem lacum penes Haliartum incurrunt. Permagnus est igitur. stad̄. lxxx. & ccc. circuitum habens. Eius autem eruptiones nusq̄ patēt. pter excipiens Cephisum Chasma atq; paludes. Interiacentia late prata Triphilia est: & Copais. mentionem faciente Homero: Quiq; habitabat Hylen: opibus studiosus habendis. Et propior lacui: quem dat Cephisus inundans. Nec Copaidem lacū

dicere uult: ut nonnulli rentur. Sed quam accētu in extrema pronūtiant syllaba: Hylicē uti Lyricē. a ꝓpinquo uico: quē Hylas: sicut & Lyras: & Thyras: appellāt. Nec uero scribendum est Hyden: quomodo quidam: Quiq; habitabat Hyden. Que quidē ī Lydia iacet: sub Tmolo niuali: in pingui Hyde populo. At illa Boetio in agro sita. Itaq; ad illud Et propior lacui: quem dat Cephisus inundans: subdit: & penes alii habitabant Boetii. Ille quidē magnus est. nec in Thebana plaga. & ꝑua. Illinc per uias subterraneas refertus. Iacensq; in Thebarum & Anthedonis medio. Homerus autem singulari profert numero: primam nonnunq̄ producens syllabam: ut in nauium Catalogo. Atq; Hylen Peteonemq;: poetica licētia. Quandoq; uero breuians. Isq; habitabat Hylen. &:

Aiaci clipeum Tychius construxerat olim:
Cultor Hyles. habitus cerdone peritior omni.

Vbi etiam nonnulli deprauate scribunt: Cultos Hydes. Non enim Aiax e Lydia clipeum afferri sibi iusserat. Lacus: locorumq; ordinē deinceps inquit cōprehēdere manifeste: ē difficile. In totq; & obscuris plurimis: ac mediterranea plaga: nullibi e describendi ordine excidere. Littus profecto hanc prærogatiuam habet. Notiora quidem loca sunt. Et mare locorum seriem melius exponit. Ideo nos inde conamur explicare. Hic illud omittentes. Dinumerationēq; apponentes: quod utile sit nobis: ab illo prorsus omissum. Incboat enim & de Aulide: de quibus diximus. Schoenus autem ora est Thebana: in uia qua Anthedonem itur. Abestq; a Thebis stad. l. per quā quidē Schoenus fluuius labit̄. Scolus uero pagus ē ī ora Asopia: sub Citherone. sedes iniucunda: atq; aspera. Indeq; natum prouerbiū est: Ad Scolū neq; ipse uades: neq; alteri comes ibis. Ex eo quoq; loco deductū Pētheum: discerptū fuisse: memorie prodit̄. Ex Olyntho etiā uicinis urbibus huic similis nomine Scolus erat. uulgatū etiam est: quod ad Asopum accole: & uicus quidam in Heraclea Trachinia Scolus uocatur. Quam preterfluit: Asopus amnis. Quodq; in Sicyone alius Asopus est: et finitīa plaga Asopia. Per quā & alii labunt̄ huius nomīs fluuii. Eteonus autē nomē suū: in Scaphlas trāsmutauit. Est & hic Asopie terre locus. Nā & Ismenus: & Asopus ante Thebas per plana fluunt. Est & fōs dirce. & Potiria. In quibus obuenere: quæ de Potnieo Glauco fabule uulgant. ut illum Potniades discerpserint eque. nō longe ab urbe. Citheron item prope Thebas finitur. Penes quem Asopus currit: inferiora eius alluēs. & Parasopios faciēs accolas. in uicos cōpluris diuisos. Cunctosq; Thebanæ ciuitati addictos. Alii autem & Scolum: & Eteonum & Erythras: in Platearum solo esse dicunt. & reuera penes Plateas: & Tanagram exeunt. In Thebanis quoq; finibus extant Therapne: & Teumesus: quē multis uersibus ornauit Antimachus. cū multas: quæ illi quidem nequaq̄ adsunt: uirtutes enumerarit. Est paruus quidam tumulus pulsatus ab auris. & reliq̄. Notū ē carmē. Thespia: seu ut nūc Thespie: quādoquidē multa sunt nomina: que utroq; ꝓferantur modo: & pluratiuo: & singulatiuo: sicut & genere uirili: & muliebri: & neutrali. Est autem oppidū Heliconi proximū. Sed eo magis australe. Crisseo sane imminens sinui: sicut & Helicon. Thespiarum uero Emporium est Creusa siue Creusia dicat̄. In Thespiis item est Ascra: iuxta Helicōis partem. Hec Hesiodi Poete patria est. ad Heliconis sane partē dexteram pertinēs: excelso ī loco: ac duro iacens. Lōge quidē a Thespia stad. xl. Quā & ipse redarguēs improbauit patris: quod in Cyma Eolica remaneret:

Ascram rus miserum: penes hic Helicona colebat.
Hyberno dirum. triste estu. optabile nunquam.

Helicon autem Phocidi est affinis. ex Aquilonis partibus. Ea uero parua est. & ab occasu: iuxta nouissimum Phocidis portum. Quem: quia refugisse obtigit: Mychō idest recessum: uocant. Ad hunc enim maxime sinus Crissei portum: & Helicon: & Ascra: superimminēt. & etiam Thespie. & earum Emporium Creusa. Hec etiā pars magnopere caua: ex Crisseo sinu putatur. & plane Corithiaco. Huius autē littoris longitudo: a portu: quem recessum diximus: ad Creusam stad. protenditur. hinc uero ad promōtorium uocatum: stad. sunt. c. ac. xx. In concauissimo eius sinus loco iacere Pagas: idest fontes: contigit. & Oenonem: de qua diximus. Helicon igitur non procul a Parnaso distans: illi emulus est: & altitudine: & circuitu. Vterq; enim niuibus pulsant. Et rupes amboꝝ saxea est. Non multa uero illos regio circūscribit. Hoc autem in loco est consecrata musis edes. Fonsq; Caballinus. & Libethridum spelunca Nympharum. Qua ex re suspicari licet: eos qui & Helicona: & Pieriam & Libethrum: & Pimplian: eisdem musis consecrarunt: Thraces extitisse. Pieres autem uocabantur. Quibus extinctis: loca hec Macedones nunc possident. Dictum etiam est: hanc Boetiam olim Thraces habitasse: cum eos uiribus eiecissent. Tenuere etiam pelasgi. & alia barbarorū natio. Thespias prius nobilitauit Cupido: Praxitelis opus. suis sculptum manibus. Donum uero cōsecrauit Thespiensibus Glycerium meretrix: ab illis genus ducens: munus illud ab artifice consequuta. Nōnulli idcirco prius ipsū contemplaturi cupidinem: eo conscendebant ad spectaculum. cū alioquin locus ipse spectatu foret indignus. Hodie sane sola hec e Boetiis urbibus: & Tanagra cōsistit. Ceterarum uero nomina tantum & rudera: pro reliquiis manent. Ad Thespias autē poeta Grean: & Mycalessum annumerat. De quibus diximus. Sic & de aliis inquit.

Qui penes Harma colūt: ac Hylesiū: uel Erythras. Hylenq; & Peteonē. Peteō uero agri Thebani uicus est. prope uiam: qua cōmeatur Anthedonem. Ocalea autē Haliarti: & Alalcomenii media stat. Ab utraq;. xxx. stad: absens. Iuxta eam fluit eiusdem nominis amniculus. Medeon sane Phocensis quidem unus in sinu Crisseo: longe a Boetia stad. c. &. lx. Alter est Boetius: ab illo nominatus. Prope Oncestum autē iacet: sub mōte Phoenicio. Ab quo Phoenicis ipsa nomē assūpsit. De Thebano: & hoc dicit. Peteon terre Haliartie. & Medeon Ocale. Dein Copas ait. Eutrisinq;. & Columbis refertā Thysben. De Copis q̄de dictū est. Ad Aquilonē autē spectāt. ad Copaidem lacum. Alieq; circūstant. Eeq; sunt Phoenicis. Onchestus. Haliartus. Ocale. Alalcomene. Thilphosion. Coronea. Et hoc quidem priscis annis nomē nō erat etiā lacui commune. Sed ad singulas habitationes ad ipsum. illius nomē simile dicebatur. Copaidem: a Copis dicebāt. Haliartium uero ab Haliarto. & sic de reliq̄s. Posterius autem: Copais: ut uniuersus appellaretur: obtinuit. Concauissimus et enim est locus iste. Pindarus sane & hūc Cephisidem uocat. Addit et Thilphossam fontē: sub Thilphossium montem labentem: Haliarto proximum. et Alalcomenon: apud quam Thiresie sepulchrum cōditum est. Ibidem et templū est Apollinis Tilphossii. Porro post Copas: Poeta Eutresin modicum Thespiensiū pagū ponit. Hic Cethū: et Amphionem anteq̄ Thebarum regnum tenuissent: habitasse ferūt. Thisba uero nūc Thisbe nominant. Habitatur autē paulū superius a mari locus: Thespiēsibus finitimus: et Coroneis. Subiectusq; puenit: e parte in austrū uergente: ad Heliconē spectās. Et ipse quoq; Emporiū saxosū habet. colūbis abūdās. ex quo a Poeta dictū est: Cum multis Thisba columbis. Hinc uero stad: c. et. lx. nauigatio est Sicyonem. Deinceps Coronea. & Haliartus. Adiungunt et Platee. et Glisātis oppidū Enīuero Coronea Heliconi affinis est: in colle sita. Eam autē reuertentes ab Arna Thessalica

Boetii occupauere: post bellū Troianum. Quo tempore & Orchomenon obtinebāt. Iiq; expugnata Coronea: Palladis Ioniæ templum ante urbem in plano cōdidere. Eodem quo Thessalicum cognomine. & preterfluentem fluuium Cuarium: eodem quo illum uocabulo appellauere. Alceus sane illū Coraliū uocat. Dicēs ad Coralii fluminis ripas. Ibi etiā Pamboetia sacra: cōcurrēte Boetia tota: celebrant. Palladisq; simul: & Plutonis edes constructa fuit. ob mysticam quandam: ut aiunt: causam. Ipsi quidē in coronea Coronei uocātur. Qui autē sūt in Mesenia Coronēses. Haliartus autem nunc deleta est: in bello aduersus Persen: solo equata. Ager: concedentibus Romanis: in Athenienſium iura peruenit. Angusto uero iacebat in loco: inter sup/eminentem uicinum mōtem: Lacumq; Copaidem: iuxta Permessum: & Holmium. & Helos idest paludem. quā tibicinarios producere calamos diximus. Platee sane: quas numero poeta protulit singulari: sub Citherone sunt: inter illum: ac Thebas: in uia: que Athenas ducit. & Megara: in Attice ac Megarum terminis. Nā Eleutræ prope stant. quas aliqui: Alii uero agri Boetii esse asserunt. Retulimus autem: ut preter Plateas Asopus amnis currat. Eo in loco Grecorum copie: Mardoniū ducem cum. ccc. Persarum milibus: occidione delerūt. Tunc Eleutherio: idest Liberatori Ioui templū cōstruxerūt. & certamē Gymnicū coronatū designauere: Eleutheria idest Liberatoria: ludos ipsos uocitantes. Eorumq; qui in prelio obierunt: sepulchꝝ publice constructum: cernitur. Etiam in Sicyonis agro populus est: quem Plateas appellāt. Cuius quidē oriundus fuit Poeta Mnasalces. Mnasalceo Plateadali sepul/chrum. Glysantem autem uicum in Hyparto monte dicit: qui prope Teumessum: arcēq; Cadmeā: ī agro Thebano iacet. Quē Geolophē idest terrestrē tumulū uocāt.

Cadit in campum domum: sic enim nominant. qui porrigitur ad Ex Hyparto monte. quod autem dicitur sic: Quiq; Subthebas habebant: Quidā sane sic accipiūt: oppidulum quoddam Subthebas nomine Alii uero Potnias. Derelictas enim fuisse Thebas: propter Epigonorum expeditionem: cū ille Troiani belli nequaq̄ pticipes extitissent. Alii autem participes quidem illas fuisse asserunt. Ceterum sub Cadmæa tūc habitatiōes extitisse: planis in locis: atq; cāpestribus. post Epigonoꝝ incursionē: cum Cadmæam edificare: ac restituere: nequirent. Postq̄ uero Thebas Cadmæam uocabant: Poetam pro iis: qui tunc sub Cadmea habitarent: dixisse Subthebas: Pro eo: qđ ē: sub Cadmea habitātes. Onchestus uero ibi est: ubi Consiliū Amphictyonū in Haliartia ora in unum cogebatur: ad lacum Copaidem: solumq; Tenericū. Situs in edito uertice: nudus Neptūni phanum habet. & ipsum quidem purum. At poetæ ad locorum ornamenta: omnia templa: lucos amenos uocant: tametsi nuda fuerīt. Tale illud est Pindari: de Phoebo dictum. Motus terram adibat & pelagus. Et ad magnas montiū speluncas adstabat. Sinusq; repostos circūuolans adibat: Lucoꝝ fundamēta percutiens. Male Alceus sicut Euarii fluminis nomen permutauit: Sic & Onchesti mentitus est nomen. ad extremas Heliconis oras ponens Onchestum. qui quidem lōge nō parū ab ipso monte consistit. Tenericus autē campus a Tenero nomē accepit. quem Apollinis filium: ex Melia oraculi sui uate: fabule cōmemorāt: ad Ptoon montem: quem idem poeta triuerticem esse refert. Olim tricipitem Ptoi cauernam tenuit. Et templi custodem: uatemq; Tenerum nominauit. uatissimile tenentem uocabulū. Ptous autem mons cāpo Tenerico: lacuiq; Copaidi ad Acrephiū incumbit. Erat autem Thebanorum mōs simul & oraculum. Acrephium uero ipsū in sublimi positum iacet. Quod Arnem a Poeta uocari dicunt. Quo nomine & Arne Thessalica est. Memorant alii: & Arnen: & mediam ab lacu absorptas. Cenodotus

scribens: Quiq; habitant largis fecundã uitibus Ascram: Haud sane uersus Hesiodi legisse uidetur: quos sua de patria cecinit. Nec Eudoxum longe deteriora de Ascra uulgãtem. Quonam modo talem a Poeta dici: Fecundam uitibus Ascram crederes? Nec illi recte: qui pro Arna: Tarnam scribunt. haud enim una Tarna in Boetia commonstrat. Apud Lydos sane sita est. Cuius mẽtionem & Poeta fecit Homerus. Idomeneus Phestum uita spoliauit. & armis.

Fabro ortus Boro. Tarna ueniebat ab aruis.

Reliquae: partim lacum accolũt: uidelicet: Alalcomene. & Thalphosiũ. Partim autẽ seorsũ: Cheronea. Lebadia. Leuctra. De quibus dignũ est meminisse. Alalcomenarũ Poeta meminit. Sed nõ in Catalogo Iunonisq; Argiue: & Alalcomenie Minerue. Vetustum nanq; templum Minerue habent: eximia ueneratione cultũ. Ibiq; deã natam esse aiũt. sicut & Argis Iunonem. Proinde poetam utranq; per earũ patrias nominatim protulisse. Quocirca fortasse in Catalogo nullã horũ uirorũ mentionẽ fecerat. Qui uiri cũ diuinitate donati sacri essent: ab ipsa in troiana expeditiõe missi facti erant. Hec enim ciuitas ipsa ab omni populatione tuta permansit: cum nec ampla esset: nec loco satis uallato septa. Sed in plano iaceret. Incole uero cũ cti deã pietate placantes: ab omni uiolẽtia & iniuria reddebant illesi. & proinde sese hostes abstinebãt. Adeo ut Thebani belligerãtibus aduersus eos Epigonis urbẽ relinquere coacti: ad illos confugisse dicãtur. & ad Thilphosium montem munitum. ac ualidũ: illis incumbentem. In quo & fons est Tilphosa. & Tiresie monumentũ. ubi profugus diem suum obiit. Cheronea uero iuxta Orchomenum sita est. Vbi Amynte filius Philippus: magno prelio uictis Athenienfibus & Boetiis & Corinthiis: Greciam suo subiugauit imperio. Illic autem & eorum: qui ĩ pugna cecidere: mortalium publicũ sepulchrũ ostendit. Eisdemq; in locis: & Romani Mitridatis copias militũ plurimorũ debellauere. Adeo ut preter paucos: qui fuga in naues salutem compararunt: Reliq aut ferro ceciderint: aut capti in hostium potestatem uenerĩt. Lebadea quidem est: ubi Trophonii Iouis constructum est oraculum: hiatus subterranei descensũ habẽs. Eo autem descendit: suscepturus uaticinium. Iacet autem Heliconis & Cheroneæ mediũ: iuxta Coroneã. Leuctra uero eo in tractu sũt: ubi Epaminõdas Lacede/monios ingenti superans prelio: eorum calamitatis & cladis initium repperit. Ex eo enim tempore Grecie principatum ultra recuperare nequiuerunt: quẽ prius adepti tenebant. Presertim postea q̃ secundo apud Mantineam congressi: rem infeliciter gesserunt: Vnum tamen illis: q̃q̃ hunc in modum afflictis: permansit: ut nullorum aliorum ditioni subacti sint: usq; ad Romanorum imperium. A quibus eis habitus perdurat honor: propter regende ciuitatis probitatem. Monstratur sane locus ipse in uia: que ex Plateis ducit ad Thespias. Deinceps quidem Poeta Orchomeniorum memoriam facit: Eos in Catalogo a Boetiorũ gente separans. Vocat autẽ Minyeiũ Orchomenon: a Minyatum natiõe. Hinc uero colonos quosdã deductos ad Iolcũ: ex Minyis dicitur. Vnde Argonautas: Minyas dictos esse constat. Locupletissima autem quondam extitisse: ciuitas uidetur. & potentissima. Opum quidem testis est etiã Homerus. Dinumeratis enim locis opulẽtissimis: ait: nec q̃nta in Orchomenon: Egyptias ue Thebas aggeritur gaza. Potentie uero: quoniã Thebani Orchomeniis tributa soluebãt. & Ergino Orchomeniorum tyranno. quẽ ab Hercule extinctũ ferunt. Eteocles quidem Orchomeniorum Rex: qui primus Gratiarum templum extruxit: utriusq; rei: & amplissimarum rerum: & potentie documento est. Qui siue in accipiẽdis gratiis: siue in erogãdis: siue in utroq;: pro uirtutis officio recte pagens:

has ipsas deas honoribus extulit. Necesse est enim eũ ad beneficẽtiam: liberalitatẽq; natura pronum: ac institutum fuisse: qui ad dearum istarum decus: ac uenerationẽ conficiendam tantopere fuerit affectus: ut istam iam potentiam compararit. Verũ ad hanc: & argenti copia fuerat opus. Qui enim nõ multa possideat: ne multa quidẽ erogaret. Quiq; nõ multa accipiat: ne multa quidem haberet. Sin utrũq; cõtineat: & referendi quidem benefitii uicem habet. Quod enim exinanitur simul atq; replet: ad usũ: ac necessitatẽ: repletũ semp ẽ. Qui uero prestat: nec recipit: haud in utrãq; partem recto fungetur officio. Nam eius desinet munificentia: cum arca: erariumq; defecerit. Cessabũt ergo donatores ei: qui tantũmodo accipiat. nihil cõtra gratificari paratus Sic ne una quidem ex parte hic ipse suum bene nauabit officium. Similia & de potentia dici queunt. Ceterum absq; communi cunctoꝝ sermone. qđ pecunia plurimo in honore sit mortalibus. interq; res humanas ea feruentissime polleat: Idq; e singulis consyderare licet. Reges enim ipsos plurimum posse dicimus: Ideoq; ipsos Dynastas: idest potentes: nuncupamus: Quoniam quo uelint populos: aut ui: aut suasione perducant. Per munificentias igitur maxime persuasos efficiunt. Nõ enim oratione suadere: regale: sed oratoriũ est munus. Regiã uero suasionẽ tũc appella/mus. cum donationibus aducant: ferantq; quo cupiant. Itaq; muneribus exhibendis persuadent. Armoꝝ autẽ copiis uiolant. & urgent. Ista uero ambo pecunia ueneũt. cõparanturq;. Nam ille magnum habet exercitum: cui & alendi facultas suppetit. Et plurimas effũdere largitiões is ualet: cui amplissima possessio euenit. Fama tulit: tractum ipsum: qui nunc est: subter Copaidem Lacum: siccã prius terram fuisse. Et omni agricolatiõis genere ab Orchomeniis cultum extitisse: qui penes illũ habitãt. Hoc igitur magnarum diuitiarum argumenta ponunt. Aspledonem uero quidam: prima dempta syllaba: Spedonem uocãt. Posterius Eudeelum sub mutato nomĩe: & urbem: & agrum dixere. idest bono predicatam crepusculo. proprietatem fortasse matutini crepusculi: Clima ipsũ proferẽdo: ipsis incolis cõuenientis: presertim in hyeme apricando. Deelon nanq; crepusculũ designat. Quod: cũ duplex sit: & diei extremi/tates frigide: lõge uespertinum matutino frigidius est. cum illud nocti propinquius intẽtius agat ĩ frigus. Hoc uero ab nocte discedẽs: remissionẽ illius efficiat Frigoris nanq; curatio: & medicina fit a sole. In tempore igitur gelidissimo: tale fit apricissimũ & hyberno in rigore cõmodissimũ redditur. Stađ autẽ. xx. distat ab Orchomeno. In medio autem fluuius melas labitur. Super oram uero Orchomeniam Panopeus ciuitas Phocensis imminet. & Hyampolis. Quibus contermina est ciuitas Hopus: Locrorum Epicmeniorum Metropolis. Scriptis sane est proditum Orchomenum superioribus annis cãpestri in regione habitatũ. Stagnãtibus inde aquis: ad Acontiũ mõtẽ denuo edificatũ. Latius enim patet ad stađ. lx. usq; ad Parapotamios. Phoci/dis. Historici quidẽ tradidere: Ponti inquilinos Acheos nominatos: Orchomenioꝝ ẽẽ colonos: cũ Ialmeno duce: post Troie captiuitatem: eã in regionẽ actos erroribus. Est etiam ad Carystum Orchomenus alter. Bene enim talẽ nobis subiecere materiã: q de nauibus scripta reliquere. quos seqmur: quũ ꝑprie materie nostre conducẽtia protulere. Post Boetiam autem & Orchomenum: Phocis adest Boetie apposita: in Aquilonẽ similiter a mari ad mare: tẽpore utiq; pristino. Daphnũtem enim aliqñdo terre Locrensis fuisse constat: Locrensem in duo tractum scindentem. Is sinus ipsius Opuntii: & Littoris Epicmeniorum: medius constitutus est. Nunc ipsa Locrorum ora est. Ceteꝝ urbs tenuis sane solo equata: diruptaq; iacet. Itaq; Phocis nõ amplius usq; ad Euboicũ pelagus pertinere uidetur. Crisseo autem contigua est sinui. Crissa

enim ipsa Phocidis est: ad ipsum sita pelagus. & Cirrha. & Anticyra. Et alie sup eas in mediterranea frequentes: ore ad Parnasum spectantes Delphi quidē: & Cirphis: & Daulis: & Parnasus ipse: qui & Phocidis est: & occiduū latus terminans. Quo autē modo Boetie Phocis accūbit: eo & Locris utriq; Phocidi. Duplex nāq; est: a Parnaso partita bifariā. Altera quidē ab occidua parte: Parnaso accumbens: & eius depascēs portionem. Ad Crisseum uero sinum pertinēs altera: in orientem: ad Euboicū finita pelagus. Vocantur autem: hi quidem occidui Locri: & Ozole. Habent etiam in signatorio ciuitatis ānulo stellā insculptam Hesperū. Reliqui item. & ipsi bipartito quodammodo diuisi. Hi quidem Opuntii: ab primaria illorum ciuitate Metropoli Phocensibus: & Boetiis finitimi. Hi autem Epicnemidii a monte: Cnemide: Oeteos atq; Malienses attingentes. Inter hos autem ambos: occiduos inq̄: & alteros: medius sese Parnasus attollit. i Aquilonē ꝓlixus. & ab locis Delphicis usq; ad Oeteos mōtes: Etoliosq; i unū coeūtes: Doriēsesq; itermedios: Rursus sicuti Locris ipsa existē/tes: Phocensibus apponitē. sic cum Etolia: & quibusdam intermediis: Dorica tetrapoli: utriq; Locridi: & Parnaso: & Doriēsibus. Sup istos: Etoloꝝ ps ad Arcton uergētes: & Acarnanes e natiōe Epirotica: & Macedonica: inuicē mutuo distātes: sicuti fascias q̄sdā: qđ antea diximus: ab occidēte ꝑductas. ad Septētriōes: intelligere ꝑdictas plaga. Vniuersus autē Parnasus cōsecratus existit. & antra: & alia loca: honore & sāctitate digna cōtinens. E qbus celeberrimū & formosissimū extat Co/rycium Nymphaꝝ antrū. eodē quo & Cilyciū nomīe: nuncupatū. E Parnasi uero lateribus: unū pascunē Locri. & Ozole: & Doriensiū pars. & Etoli iuxta Coruum. Sic enim montē Etoliū appellant. Altero fruuntur Phocenses: & Dorienses: maiori ex parte: qui Tetrapolin habent: Parnaso appositam. Magis autem orientis ptibus adherentē. Ipsa igitur in lōgum latera: & fascie locoꝝ predictorum: in longitudinē tendunt. una in boream spectans. Altera in occasum. Alie occidue haud pares sunt orientalibus. Nec ripa utraq; & sinus Crissei usq; ad Aquilonarem: & altera contra Euboeam usq; parallele inter se sūt. in quas gentes Ceterum sic accipiēde sūt talium locorum figure: sicut in triangulo. Linearum plurium. Ipsa enim parallela interse erunt. & latera parallela habebunt. Iste quidē igitē integer typus ac forma ē: reliq deiceps de situ tractus. Sīgula debīc ordīatim exponamus: suscipiētes a Phocide principiū. In hac autē due clarissime ciuitates eminēt. Delphi: & Elatea. Delphi quidem propter templū Apollinis Pythii. & oraculum uetustate insigne. Siquidē Agamem: nomen ab illo responsū petiisse: memorie Poeta ꝓdidit. Nanq; Citharedus Vlyxis: & regis Pelide rixam decantans introducitur.

Iurgia Pelides: Ithacusq; tulere feroces

Rexq; Agamemno uirum captabat gaudia mente.

Hoc sibi concilium cecinit nam Phoebus Apollo:

Pythius exadyto. Ob hec quidem Delphi celebres. Elateam uero cunctarum eo in tractu ciuitatum amplissimam: & opportunissimo esse in loco sitam. patet: cū in angustiis emineat. Et qui ea potitus sit: in agrū Phocensē: atq; Boetiū: incursiōes commode faciat. Rupes enim instant Oetee primū. Deinde Locrenses: & Phocēses. incursātibus sane e Thessalia exercitibus nus q̄ faciles aditus: Sed īgressus angustos quidem habet: intra terminos locatos: quos finibus adiacentes urbes tutanē. Quibus in hostium potestatem redactis: & transitus occupari cōtigit: quādoquidē Delphica templi splēdor honore precellit. Sic & loci situs natura ipsa principatum pre se fert. He enim sunt Phocidis partes: in occasum maxime uergentes. & ab his sumendum est

initium. Dictum est: ut Parnasus usq; ad occiduos Phocidis montes locatus sit. Eius latus in occasũ ꝓspectans: Locri: & Ozole possident. Australe uero Delphi. Locus sane petrosus: spectaculi formam habẽs. In eius cacumine templum surgit & oppidũ in circuitu stadia. vi. ac. x. complectens. Supra illud Lycoria sita est. Quo in loco antiquitus Delphi supra templũ consistebant. Hoc autẽ tempore circa ipsũ affines castalie fontis sua locarunt domicilia. Ante urbem autem Cirphis ex Australi parte preiacet rupes sane prerupta: fundosam relinquens uallem. per quã plurimus amnis dispergitur. At sub Cirphin rupem: urbs uetusta iacet cyrrha: ad mare locata. Ab ea incipit ad Delphos ascensio: stad. fere. lxxx. E regione uero Sicyonis posita est. Ante Cyrrhã autem Crissea planicies iacet. fertilitate felix. Porro alia rursũ ciuitas adest Crissa: que sinui Crisseo uocabulum prebuit. Postea Anticyra. Quo nomine & alia est: ad sinum iacens Maliacum. & Oetam montẽ. Illic Elleboꝝ: seu Veratrũ urbanũ: nasci uulgãt. Hic autem optime preparatᷓ. Quocirca frequẽtes huc aduene confluũt: purgationis: & curatiõis ergo Et. n. in Laconica pharmacũ nasci quoddã: Sesamorum semini per q̃ simile: cui permixtum preparant Oeteum Elleboꝝ. Hec quidem manet adhuc. At Cyrrha: Crissaq; dirupte iacent. Illa quidem prius ad sinũ Crisseũ. Crissa uero postea sub Eurilocho Thessalo Crissei belli temporibus. Crissæi siquidem cum secundis rebus florerent: propter Siculorum: & Italorum uectigalia: acerbe ab his: qui oraculum peterent: exigebant. cõtra Amphictyonum edicta. Hec eadem sane Amphisseis aduersa uenerunt. Hi Locrorum Ozolarum iuris sũt. Isti enim aduentantes reparata Crissa: campum ab Amphictyonibus consecratũ: denuo arare: & serere ceperunt. Et in hospites externos maiorem: q̃ olim: Crissei: exercuere seuiciã. Quocirca eos Amphictyones penes dare cogẽtes: deo ipsi gratiã reddiderũt. Hac itaq; tempestate neglectui datur nõ nihil oraculũ: superioribus annis excellen/tissimo in honore habitũ. Documento sunt thesauri: quos populi: potẽtesq; prĩcipes ibidem construxerunt. ad quos consecratas offerebant pecunias. Nec minus artificũ prestantissimoꝝ opera: & ludi Pythici: illic decertati. & innumerabilia tot & cõmen/data scriptis oracula. Autores certi memorant diuinum ipsum domicilium: profundã & curuam esse speluncam. non ad modum lato ore patentem. Vnde auram quidem referri: sacro efflante numine. Excelsum autem ostio imminere tripodem: quem cũ Pythia uates inscẽderit: hausto diuinatiõis spiritu: dei respõsa referre: & metro. & orõe soluta. Hec uero poetas quosdam templi ministros: ĩ uersus intẽdere. At Phemonoẽ primam diuinantem Pythiam fuisse ferunt. Sic et enim uatem ipsam uocatã. Vrbis quoq; uocabulum: ab Pythesthe: idest interrogare: audire: discere: inclinatum esse: ꝑore ꝓducta syllaba: ut ĩmortalis et indefessa ministra foret. Hec igitᷓ in edificãdis urbibus: et uenerandis templis communibus: fuerat intentio. Et enim conuenientes in unum ciuitates: gentesq; natura in cõmune congregabiles: mutue utilitati pariter seruirent. et ad communia sacra concurrerent. Hisce de causis et dies festos agebãt: et conuentus frequẽtes celebrabant. Omnia enim hec ad conciliãdos amore homĩes tendunt. Incipe primum a sodalibus: et sacrorum soci...et contectaneis. Quo autem maior cõuentus: et ex pluribus aduentaret: eo maior putabatur utilitas. Huic igitᷓ tẽplo honor euenit ãplior: ꝓpter oraculũ. q̃ndo minus aliis õnibus fallax extitisse uideatur. Etiam quippiã ipse loci situs addidit. In medio nanq; uniuerse quodammõ Gretie: et intra: et extra Isthmum: immo et totius orbis: consistere uidebatᷓ. Vnde et telluris umbilicum appellabant. Fabulã addentes: quã refert Pindarus: Cõfingẽs ab Ioue duas dimissas aquilas in hoc coisse loco: unam ab ortu: reliquam ab occasu.

Quidam autem dixere coruos. Ceterum quispiam in templo monstratur umbilicus: pendentibus ornatus uittis: cui due: fabule argumēto: incūbant imagies aquilarum. Cum huiusmodi sane commoditas Delphis adesset: eo facile conueniebant: precipue finitimi. Ipsum etiam ex iis Amphictyonicum constituuem erat concilium: & de rebus publicis consulturū: deq; templo cōmuniorē curam: ac diligentiam habituꝝ: cum tantum pecuniarum: tanq̄ sacra munera multa. & in templo locata iacerent: Quibus ingenti ueneratiōe opus foret. atq; custodia. Verū. n. uero antiqua illa q̄dē incognita ī obscuro iacēt. Inter eos qui memoria celebrati sūt. Acrysius uero ꝑmus eorum qui memorantur Amphictyonas instituisse putat. & ciuitates decreuisse: que ad concilium communiter accederent. & cuilibet dedisse suffragium Huic quidē ꝑ se: Illi uero cum aliis: siue cum pluribus. Declarasse etiam Amphictyonum iuris ditiōes quot ciuitatatibus contra ciuitates forent. Posterius autem alie complures facte sūt institutiōes: donec & hec ipsa destructa est ordinatio sicut & Acheoꝝ status. Primo quidē agitur duodecim conuenisse dicunt ciuitates. singuleq; bis in anno ad conciliū Pylagoram mittebant Sic enim legatum illum uocabant Veris initio & Autumni. Postea uero plures conuenere ciuitates. Conuētum autem illum uel synodū pyleā nuncupabant. Vernam scilicet & Autumnalem: quoniam ad pylas congregabant. idest ad portas. quas etiam Thermopylas dicunt. Cereri autē pylagore immolabāt. Initio quidem & hec. & oraculum iis cōmunia erāt. qui prope habitarent: posterius etiam ii qui ꝓcul distabant proficiscebant. & oraculo utebant. Et dona mittebāt. thesaurosq; paratos locabant. sicuti Croesus: eiusq; pater Alyates: & Italorum pleriq; ac Siculi. Cūq; inuidiose sint diuitie: laboriosa est eaꝝ custodia etiā cupiā numini attribute: cōsecrateq; fuerit. Hodie ꝓfecto sūma ī mēdicitate delphicū ē oraculū. ꝓpter opes autē ipsas dona ipsa sacra ptim īntercepta fuere ptim magno in numero ꝑmanēt Verū ꝑoribus seculis tēplū ipsū erat opulētissimū. Vel Homero testificāte

ουδοσα λαϊνοσ ουδοσ αφητοροσ εντοσ εεργει.

φοιβου απολλωνοσ πυθοι ενι πετριεσση.

Nec quot marmorea phoebi delubra caperent Vaticani uates seruat quem pythia in rupe. quem ab edendis oraculis Aphetorem dicunt. thesauros manifestant. & tot repositarum opum aceruī. & tanta a Phocensibus patrata diuinorū uasoꝝ populatio. Vnde phocense: sacrūq; ita enim uocant: bellū exarsit. Hec quidē direptio Philippi Amynte filii etate patrata fuerat. Aliam rentur antiquam fuisse: qua decantate ab Homero immense ille opes fuerant exportate Nā apud posteros: ne uestigiū q̄dem ullū illarū seruari cernimus. cū Onomarchus: & Phaylus templū ipsū diripuerunt. Sic enim alia ab illo proditū ē memorie nouiora illis esse dona. opusq; gn̄ra: recōdita enim sūt ī thesauris ex hostilibus capta spoliis: deoq; oblatis: titulos seruātia: & offerentium inscripta nomina: ut Gyge. & Croesi: & Sybaritarum. & Spinetarū Adrie incolarū. & sic de reliquis dona ac prisce in unum commixte sunt diuitie Alia quoq; loca significant: que uiri isti ex illis adornarūt. Sunt qui Aphetorem thesaurū dici approbent. & Aphetoris limen: defossos in tēplo thesauros sub terra. opesq; depositas. asserant. Conatumq; Ornomarchum noctu thesauros illos effodere: Magnis quidē in terra factis terremotibus: extra templum euolasse. et effossioni finem imposuisse: Aliis etiam ne talia tentarent pauorem incussisse.

in fabularum ordine ponemus Secundum autem Agamedes & Trophonii opus esse aiunt. Verum que nunc extant Amphictyones instituerunt. Ostenditur uero in templo Neoptolemi tumulus: qui iubente oraculo constructus est: cū uir delphicus

Macbereus mactasset illũ. Petebat. n. deus ut fabule tradũt paterne cedis suppliciũ. Vt autem simile veri est templum inuasisse commotus est. At Macberei prognatus extitisse ferẽ Branchus: delubri in Didymis presul Agonem quidẽ in Delphis: priscũ illum citharedorum instituerũt: deo paeana canentiũ. Hunc autem Delphi Crisseo finito bello posuere. At porro Amphictyones: equestre certamen & gymnicum in Eurylocho ordinauere: coronarũ quẽ pythia uocauerũt. Ad citharedos tibicines: ac fidicines: citharistasq; adiunxerũt. sine carmine modulatiões aliquas reddituros ꝙ pythicus ritus uocatẽ Quinq; uero eius generis particule sunt: Anacrusis. Ampera. Catacelеusmus. Iãbi & Dactyli Syringes. Modulatus ẽ autẽ Thimosthenes secũdi Ptolemei classis prefectus: qui de portubus decem uolumina composuit. Vult autẽ Apollineum agonẽ aduersus draconẽ depugnatũ. diuinis efferre cantãdo laudibus Anaceusin quidẽ preludiũ esse demõstrans. Amperã autẽ primã certãdi experiẽtiã catacelеusinum certamen ipsum. Iambum autem ac Dactylum cantum paeanem. qui talibus efficitẽ rhithimis uictorie gratia. e qbus alter hymnis est proprius. Iãbus autem obloquiis. unde Iambici in Syrnigés uero belue deficientis langorem imitãtes: ac efficientes: perinde ac ad extrema cõuertat sese moriẽtis sibila. Ceterũ Ephorus: quo plurimum: ad hec tractãda utimur: propter hominis diligentiam: queadmodũ & de illo testis est Polybius: uir dignitatis eximie: cõtraria mihi facere uidetẽ interdũ: ita electione instituens: & ab exordiis pollicens. Itaq; scriptores historiarũ increpãs: ꝙ fabulas studiose scriptis inserant: & ueritatem laudibus exornãs: ad ipsius oraculi sermonem: honestam quandam adiungit promissionem. quod ubiq; sane ueritatem maximi estimat. presertim ad hãc ipsã materiã. Absurdum enim est inqt: si reliquis de rebus talem sectamur: ueritatisq; modum inquirimus. Cũ autẽ de ipso loquimur oraculo: quod super omnia uerissimũ est. adeo incredibilibus & mendacibus utimur uerbis. His autem dictis continuo subinfert: ꝙ phebus & Themis: nostro generi utilitatem afferre cupiẽtes: oraculum comparare decreuerũt Subinde cõmoditatem eloquitur: cum ad mansuetudinem uite prouocabat: moresq; castigabat: Nõnullis responsa proloquens: quedam per edicta mãdans. Aliqua omnino ꝓhibens: plerosq; ne ullo quidem admittens pacto. Hec autem alii disposuisse. illum rentur inquit. cũ deus ipse corporis assumpsit imaginẽ. Alii autẽ cũ sue uolũtatis: mentẽ cognitioneq; mortalibus tradidit. De ipsis deinde dicere delphis ingressus: quinam forẽt: explicat: antiqs tẽporibus quosdã extitisse Parnasios autochthonas uocitatos. idest indigenas: & Aborigines parnasũ colentes. Quo quidẽ in tẽpore Apollinẽ in terras aduentantẽ mansuefecisse homĩes: e siluestribus fructibus: & minuti uiuẽdi ritu Athenas egressũ: adiisse delphos. eam per uiã: qua nunc Athenienses populus pythiadẽ supplicationẽ cum pompa premittit: ad Panopeã deinde consistentem urbẽ. Tityum clade affecisse eius loci tyrannum. Virum profectum uiolẽtum: ac flagitiosum. Postea cõiunctos illi Parnasios: alio nũtiasse hominẽ esse nomine. Pythoniem ac cognomine: draconẽ: quo sane sagittis debellato: ĩteradhortandũ hie pean clamitasse. Vnde cõsuetudinẽ traditam. Vt qui consecuturi sunt aciem: sic Peanis celebrationẽ clamitent. Pythonis uero tabernaculum. sic incendio tunc a delphis absumptũ. Sicuti nũc quoq; ac semp rerum ea etate gestarũ: perpetuã adhuc recordationẽ: ac monumentũ factitãtibus. Quid autem fabulosius fieri posset: q̃ sagittas mittens Apollo. & Tityos. Pythonasq; mactãs? & ex Athenis delphos iter faciens: & terram uniuersam permeans: ꝙ si hæc minime fabulamenta esse putabant: quid oportebat themin in fabulis celebratam foeminam uocare fabulosumq; draconem hominem: nisi si uoluit historie: fabuleq;

locos in unum confusos conturbare. Idem etiam hissimilia de Aetolis protulit. Nā cum prefatus sit: eos omni tempore inuictos: nunq̄ depopulatos: quādoq; Aetoliā Aeoles coluisse erectis regionis occupatoribus barbaris: quādoq; aetolum cū Epeis ex Elide pfectis: Hos autē mutuis uicibus ab hostibus: Istos ab Alcmeone ac Diomede. Sed ad Phocēses reuocet oratio. Initio enim ī ripa post Anticyrā Marathus parua subest urbs. Secundum eam inde pharygium promontorium: cū statiōe Deīde portus nouissimus: recessus: quia sic illi obtigit: appellatus: sub helicone: & sub Ascra iacens. Abe quoq; nō lōge absunt abhis locis: oraculū: Neq; Ambrysus: que idē quod Boetia nomen tenet. In mediterranea uero secundū delphos: paulisper ad orientem Daulis est oppidulum. Vbi Tereum thracem potentatū tenuisse aiūt. queq; de philomela. & progne fabulis uulgata sunt: eo in loco patrata memorant. Verum Thucidides ad Megara scribit: Loco autem nomen a densitate arbustorū inditum est: cum Daulos densos appellant. Homerus quidem Daulida dixit. posteri uero dauliam. Illud uero: qui Cyparisson habent: duobus accipiendum est modis. Nam secundū alios nomē accepit ab arbore. Aliis autem placet a uico: ad Lycoreā iacēte. Panopeus sane olim: nūc uero Phanoteus uicinus Lebadie locis: Epei patria. que de Tityo tradita sūt fabulis: hic gesta ferunt. Homerus quidē refert ut Pheaces Rhadamantum in Euboeam deduxerunt: ut Tityum expectaret telluris filium: & spelūcam Eleaetiam: ab Elara Tityi matre: nominatam. Monstratur etiam per Insulam Tityi sacellum: cui honores quidem redduntur iuxta Lebadiam Trachin quoq; est ciuitas Thetee nomine similis phocensi: exigua sane: eius ciues Trachinii uocantur. At Anemorea ab continenti nomen assequitur. Locus enim Catopterius uentosas in illam trudit procellas: preceps quidam: a Parnaso proueniens: Hic autem mons delphorum & Phocensiū terminus erat. Qua tēpestate Lacedemonii delphos a Phocēsium societate disiunxerant. & per se rem suam urbanam. agitare pmiserūt. Eam pleriq; uocāt Anemoleam. deinde Hyampolis a nōnullis appellatur. In quā e Boetia Hyantes profugi sese receperūt. Ipsa maxime in mediterranea est. Parapotamiorum uicina: diuersa ab ea: que in Parnaso Hyampolia nuncupatur. Elatia item inter Phocēses urbes amplissima. Homero fuit prorsus ignota. Citra enim illius etatem: noua cōdita. opportuno pfecto sita ē loco: aduersum maritimas incursiōes. Eius ingenium Demosthenes indicat & opportunitatem: repentium commemorās tumultum Athenis exortū. Postq̄ a Prytanibus Elateam captā fuisse: denuntiatū est: Sunt autem Parapotamii idest affines fluuio: pagus quidem penes Cephyssum habitans Phanotensibus uicinus & Cheronensibus. & Elateæ. Theopompus autem asserit: hūc locū ab Cheronea ad stadī q̄draginta distare: & distermīare Ambrysēses. & Panopenses. & Daulienses. Iacere autem in ipso ingressu e Boetia: in colle satis alto inter Parnasum & mōtem Abesse autem per stadia quinque ab terminis. diuidereq; Cephissum: dantem angustum utriq; tramitem: principiū quidē e Lilea captantē: phocensi urbe: sicut inquit. Homerus. Et qui Cephissi pro fonte Lilean habebant. Copaidem uero is Lacum ingreditur. Daulium sane ad stadia sexaginta protendit: usq; ad Hyphanteū. Cui incūbit Orchomenus. Hesiodus quidē amplius de flumīe earum producit: & eius fluxu. ut totam perlabatur phocensem oram. sese serpentis instar intorquēs. utq; pene Panopidem. Gechonemq; munitam. & per Orchomenū se circunflectat. Angustie uero iuxta parapotamios pugnam concitarunt. Quam Parapotamiam nuncupant. Dicitur enim utroq; modo. Et hunc unū: quē habebāt ingressū. Est & Cephissus phocensis: & Atheniensis. & Salaminius. quartus quintusq;

Sicyone: & in Scbyro. Sextus in argo: duces originem e Lyrcio In Apollonia uero uicina Epidamno idest Dyrachio: fons est circa gymnasiũ quẽ Cephissũ uocitarit. Daphnus quoq; cum olim phocensis esset urbs: diruta iacet hoc tempore Euboicum attingens mare: diuidens Epicnemides Locros: Hos quidem in Boetiam. Illos uero in Plocidem a mari pertinentes. Quippe signum est: ꝙ in ea sacellum est schedieum: quod Schedii sepulchrum esse memorãt. Ad utrãq; partem Locrensẽ agrũ. Satis de Phocide a nobis dictũ est: Deinde Locridis ora subest ordine. Ideo de ipsa dicere aggrediamur Ea duas in plagas diuiditur. Vna quidem Locrorum est: in Euboeã uergentium: qui ad utrunq; Daphnuntis urbis latus discinduntur. Vocabanẽ autẽ uni quidem Opuntii a Ciuitate Metropoli. Alteri uero Epicnemedii a Cnemede monte. Reliqua in occasum spectans Occiduorum Locrorum appellatur: qui iidẽ & Ozole nominanẽ. eos distinguit ab Opuntiis. & Epicnemidiis: & Parnasus inter/medius. & Doriensiũ Tetrapolis. Exordiamur igitur ab Opuntiis. Secundũ urbes quidẽ alias: in quas Boetium littus terminaẽ. e regione Euboe: sinũ iacere cõtingit Opuntium. Opuntem autẽ Metrapolim esse constat. sicut illud indicat epigramma quod prima quinq; columnarũ ad Thermopylas inscriptũ habet penes Polyandriũ idest publicum sepulchrum Sic autem se habet:

Quos pro se in Medos morientes Græcia uidit.

Vrbs pia Locrorum nunc mater Opuntia claudit.

Ea uero abest a mari circa stadia quindecim. A Peneo autẽ sexagita. Cynus ꝗdem est Emporium & promontorium Opuntiũ terminans sinũ stad' circiter ꝗdraginta. Inter Cynum uero & Opũtem: fertilis iacet planicies. Ad Aedepsũ Euboee uergẽs: ubi Herculis balnee sũt. Intercurrit autẽ fretũ. stad' centũ & sexaginta Enimuero Deucalion Cynum habitabat: ut diciẽ. ubi & Pyrrhe tumulus ostendiẽ. Deucaliõis autem Athenis. Abest autem Cynus a monte Cnemede ad stadia quinquaginta. Et Atalanta sane Insula locata est: in Opuntẽ. Eodẽ nomine: qua altera cõtra Atticã sita. Quinetiam quosdam in Elaea ora Opuntios fama est esse. qui digni non sunt: de quibus uerba fiant. nisi ꝙ cognationem quandam renouãt. Que illis cũ Opũtiis existit. Ceterum ex Opuntia terra natum esse Patroclum: testatur Homerus. q cũ cedẽ patrasset inuitus: fuga se subtraxit ad Peleum Menoetius uero eius pater mãsit in patria. Ait. n. Achillesse Menoetio pollicitũ: ut cũ ex ea expeditione reuertisset se illum in patriam reducturum. Verum non ille. sed Aiax Locrus: Opuntiorum regnum obtinebat. quem a patria Aryco genitum ferunt. Eanen uero uocatum fuisse eum dicunt: quem Patroclus interemit. a quo & sacellum Eanium. & Eanidem fontem ostendunt nominatũ Post Cynum sane deinceps Alope sita est: & Daphnus: quẽ dirutũ ante diximus. Ibidẽ portus ẽ a Cyno nonaginta distãs stadia. Ab Elatea uero: si terrestre iter subeas: in mediterraneam: cẽtum ac uiginti. Iam uero ista sinus Maliaci sũt: Nam post sinũ Opuntiũ: hic ipse cõtiguus est: Ac secundũ Daphnũtẽ Cnemedes sunt: Locus munitus: ad stadia uiginti: siquis nauiget. In quẽ ex Euboea Cenaeum est regiõe cõsistit. promontoriũ in occidentẽ spectans: sinũq; Maliacũ: freto disiunctum: stad' ferme uiginti. Hec autem iam Locrorũ sũt Epicnemedioꝝ. Hoc in tractu tres prominent Insule Lichades: a Licha nomen assequute: In iam dicto pelago & aliæ quidem Insule sũt. quas libentes omittimus Ceterũ post stadia uiginti a Cnemedibus portus occurrit. Supra illum uero totidem stadiis Thronium iacet in mediterranea. Dehinc Boagrius amnis effunditur Thronium præterlabens. Manem autem eum nuncupant. Est autem torrens: ut interdum ne tinctis quidem

ingrediare pedibus. Quandoq; uero ad bina late fundatur iugera. Secundum hæc quidẽ Scarphaea iacet superius: a mari stadiis decem. Ab Thronio uero trigĩta ꝓcul absens. Postea uero Nicea est ac Thermopyle paulo paucioribus. Aliarũ profecto urbium memoriam facere: indignũ est: nisi quas Homerus meminit. Calliarus deserta linquitur. Dehinc campus nomine Bessa idest arbustis refertus locus. Quem sic ideo uocari contingit: quia siluis est obsitus: geminoq;.ss. scribendũ est. Similiter & Nape idest collis arboribus circũdatus: in Metymne cãpo: quẽ Hellanicus ignorãs Lapen nominat. Populus uero siue tribus Attici agri Besa unico.s. scribitur. A qua Beseenses tribules dicuntur. Scharpha quidem in excelso sita: longe stadiis uiginti distãs: agꝛ̃ & frugibus feracem: & arboribus consitum: habet. Sic & ista a frequentia: & dẽsitate dicitur. Hodie pharygae uocãtur. Ibidem uero Iunonis Pharygaee phanũ locatũ est ab pharygiis. in Argiua terra. Nam & Argiuorum colonia dicitur Occidẽtaliũ quidem Locrorum non utique mentionem fecit Homerus. Aut non apertis quidẽ uerbis: sed tantum. ut illos pro istis breuiter uidetur attingere. De quibus nos locris diximus. qui trans Euboeam sacram incolunt: perinde ac etiã alii existant. Hi sane ciuitates habuerũt Amphissam & Naupactum. Quarum quidem Naupactus ꝓpe Antirrhiũ permanet. Nomenq; inde accepit: a pangẽdis idest cõstruendis nauibus. Siue illic Heraclide classem compegerunt: Siue loca prius compararunt. ut scribit Ephorus. Ea uero nunc Aetolis subigitur. Sic adiudicante Philippo. Ibi & Chalcis est: de qua memoriã poeta egit. Cũ Aetolas dinumerarat. paululũ subter Calydonẽ. Ibi est etiã collis Taphossus. In quo Nesi & aliorum Centaurorũ tumulus locatus cernitur. e quorum tabo deterrimus odor. sub montis radice: profunditur. & humor crossioribus guttam manat. Quam quidem ob causam. gentem illam Ozolas. idest odoris mali: uocari. Adest & Molycraea Antirrhio: Aetolorum oppidulũ. Amphissa sane ad Crissei campi uertices posita est. Eam Amphictryones destruxerunt. sicud iã exposuimus. Eupolium locris: Tota uero Locrensis nauigatio paulo stadiis ducẽtis maior extenditus. Alapen itẽ urbẽ & hac in parte. & in Epicnemedius & in Phthiotis: nominãt. Enimuero ab Epicnemediis horum deducta colonia. & ab his Zephyrii deriuati. Ceterum Locris occiduis cõtigui sũt Aetoli. Sicut Epicnemediis Aenianes: qui hãc obtinent. Medii autẽ sũt Dorienses. Hi sunt qui quidẽ tetrapolin menibus uallarunt: quam Dorice nationis Metropolin esse asserũt. Vrbes autem obtinebãt. Erineum. Boium. Pindum. Cytinium. Imminet autem Pindus Erineo: iuxta quã cognominis illi fluuius decurrit. ĩ Cephissũ exonerans. nõ magno a Lilea interuallo. Pindum autem uocant. Acyphantem aliqui. Eorũ rex Aepalius cũ e regno fuisset expulsus. Herculis ope. atq; opera restitutus est: uti scriptores prodiderũt. In cuius beneficii memoriam: etiam rebus humanis circa Oetam defũcto: gratiam reddidit Quippe Hylum inter eius filios natu maiorem: adoptauit. Isq; regni successionem suscepit. & nati natorũ: & qui ab eo ꝓgeniti fuere. Hinc ĩ Peloponnesũ redeũtibus Heraclidis: primus fuit impetus. Interea urbes ipse: suam non mediocrem obtinuere dignitatem. licet & exiles: & agro fertiles forent. posterius neglectui date sũt. Ceterũ in Phocensi bello. regnoq; Macedonico: & Aetolorum. Athamanumq; potentatu: sic actum est: ut eorũ uestigium ad Romanorum imperiũ peruenisse: dictu sit mirabile. Hec eadem Eneanes quoq; passi sunt Istos enim Aetoli & Athamanes extinxerũt. Aetoli enim cum Acarnanibus belligerantes: & magnã adepti potentiã. Athamanes uero Epirotarũ postremi ad dignitatis fastigiũ deducti. Ceteris: iam ob res fractas: desperatis. Cumq; Amynta rege ingentem adepti potẽtiam. Hi uero Oetam montẽ

possidebãt. Mons ipse ab oriẽte ac Thermopylis in occidentẽ: usq; in sinũ Ambraciũ extenditur. Quodã etiã modo: per lineas rectas: mõs iste montanã scindit regionẽ: a Parnaso usq; Pindũ. barbarisq; supraiacẽtibus. Istius p̃s una uergẽs ĩ Thermopylas Oeta uocat̃. Longitudinis ad stadia trigĩta Asperitatis & celsitudinis nõ mediocris. Lõge autem. excelsissimus. ad Thermopylarum tractum. Ibi enim cacumẽ attollit̃. & in rupes acutas: preruptas: precipitesq; finitur. Paruumq; & angustum uiatoribus. a littore Locros petentibus: & ex Thessalia: derelinquit transitũ. Ipsũ quidẽ transitũ pylas idest portus: & angustias. uocitant. atq; Thermopylas. Sunt enim ibi prope therme idest calide aque magno in honore: uti Herculi consecrate. Supra sinus est mons: quem Callidromum appellant. Attamen aliqui etiam reliquum per Etoliam Acarnaniamq; usq; sinum Ambracium progredientem. Callidromum nominant. Ad Thermopylas sane intra angustias castella sunt. Necaea quidem ad Locrorũ mare: At Tichius & Heraclea super illam que prius: Trachin uocabat̃: ab Lacedemoniis condita. Ab antiq̃ uero Trachide. stadiis circiter sex distat Heraclea Deicepsis Rhoduntia ẽ: locus sane munitus. Hec autẽ loca tũ ex asperitate. tũ aquarũ abũdantia. redduntur ad incursandum difficilia. propter fauces ualliũ: quas perlabunt̃. Quoniã preter Sperchiũ: qui Anticirrhã preterfluit. etiã Olyras adest. qui ut fert̃ Herculis rogum extinguere conabatur. Simul & Melas alter: qui a Trachine quinq; stadiis abest. Vallem uero quandam: ad Austrũ esse scribit Herodotus: qua Asopus: aliorũ iam dictorum nomine uocatus percurrens: pelagus inter Thermopylas ingreditur. Assumitq; Phoenicem. e meridie sibi congredientem: & herois nomẽ gestantẽ. Cuius quoq; monumẽtum iuxta ostendit̃. Ab Asopo autẽ ad Thermopylas stadia intersũt quindecim. Ea igitur tempestate maxima decorabantur ore iste gloria. Cum in eaꝝ potestate claustra ipsa tenebãtur. angustiarum uicina. Et cum aduersus exteriores: interni certamẽ: de dignitatis fastigio: & prĩcipatu gerebãt. Sicuti Philippus Chalcidem. Corinthũq; Grecie Pedicas uocabãt. ad Macedonie opportunitates respectãs. Hec autem posterius: & ea que sunt ad Demetriadem uincula nominabantur. Hec enim transmeãdi domina: potensq; erat: ad Tempe cũ Pelion haberet & Ossã. Annis uero posterioribus. cum omnia uni subiecta sint imperio: Cunctorum exitus unus adest. & cũcta ad Thermopylarum angustias aperta patent. Leonidas sane paucis adiunctis finitimis. contra tot Persarum milia: ope Locorum obstitit. donec alio per montana circuneuntes tramite barbari. ipsius Leonide cõmilitones conciderũt. & nũc in cõmunem cunctorum tumulum eorum Polyandrium adest: & insculpta in columna Spartanorum late uulgata inscriptio.

Dic Lacedemoniis hac hospes parte iacere.
Dum illorum rigidis legibus obsequimur.

Adest & ibi portus ingens: & Cereris teplũ: In quo in omni ibidem conuentu Amphictyones sacrificiũ conficiebant. A portu autem in Heracleã Trachinã terrestri itinere. quadraginta stadia intersunt. Cursu autem marino ad Cenaeum septuagĩta Extra Thermopylas statim Sperchi effũditur. Ab Euripo uero ad Thermopylas stadia sũt q̃ngenta: & triginta. Locrensis hic quidem ora finit̃. Extra uero tractus Thessalorum uergit ad orientem. Sinumq; Maleæ. Ad occasum autem Etoli: et Acarnanes. Athamanes autem & ipsi defecerunt. Maximum uero: & uetustissimũ est. thessalicum nomen: & conuentus. E quibus partim Homerus inquit: partim alii plures Homerus quidam semper Etolos uno dicit nomine. Ciuitates nõ autẽ gẽtes sub illis cõstituens: p̃terq̃ Curetes Quos ĩ parte Etoloꝝ: ponere oportet Inchoemus:

igitur ab Thessalis. plura nimis antiqua: et permixta fabulis: & inter se dissonantia: prorsus omittētes. sicut & in aliis quoq; fecimus. Que nobis uisa fuerint opportuna: dicētes. Eius a mari & Thermopylis ē littus usq; ad Penei eruptionē. & extrema Pelii. Quod quidem littus spectat: ad orientem. & ad ultima Euboeae: in boream spectantia. partes quidē in Euboea ac Thermopylis tenent Malienses: & Phthiotae Achiui ad Peliū uero Magnetes populi. Hoc quidē igitur Thessalie latus orientale littusq; appelletur. Alio autem ex latere a Pelio ac Penaeo in mediterraneā adsistūt adherentes Macedones. usq; ad Paeoniam. gentesq; Epiroticas. At ab Thermopylis. pararella idest inuicē equaliterq; distātia. Macedóibus mōtana. Oetaea: & Etolica: & Doriensibus. atq; Parnaso contigua. Vocetur autem propinquum. Macedonibus latus Septentrionale. Alterum uero Australe. Reliquum sane est occiduum: quod Etoli: & Acarnanes includūt: & Amphilochi: et ex Epirotis. Acarnanes & Molossi: & terra Ethicorum. Sic enim aliquando uocabātur. & simpliciter ipsi Pindi accole: preter Peleos & Osseos. Hec quidē satis extollunt. Haud tamē multū circunplectūt agrum. Sed in campestria eius finis est. Hec est media Thessalie felicissima Regio: ea excepta: quā flumē alluit & inundat. Quoniā Peneus per mediā labēs. cōpluribus assumptis amnibus sepius effūditur. Antiquis autem seculis: ut fama est: totus cāpus stagnabat. Quem alius ex partibus montes coercebant. Cum etiā littus altiora cāpis haberet loca. Terre autem motibus factis: abrupta sunt: que nunc uocant Tempe. et ab Olympo abscissa Ossa: & hac Penaeus effluxit in mare. & oram illam siccatam reddidit. Relinquitᷣ tamen lacus Nesouius & quidem ingens. & minor illo Bochеis littori propinquior. Cum uero talis sit: in quattuor partes diuiditur. Vocabatᷣ autē pars una: Phthiotia. Altera Estiaeotia. Tertia Thalassiotia. idest Marina. Quarta Pelasgia. Ceterum Phthiotia: tractū continet Australem. ad Oetā a sinu Maliaco. & Pylio. usq; ad Dolopiam oramq; Pindi protēsum. In latitudinem uero porrectū. usq; ad Pharsalium. planaq; Thessalica. Estiaeotia autem: partes continet occiduas. & que intra Pindum: Macedoniamq; superiorem sunt: Reliqua uero tenent: & qui sub Estiaeotia planiciem pascuntur. Thessali nūcupati: inferioribus contigui Ma/cedonibus. & qui Maritimas explent oras. Deinceps: usq; Magnesiam. Qua quidem in plaga erit Illustriū nominū dinumeratio. & aliter p ipsa Homeri poete scripta: Cumq; pauce sit urbes: que patriam seruēt dignitatē. Larissa sane maxime cōtinet. At enim poeta Vniuersam: quam nunc Thessaliam appellamus duodecim in partes: potentatusq; partitur pleraq; Oetaeae Regionis: & Locrēsis assumens Nec non Macedonibus subiecta Aliquid etiā cōmune. & toti ore cōueniens subscribit. & totū: & sīgula transmutādo: ad ipsas dominantiū potestates. Primos igitᷣ Achilli subiectos dinumerat: Australe Lacus tenētes & Oetae Locrisq; Epicnemedius adiacentes.

Quiq; pelasgicon Argos habebant.
Quiq; Allon atq; Alopen: & qui tarchina colebant.
Et Phthiam & grecam speciosis matribus oram.
Myrmidones greci simul & uocitantur Achei.

Istis insuper copulat & Phoenici subditos. & utriusq; classē cōmunem efficit. Ceterū poeta nenna quidē in parte Dolopem meminit militem troianum ad bellū Nec. n. ipsum ducē phonicem ad Martis discrimina. ducē fecit egrediētem. sicuti Nestorem. Alii tamen memorant. Veluti Pindarus Phoenicis meminit:

Audaces dolopum ducens in bella cateruas.
Mortiferasq; gerunt Danaorum in spicula fundas.

Hoc autem & secundũ poetã. ut dicere solẽt grammatici ex dicto tacitũ subaudire oportet. Quoniã ridiculũ foret: Regem ipsũ in militie partem aduẽtare i posteriora habitans Phthiae Dolopasq; gubernans Sic enim ait: Subditos uero procul abesse. Nec enim militandi socii uiderentur Achilli. Sed enim presestantum: est & dicendi magister foret. Siue utiq; consiliarius Hoc enim ipsi uolunt indicare uersus. Nam tale illud a poeta scriptum. preceptor fandi foret: utilis autor agendi. Argos ipsum Pelasgicum. plerĩq; urbẽ Thessalicam opinanẽ superiori tempore Larisse ꝓpinqua. Que hac etate nullibi est. Alii nõ urbẽ sane: sed Thessalorum campũ. hoc uocabulo nuncupatum. Quod quidem nomen Abas ex Argo: hec ad loca migrans imposuit. Quidam etiam Phthiam eãdem quam Helladem: siue Gretiam & Achaiã opinanẽ esse. Hanc autem alteram esse partem Australem. Diuisa Thessalia uniuersa: cum ipsi eam diuidant: Verum poeta duo facere uidetur Phthiam & Helladem seu Gretiã. cum hoc pacto dicat. Deinde seorsum latam per gretiam Phthiam usq; perueni. et illud. frequentes per Helladem: seu Gretiam Phthiamq; ciuitates sunt. Poeta igitur duo hec efficit. Vtrum autem urbes: an Regionem: nequaq̃ indicat. Posteriores Helladem: aut Gretiam: Regionem asserentes. partim extindi Thebas phthioticas aiũt a prisca Pharsalo. In hac autem Regione Thetidis phanum est. penes utranq; Pharsalum. uetustam scilicet & nouã. Quo ex phano. & hãc oram Achilli subiectã fuisse suspicantur. Qui uero urbem esse inquiunt: Pharsalii quidem ostendũt longe ab eorum urbe dirutum oppidum. quod Helladem: uel Gretiam fuisse crediderũt. Duosq; insuper fontes propinquos. Messeidem ac Hypeream. Verum Melitenses procul ab urbe sua stadiis decem Helladem idest Gretiam habitatam. Indicãt trãs Empeum: Quo tempore: eorum urbs Pyrrha uocabatur Ceterum ex Hellade: seu Graetia humili in loco iacente. Graecos in urbem suam habitaturos commigrasse. testimonio esse. ꝙ in illorum foro editum sepulchrum Hellenos. qui Deucalionis & Pyrrhae filius extitit. Scriptis autem traditum est. Deucalionem Phthiotiae regnũ tenuisse: & simpliciter Thessalie imperitasse. At Enipeus ab Erythra pter Pharsalon currens in Apidanum elabitur Apidanus uero in Peneũ. De Hellenibus: siue Grecis hec: Phthios uero uocant Achilli subditos A. Protesilao: & Philoctete. Quorũ testis ipse poeta est. Quippe in recensione siue Catalago nauiũ inquiens eos ita expressit: qui sub Achille erãt. Hi uero habebãt Phthiam In pugna autem secus naues gesta: eos in nauibus residentes: cum Achille fecit quietos. Ac Philoctete subditos pugnam exercere Medontem habẽtes: genteq; Protesilai prius Deinde Meneptolemi: pedũ uelocitate ualentes. de quibus communem fecit sermonem. hoc modo:

Hinc & Boetii: longoq; Iones amictu.

Locriq; & Phthii fameq; insignis Epaei.

At peculiariter ait. Duxq; Medon Phthius Neoptolemus: Alipes idẽ. Hi quidem pro Phthius magnanimi nauigia tutantes cum eis pugnam inierunt. Forte & qui cum Eurypylo militabant: Phthii nominabantur illis confines. Tamen hoc tempore in Magnesie iure censentur que subdita fuit Eurypylo. & oram totam Philoctetae subiectam. & Orchomeno uicinam et Achilli subiectam Phthiam ab Dolopia: et campestri plaga: ad usq; mare Magnesium. & usq; ad Antronem urbem Protesilai. quam nunc pluratiuo proferunt casu. Ceterum de Halo & de Halope ambigitur. ne non hos dicat locos qui in Phthiotico censu ferantur. Sed in Locris cum hucusq; Achilles suum possederit imperium. queadmodum tenus Trachine: Oraq; Oetaea. Est autẽ & Halus & Halus ĩ Locrẽsi littore. sicut & Halope. Sũt qui pro Halope

Haliuntem ponant: & hunc in modum scribant. Quiq; Halon atq; Haliunta. & q Trachina colebant. Halus autē phthioticus. in Othrys transitu iacet. qui mons ore Phthioticae ad Aquilonē iacet: Phresto proximus: ac Dolopibus. inde protensus: ad sinui Maliaco propinq̄ Halus ab Itone stad. circiter sexaginta distat: seu masculio seu muliebri proferas genere: cū utroq; modo. Halus autē Athamātis fuit domiciliū. Posterioribus deleta tēporibus quae Crocio imminet cāpo. Cuius menia Amphissus amnis alluit. Sub Crocio autem phthioticae Thebe sūt Et Halus quidē Phthiotica nuncupatur ora & Achaica: que coniuncta est Maliēsibus sicut Othryi propodes & sicut Phylaca Protesilai ore phthioticae est: Maliēsibus uicine. sic & Halus. Abest autem Thebis stad. circiter cētum. In medio uero est Pharsali: & Phthiotarū. Tamē Philippus eā Pharsalus attribuit: phthiotis ademptā. Sic & terminos & cōstitutiōes nationum locorūq; semper uariari contingit: sicuti memorauimus Sic & Sophodes Trachinem phthioticam nominauit. Artemidorus autē Halū sistit in littore extra Maliacum sinum iacente. Phthiotin autē procedens enim hinc usq; ad Penaeū. post Antronem Pteleum ponit. Mox Halum a Pteleo decē supra centū stad. interuallo distantē. De Trachine sane iā qualis sit: explanatū est. & poeta nomiatim exponit. Cum autem Sperchium sepenumero meminit. sicud amnem indigenā e Timphresco dryopico monte nascentem iuxta Thermopylum uero erumpentem. Inter ipsum & Lamiam Declarat ut omnia intra pylas: quecunq; sinus sunt Maliaci: & extra: sub illorum ditione fuere. Ceterum Sperchius a Lamia stad. triginta distat: Que cuidā imminet campo ad Maliacū sinum pertinēti. Indigenā uero sperchiū eē demōstrat. eo ꝙ illi cesariem sese nutrire dicat. & quendam prefectum suū Menesthiū Sperhii & sororis Achillis filiū nominet. Vero autē simile fit: Myrmidonas appellari cūctos. Achilli Patrodoq; subiectos qui ex Aegina profugū Peleum comitati sūt Phthiotae quoq; omnes Achei uocitabātur. Annumerantur autem iis: qui phthiotici Iuris sūt: sub Achillis regno ad Maliensium habitationes inchoantes: plures quidem. In ipsis uero thebas Phthioticas habere Echinam Lamiam. Circa quam Macedonibus et Antipatro aduersus Athenienses Lamiacum conflatū est bellū In quo Leosthenes dux Atheniēsium: & regis Alexandri sotius cecidit. Vlterius sunt Erineū. Coronaea. Erineū quidē. quo nomie & altera urbs ī Boetia ē. Melitea. Thaumacus. Proerna. Pharsalus. Eretria eodem nomine quo Euboica paracheloite: & hos quoq; eodem uocabulo. quo sunt Etolici. Nā & hic flumē Achelous est. lamie propinquus penes quem quidem sedes suas habēt paracheloitae. Porrigitur autē ora ista ad Aqlonem. ad Asclepiadarum terrā. & occidētē spectantiū: & Eurypyli: & Protesilai ciuitates: in orientem uergētes. & in meridie uero: ad oram Oetaeā: in populos q̄ttuordecim distributā. & in Heracleam: plagamq; Dryopū: tetrapolin idest quattuor ciuitates aliquando sub se tenētem. quomodo & Doricam. cum illa *Dryopum Pelopōnesum* incolentium. caput urbium idest metropolis censeretur. Ad Oetam sane pertinet. Acyphas quoq; terraq; parasopia & Oemade gens & Anticirrha: quo nomine altera est ī Locris occiduis Hos autem decem ordines dico. qui non semper eodē: sed uario manisere modo. Que uero magis ac magis īsignes sūt: dignissime memorata: ueniūt. Poete uero ipsius testimonio Dolopes ad extrema. phthie locātur. & quod sub uno eodemq; Imperatore Peleo militant & isti: & phthiotae. Nam ut ille inquit. phthiae extrema colunt. & ductor erat dolopum phoenix & munere pelei. Tractus autem ille plurimum Pindo uicinus est: & locis propinquis: qui maxima ex parte Thessaliae plage sunt. Gloria nanq; Macedonum Thessalorumq; simul & potentia efficit. ut

eoꝝ uicini: pſertim epirote. partim ſpõte. partim uero coacti. ſeſe in Theſſalorũ aut Macedonũ parte cõſtituerĩt. quomõ Athamaneſ: & Ethiceſ & Talareſ Theſſaloꝝ. At oreſte & Pelagoneſ & Emiliote. Macedonum. Pinduſ autem mõſ permagnuſ ad Arctõ Macedonũ partẽ habet. Ad occaſũ autem Perehoſ: homĩeſ metanaſtaſ ideſt nugatoreſ continet: Ad meridiem uero Dolopaſ. Hec eſt autem Theſſalie. In ipſo autem Pindo habitationeſ habebant Talareſ: natio Moloſſorum. ab iiſ deducta: qui Iſmaram incolunt: & Ethiceſ ad quoſ expulſoſ a Perithoo centauroſ fuiſſe poeta commemorat. Eoſ autẽ omnino defeciſſe. ſcriptoreſ aiunt. Quam quidẽ defectionẽ duobuſ intelligendã eſſe modiſ: accipimuſ. Aut enim mortaleſ ipſoſ funditus deletoſ. Illorum agro prorſuſ deſolato. aut ipſarũ nomine gentium nuſq̃ ampliuſ exiſtẽte: nec tali eorum conuẽtu perdurante. quoniam ergo id quod reſtat etiam adunatũ: nulla prorſuſ mentione inſignitur: Nulla ipſum dignum memoria ponimuſ. Non quidẽ id ipſum: non etiã nomine: aut loco tranſmutatũ. quod ſi iuſtã cõmemorandi cauſã habeat: tranſmutatio ipſa neceſſario explicãda eſt. Reſtat iam ſane ut littoriſ ordinem dicamuſ: quod Achilli ſubditum erat. ſũp to a Thermopyliſ exordio. Iam enim & Locrẽſe littuſ & alia diximuſ. Itaq; Thermopyle a Ceneo abſũt freto ſtad̃ ſeptuaginta. Quod ſi extra pylaſ annauigeſ a ſperchio ſtad̃ decem. Hinc uero ad Phalaram ſtad̃ uigĩti. Supra Phalarã a mari ora urbium qndecim. ſtad̃ qnquagĩta. imminet. Inde porro nauiganti ſtad̃ centum: Echinuſ incũbit. Reliqui littoriſ ager in mediterraneam: Lariſſam penſilem habet. Ab eo ſtadiuſ uiginti diſtantem. Hæc etiam ipſa pelaſgia Lariſſa nominaẽ. poſtea Myonneſuſ: exiliſ inſula. poſt Antrõ. Hec Proteſilao ſuberat. tot ſub Achille fuerant. Explicat autem poeta recenſetq; ordine illaſ: que Achilli parebãt. & que itẽ Proteſilao. He autẽ ſũt: que deincepſ ſũt. ſub Achille ſane ora littoraliſ uſq; Antronẽ. Quippe cũ phylace que prope Thebaſ phthioticaſ eſt: & ipſa ſub Proteſilao foret. & Haluſ: & Lariſſa penſiliſ: & Demetriũ ſub illo cuncte ad partem Othryſ montiſ orientalem demetreum. Sub illo quidem omneſ erant ad orientem ſolem ſpectanteſ. Othryſ montiſ Demetreum uidelicet. demetroſ ideſt Cereriſ templum. quod & Pyraſum nũcupauit. Erat autem Pyraſuſ optimo munita portu ciuitaſ. duobuſ in ſtadiuſ Cereriſ lucũ: & ſacram habẽſ ſtatuã: longe a Thebiſ ſtad̃ uiginti. Supra Pyraſum autẽ iacẽt Thebe. Supra Thebaſ uero in mediterranea: Crociuſ cãpuſ: ad extrema mõtiſ Othryſ. p quẽ amniſ Amphryſuſ labitur. Super hunc extat Iton ubi Itonie templum eſt. a quo dictum eſt: & alterũ in Boetia. & Cuariuſ fluuiuſ: de quo retulim uſ. cum de Arna ſcriberemuſ: in boetiæ rebuſ. Hæc quidẽ de phthiotica plaga: Vna ex q̃ttuor Theſſalie totiuſ particuliſ. Cuiuſ ſunt & ſubdite Eurypylo terre. & Phyllo. ubi Apolliniſ phyllei phanum eſt: & Ichne. quo in loco Ichnea Themiſ colitur: & Cyeruſ: cũ ea cenſetur & Athamania. Ad Antronem uero munitum caſtellum eſt: ĩ tranſitu: in Euboeã. quod Antroniſ aſinum uocant. Poſtea Pteleum: & Haluſ: de hinc Cereriſ templũ: & Pyraſi rudera detecti. Superq; ipſum Thebe. Poſt Pyrrha promontoriũ. ac prope illud due inſule parue: quarum una Pyrrha: altera Deucalion: nominatur. Hic phthiotice partiſ finiſ eſt. Deincepſ ſubditoſ Eumelo populoſ numerat. contiguamq; oram maritimã. In eſt iam ſupra Magneſiã: terramq; pelaſgicam. Phere quidem ſunt pelaſgicorum campoꝝ terminuſ: ad Magneſiam: qui uſq; Peliũ ſtad̃ centũ ac ſexagĩta porrigunẽ. Emporiũ autem Phere habent Pagaſaſ: ab eiſ nonaginta diſtanſ ſtadiuſ. Ab Iolco autem uigĩti. Iolcuſ iam dudum diruta iacet. Quo ex loco Peliaſ Iaſonem: ac nauẽ Argo foraſ emiſit. Pagaſaſ autem ideo dictaſ eſſe aiunt. quia eo in loco nauẽ Argo

compegerit. Alii uero similius existimãt. Loco ipsi nomen impositũ: ꝓpter uicinos fontes id est pagas: qui frequentes aquarum ubertatem effundunt. Iuxta quoq; sũt Aphete ciuitas: id est emissa. quia hinc emissi fuerint Argonaute. Supra Demetriadẽ uero urbem Iolcus stađ septem ad mare iacet: quã Demetrius poliorceta id est urbiũ obsessor: sui nominis monumento construxit. inter Neliam & Pagasas ad mare. ad eãq; exiguas quasdam urbes cõmigrare iussit Neliã scilicet Pagasasq; & Hormeniũ Rhizuntem item Sepiadẽ: olizonẽ Boeben. Iolcũ. qui hoc quidẽ tẽpore Demetriadi addicti sunt pagi. & hoc sane per multos annos: & nauale: & Regia Macedonum regibus fuit. Tenebat & Tempe: & utrunq; iam dictum montem Pelium scilicet: atq; Ossam. Hac uero tempestate ad exiguum contracta est. Cum cunctas Magnesiæ ciuitates antecellat. Ceterum Boebeidem lacum Pherarum uicinum esse constat. Ad extrema Pelei: & Magnesie confinem. Boebe autem locus ipsi lacui adiacet. Verum sicut Iolcum ad incrementa dignitatis prouectam: intestine seditiones: & amplius tyrannorũ uiolẽtie deleuerũt: Ita & Pheras. in sublimi q̃ndoq; fastigio collocatas: tyrãni fũditus extinxerũt. Apud Demetriadẽ uero Naurus amnis labit̃. Continuũ autẽ littus Iolcus appellat̃. Hic etiã Pylaicos cõuẽtus celebrabãt. At. n. Artemidorus procul a Demetriade sinũ pagaseũ ponit: ad subdita Philoctete loca. In sinu uero cicynethum insulam esse dicit: & eiusdem nominis urbem: admodũ pusillã. Deiceps possesse a Philocteta ciuitates nuncupantur: Methonem profecto alterã a Thracia Philippus solo equauit Alterius sane in Peloponneso site: supra memoriam fecimus. Contra Magnesios quidem freq̃ẽtes incumbunt insule. Nobiliores sunt Sciathus: & Peparethus: & Icus. & Alonesus & Scyrus: cũ eiusdem nominis urbibus. Clarissima uero Scyrus est: ꝓpter Lycomedis cũ Achille affinitatẽ: & Achillis filium Neoptolemum. ibi procreatum: & enutritũ. posterioribus ãnis. Philippus amplificato regno. cum mari imperitantes cerneret Athenienses: & illarum principatum adeptos: & harũ & aliarum propinquas sibi precipua fama nobiliores reddidit. Nam cum ꝓ imperio decertaret: ante omnia uicinas inuasit. & quemadmodum maiorem Magnesii agri tractum. & Thracie. reliquasq; circuncirca terras: Macedonie iuri adiudicauit. Sic & appositas Magnesie insulas ademit. & ignotas prius nobilitauit. & bello potiundas effecit. Itaq; de Scyro potissimum uetustatis sermo cõstat. & talia per ora hominũ rumificantur: ueluti caprarum maxime Scyriarum uirtutes. Lapidumq; Scyriorũ opportunas indagines maxime uariæ. ueluti metalla. & item carystii marmoris et Deucollii & synadici: & hieropolitici. spectare licet ĩ urbe Romana. ĩtegras scilicet columnas lapideas: ingentisq; magnitudinis tabulas. tãte uarietatis saxorum: quibus ipsa ciuitas adornatur abunde: & priuatim: & publice: Ex quo candidi lapidis precia iam uilia facta sũt. Poeta igitur hucusq; progressus: superiorem repetit Thessaliã: a Dolopum & Pindi ora incohoans: qui Tricce & scaligeram pascũtur Ithomẽ Hec quidem Isthieorum telluris existũt: qui superiore tempore: ut aiũt: Dorici uocabant̃. Ceterum cum illam Perrhebii occupassent: qui & Isthieam Euboicam subuerterant: & eius incolas in continentẽ abstraxerant: cũ tanta sane esset inhabitantiũ Isthieorũ multitudo: ab illis hoc regioni nomen imposuere. Appellant etiã Dolopiã inferiorẽ Thessaliã oppositã recte Macedonie. sicut & inferiorẽ inferiori. Est quidẽ Tricce. ubi Esculapii templũ extat uetustissimum. & claritate celeberrimum. & Dolopibus & Pindo adiacẽtibus locis cõfine Ithome autem eo quo Messenia urbs nomĩe dicit̃: quam non sic proferri oportere contendunt. Sed primam auferri syllabã. sic enim prius appellatam. que nunc in Thamas uocabulum transmutauit. locum munitum

et ualidum. uereq; scaligerū inter quattuor castella situm. tāq̄ quaternis a lateribus iacētia Triccā & Metropolin & Pellineū & Gomphos. Verū Ithome Metropolis regioni addicta ē. Ipsa uero Metropolis prioribus annis tribus habitata erat oppidulis. & quidē obscuris. postea plures assumpte urbes sūt: e quibus una fuit Ithome. Enimuero Callimachus in Iambico carmine Veneres nuncupauit. Dea enim non una est: sed castniensem reliquas superare cunctas. Vel eo sapiēd: genere. q̄ sola sues immolandos acceptos admittit Atq; siquis alius: ipse peritissimus extitit: & per omnē eius uitam ut ipse inquit: hec fabulis tradere uolens. Posteri uero redarguerūt. non unam Venerem modo: sed plures hunc immolandi ritum approbantes admisisse. E quibus unam esse in hac ipsa Metropoli. Non unam quoq; ex urbibus additis: ad eam habitandis: esse Omirium: hunc morem tradidisse. Est & Pharycadōis urbs in Istieorū plaga per quos Peneus fluit: atq; curalius. Curalius quidē templū Palladis Ithome preterlabens: Peneum intrat. Ipse uero Peneus: ut diximus: orit̄ ex Pindo: a sinistra relinquens Triccen: & Pellineū: & Pharycadonē. Penesq; Atracē Larissāq; deferē. Acceptisq; Thessalice telluris amnibus: per Tempe ad erumpendū progredit̄. Oechaliā uero urbem que Euryti dicit̄. & in hisce locis: & ī Euboea & in Arcadia esse: scriptores memorant. & alio pacto nomen illius permutant. quod in exponēdis Peloponnesi rebus: diximus. Hos autem in questionem deducunt. presertim quenā ea fuerit: que ab Hercule capta ē: & quā scriptis declarat ille: q Oechalie captiuitatē uersibus ædidit. Hæc nanq; loca Esculapii filiis subiecta cecinit. Porro Eurypylo terram subditam ait: ormeniumq; colunt. quos fons Hyperæa tenebat Asteriumq; habitant: fastigiaq; alba Titani: Ormenium igitur hodie uocatur Orimniū: uicus quidē sub monte Pelio: ad sinū pagaseū: sub illis urbibus: quas Demetriadi habitatas: addictas esse commemorauimus. Boebeidem uero lacū ꝓpe eē oportet. quādoquidē Boeba ex circumadiacentibus Demetriadi urbibus una fuit. sic & ipsum Ormenium. Abest autem a Demetriade Ormeniū stad̄ septem ac uigīti: itinere terrestri. Locus quidem Iolci in uia situs: longe a Demetriade stad̄ septem semotus est. Ab Armenio autem reliquis uiginti. Scepsio autē teste: Phoenix Ormenii ortus est. Indeq; patris conspectū Amyntoris Ormenide fugientem Phthiam ad Peleum sese regē recepisse. Ormenium uero Cercaphi filiū: Aeolo prognatum: hunc edificasse locū. Ormeniū duos procreasse filios Amyntorem & Euemonem. e quorum altero Phoenicem. Ex altero uero Eurypylum: ortos esse. Successionem quidem communem Eurypylo: de patria egrediente Phoenice: fuisse seruatam. Sic enim scribit: cum primū fecundā ouibus Ormeniū liqui. pro eo q̄ ē: Gretia omissa mihi famosis plena puellis Ceterū Crates phocensem extitisse Phoenicem asserit. ductis ex Galea Megetis cōiecturis: qua in nocturnis excubiis Vlyxem usum: poeta testatur. q̄ ex Eleone Amyntoris Ormenidæ Autolycus rapiens: uallatas perforat ædes Eleonem enim in Parnaso oppidulum quoddam esse. Amyntorem uero Ormenidem: non alium sane dici nisi Phoenicis genitorem. Autolycumq; Parnasi incolam: res uicinorū furto surripuisse. Quod cuiuscunq; furis cōmune officiū est: nō lōginqua surripere. & toechorychin idest parietes perforare. At enim Scepsius ait. Nullū Parnasi locū mōstrari Eleonē appellatum. sed Neonem: quam scilicet post Troianum bellū habitatā fuisse. refert. Nec uero uicinorum parietes solum: a furibus ꝑforari solere. Multaq; preterea sūt alia: que dici possēt. Sed in hisce amplius immorari uereor. Alii Exeleonem scribūt. Ipsa uero Tanagre telluris est. Illud autem argumento est: Rem absurde dici cum sic referat. Dehinc seorsum fugiens per gretiam: Phthiam profectus est. Fons uero

ipse Hyperea in Phereorũ medio oppido Netaleusa:consistit. Titanus autem idest calx ab eo quod illi accidit:nomen est assequuta. Ager enim albicans natura existit Arne proximus. Nec procul ab iis Asterium est. Hi quidem huic parti affines esse dicuntur. qui Polypoete subditi sunt:
Quiq; Argissam habent: Gyrtonem deinde colebant
Orthen Elonamq; urbem: niueamq; Oloossonem.
Hanc sane regionem primũ coluerunt Perrhebii: fruentes parte maritima. & Peneo: usq; ad illius ostiũ. & Gyrtonem ĩ Perrheborũ plaga. Inde Lapithe illos affligẽtes mediterraneam: flumini uicinam oram: occupauerunt. Ixion: filiusq; Perithous qui Pelium ui occupauit. Eius persequens occupatores cẽtauros. Duram sane agrestẽq; nationem. Eos igitur eiectos e Pelio ad Ethicas cõpulit. Lapithis autẽ campestria concessit. Eorum autem partem olympo propinquam Perrhebi tenuere. Nonnullis uero ĩ locis omnes promiscuas domos habuere. Igit᷑ Argissa que nũc Argusa uocat᷑: Peneo adiacet. Cui superimminet Atrax in stad᷑ quadraginta: & ipsa fluuio proxĩa. Regionem uero fluuiatilem mediam circuntenebãt Perrhebi. Ortham sane quidã Phalannæorum arcam esse ferunt. Phalanna uero ciuitas Perrhæborum iuris est. Apud Tempe Peneo finitima. Perrhebi autem cum Lapitharũ potẽtia fracti eẽnt: maiori ex parte in montana profugerunt: Pindo uicina. & ad Athamanes: et ad Dolopes. Argiui autem: ceterosq; Perrhebos Larissen in suam ditionem redegerunt: iuxta Peneum considentes. Illorumq; uicini fertilissimam quidẽ pascẽtes agri partẽ. nisi siqua curua nimis uallis Nessonidi propinqua lacui fiat: quam amnis stagnans: arandi facultatẽ Larisseis interciperet. Eã tamẽ iacturã postea Larissei cõstructis aggeribus emendauere. Interim igit᷑ isti Perrhebiam occupãtes: tenebant. & tributa exigebant. donec Philippus locorum potitus est. Larissa quoq; Osse locus est: quæ pensilis: aut obliqua dicitur a plerisq; Est & alia in Creta ciuitas. quæ hodie quoq; Hierapygie cõfinis habitatur. a qua subiectus campus Larissius uocatur. Est et in Peloponneso Argiuorũ arx Larissa. Eleorum quoq; agrum Dimã q; disterminãs Larissus fluuius est. In eadem quoq; Larissã urbem in cõfinibus esse: Theopompus scriptis testat᷑. Et ĩ Asia Larissa phriconia ẽ: iuxta Cymã. & ad Troados Hamaxitum. Est & Ephesia & Ensyna Mitylene ad stad᷑ quinquaginta. Larisse petre sũt ad Methymnem uia. In agro quoq; Attico Larissa est: Trallibus quoq; uicus est: longe distans trigĩta stad᷑: Supra oppidum: ad Caystri campũ: qua p mediterraneã itur ad Isodrome matris templum: situm habens similem. locisq; uirtutem ipsi: quam diximus pensili Larisse. Nam & aquarum bonitate. & uinetorum specie: prestans ẽ. Forsitan autem & Larissius Iupiter hinc cognomen assumpsit. Ad sinistras quoq; ponti ripas pagus est: Larissa nomine: extremis Haemi finitimus. Est & Oloosson ciuitas: que Leuca uocatur idest alba. cum in Alba consistat Argila: & Elona: ambe Perrheboꝝ urbes. & Gõnus. & Elona qdẽ ĩ Lemonẽ nomẽ pmutauit: hodie diruta iacẽs. Vtreque uero sub Olympo iacẽt. nõ procul ab Eurota fluuio: Quẽ quidem poeta uocat Titaresiũ. De isto & de Perrhebis deinceps poeta cecinit. quando dixit:
Viginti atq; duas guneus Cypho egerat alnos
Sunt Enienes ei comites: fortesq; Perrhebi.
Dodonem hi sedes circumposuere niualem.
Armaq; Iucundi Titaresi pulchra colebant.
Hec igitur loca dicit Perrheborum: ab Hestieorum ora: in parte comprehẽdentia. Subiecti quoq; fuere polypoto partim. Perrhebica tamen illa Lapithis attribuit: cũ

promiscue habitarēt: & plana tenerent a lapithis. & in hoc tractu natio perrhebica maiore ex parte illis subiecta foret. Montana uero in olympū uergentia: atq; tēpe: ab ipsis Perrhebis incolerentur: sicuti Cyphus & Dodona: & plaga Titaresio finitia. qui e monte Titaro. olympi uicino labēs: ad plagā Tempe contingentē: Perrhebie quodammō pertinentem. in Peneum effluit. Penei quidem perlucentes aquæ sunt. Titaresii uero crasse. quadā ex materia. Qua ex re factū est: ut illi non cōmisceāt. quin instar olei desuper fluit. Inde cū sic mixtim cohabitēt: Simonides Perrhebos & lapithas uniuersos Pelasgicos appellat: in orientem uergentes: ad Gyrtonem & Penei ostia. ad Ossam & ad Pelium. & quæ circa Demetriadem: & quæ in regione campestri sunt Larissam. Crannonem. Scotussam: Mopsium: Atracem. & adiacētia lacui Nesōidi & Boebeidi. de quibus paruā sane mentionē poeta fecit: quoniā alia quidem necdum habitabant. Alia uilia quedam erant habitacula. propter alia: atq; alia: uariis ī tēporibus īducta diluuia. Neq; Nesonidem lacū meminit. sed Boebeidē tantum. qui longe minor est. Hoc quidem solo manente: Illo uero quemadmodum cōsentaneū est: nō ita: cum modo exundet mō deficiat: Scotuse uero recordationē fecimus: cum de Dodona sermonem haberemus. & de Thessalie oraculo: quia hoc in loco fuerat. In Scotusa autem locus est: quē Cynoscephalas id est canis capita uocāt. Vbi Romani ac Etoli duce. T. Flaminio: ingēti prelio Philippum: Demetrii filiū: & Macedonie regem: uicere. Tale quiddā & ī Magnesiis accidit. Eorum enim locis compluribus dinumeratis: ne unum quidem Homerus Magnesium nominauit. sed eos tantū: quos Cece: ac nulla nota cognitos indicat. Qui Peneum inquit frondosūq; pelium incolebant. Sed tamen circa Peneum atq; pelium habitabant: & Gyrtonis incole: quos in numero ille collegit. & Ormenii: aliiq; permulti. ꝓcul etiam a Pelio. Tamen Magnesii erant. sūpto ab Eumelo primordio: secundū posteriores hōies. Assiduis igit̄ transmigrationibus: & rerum permutationibus urbanarū: & inquilinoꝝ permixtiones. & nominum & gentium confusiones: obuenisse uidentur. Ea propter aliquando exoritur ambiguitas: sicuti de Crannone: ac Gyrtone hoc ipsum primo factū ē. Antiquitus enim Gyrtonii Phlegye uocabant. ab Ixionis fratre Phlegya. Crannonios autē Ephyros dicebat. Ex quo nata ē dubitatio. ob ipsius poete carmē. Cūq; Ephyris ābo de thrace scuta gerebāt. Seu post magnanimos flegyas. quos nā uelit eloqui: Postea & hoc idē in Perrhebis & Athamanibus obuenit. Homerus nāq; eos: ut inuicem finitimos: coniunxit. Etiā diutius Athamanū sedes Dotio in cāpo locatas a posteris extitisse ferūt. Istud autem prope dictam nuper Perrhebiam est: atq; Ossam: Lacumq; Boebaidem. in media quodammodo Thessalia. propriis quidē inclusum collibus. De quo Hesiodus hunc in modum inquit.

Sola habitant Dotii geminis in collibus arui
Permultis coram plantam sibi uirgo seuera
Bobeaide in stagno lauit.

Athamanes igitur in Oetam montem expulsi a Lapithis magna ex parte fuerunt. Hac autem in plaga magna imperitabant potentia. cū quandā agri partē Doricis & Maliensibus ademissent: usq; Heracleā & Echinum. Pars uero eorū circa Cyphū Perrheborum montem: ubi eodem quoq; est pagus nomine. permanserūt. Quedam autem Perrheborum multitudo ad Olympi tractū progressa: in occasū spectantē. simul illic contractas sedes habuerunt. Macedonibus finitimas. Nō parua uero eoꝝ manus: ad Pindum & Athamanie montes confugit. Nunc autem minimū: aut nullū potius ipsorum restat seruatum uestigium. Eos uero Magnetas: qui a poeta ī ultio

Theſſalicorum catalago dinumerantur: exiſtimauerim Macedóibuſ pieriſ uicinoſ. qui intra Tempe: a Peneo: atq; oſſa. uſq; ad Peliũ tranſ Peneũ loca habẽt maritenuſ. Illiſ igitur Homolium ſiue Homolin: Nã utroq; modo dicit̃: attribuemuſ. In rerũ autem Macedonicarum commemoratiõe diximuſ: peneſ Oſſam eſſe. ad Penei ortũ. per ſuũ ad Tempe diſcurſum. Si autem iuxta proximũ littuſ Homolio ꝑgrediere λογορ εχει. ωστε τορ ριζουρτα προσρεμειρ. και ερυμρασ ερτιν υπο φι/ λοκτιτον παραλια κειμερασ. ſub Philoctete & ſub Eumelo. hoc ipſum igitur dubium incertumq; relinquatur. Locorum quoq; ſerieſ deincepſ ordine poſitorum: tenuſ peneo nõ certa dicit̃. Cũq; loca ignobilia ſit: nec noſ illa multifacere debemuſ. Tamen ripam Sepiacam tragediarum ſcriptoreſ uulgarunt. poſteaq; collaudarunt. cum ibi Perſarum claſſiſ interierit: & in nihilũ omnino redacta fuerit. Ripa quidẽ ipſa ſaxoſa eſt. Inter illam uero uicumq; Caſthaneum: ſub Pelio locatũ: littuſ iacet. In quo claſſiſ ipſa Xerxiſ. cum ſtaret in anchoriſ: ingenti flante Euro. partim in terram eliſa: e ueſtigio diſſoluta eſt: Partim quidem ad Ipnuntem: locum aſperum inflicta: circa Pelium. partim uero ad Meliboeum. partim deniq; ad Caſthanæam oram periit. Totum autem nauigationiſ ſpatium penei ſtad̃ octoginta immane ac ſæuum eſt. Tale eſt enim ac tãtum Oſſæ interuallum. Intermediuſ autem ſinuſ eſt ſtad̃ intra ducenta. in quo Meliboea ſita eſt. Totuſ autẽ a Demetriade ad Peneum inſinuatuſ: eſt amplior ſtad̃ mille. Ad Euripũ uero ſtad̃ duum miliũ & octingẽtũ. Rurſuſ ab Euripo ſtad̃ trecentũ & quinquaginta. Hieronymuſ quidẽ campeſtrẽ Theſſaliæ ac Magneſiæ circuitum ſtad̃ trium milium eſſe demonſtrat. a Pelaſgiſ habitari ſolitum. Expulſoſq; inde illoſ in Etoliam a Lapithiſ. Campũ autem pela/ giſcum: modo nuncupatũ exiſtere. in lariſſa & Gyrtone & Pheriſ. Ibiq; eſſe Mopſiũ & Boebem: & Oſſam. & Homolen. & Pelium: & oram Magneſiam. Vocatum autem Mopſium non a filio Tireſiæ Mopſo uate. Sed a Mopſo Lapitha Argonautarum nauigatiõiſ comite: Aliuſ item Mopſuſ fuit. a quo Atticam appellauere Mopſopiã. Hæc quidem ſingulatim de Theſſalia Ipſa quidem omniſ priori ſæculo Pyrrhea ab Deucalioniſ uxore Pyrrha nominabatur. Et Hemonia ab Hemone. a cuiuſ filio Theſſalo: Theſſalia uocata eſt: Quidam ſane bifariã diuiſerunt. Ipſam quidẽ partẽ ad Auſtrum ſpectantẽ: Deucalioni in ſortem obueniſſe: dictitanteſ. Ipſũq; a matriſ nomine eam Pandoram uocitaſſe. Reliquam uero Hemoni. a quo Hæmonia eſt: dicta. Transmutato deinde nomine. Hanc quidem Helladem ſiue Græciam: ab Deucaliõiſ filio Hellene: Reliquã uero Theſſaliã: ab Hemoniſ filio dici ceptã. Alii uero uenienteſ ab Ephyra Theſprotidiſ Antyphũ et Philippũ ꝑnepoteſ Theſſali: Hercule geniti. ab Theſſalo eorũ ꝑgenitore: Regionẽ aiunt Theſſaliã nominaſſe. Eã quoq; aliquando Neſonidẽ dixere quidã ſicut & Lacũ a filio Theſſali Neſone:

Decimuſ liber Etoliam continet. & circuniacenteſ inſulaſ. Cretam etiam omnẽ. In qua maxime immoratur. Iuſciuile illiuſ ediſſerenſ. & Curetum & Ideorum inſuper magiſtrorum in eadem geneſin & honorificentiã et orgya proſequenſ. Pri/ uatam etiã ꝓſapiã ſuã Strabo ex Creta repetit. ꝑterea poſitaſ circũ Cretã Inſulaſ. multaſ numero ĩ libro exiſtenteſ. Inter q̃ſ & Sporadeſ ſũt: & de Cycladibuſ nõnulle.

Cũ q̃ Euboea ad hoc totũ littus opponit: quod a Sunio tenus Thessalia proceditur. exceptis extremis utrinq; affine uidetur: Vt ipsũ Insule tractũ ad ea que dicta sũt cõtinẽter adiũgamus. Postmodum ad Etolicam plagam. Acarnanicamq; trãsire: que de Europe partibus restãt. Igitur Insula a Ceneo ad Gerestũ mille ferme ac ducentis: stad' oblonga porrigitur. Eius latitudo haud sane equalis est. Ad summum uero ad centum & q̃nquaginta extenditur stadia. Itaq; Ceneum quidem secundum Thermopylas. eaq; quæ extra Thermopylas sunt paulum abest. Ac Gerestus. atq; Petalia: corã Sunio. Attice igit' atq; Boetie: agroq; Locrẽsi medio Euripo: contra respondet: & Maliẽsibus. Ceterũ propter angustam eius formam: longitudinemq; predictam: maiores nostri quondã Macrin illã nominauere. Cũq; curua sit. a Chalcide maxime in continentẽ applicat' terram: & Aulidem: agri Boetii locũ. Euripũq; efficit. De quo longiorẽ ꝑduximus orationem. Deq; locis fere inter se inuicem per freta diuisis: & ad continentem: & ad insulã contraiacentibus: ex utroq; Euripi latere: & intus et extra. quod si q̃d omissũ fuerit: impresẽtia aptius supplebimus. Ante omnia: caua Euboee ore esse pars dicit': que inter Aulidem. Gerestumq; continetur. Plaga nãq; maritima in sinus formam flectitur. Chalcidi uero propinqua. curuatur. Iterum in ipsam spectans continentẽ. Ceterum non tantum Macris sed etiam Abbantis uocabatur insula. Poeta igit' cum in insule mentionẽ uenit: nunq̃ Euboeẽses: sẽper autẽ Abantes dictitat. Euboeãq; colunt: spirantesq; robur: Abantes. & illud. pariter comitantur Abantes. Vt autem scriptis affirmat Aristoteles. ꝑfecti de Aba Phocidis ciuitate Thraces: isulã icoluere. Vnde illius inquilinos Abantes appellatos. Sũt qui ab heroe dicant nominari: sicut heroic e indolis matronam Euboeã ei cognomẽ tradidisse. Fortasse itẽ queadmodũ & in littore situm antrum quoddã in Aegeum uergẽs Aula bouis uocatur: Vbi Io: Epaphum peperisse fertur Eademq; ex causa. hoc nomen adepta fuit insula. quã etiã Ochã uocauere: eodẽ quo mons nomie: Qui ibi existẽtes reliquos magnitudie superat. Ipsa quoq; Hellopia nominata ẽ: ab Ionis filio Hellope. siue ab Aæcli & Cothi fratre ut alii perhibent. qui aliam etiam condidisse Hellopiam dicit' in ea que nominatur Oria: istiea terra. iuxta montem Telethrium & Istiæam adeptus esse Periademq; & Cirichum: & Edepsum. & orobias. ubi ueratissimũ est oraculũ. Fuit & Selenuntii Apollinis oraculum. Verum Hellopenses Istieã transtulerunt: & urbẽ amplissimã reddiderunt: uiolẽtius ingruẽte tyranno philistide: post rẽ ad Leuctra gestam. Cõstructũ autem a Philippo Oretanorũ tyranno. philistidẽ. Demosthenes scribit. Sic. n. a posterioribus uocitari ceptos Istiaeẽses. & urbs ipsa ꝓ Istiaea Oreus appellata. Aliqui referunt Istiaeam ab Istiaeensi populo seu tribu: translatam: ab Atheniensibus: sicut ab Eretriaeis Eretriam. Theopompus autem scriptis testatur suis Cum Pericles Insule potitus esset: Istiaeẽses in Macedoniam: Ita enim ex federe conuenerat: migrasse. Duo deinde Atheniensium milia Oreum habitatũ aduẽtasse. Istiaeensium sane antea ciuitatem extitisse. Eam uero sub Thetrio monte drymo iacere insulam. Sic enim uocatur iuxta callãtem fluuium. excelsa in petra. Itaq; cũ Hellopienses montani essent: qui prius inhabitarant: hoc illi urbi esse forsan nomen impositum. Oros enim montem indicat. Hoc etiam in loco educatus Orion nomen adeptus esse uidet'. Sũt qui Oretanos: cũ propriã ciuitatẽ haberẽt: ab Hellopiẽsibus bello superatos: ad Istieenses transgressos: cum eis socialiter habitasse. cũq; una utrisq; ciuitas facta fuisset: ambobus uoso seẽ nomibus. sicuti Lacedemõ & Sparta eadem

est. Antea dictum est: ut Istiaeensis multitudo Thessaliam habitans: ab eis qui hac ex ora diuulsi fuere: uocabulum assecuti sũt. Postq̃ uero Hellopia eo nos adduxit: ut ab Istiaeensibus: & ab oreo captaremus initiũ. que deinceps locis ipsis finitima sũt: exponamus Est sane in hec oreo Claeneum promontorium affine. Super illo quæ Dium: & quedam Athenarum ciuitas Diades ab Athenienſibus edificate: quæ freto incumbũt: ad Caunũ. Ab Dio uero cane Aeolii tractus frequẽtes habẽt habitatores. Hecq̃ ipsa loca Istiee circunadiacent. Insuper & Cerinthus exile oppidulũ mari proximum. penes uero est Budorus amnis: cuius appellatiõis montẽ habet Salamin: in Atticam prospectantem. In ripa item sub monte Carystus consistit: cui uicina sũt styra: & Marmarium. In quo Carystiarum columnarum Latomia idest lapidum excisio est. Ibi Apollinis Marmarini templum est. Eo ex loco nauigatio ad Aras Araphenias habetur. Ad carystum lapis nascitur. quem pectunt: nent: texunt. Inde mantilia conficiuntur. egregie contexta. Ea ubi sordescunt. in flammã proiecta: nõ secus emundanẽt. q̃ si maculas elueris. loca ista deductis a tetrapoli circa Marathonẽ. & Styra colonis: habitata fuisse: memorant. Euersa uero fũditus Styra eẽ. ab Athe/niensium duce Phedro: constat in Maliaco bello. locum quidẽ Eretrii occupãt. In Lacõica etiã Carystus ĩ Arcadiã uergẽs locus Aegyis extat. a quo uinũ Carystiũ ab Alcmane poeta celebratur. Nulla in nauium catalago Gerasti mẽtio fit. Poeta tamen eius meminit Illuc hospitio noctu uenere Gerastum. Indicat autem quomõ ex Asia ĩ Atticã trãsmittẽtibus: Sunio ꝓximus: opportunus iacet locus. Templũq̃ habet Neptunni: illa in regione celebratissimum. egregiaq̃ domicilia. Secundum Gerastum uero Eretria ciuitas est: totius Euboee amplissima: Post Chalcidẽ. debĩc insule metropolis: Chalcis: quodãmodo sup ipso Euripo sita. utriusq̃ menia troianis temporibus antiquiora: posuisse dicunt Athenĩẽses. Post res uero Troianas Aeclus & Cothus ex Athenis profecti habitauerunt. Ille quidem Eretriam. Cothus uero Chalcidẽ. Eolenses quoq̃ ex pẽthili exercitu: in Insula magna ex parte manserũt. Priscis etiam annis Arabes Cadmi comites: eo traiciẽtes: habitarũt. Iste igit̃ ciuitates eximiis amplificate fortunis. Insignes in Macedoniam emisere colonias. Nã Eretria urbes circum Pallenem & mõtem Atho edificauit. Chalcis autẽ attributas Olyntho cõdidit: q̃s Philippus diruit. Italia quoq̃ atq̃ Sicilia pleraq̃ a Chalcidẽsibus: posita: loca tenet. He autem Colonie tunc misse fuerunt Aristotele teste. Cum Hypobote in gubernanda ciuitate plurimum poterant. Illius nãq̃ presules erant uiri principes ex magnis censibus optimates habiti. Ea uero tempestate qua Alexander traiecit in Asiam. dilatato urbis ambitu: intra urbes assumpsere Canethum & turipum. Super pontem turres: portas: murumq̃ construentes. Chalcidis autem urbi: campus: quem lilandum appellant. adiacet: In quo calidarum scaturigines aquarum erumpũt: ad curandos morbos aptissimarum. Quibus. Corn. Sylla Romanoꝝ Imperator ẽ usus. Aderat quoq̃ admirabile eris ac ferri cõmune metallũ. quale nusq̃ puenire memorie prodit̃. Hoc tẽpore utrũq̃ ꝓrsus euanuit. Tota uero Euboee insula terremotibus facile percutitur. presertim in ora Euripo uicina subterraneas uẽtorum agitatiões admittens. qualiter & Boætia & loca cætera: de quibus antea memoriam: longiore fecimus oratione. Ob talem casum etiam eo nomine quo insula: oppidum absorptum fuisse uulgatur. Cuius Aeschylus in põtio glauco meminit Euboicam curuaturam. ad Cenei Iouis ripam: circa ipsam miserandi lichietumbam. Chalcis autem eiusdem appellatiõis in Etolia quoq̃ dicitur Chalcida Littoreã: simul & Calydona petrosã. & alia Eleo nunc in agro precereũt crunos: & chalcida pone petrosã. qui a Nestore

cū Telemacho propriā repetebāt patriā. Eretriēses sane ab Eretria que e Macysco triphylliaca descēdit: deductos esse: quidā scriptores affirmāt. Aliqui uero ab Athenien sis ore Eretria: que nunc forum est: Apud Pharsalum etiam alia. est Eretria. In agro quidam Eretrico urbs erat Tampie Apollini. consecrata. Cui edem ipsā sacram ut aiunt Rex Admethus struxit. penes quem phebū mercede famulatū eē: uulgatū. non procul ab Euripo. Eretriam. antea Melaneidem uocitatam fuisse: constat et Arotriam. Huius sane uicus est Amarynthus intra stadia septem a menibus. Vetustā igitur urbē solo deiecere Perse: instar sagene incolas includētes: ut Herodoti uerbis utar. Tanta barbarorum multitudo muro sese circūfuderat. Ad hucq; fundamēta monstrantur. & antiquam uocāt Eretriā. Ea uero que hoc extat tempore: postea superedificata fuit. quantā autē superioribus ānis potentiā Eretrienses habuerunt: ea testimonio columna est. quā in Diane Amarynthie templo aliquando erexerāt. Cuius hec est inscriptio. tribus armatorum milibus: sexcētis eqtibus. sexagīta curribus: pompā factitarūt. Andriositem Teniosq; & Cios insulasq; alias sue ditioni subiectas habuere. Aduenas quoq; ab Elide incolas habuerunt. Vnde & .R. littera nō solum in exitu uocabulorū. sed etiā in medius crebro usi fuere syllabis sicut ab Comediarū scriptoribus illudūt. Est etiā Oechalia Eretrici uicus agri. deleti uero ab Hercule: supersunt reliquie oppidi. hocq; ipso uocate sunt nomine Echalia apud Trachinem Altera penes Triccē. Alia in Arcadia. quam posteritas appellauit Ardaniam. Vna item ī Etolia iuxta Eurytanas. Hac igitur tēpestate Chalcis proculdubio dignitatis principatum reportat. & Euboee Metropolis ipsa predicatur. Secundo uero in gradu Eretria prestat. Iste etiam ciuitates ad pacem bellumq; gerendum: ingēti dignitate antea pollebant. Adeo ut etiam philosophantibus amenū tranquillūq; suppeditent diuersorium. Testis sane est: Eretricorum philosophorum schola. quae Menedemi ductu & autoritate Eretrie cōstiterat. & prius etiā Aristotelis secta. q ad Chalcidē uersatus est: quoad uita functus est. He uero ciuitates diu magis ac magis inter se concordes tenuerunt animos. Orta autē subinde de Lelanto controuersia. nō tamē sic in bello prorsus constitere: ut cuncta peruicaciter agerent: quinimmo ea foedera contraxere: qbus una certamē sisterent. Illud etiā in Amarynthio delubro colūna quedam indicat: ita proloquens Eminus iactandis nequaq̄ uti: quoniam in bellicis usibus: & armaturis: unica neq; est: neq; fuit: cōsuetudo. Verū nōnulli longis utuntur iactibus. sicuti sagittarii: & funditores: & iaculatores. Aliqui autem cominus pugnāt: ueluti qui gladium: quiq; spicula intendunt. Duplex enim hastarum est usus. Vnus e manu. Alter in manu. ueluti iacula: qualiter & contus. utrunq; prestant usum. Nā & collato gradu: & emisso utimur cōto. Quā quidem ad rem & sarissa ualet & hyssū Euboici & ad pugnam statariam. & ad iactum e manu agitandū. bellatores optimi fuerūt. Hastis: ut inquit poeta: nitētis: utebantur. porrectis alacres frangūt thoracas ahenos. Fraxineis hastis bellatores. Varia forsan erant iacula. qualē Peliadē Achillis idest fraxineā fuisse: par ē ut ē apud poetā Cōcutere hanc solus cognorat Achilles Adiecit alius dicēs. hasta iaculor: quantū ne alter quidē sagitta & pugiles ī singulari prelio iaculis utentes. prius cū hastis introducūtur. deide incursāt ensibus. Pugnātes autem cominus illi dicuntur: qui nō modo gladio. sed etiam hasta e manu cominus utantur. ut idem ait ferratam in torquens hastam: sua membra resoluit. Euboicos igitur hūc ī modū hastis utētes īducit. At de Locris cōtraria cōmemorat: nō ī statario p̄lio bellica curant opa: sed arcubus certāt. Oraculū etiā Euboicis redditū profertur Thessalicus sonipes prestat: mulierq; lacena.

Quiq; Aretbuseos bauriт uir fonte liquores.
Chalcidēses explicās: uti uiros prestantissimos. Ibi est enim Arethusa. Euboici autē amnes nūc sunt Cereus & Neleus: e quoꝝ altero. si qua pecus potauerit: alba efficiť. Ab altero uero uellus atrum contrahit: ac hoc idem & ad Crathin fluuium accidere fertur. Euboici e Troia redeuntes domum: in Illyricos eiecti: uidelicet Abantes. Aliq per Macedoniam: penes Edessam subsˀtiterūt. sumpto socialiter: pro eorū hospitibus: bello. Vrbemq; Euboeam condidere. Cuius nominis & altera in Sicilia fuit: quam Chalcidēses indigene edificauerūt. Gelon uero rex expulsis eā inglinis exinaniuit. Fuit & Syracusanorum castellum. Et in Corcyra erat Euboea. & in Lemno locus & in Argiua terra tumluus quidā. Quandoquidē Aetoli & Acarnanes. & Athamanes: loca Thessalorum. & Oetæorum in occasum uergentia: tenent. si et hi ipsi appellandi sunt græci: de iis explicare: nobis restat. ut uniuersum græcie circuitum habeamas? Adiciamus etiam finitimas: presertim grecie: Insulas. quas incolunt græci quot necdum oratione circuimus. Etoli & Acarnanes igitur inuicem cōtermini sūt. Inter quos medius est Achelous. ab Septentrione & Pindo in Austrum fluens: et per Agreos. gentem Etolicam & Amphilochos. Acarnanes sane & occidentē partē habēt fluminis. usq; ad Amphilochium: sinum Ambraciū: & Actii Apollinis templū. Etoli autem ad orientem. tenus locris ozolis: & Parnaso & Oetaeis. In mediterranea uero: partibusq; in septentrionem uergentibus. superimminent. Ex Acarnanibus quidem Amphilochi: Ex his ipsis Dolopes & Pindi accolæ. Ex Etolis autem Perrhebi. & Athamanes: & Enianum portio quedam: Oetam habitantium. Australe sane latus & Acarnanicum similiter: & Etolicum: ipso mari perfunditur. quod Corinthiacum efficit sinum. quem Acheolus amnis influit: qui & Etolorum. & Acarnanum littoris terminus est. Superiori uero tempore Thoas appellabatur ipse Achelous. ut q; dictū est. Alter item eiusdem nominis Achelous est apud Dymam: & apud Lamiā. Huius ostium fluminis Corinthiaci sinus initium efficit: ut aiūt. In Acarnania uero urbes sunt & Anactoriū in Cheronneso conditū. penes Actium & Nicopoleos emporiū: etate nostra edificate: & Stratus: per quam ad stadꝰ supra ducēta aduersa nauigatio est: per Acheloum flumē. & Enea & ipsa fluuio uicina Antiqua quidem inhabitata est & deserta equali a mari: Stratoq; distans interuallo. Altera autem hoc habitata tempore ad septuaginta stadia. supra illius ostium absēs. Sunt & alie. Palerus scilicet & Alyzia. & Leucas & Argos Amphilochiū & Ambracia. que plurime immo uero eunctę. Nicopoleos iuri attribute sunt. habitationes. Medio autem in itinere. quo ex Alyzia itur Anactorium. Stratus iacet. Etolorum uero ciuitates sunt: Calidon & Pleuron: hoc tempore ad humilem deducte fortunam. He uero profecto quondā urbes: Grecie tutamen erant: Iam sane bifariā diuisam fuisse contingebat Etoliam. Nam & antiquam & Epicteton idest post quesitam dici. antiquā enim ab Acheloo usq; ad Calydonis litus lōge intra mediterraneā pertinentem planam ac fructuosā. ubi Stratus est: ac Trachinium: optimā tellurē habens: Epicteton seu post quesitā. locris affinem. usq; Naupactum: & Eupalium. Asperam sane sterilemq; tenus Oetæ & Athamanibus & deinceps montibus: atq; gentibus. Iam in Arcton uergentibus. Ingentem uero coracem idest coruum Oete proximum. habet Etolia. & ceteris in medio iacentibus μαλαοp Aracinthum. ad quem nouā Pleuronē autorē habitādā constituere Omissa uetere penes Calydonem posita: cum illa incomposita sit: atq; frugifera. Qua tempestate Demetrius cognomine etolicus: agrum diripuit. Supra Molycriam Thaphiassus et Chalcis montes admodum excelsi. surgunt. In quibus

posita sūt oppidula: Macyma: & Chalcis: ipsius mōtis nomīe. quā & Hypochalcidē uocant. Curiū uero penes antiquā Pleuronē est. a quo pleuronii Curetes: ut qbusdā uisum est: nominati fuere. Sed Tenius fluuius e Bouiensibus inter Ophienses gente etolica: oritur. qualiter & Eurytanes: & Agræi & Curetes. & alii. Ab initio quidem minime per Cureticam oram labitur: quæ eadem est & Pleuronia. At enim uersus orientē potius preter Chalcidem & Calydonē currit. Inde ad campestria pleuronis antique deflectens: & in occasū permutās: eruptiones in meridiem uertit. Olim autē Lycernas uocabatur. Nessum hac in parte designatum potitorem fuisse. occasum ab Hercule uulgatur. cum intertraiiciēdum Dyaniram uiolare conaretur. poeta etiā Olenum Pylenamq; urbes ætolicas meminit. E quibus Olenus eodem quo Achaica nomine dicta. ab Aeolicis est diruta: nouæ Pleuroni finitima. De eius agro autem certamen susceperunt Acarnanes Translata inde Pylena in superiora loca. nomen quoq; illi permutauerunt. & Proschium uocauere. Hellanicus autem. earū nō nouit historiam. Cæterum perinde ac antiquo adhuc in statu existant: mentionem facit illarum. Que uero posterius. & secundum Heraclidarum reditū condite fuerint: eas in uetustarum numero computat. Macynium atq; Molycriam permultam in toto fere uolumine leuitatem ostētans. Hec quidem de Acarnanum Etolorumq; regiōe summatim dicta sint. De ora uero maritima & adiacentibus insulis. Hæc sunt etiam assumenda. Ab ostio nanq; & sinu inchoātibus Ambracio primus Acarnanum locus est. Actiū. eodēq; uocabulo. & Apollinis Actii templū: & promontoriū nuncupatē. quod sinus ipsius ostiū efficit. & exterius portū habet. A templo autē stadi q̄dragīta distat Anactorium: ipso in sinu conditum. Leucas autem ducentis & quadraginta: Hec uero olim ī Acarnania plaga posita Cherōnesus erat. Eā sane littus ī cōtinēti poeta uocat. oram e regiōe Ithace ac Cephallenie Epirū idest continentē appellās. Hec autem Acarnania est. Ideo cum continētis littus dicit. Acarnanie ripā oportet accipias. Leucadis autem uentose que Neritus quoq; dicitur. quam cepisse Laertes asserit: dicens Neritum in potestatem redegi. bonis instructam menibus urbem. ripā Epiri idest cōtinentis Cephallenibus imperitans. quasq; in catalago refert. Crocylā: & Egilipem asperam. eas Corinthii a Gypselo & Gargaso missi: occuparunt pariter cum littore. etiā ad Ambraciū usq; sinum progressi & Ambracia: & Actoriū iductis cultoribus habitatum. et Cheronnesi terra angusta defossa. Leucadem in insulæ formā redegerūt. et in eum locū transportata Nerito. qui quondā fuerat Isthmus. nunc uero fretum et Euripus est: ponte iugabilis mutato nomine dixere Leucadē: sumpto: ut reor a Leucate uocabulo. Est enim albicanti colore. petra: in pelagus protecta atq; Cephaleniā: et Leucadi adiacens ueluti. hinc accepto nomine. Habet insup et Apollinis leucate phanū. Ibi saltus fit: qui ad sedandos amores ualere credit. Quo in loco Sappho prima dicitur. superbe ab excelsa se deiecisse petra. stimulāte cupidine. sicuti Menāder autor est. Preruptam nacta in transitu petram. cupidinis oestro percita e sūmo precepsruit examini tui sētentia Rex imperiose. Menander igitur primam saluisse Sappho inquit. Antiquiores uero scriptores non Sappho sed Cephalū prius saltasse tradūt: Ptarole captū amoribus: Degoneti filie. Leucadii uero mos erat patriꝰ. ut in Apollinis sacrificio. sontem quot annis aliquē: auertēde deorum ire gratia: de montis specula deiicerent. Ei quoq; applicitis pennis et auibus multimodis: quibus leuari posset saltus ipse: per ide ac uolatus efficeretur. Multosq; circunstantes cadentem: prius excipere nauiculis. et pro uiribus conseruatum extra patrios fines emittere supstitē. At scriptor Alcmeonidis epenelopes genitore Icario.

duos natos eē filios scriptis suis prodidit Alyzeum atq; Leucadium: eosq; cum patre Acarnanie regnū tenuisse. Ab eis igitur ciuitates nomē accepisse: testatur Ephorus: Cephallēetes ab Insula Cephallenia uocatos. hoc aiūt tēpore. Homerus autē cūctos Vlyxi subditos appellat. e qbus etiā Acarnanes exīstūt: Cū īquit. Ipse Cephallenas secum ducebat Vlyxes. Quiq; tenent Ithacam: siluis & Neriton altis. qui mons eo in loco illustris habetur. At etiam e Dulichio Echniadibusq; sacris. Cū īter Echniadas Dulichium consistat. & illud Quiq; Buprapsium & Helidem habent: cum in Helide Buprasium existat. & qui Euboeam habent. & Chalciden. atq; Eretriam: his ipsis in Euboea cōsistentibus. quemadmodū Troes ac Lycii & Dardani: cū et ibi Troes sint. Preterea post Neritū: dicit & Crocylā. colunt. asperāq; Egylipen: & Zacinthū & Samum & Epirum. idest cōtinentem. Epirum autem siue continentē dicere uult terram: e regiōe Insularum positam. simulq; cum Leucade. & reliquam cōprehēdit Acarnaniam: de qua hunc in modum mentionem facit. Bissenos pecudumq; greges Epirus habebat. cum ipsa Epirus quondam illuc usq; protendebat. & nomīe cōmuni sic nuncupabatur Epirus. Samum autem nunc Cephalleniam esse: cum dicat. Circa Ithacæq; Samiq; fretum: sub rupibus asperis. Per ipsum enim Epithetum nominis paritatem distinxit: cum nequaq̄ de urbe. sed de Insula nomen posuerit. Quoniam cum Insula sit tetrapolis: idest quaternas cōtineat urbes: Ex iis una est: que Samus siue Same dicitur. utroq; usitato uocabulo: ipsi etiam Insule communi. Quando. n. dixit: quotcūq; optimates Insulis imperitabant. Dulichioq; Samen appellās Insulā. quam primo Samum uocauit. Apollodorus autem ait. per adiectiuum: distinctionē ab eo nominis fieri. Nam cum Samum dicat asperam: Insulam dici. Interdum uero cōtra scribi oportere. Dulichio Samoq;: nō autem Samesq;. Vnde manifestat Samū Samenq; pro urbe proferēdum esse. Insulam uero Samum tantūmodo. Quod enim urbs Same dicitur Haud sane dubiū. cum e qualibet urbe procatores dinumeret: Eq; Same uiri quattuor: ac uiginti fuere. Preterea e sermone Ctimenis: quam inqt ad Samē missam dedere. Hec sermōis ratiōnē habent. Non enim distincte aperteue poeta edidit neq; de Cephallenia. neq; de Ithaca. locisq; reliquis ꝓpioribus Ex quo est effectum. ut expositores: & rerū indagatores discrepent. Statim enim de Ithaca: cum inquit: quiq; habitant Ithacam: & frondosū Neriton inde. ꝗ quidem Neritū montem uerbo dixit expresso. Apricamq; Ithacam colo: mons ubi frondet opacus. Neritus frōdosus atq; decēs. Siue urbē enim siue Insulā: hoc in uersu dicat Ithacē: in ambiguo linquatur. Vt in eo quoq; Quiq; habitāt: Ithacen: aut Neriton: haud certe declarat. Aliquis autem proprie audiens: ciuitatem intelligeret. sicut & Athenas: siquis dicat & Lycabottū. sic & Rhodū. Siqs dicat & Atabyrin. Itē Lacedemonē: si Taygetū. Poetice uero contra. Nam in eo certe dicto. Apricamq; Ithacam colo. et in ea Neritū montē. quippe cū in Insula. non autē in urbe mons sit. Quando uero ita inquit. nos ex Ithaca sub Neio uenimus. siue enim Neritum & Neium: eundem esse dicat. siue alterū: siue mōtem: siue locū: res ipsa liquet. At enim qui pro Nerito. Neritum scribit. aut econuerso aberrat omnino. Quoniam Neritum: montē quidē frondosū poeta nuncupat: Neritum aut bene muratum appellat oppidulum & illū quidē in Ithaca. hoc autē cōtinentis: idest Epiri: littus esse ait. Hoc etiā obiectionē quampiam uidetur ostendere: Tamq; humilis: q̄ sūma salo iacet ipsa sonāti. Humilis nāq; ad ima spectat. q̄ summa uero celsa & alta: qualem plurifariā significās. asperā. sterilemq; uocat. Viamq; ex ipso portu. tramitem asperum ac durum ait. inculrūq; & absq; materia locū. Illud etiā. Nulla enim insula semper aprica: nec optimis ꝓdita

portubus appellatur. etiam super omnes Ithaca. huius generis igitur expositiones habet elocutio. Explicant autem non male expositores. non enim humilem ad ima depressam: in hoc accipiunt loco. sed humo & terre continenti finitimam. ac ꝓximā. Neq; uero summā. celsā. altāq; intelligāt. sed super omnes extremā: ad Aquiloneq; conuersam. Hoc etiam dicere uult ad tenebras. Contra uero ad Austrum: cum alus ad Austrū uergētibus: & ab Epiro cōtinentiq; seorsū ad aurorā & solis ortū. Ithaca sane ꝓpe Arctō accedit. ꝙ autē sic Australe uocat latus: i hisce uersibus manifestat.
Dextra siue adeant. auroram. & solis ad ortum.
Siue petant illi leuam. obscurasq; tenebras.
In illis etiam lōge magis. nouimus haud socii tenebre loca lucis & ortum aut ubi sol nitidus terre succedit ad ima aut ubi cōscendit. Est enim accipere quattuor climata: cum auroram: australem accipias partē. & hoc quidem quandā habet explanationē. Prestat autem ipsum solum solis processum intelligere. Aquilonari oppositū regiōi. Quandā enim rerum celestium mutationē. & quidem permultā sermo ipse significare uult: non nudam climatum occultationē. Oportet enim in omnibus continuationis tempora. siue interdiu: siue noctu cōtingant: cōsequi. Celestia uero amplius mutanē ex eo: ꝙ nosipsi in meridiē plus: minusue secedamus: q̄ ecōtra. Hoc autē nō occasus. & orientis occultationes faciunt. Et enim cū serenitas adsit hoc cōtingit. sed meridiei & septentrionis: efficit. Maxime enim polus arcticus est: quo moto: & interdum ad uerticem nobis: interdum sub terra existēte. Ipsi septentriones pariter permutanē. Nonnunq̄ & deficiunt: secundum tales discessiones: quo tamen fit. ut non ignoscas: quo in loco septētrionale sit: clima. neq; principū est. Si autē hoc est: neq; oppositū agnosceres: Ithaca sane ad stadī octoginta in circuitu patet. De Ithaca quidē hec dicta sint. De Cephallenia uero: que ē tetrapolis idest ciuitates quaternas cōtinet. neq; huius temporis nomine dixit. neq; ulla de ciuitate. Vna tantum excepta. siue Same: siue Samo. quod oppidum hodie deletum prorsus est: Ad mediū autē Ithace fretum: ipsius uestigia commonstrantur. Ab ea uero incole Samei nuncupanē. Alia sunt adhuc his temporibus exilia: quedam oppidula. Pronesus: & Cranii. Etate uero nostra alteram. C. Antoninus edificauit. M. Antonii patruus. cum post consulatum quē Collega Ciceronis oratoris gessit exsul ī Cephallenia moram traxit: & uniuersā Insulam: sicuti peculiare predium: subiectam habuit: quam tamen a se habitari: et condi ceptā nō absoluit. Sed ab exsilio reuocatus: adhibita rebus amplioribus cura: functus est: uita. nō dubitauere pleriq; Cephalleniā eandem & Dulichiū appellare: & Taphum alii & Taphios Cephallenios Eosdem dixere Teleboas. & aduersus illos Amphitryonē exercitū ductitasse. Assūpto socio Deionei filio Cephalo: ex Athenis profugo. Amphitryonem dehinc Insula potitum. eam Cephalo tradidisse. ab illoq; nomē assecutā esse Insulā. Oppida uero. ab illius filiis sumpsisse. cognomīa. Hec q̄dē minime sūt Homerica. quoniā Cephallenes Vlyxis & Laerti subditi fuerūt impio. Taphos autem Mente ditioni paruit. unde:
Mentes Anchiolo prognatus glorior acri.
At pelagi doctos Taphios rex ipse guberno.
Hac autem tempestate Taphus Taphius dicitur.
Nec uero Hellanicus Homero concordat: Dulichium Cephalleniam nuncupās. Illud enim sub Megete fuisse perhibet: sicut & Echinades relique. Eius autē inq̄lini Epei sunt dicti ab Elide profecti. Quamobrem Otum Cyllenia de gente: Phyllei socium: magnanimorum ductorem Epeorū uocat. At. Vlyxes magnanimos duxit

Cephallenes. Itaq; neq; in Cephallenia Dulichium extitit: si Homerum sequimur. neq; Cephallenie iuri attributum. Androne teste. Illud enim tenuerũt Epei. Totã uero Cephalleniam Cephallenes sub Vlyxe. Ipsos autẽ Meges habuit. Atqui Palẽses Dulichios appellauit Homerus. sicuti Pherecydes scriptis ostẽdit. Is precipue cõtra/dicit Homero. qui Cephalleniam & Dulichium unum idemq; pronuntiat. Siqdem ex procatoribus duo & quinquaginta e Dulichio proficiscunt̃. e Same uero q̃ttuor & uiginti. Haud enim hoc diceret: ex uniuersa tot. Ex una uero de quattuor: ad unũ: dimidios. ꝙ si q̃s istud cõcedat: īterrogabimus: quenã fuerit Same. quando ita inquit: Dulichiumq; Samenq; & nemorosã Zacanthum. Ceterum ad Acarnaniã Cephallenia sita est: e Leucata circiter quinquaginta distãs stadia. uel quadragĩta: ut alii dicunt. Ab Chelonata uero octoginta. Hec uero ad stadia trecenta circuitũ habet. In longum autem porrecta tendit in Austrũ: montana. Maximus in ea sane mons extat: In quo Iouis Enesii templum est: penes illud angustissima: ac durissima insula Isthmũ efficit humilẽ. quem fluctus sepenumero e mari superundat in mare. Penes angustum autem hunc locum in sinu sunt Cranii & Palenses: Inter Ithacam uero & Cephalleniam insulã iacet Asteria: quam poeta nominat Asteridẽ: Que nõ qualem poeta loquit̃: talis permanet. autore Scepsio. portus quidem insũt: ad locãda nauigia. utroq; ex latere profũdi. At Apollodorus adhuc eam manere dicit. In qua oppidulum esse inquit Allalcomenas nominatum. super ipso Isthmo iacens. a poeta quidem Samum dictum & Thraciam. quam hoc tempore Samothracem uocamus. Ionicam quidem. nouit: ut par est: Nam coloniam Ionicã nosse uidetur. nec dubie protulit illius appellationem. cum de Samothrace uerba facit. nõnunq̃ ꝑ adiectiuũ. Threiciaeq; Sami. nemorose in uertice summo. aliquãdo propinquarꝫ coniunctionẽ Insularum. in Samon ac Imbron. & que plenissima longis. Est nucibus Lemnon: & rursũ: Inq; Sami atq; Imbri sterilis medio. Norat igit̃. Verꝫ illã minie nominauit. Nec sane eodem quondã appellabat̃ nomine. Sed Melamphilus. postea Anthẽmis. Deinde Parthenia a flumine Parthenio: qui mutato uocabulo: Imbrasus uocatur. Quãdoquidẽ igitur reꝝ Troianarũ tempore Samus & Cephallenia & Samothracia nominabãtur earum nomina ab priscorum aliquo illis indita fuisse liquet. ex qbus & illud manifestum est: ꝙ preter antiquã histoiã qua colonos. post Ionicã coloniã Tembrionisq; presentiam. e Samo uenisse fingũt. & Samon Samothraciã nominasse. Planum inquam est: Samios hoc esse commentos glorie causa. Vero autem similius illi dicunt. qui nomen Insule ab altitudine impositum aiunt Samos nanq; summitas & altitudo uocat̃. Ex eo nãq; loco: tota prospectui patebat Ida: & Priami ciuitas & Acheorum naues cernebantur. Sunt qui a Sauis: priscis Thracie cultoribus. qui et continentem finitimam habitabant: Samum appellatam esse: dicunt. Seu illi sint: q Sapei aut Sinti uocabantur. quos poeta Sintias nuncupat. aut alii. Saiorũ quidem meminit Archilochus: quispiam Saiorum clypeo mactarat: quem ad Thamnum sine ꝓbro: nõ sponte: reliquit. de ipsis Vlyxis ditiõi subiectis Insulis Zacanthus expli/canda restat: paulo plus q̃ Cephallenia & Pelopõnesus in occasũ uergens. eãq; magis attingens. Zacanthi uero ambitus ultra centum & sexaginta stad̃ est. abest autem a Cephallenia ad stad̃ sexagĩta Nemorosa quidem urbs uerum fructifera. eiusdem nominis ciuitatẽ celebris. Ab ea distãs ad Hesperidas Aphrice stad̃ tria milia trecẽta. Inter hanc & Cephalleniam ad orientem solem Echinades insule iacent. e quibus Dulichium est. Hodie uero Dolicham uocant. & que uocantur acute: idest Oxee quas poeta celeres appellat. Dolicha quidem iacet ad oeniadas: & ad Acheloi ostium

Distat autē ab Araxo Elidis promontorio: stad̄ centū. Reliquae Echinades plures extāt. cunctae steriles & asperae. e qbus quae longissime abest: ante Acheloi eruptionē stadiis quīdecim distat. Quae uero propius stad̄ quinq;: cum prius pelago circūfluae forent. Limus enim qui frequens defertur: quasdam illarum in cōtinentis terrae faciē redegit. Alias mox rediget. qui etiam Peracheloin. Sic enim finitimam fluuio plagā uocāt: efficit. quam amnis inundat. Ea uero cum antiquis temporibus semp limites confunderet: bella inter uicinos ciebat Etolos: & Acarnanes terminos designās. Cūq; arbitri nulli essent: armis: ut iudicio: decertabant. Victoriam uero reportabantq; plus uirium uendicarant. Qua ex causa talis conficta est fabula. quasi debellante Acheloum Hercule. cum uictoriae premiū reportaret Oenei filiae Deianirae nuptias adeptus ē. Eā quidē tragediarū scriptor Sophocles hoc pacto loquentē introduxit. Procus sane mihi amnis fuerat Achelous. Qui tribus me formis a patre petiit: manifestus incessit taurus. alias tortus uarias per notas draco aliquādo mole ualida bouis pre se ferens frontem. addunt nōnulli Amaltheae cornu caprae id esse. quod hercules ab Acheloi fronte effregit. Idq; Oeneo maritale munus dedit Hercules. Quibus e rebus: uerā pleriq; similitudine quadam Alegoriā educentes: Acheloum. sicut flumina reliqua: tauro comparant: ob sonos ipsos & alueorum circunflexiones: quas cornua uocitāt draconi quoq; propter obliquatam ipsius longitudinē. Eadem est & bouinae frōtis causa. Herculē quoq; omnibus aliogn beneficiū mortalibus Oeneo affinitate coniunctum. aggeribus: & aquarum ductibus fluuium. perperam & dānose labentē coercuisse. Cumq; is abundātia ferretur ingenti cursus aquarum propinquis Acheloo uastatis agris: Oenei gratia siccauit amnē. Hoc autē Amaltheae cornu eē. Troianis itaq; temporibus Megetem Echinadas & Oxeas ditione possedisse: Homerus dicit. de quo addit. Dis carus genuit Phileus agitator equorum. Qui iā Dulichium cōdit succensus ab ira. In patrem. Fuit autem pater Augeas Elidis & Epeorum dominus: Vnde has insulas Epei tenuerunt: fuge Philei ad Dulichium comites. Taphiorum autem Insulae Teleboarum prius extitere. quo℞ fuit & Taphus. quā nūc Taphiūtem uocant. Seorsū ab iis fuerunt: non quidem spatiis: sunt enim propinquae: sed aliis sub ducibus. Taphiis scilicet: Teleboisq; constitutae. Primum igitur Amphitryon: una cū Cephalo: Deionis filio: & Athenis profugo: aduersus illos ductans exercitum: Ipsis regem imposuit Cephalū. At Homerus: eos regis Mente dominationi subditos dixit. Ipsos latrones appellans sicut & Teleboas appellat uniuersos. Hec quidē de adiacētibus Acarnaniae insulis dicēda occurrerūt. Inter Leucadem uero Ambraciūq; sinū: salsus est lacus Myrtuntius nomine. Ab Leucade uero deinceps Palerus. & Alyzia Acarnaniae ciuitates sunt. e quibus Alyzia longe a mari quindecim distat stadiis. ad quam dicatus Herculi portus est. & cum luco phanū: Herculis certamina cōtinens. E quo dux quidā Lysippi opera Romā transtulit: Herculis labores in loco ꝓpter solitudinem abiectos. Inde promōtoriū Cornithota & Echinades: & urbs Astacus. eodē nomine. quo & alia Nicomediae. sinusq; Astacenus singulari numero nomīata. Est & Crithota. quo uocabulo oppidulum appellatur In Cherōneso Thracia. quae autem in medio sita sunt: cuncta commodos portus habent. Dehinc sunt Oeniadae & Achelous. Postea lacus ad Oeniadas pertinens. Melita nomine stad̄ quidē trigīta longitudine patens. Latitudine autem uiginti. Est et lacus alius Cynia. longitudīe & latitudine duplo maior. Tertius item nomine Vria. hisce longe minor. Cynia qdē mare ingreditur. Reliqui uero dimidio stadio superiacēt: Postea Euenus ab Actio stad̄ sexcentis septuaginta remotus. Post Euenū mōs Chalcis est: quē Artemidorus

Chalceam appellat. Deinde Pleuron. Deinde Licyrna pagus: cui Calydon incūbit: stad. triginta in mediterranea. Prope Calydonem uero Laphraei Apollinis templū existit. Postea mōs Taphiasus. Post Macynia ciuitas. Deinde Molycrea. Iuxta eā est promontoriū Antyrium. Etoliae finis: & Locridis plage. ad quem ab Eueno: stad. sunt circiter centum: & uiginti. Hūc in modū de mōte. siue Chalcide. siue Chalcia. Artemidorus differit. Eam inter Achelo um: & Pleuronem. constituens. Apollodorus autem. uti superius a me dictum est. supra Molycream & Chalcidem & Taphiasum. & Calydonem. inter Pleuronem & Chalcidem: sitā esse affirmat. nisi forte alius iuxta Pleuron ē: ponēdus est mons. quem Chalciam. Alter autem quem Chalcidē uocitēt. qui quidē iuxta Molycreā surgit. quidā etiam. penes Calydōem lacus est: magnus sane atq; profundus admodum: quem Patrarum incole. Romani possident. Ceterū in mediterranea Acarnaniae gentem quandam Eurysicheā esse scribit Apollodorus. cuius apud poetam Alcmanē mentio fit. Neq; inquit Eurysicheus Calydoniusq; sum pastor Verū i uertice Sardiniensi. In Etolia autē fuit Olenus urbs ꝑut in Etolorū dinumeratione Homerus meminit. Eius quidem tantūmodo uestigia restant. ꝓpe Pleuronem Aracintho subiecta. penes quoq; erat Lysimachia humi prostrata: et ipsa ad lacū adiacet. q prius quidē hydra. Hoc uero tēpore Lysimachia nomiabat. Inter Pleuronē Arsinoenq; urbē. aū qdē uicus erat: nomie Conopa. Edificauit autē illam Arsinoe. secūdi Ptolomei soror simul & cōiunx. cōmode ad Acheloi transitū sitam. Simile quiddam & Pylena quod et Olenus passa est. Cum uero sublimē inqt Calydonem. & Petrosam: a loci natura capiendum est. Fertur enim. ut bifariam ora diuisa: montanam quidem. & Epictetum. siue postea adeptam: Calidoni attribuerit. Tractum uero campestrem Pleuroni Hac autem tempestate fatiscēs assiduis bellis. & Acarnania. et Etolia. cōtabescit. sicut & alii pleriq; populi. Plurimos autem annos Acarnanes Etolis adiūcti. aduersus Macedonas aliosq; grecos ꝑdurauerūt. Postremis uero temporibus. contra Romanos: pro libertate decertantes. quandoquidē igit & Homerus. & reliqui poete. rerumq; scriptores frequentes: illoꝝ tradidere memoriā. aliquam quidem insigniter ac manifeste: quedā autem obscurius: quod per iā dicta de illis: ostenditur. Assumamus & prisca nōnulla ex iis que incipiendi ordinē habēt. Vel si dubitationem afferant. Statim de Acarnania sane. ꝙ Laertes & Cephallenos ea potiti sit a nobis commemoratum est. Cum quidam illā occupassēt antea. pleriq; certe. ea de re loquuti sunt. Ceterum ad illos qui dissona protulerunt. & idipsū. quidē aperte nō ab re diiudicādi nobis sermo restat de ipsis. Vulgatū est prioribus seculis. Acarnaniam a Taphiis. & Teleboīs habitatam esse. eorumq; principem Cephalum ab Amphitryone dominum constitutum. adiacentes Tapho insulas. orāq; maritimā imperio tenuisse. Hic autem usitatum ad Leucata saltum. huic ipsi primo adscriptā fuisse ferunt. ut in superioribus enarrauimus. Poeta uero ꝙ Taphii Acarnanibus ante Cephallenū: ac Laerte aduētum. impitarint. ne uerbū quidē facit. Eos autem Ithacēsibus amicicia cōiūctos fuisse. asserit. Quocirca uel locoꝝ ditionē nullo pacto illius tēpore habuerūt. uel spōte cesserūt. uel inhabitādi societate usi erant. Quosdā uero e Lacedemōe q cū Icaro Penolopes genitore uenerūt Acarnaniam incoluisse. opinio est. Nā & hūc & Penelopes germanos uitā agere. in odyssea poeta tradidit

Olli in tecta patris properant habitare feroces.
Icarii. cuius de semine filia pulchro
Germaniq; orti fratres. Tum protinus illam
Eurymacho pater & fratres nupsisse iubebāt. Eos enim Lacedemōe habitasse. haud

simile ueri est. Nā Telemachus etiā eo ꝓficiscēs. nequaq̄ Menelai domū reuertisset. nec illos aliam habitationem tenuisse diximus Verū Tyndarum eiusq; fratrē Icarū. cum ipsos e patria eiecisset Hippocam ad Thestium Pleuroniorum dominum sese recepisse. simulq; multum trans Acheloum. plagā occupatam inter se partiuisse. Itaq; Tyndarū accepta in uxorē Thestii filia Leda domū repetisse. At Icarū Acarnaniæ partem. adeptū substitisse. & ex Polycasta Lygaei filia: liberos ꝓcreasse. Penelopen scilicet fratresq; penelopes. Nos autē in nauiū catalago demōstrauimus Acarnanes. in suscepta aduersus Iliū expeditiōe & cōnumeratos & miliciæ socios fuisse: In qbus nominatim dicebantur. Qui Epirum idest terram continentem habitabant. & item quiq; Epiron habent: contrariaq; arua colebāt Nec dum sane Acarnania Epirus. seu continens nominabatᷣ. Nec Leucas Acte id est littus. At Ephorus negat miliciæ socios fuisse. Alcmeonem enim Amphiarei filiū. una cū Diomede. reliqsq; Epigonis. suscepto cōtra Thebanos prelio: req; bene gesta. cum Diomede societatem iniisse. & cum illo de Oenei hostibus ultiōem sumpsisse. Cumq; illis Etoliam tradidisset: Ipsū Acarnaniā inuasisse. Eamq; prostratā subiugasse. Hoc in tempore Agamemnonē Argiuos aggressum magna ex parte Diomedis cōplices facile superasse. Paulo post cum aduersus Ilium illa incidisset expeditio: ueritum ne Diomedes domum repetēs: proprium uendicaret imperium. Audiebat enim ingentes ad ipsum conuerti copias. Nam illum quidem Adrasti. Hunc uero patris successorem & heredem esse. Hec inq̄ ueritum & animo uersantem. illos ad capessendum Argos: & belli cōmunicationem & societatē acciuisse Itaq; Diomedē obsequutū ī miliciæ partē accessisse. Indignatus autem Alcmeonem neglexisse. Quamobrem solos Acarnanes in nullam: cum reliquis grecis: miliciæ partem. aduentasse. Hasce rationes sequutos ut par est Acarnanes. Ro. postea callide induxisse: ut expetitā. ab eis libertatē. & suū uiuēdi morē assequerētᷣ. asserētes: solos sese aduersus eorum maiores. & generis autores: nullam miliciæ sortem: subisse. Nec. n. in Etoloꝝ cōspiratione: auxiliisq; dinumerādis: neq; seorsū p se: me/morarētᷣ Nec omnino istud ipsū nomē: ī homerico carmine inferretᷣ. Ephorus igitᷣ ipsam Acarnaniam: ante troiana tempora: subditam. iam Alcmeoni faciens Argos Amphilochicum. ab illo conditum fuisse: demonstrat. & Acarnaniæ nomen ab illius filio Acarnaniæ deriuari asserit. & ab illius fratre Amphilocho. Amphilochā gentem nuncupari. Sic ad dicenda extra homericam excurrit historiā. Verū Thucydides & alii perhibent Amphilochum a Troiana reuersum milicia cum res Argi nequaq̄ ei animo sederent. hanc habitasse terram. in fraterni potētatus successionem uenientē: ut quidā asserūt. quanq̄ alii aliter. Hec quidē de Acarnania peculiariter memorāda succurrunt. Communiter autem que rebus implicantᷣ Etolicis exponemus. Etolorū deinceps gesta narraturi. que preter iam dicta assumere decreuimus. Cū igitᷣ Curetes quidā ad Acarnanes: quidā ad Etolos adsciscāt: & nōnulli a Creta aliqui ex Euboea: genus duxisse asseuerent. Quippe cum Homerus quoq; ipsorum meminerit: que ille dicit. ante omīa cōsideranda sūt Nā cū existimāt potius Etolos dicere q̄ Acarnanes. Qui quidem Porthaonide fuerunt. Agriusatq; Melas: eques acer. tertius Oeneus Pleuronem claram & celsam Calydona colebant ambo autem hec Etolica fuerunt oppida. & in Etolorū catalago feruntur: quocirca postq̄ pleuronis habitatores suo autem tempore Curetes esse uidebantᷣ. Nimirū Etoli forent. Qui uero iis cōtradicūt eloquutionis modo adducuntᷣ: Quando dicit: Curetes pugnāt. Etoliq; ense feroces. Menia sub Calydonis. Haud. n. sic ꝓprie dixisset Boetii ac Thebani inter se pugnā conserebant. Nec Argiui ac Peloponnenses. Explanatum nanq; superius est Húc

eloquendi Homericum esse morem.& penes alios poetas tritū id esse sermonis genus. Huic ergo facile responderi licet. Dicant autem illi.quonam modo si Pleuronii :atq; Etolii neq; nationis eiusdē erant:eos inter Etolos numerat. Verū Ephorus Etolos gētem esse.ac nunq̄ aliene subiectos ditioni prefatus. Ceterū quoad respicere qdem hominum memoria ualet. Inuiolatos a populatione permansisse dicens. cum ꝓpter locorum asperitates: tum uero rerum peritia bellicarum: principio quidem Curetes agrū cunctū occupasse testat̄. At cum ex Elide Eudymionis filius uenisset Etolus. Ipsosq; prelio uicisset Curetes in Acarnaniam nunc appellatam se recepisse. Etolos autem coniunctos Epeis: domum reuertisse. Ibiq; uetustissimas Etolie ciuitates decē cōdidisse. Posteriore debic etate ab Oxylo Emonis filio.q ex Etolia trāsmigrauit. Elin frequētibus introductis colonis fuisse habitatam. Earū rerū testimonio adiecit epigrammata Etolie quidem ad Thermopylas: ubi eligendorum magistratuū mos patrius erat. ad Etoli statuam insculptum in basi.

χωρισ οικιστηρα παρ αλφειον ποτε διμεσ. idest
τρεφεντα σταδιου γοι του ολυμπιαδοσ.

habitande telluris autorem ad Alphei uertices educatum: olympio uicinum stadio. Endymionis gnatū Etolū. Hoc autē eu aserūt Etoli.ut ꝓprie uirtutis monumētū spectaret̄. alterū autem in Eleorum Etolorum foro: ad Oxyli statuā inscriptū est

Hanc olim Etolus linquens ab origine gentem
Curetum.terras hasce sudore parauit.
Idem annis decimus stirpis satus Emone forti:
Oxilus hanc ueterem construxit moenibus urbem.

Mutuam sane quidem Eleorum & Aetolorū inuicem cognationē: per hec epigrā/mata recte significat: quo fateantur utriq; :non modo cognationem.sed etiam inter se auctores esse: ex quo eos mentiri arguit. qui non Eleorum Aetolos: sed Aetolorum Eleos: esse colonos asserant. Scripture autem & sententie dissonantiam. & hic eandē ostendisse.uidet̄.quam nos in delphico apposuimus oraculo. Quom enim inuiolatos a populatione: quoad respicere quidem hominum memoria ualet: dicat. Aetolos & Curetes: principio hūc agrū occupasse: hoc utiq; consequens dictis: afferre debebat: Curetas tēpus adusq; suū: terrā Aetoliam possidentes permansisse. Sic enim inuiolata a populatione: & nūq̄ aliene subiecta ditiōi: uocari debebat. Verū promissi factus immemor: nō istud infert: sed oppositū: quod ab Elide proficiscēte Etolo et ipsoꝝ facto per bella uictore. Curetes in Acarnaniam se recepere. Quenam igitur est alia populationis proprietas: q̄ bello superari: agrūq; relinquere. Hocq; ipsū apud Eleos epigramma testat̄. Nā Etolus inquit Curetū terras hasce sudore parauit. Fortasse dixerit quispiam ipsum inuiolatam a populatione. Etoliam asserere: ex quo nomē istud adepta sit. Post Etoli presentiam. Verum intelligentie rationem abstulit. cum insequentibus dicit.plurimam populi partem in Etolis permanentis: Hanc Epeorū esse inquiens. & cum postmodum ipsis commixti. Aeoles fuerint: qui una cū Boetiis e Thessalia commigrarunt.communiter cum iis oram tenuisse. Nūquid igit̄ cōtingit alienum inuadētes agrum.pariter cum possessoribus partiri.sine bello: quibus quidē nulla tali opus sit communione. uel hoc quidem credibile non est? At cum eis quos: per arma deuiceris: equalem in sortem conuenire credibile. An quid igitur aliud est populatio: q̄ per arma superari? Apollodorus etiā inqt Hyātes e Boetia aduentātes scriptum esse & Etoloꝝ accolas factos. Verū ipse perinde. ac re bene recteq; cōfecta. supaddit. Hec itaq; ac talia diligenter: accurateq; tractare. consueuimus cum res aliq̄

uel in dubitatiōem affertur omnino uel falsam habet opinionem. Ephorus sane cū talis existat: tamē reliquos antecellit eumq; Polybius ipse studiose collaudat. Ac de rebus inquit grecis. Eudoxus quidē bene Ceterū Ephorus optime exponens differit de edificiis. de cognationibus & transmigrationibus. de urbium autoribus. Nos autem inqt: que impresentiarū sūt: apertius declarabimus: & de locoꝝ situ: & de interuallis. Hoc enim locorum descriptioni proprijssimum est. Sed enim o Polybi cum aliorū sententias: ac opiniones de distantiis introducas: non solum extra greciam: Verum etiā intra Greciam. & nunc quidē Posidonio: nunc Artemidoro: aliisq; cōpluribus. indicia distribuas: & nobis ueniam prestes: minimeq; indigneris oportet. si ab talibus uiris historiā ingentem transferentes aliqua in parte deficimus. peccamusue. Verum satis habere. si ceteris: maiorē dictorū partem: melius explicemus: aut p ignorationē omissa apponamus. De Curetibus autem adhuc talia ferunt. Quedā prope Etoloꝝ scripturas & Acarnanum. Quedam autem longe. Prope quidem. qualia protulimus. ꝙ regionem hoc tempore Etoliam nuncupatam. habitauere Curetes. Aduentātes autem Etolos cum Etolo. ipsos in Acarnaniam expulisse. Talia etiam ferunt. ꝙ Pleuronium agrū: ab Curetibus habitatum. & proinde cureticum uocitatū. Aeoles inuadētes īterceperūt. possessoribus eius eiectis. Archemachus autē Euboeus Curetas inquit Chalcidem incoluisse. Assidue uero de Lelanto campo bellum gerentes: cum hostes anteriorem captarēt Cesariē: eosq; distraherēt: ab occipite capillatos extitisse. a frōte detonsos. Vnde ab Cura idest tōsura. Curetes idest detonsos appellari. & in Etoliam habitatum migrasse. Cumq; Pleuronis loca postmodum occupassent trans Acheloū oram incoluisse. Vbi cū intōsa seruarent capita Acarnanes uocari cepisse. Pleriq; uero ab heroe quodam utranq; nationem nomen tenuisse aiunt. Alii a mōte quod ā Curio. Pleuroni imminenti. Curetes nominatos Hanc uero Etolice natiōis tribum quandā esse liquet. Sicut Ophienses Agreosq; & Emytanes. aliasq; cōplures. Etolia autem bifariam: ut dictum est diuisa. Calydoniam plagam Oeneo regnatā fuisse memorāt. Pleuroniā uero aliq ex parte Parthaonidas habuisse. Agri cōplices qui secundum poetam: Pleuronamq; colunt muro & Calydona prealtam. Thestiū tamen Pleuroniam tenuisse. qui Curetū ductor: socer quidem fuerat Oenei Althee uero pater Bello autem aduersus Oeneum & Meleagrum ab Thestiadis ingruente: ob suis caput & spolium: secundū apri fabulam: si poete credimus. Vt autē ꝓbabilius fit: & uulgatum est: pro regionis parte. Nam sic dicitur Curetes: & pugnaces Etoli belligerebāt. Hec quidem prope. Longe autem & extra materiam sunt que alioqn propter nominis similitudinem: ad idem. per historicos adducunt. que quidē curetica & de Curetibus eo modo dicuntur quo & de illis: qui Etoliā Acarnaniāq; coluerūt. Ab illis quidem differunt. Similia uero magis sunt sermoni: qui de Satyris Syleisq; & Bacchis & Tityris habet. Tales. n. demonas quosdam deorūue ministros Curetas uulgāt. Quidā uero res Cretenses: ac Phrygias edidere: sacrificiis nōnullis impliatas: partim mysticis: partim aliquo pacto cōtentas: uti Iouis infantiā in Creta educati: matrisq; deorum cerimonias In Phrygia. & in Ide troiane locis celebrandas. Quibus sane in sermonibus magna uarietas est. cum alii eosdem esse Curetas & Corybantes. & Caberos & Ideos. dactylos & Telchines ostendāt. Alii cognatos inter se: & pusillas quasdam ipsorū differentias: inter eos esse: distinguant. In hoc autē uniuersi tradūt esse quosdam spiritibus afflatos: & Bacchicos: inq; armorum agitatione tumultuosa. & cū strepitu ac fragore cymbalisq; ac tympanis & armis itē etiā tibiis uociferatiōibus inter sacrificandum stupefacientes. Inq; ministroꝝ habitu. publica modo quodā

sacra factitantes. Hec & Samothracum esse. & in Lemno & alia plura: quia iidem ministri uocitent. Verũ enimuero omnis huius generis theologicus ẽ contẽplationis modus. nec ab philosophoꝝ: perscrutatione alienus. Postq̃ autẽ nominis similitudĩe de Curetibus historici in unum dissimilia coegerunt. Nec ipse amplius in digressiõis parte. de ipsis uerba facere uerebor. physicam rationem historie familiarem aducẽs. Atq; nõnulli hec illis coniungere uolẽtes. cuidã ꝓbabilitati forsan inherẽt. Curetas enim Etoliam habitantes nomẽ hoc adeptos esse ferũt. qa sicuti core hoc est puelle: muliebres lõgas stolas induunt Eiusmodi nanq; imitationem grecis esse. Et Iaones Traxistolos dici Rumor est Leonide commilitones egressos in prelio multo cõptos pectine: contẽptui ac ludibrio fuisse Persis Cõtra uero in ipsa pugna inuictos admi/rationi habitos. Simpliciter autẽ accurata quedã ars in tõsura et enutriẽda Cesarie: illorum capillis consistit. Vtrunq; uero puellarum puellorumq; propriũ & cõsuetũ ẽ. coros corasq; uocari. Quo fit ut multifariã noscẽdi nomĩs rationẽ & etymologiã Curetes habere facile copioseq; uideanẽ. Credibile est: & armiferam illã saltationẽ: ab eis prius ĩtroductam. Qui circa comam atq; stolam exercitati fuere. qui Curetes uocarentur. Quod quidẽ negociũ occasionem illis prebuisse crediderim. ut fortiores in re militari ceteris euaderent. & uersatam inde armis uitam haberent. Itaq; eodem insignitos nomine. Curetas ipsos appellari. Qui in Euboea sunt: quiq; in Etolia et Acarnania. Homerus autem etiam milites nouos hoc appellauit nomine. decernens inquit. Prestãtes inter Acheos. Munera de celeri ditissima puppe. referrẽt. Que mõ polliciti forti fueramus Achilli. & rursus: Munera portabãt citius Curetes Achei de Curetũ quidem etymologia. hec hactenus. Armisona uero saltatio: militari de more. Et Hyperitha: & Pyrrhicus ipse: indicio sunt: qui huiusmodi repertor exercitii: pro Iuuenibus ad militarem peritiã: fuisse perhibetur. Quod autem tot in unũ nomina referantur. & in ipsorum noticia subsit theologia. Considerandum nunc uidetur: communem profecto: tam grecorum q̃ barbarorũ est: sacrificia festiua cũ animorũ remissiõe agitare. Aliqua quidẽ. cum numinis afflatione quã rem Syn Enthusiasmo appellant. Aliqua uero absq; inspiratione tali Preterea non nulla cum musica: non nulla sine: Quedã etiam occulta significatione. hoc est. mystica. quedã autẽ aperta. hoc autem sic ipsa natura insinuat Nam ipsa remissio mentem ab humanis negotiis abducit. Ac intellectum reuera ad diuinitatem cõuertit. Et ipse Enthusiasmos: hoc est: numinis afflatio: diuinã quandam inspirationẽ habere uidetur: & ad uaticinãdi genus proxime accedere. Ipsa uero occulta sacroꝝ significatio: id ẽ: mystica: numen honestat: eius naturã imitãs: nostrũq; sensũ effugientẽ. Musica quoq; circa saltationẽ & harmoniam. cantumq; uersata oblectatione & artis pulchritudine: ad deitatem nos ipsos tali de causa continuat. Recte enim illud dictũ est: mortales tunc maxĩe deos imitari: q̃ndo benefici sint. Rectius quis dixerit: quando felices sint. qd̾ gaudere dicit. & festos dies agere: & philosophari: & musicã attingere. Non enim ad deteriora si qs lapsus fiat: ex musicis: ad uoluptates: artificia cõuertẽtibus. & cõuiuiis. altaribus. scenis: reliquisq; talibus. Negocium quidem ipsum accusetur. Ceterum disciplinarum natura exactius inquiratẽ: hinc habẽs initiũ. Quocirca Plato & añ illũ Pythagorici: philosophiam. musicam. uocauere. uniuersũq; mundũ. concentu & harmonia cõstare differunt. Omne musicum genus: deorum opus arbitrati. Sic & dee Muse & Apollo musarum dux: & tota poetica: diuinoꝝ cantuũ: quos hymnos appellãt: celebratrix. Eodem modo & moralem apparatũ musice attribuũt. Perinde ac omne rectũ mẽtis officium penes deos existat. Plurimi igitur grecorum totum cerimoniale negotium

quod orgia uocant·Bacchanaleq; & Choricum. & ſacrorum myſteria Libero patri attribuerunt. & Apollini & Hecate. & Muſiſ. & Cereri. Iacchum autem uocant et Dionyſum. & cerealium myſteriorum ducem demonem·arborũq; creatióeſ. Choree etiam ſacrorum ſollemnia horum deorũ communia ſunt. Muſe uero & Apollo ille quidem chorearum preſideſ. Hic autem & harum & diuinationiſ magiſter Muſarũ autẽ miniſtri ſunt: eruditi om̃eſ proprieq; muſici Apolliniſ uero ſunt & iſti: & uateſ uniuerſi. Cereriſ quidem ſunt antiſtiteſ tediferi & ſacrorum interpreteſ. Liberi autẽ Sileni Satyri. Bacchæ lene & Thyæ & mimalloneſ. & naideſ. & Nymphe. & quoſ Tityroſ uocant. Hec & ipſa Iouiſ ſacra in Creta: per ſollemnem cerimonie Ideſt orgiaſim ritum: celebrantur miniſtriſq; talibuſ. Baccho autem adſunt Satyri. Hoſ Curetaſ nominabãt. Adoleſcenteſ quoſdam. armiſonam quandã cũ ſaltibuſ agilitatẽ edenteſ. proferẽteſ. quandam de Iouiſ origine fabulã. In qua Saturnũ introducũt: mox filioſ ut ĩ lucẽ editi fuerint: deuorantẽ. Rheã uero doloreſ pariẽdi diſſimulare conatam·natum infantem longe ablegantem. & ei ſalutem pro uiribuſ comparantẽ. Quãdoquidem ad rem adiutoreſ Curetaſ aſſumere· Illi cũ tympaniſ: taliq; ſtrepitu. armiſonantiq; chorea tumultuanteſ: deã curioſe circũſiſtant. ut Saturnuſ attonituſ: & obliuione inuolutuſ: auulſum non agnoſcat infantẽ. Eadem autem cura ſtudioq; ab ipſiſ nutriẽdi cõmendari. Cureteſ itaq; ideſt curatoreſ. Vel q̃a nup ei miniſtrarẽt. Vel quia Iouiſ chorũ ideſt alimoniã. Vtrunq; enim dicit: operati ſit. appellationẽ hanc ſunt aſſequuti: quaſi circa Iouem Satyri quidam extiterint. Taleſ igitur greci ad Orgiorum operationeſ ſunt. Berecynteſ autem natio quedam inter Phrygaſ eſt: Simpliciter uero Phrygeſ Troeſq; ꝓpe Idam habitanteſ Rheã precipuo uenerant̃ honore. eiuſ orgia frequentanteſ. Hanc quidem deorum matrem uocant. & Voſtã & deam Phrygiam magnam. a lociſ autem Ideam & Dindymenam. & Phyllenã. et Piſſinuntiã. & Cybelen. Greci ſane miniſtroſ eiuſ nũcupant uno uocabulo Cureteſ. Non ex eadem fabulatione: ſed alteroſ quaſi miniſtroſ ſatyriſ in partem. Eoſdem & corybanteſ nominãt. Talium uero ſenſuum teſteſ ſunt poete Pindaruſ quidem in dithyrambo: cuiuſ initium eſt. Anteq̃ ſerperet longiore tractu cantuſ dithyrambo. recordatur autẽ hymnoſ Libero de patre. & priſcoſ & nuperrimoſ Trãſgreſſuſ hic: inquit. tibi ſane mater inchoat. Adraſti magni cymbalorum ſtrepituſ: & fax ardenſ flauaſ ſub pinoſ. & reliqua communia eſſe & greciſ & Phrygibuſ quæ ad Liberum patrem rite colendum pertinent. & ad deorum matrem. monſtrata ſunt. Euripideſ quoq; in Baccharum tragedia. Phrygibuſ. que ad liberum Lydia. conferenſ ſimilia eſſe facit. & ſecundum Homerum

Sed o muliereſ meu: Cetuſ: meaq; inuẽta: que Tmolũ Lydie caſtellũ incolitiſ. Rurſuſq;. Beate q uita felici ſacriſ operariſ. meaſq; a magna ortaſ Cybele ceri/moniaſ faciſ. uibranſq; pampinum coliſ edera coronatuſ. Item.

Bacche Bromium deo natum: deũ Dionyſum deducũt aphrygiiſ montibuſ: ad Grecie terre plateaſ. Cretenſem etiam rem hiſ iungit: ad hunc modum. O ſedeſ Curetũ: religioſiq; etiam Iouiſ genitoreſ: ubi tibie: ubi tripliceſ criſte: ubi hyrſa tenſũ orbem hũc mihi Corybanteſ excogitarũt. Cornu quoq; bacchico tono: Sonũq; phrygiaꝝ tibiarum flatu: ad manum magne matriſ poſuerunt. ſonorum euatum Baccharum. Adſunt furenteſ Satyri. Matrẽq; Rheã clamitarũt. Choreaſq; addiderũt. triẽnaleſ. q̃buſ gaudet Bacchuſ. O muliereſ choruſ meuſ: que facibuſ Tmolũ luſtratiſ. Lydie caſtellũ: & mea inuẽta. reliqua ad ſaltationeſ adiecerũt. & Trieterideſ. q̃buſ Bacchuſ oblectatur. et in Palamede choruſ loquenſ. inquit. cum patre Libero laſciuienſ: qui

per Idam letatur: cara cum matre. tympanorum sonitu. et congregantes in unum Silenum. & Marsyam & Olympum: & tibiarum querentes repertores. celebrantesq; rursus Bacchica & Phrygia simul conferunt. Idamq; sepenumero: & olympū cōfuse resonare faciunt. Colles quidem quaterni sunt olympi. nomine uulgati. Ide scilicet ad Antandri plagam. Est & Misye olympus: Ide quidem finitimus. non tamē idem cum Ida Sophocles profecto. cum Menelaum ab Troia solicitum discessu faceret: in Polycena. paulisperq; Agamemnonē subsistentē. placāde Minerue gratia: Menelai sermonem inducit. Tu hic consistens ad Ideam tellurem. ex olympo greges adunās: immola tibie sonitu. ac fistula. cymbalisq; ac tympanis ut crotalis. clamoribusq; et ouationibus. pedumq; pulsibus. quibus propria quedam repperiūt nomina: per que ministros saltatoresq;: & sacrorū cultores appellabāt. Caberos scilicet & Corybantes & Panes. & Satyros. & Tityros. Ipsūq; deū Bacchū. Itē Rheā Cybelē. & Cyben. et Dyndimenam. & loca ipsa & Sabazius Phrygiorumē & modo nescio quo ipse etiam qui matris puerum Liberi patris comitibus tradit. Similia sunt & que apud Thraces celebrantur. Que Cotytia & Mēdidia apud quos & orphica initium habuerūt Ipsā sane Cotyn que apud Edomos colitur. & eius instrumēta memorat Aeschylus. Hic manibus bombycam tornatam tenēs digitis tactilē modulos cōplet. sonū allectorē furoris. Ille eneis urceolis tinnit. rursusq;. Modulus editur. mugiūt ex occulto taurisoni mimi. grauis tympani sonitus: quasi tonitrum subterraneū fert. mōtanaq; habētes instrumēta ministros Liberi patris mox indicat & tibias torno factas. Hec enim Phrygiis similia ut par est. Quippe cum a Thracibus Phryges coloniā duxerīt sacra pariter inde attulerunt. Liberū quoq; patrē & Edomum Lycurgum in unū cōgregantes: mores i sacris similes insinuāt E cantu autē & harmonia instrumētisq; musica etiam tota Thracia: Asianaq; putata est. Nā manifestāt id ex locis: in qbus culte sunt muse. Nam Pyena & Olympus. & Pimpla & Libethrum: quondam loca fuere Thracia: & mōtes: quos nūc Macedones possidēt. Quiq; musis Helicona cōse/crarunt: Thraces fuere: Boetie accole. ut ii qui libethriadū Nympharum antrum consecrarunt. & qui prisce muse curā: studiūq; dederunt. Thraces fuisse perhibētur Ephorus. Orpheus & Museus: et Thamyris. Ob id etiā Emolpo inde nomē inditū ē. idest cātori optimo. Quiq; Baccho totā Asiā tenus India initiarūt & ad eius cultū uēdicarūt ii illic magnāq; musice portionē tradūt. Vnde qdā Asiaticā inqt citharā pcutiēs. Alius tibias Berecyntias uocat atq; phrygias. Instrumētoꝝ etiā quedā bar/bantū obtinēt uocabulū Nāblas et Sābuca. Barbitosq; et Magades: aliaq; cōplura. Athenienses autem sicuti reliquis in rebus hospitum et externorū studiosi pstiterūt. sic et i deis. Externa. n. multa suscepere sacra: ita ut i comoediis cōplura et Thracia & phrygia decātata sint. Plato nāq; Bendidiorū mentionē fecit. Phrygiorū autem Demosthenes. probris enim insectans Eschinis matrē pariter & ipsū: ut qui cū matre cōuiueret comitaretē. sacra colēti. simulq; saltaret. Interim crebro clamitās Euasame et Attasyes. que quidē omnia Sabiazioꝝ ritu prolata sunt et matre per docta Hec insuper de diis istis: eorumq; nominum uarietate reperies. quodq; non modo deorū ministri uocentur: sed etiā dei Hesiodus quidem Hecatero et Phoronei filie quinq; filias extitisse dicit. E qbus Oreadas idest mōtanas Nymphas deas fuisse. Abiectoꝝ quoq; stirpē Satyrorū et Ignauorū et Curetas deos Lusores. saltatores dici. Quiq; iterū de Phoroneo uolumē conscripsit Tibicines et Phryges. curetas asserit. Alii uero terrigenas. et Calchaspidas idest ere scutatos. Alii autem non Curetas sed Corybātes Phryges esse. Illos uero Cretenses. atq; primos quidem i Euboea induisse arma erea

Vnde & ipsos Chalcidenses dictos. Alii Rheæ ab Titanibus tributos Corybantes ministros: armis instructos e Bactriana profectos. Quidam deniq; e Colchis aiunt. In Cretensi uero historia. Curetes: Iouis educatores. nuncupantur. Atq; custodes e Phrygia trāsmissos in Cretā ab Rhea dicūt. Sūt qui memorēt Telchines in Rhodo nouem fuisse Rhee comites in Cretam. Quia quoniam Iouis alendi curā gesserūt: Curetes nominati sunt. Alterum uero horū Cyrbantem sacerdotem. & Pydne urbis cōditorem. Prasius occasionem prebuisse penes Rhodios. ut uulgarent: Chorybātes demones esse quosdam Minerue & solis filios. Vel ut alii Saturni filios Corybantes. Alii Iouis et Alliopes. chorybantes. Quos quidem aiunt. eosdem esse: qui in Caberi. Abiisse autem istos ī Samothraciā. que prius Melita dicebatur. Eorū uero actiōes mysticas esse. Hec quidem minime approbans Scepsius. istaꝝ coadunator fabularū. Cum nullum ī Samothracia mysticum uerbū de Caberis proferat. Apponit pariter & Stesimbroti thasii opinionem. quod in Samothracia Caberi sacra perfecerunt. eos sic uocari. autor ille est: quodā ex mōte qui in Berecyntia regione Caberus uocitat̄. Non nulli sane Curetes Hecate ministros arbitrantur. qui cum Corybantibus idē sūt. Rursū Scepsius affirmat Rhee honores ī Creta nusq̄ usurpari. nec ea in regiōe eum morem esse Euripidis uerbis cōtradicens. At tantūmodo in Phrygia & Troade. Qui uero id dicant: fabulamentis magis uti q̄ historiis. Quibus quidem adiumento esse: forte locoꝝ similitudinē. Mons enim Ida: & Cretēsis et Troicus ē. Ac dicte & in agro Scepsio est locus. & in Creta mons. Collis uero Ide Pytna est: a quo & urbs Pythna sacra memorat̄. Hippocorona item & Adramyttene ore. & Hippo/coronium in Creta est: Samoniumq; Insule promontoriū in ortū uergens: & cāpus Neādrie terre. & Alexandrie Accusilaus uero argiuus creatū Cabera & Vulcano Camillum refert. ex quo quidem tres nati sunt Caberi e quibus nymphe Caberides. Pherecydes autē ex Apolliē. ac Rhetia nouē Cyrbātes eē ꝓgenitos Samathraciāq; incoluisse. Ex Cabera uero Protei filia: & uulcano: tres Caberos totidēq; nymphas Caberides ortas. Vtrisq; autē tēpla eē dicata In Lemno uero presertim. ac Imbro. Caberos honori habitos cōtigisse. sed & in Troia per urbes. Ipsorum autem nomina mystica sunt. Herodoti quoq; testimonio apud Nemphin etiā Cabeorum sicut et uulcani. phana extitisse. Eaq; deleuisse Cambysen. Ea uero loca demonum istorū honore uacua ꝑrsus eē. & Corybantiū est templū in Amaxitia ora ī Alexandreoꝝ regione iuxta Sinimthium. & Corybyssa in agro Sceptio ad fluuiū Heurientem & uicum cognominē atq; etiam torrentem Vero autem inquit Scepsius similius est: eosdē esse Curetes: & Corybātes. Qui in matris deorum sacrificiis: armati saltātes. casti: & pueri sūt assumpti. Ideo autē Corybātes appellari. qa intersaltandū capita iactēt. quod Coryptin dicit̄. quos Betarmonas uocat Homerus poeta. Euge age pheacum Betarmones egregii adsunt. hinc qui capita saltando iactant: & numīe aspirantur. & furiis agitant̄. Corybantiare dicimus Sunt qui dicāt. Ideos dactylos eos appellari: primos sub Ide radices habitatores Nampedes montiū ima radicesq; uocari. Summa uero uertices. Omnes igitur particulatim extremitates circa Idam deorū matri esse consecratas. Opinio itē Sophodis est: qnq; primos mares genitos esse: qui ferrū excogitantes. primū fabricauere aliaq; ꝑmulta: mortaliū usui necessaria. Eoꝝ qnq; etiā extitisse sorores. Ab eo itaq; numero dactylos idest digitos nūcupatos. Alii sane alio mō fabulant̄: dubia dubiis accumulātes. uariis ac differētibus nomībus: ac numeris utentes. e qbus Salanimū quendā nominant. & Damnaneū. & Heracleū & Acmonem Quidam etiam eos indigenos Ide. quidam uero inquilinos asserunt. et

omnes illos primos in Ida ferrū fabricasse narrāt. omnes magos ipsos & incātatores fuisse intelligūt. & circa deorū matrē sedulos in Phrygia. Affines Ide domos tenuisse. Phrygiam Troadem uocitantes. q̄a Phryges propinquos Troa populata: uictores occupassēt Existimāt autē ab Ideis dactylis. Curetes & Corybātes. fuisse pgnatos. primos etenim in Creta genitos uiros centum. Ideos dactylos nuncupatos. A quibus quidem procreatos. Curetas nouem extitisse. Horū singulos. uiros decē genuisse. ex quo Ideos dactylos nominauere. producti quidem sumus. ut hisce de rebus amplior a nobis sumeretur oratio. quanq̄ fabulamentorū studio minime teneamur: quia hec ipsa negotia: theologicū genus attingāt. Omis autē sermo de deis: uetustas opiniōes fabulasq; scrutat̄. occultius insinuātes. priscorū cogitationes de rebus ipsis naturales. & interdisserendū fabulam semper exponentes. Vniuersa uero enigmata: diligenter soluere nequaq̄ facile. Exposita uero ī medio fabulosorū copia partim quidē inter se cōcordantiū. partim uero aduersantiū dare e contra facilius est. Quidnā ex ipsis uerum esse: cōiectemus. quale est Montanas euagationes: et eorū esse: qui diuinitati student: & ipsorum quoq; deoꝝ. & ipsas numinis inspirationes. iure fabulant̄. eandē ob causam: qua celestes arbitrantur esse deos: & ad prouidentiā aptos tum ex ceteris: tū ex parte missis rerū significationibus. Montane igit̄ uagatiōi inquisitio cōuenit: ac uenatio: indagatrix eorum: que ad uite usum cognata esse appareant. Numinū enim afflatio & cultus religiosus: ac diuinatio aggregādi et allectendi uim habet. & artis magice uicinitatem. Tale illud est: studiosum ad artes Bacchanales exercitum: simul et Orphicas Sed de ipsis satis est Postq̄ autem de Peloponnesi prius quidē aliis insulis. simul etiā de Corinthiaco sinu: & de adiacētibus ante illum: discurrimus. Deinceps de Creta disserendū ē. Ipsa. n. magis q̄ Pelopōnesus. supraq; circūadiacentes Crete insulas ad orientem spectat. In istis & Cycladas & Sporades: sunt. Ille quidem memoratu digne: He autē parū insignis. Nūc sane de Creta ante omēs edisseramus. Euxodus igit̄ ipsam in Aegaeo sitam. eē pelago tradit. Nō autē sic dicere: oportet Sed ipsam īter Cyreneam & Greciā: eā dico. que a Sunio usq; ad Laconicā locata est. In longitudinē. hisce ab oris eq̄liter disiunctā. Ab occasu ī ortū. Ab Septētrione quidem Aegeo perfundit̄ pelago: simul & Cretico. Ab Austro autē Africano alluit̄. Aegyptium attingente pelagus. E promontoriis autem illud occidentale est: uergēs ad Phalama latitudinem. habens ad stad̄ ducenta. & in duo diuiditur promōtoria. e q̄bus quod spectat in Notum Crui Metopon idest frons arietis appellat̄ Arcticū uero Cimarus Orientale autem Samonium est in ortum plus q̄ Sunium: nō multo uergens. Magnitudinē quidē definit. Sosicrates. quē Apollodorus exacta diligētia. Insule tractum: testat̄ explicare. Longitudinem quidem supra stad̄ duo milia et trecenta. Latitudinem uero pro magnitudine. Ita ut ambitus secundū hunc plus q̄ quinq; milia stadia patet Artemidorus autem quattuor milia & centum: esse refert. Hieronymus uero longitudinem: duum milium esse profatus. latitudinē inequalem asserit. Circuitum autem plus q̄ quātum Artemidorus ad tertiam longitudinis partē. Quod autem inde est: Isthmus existit ad stad̄ centū habitationē habet Ad boreale quidē mare Amphapaliā. Ad Australe uero Phoenicē. Lampeo. Est uero in medio latissima. Rursus hinc ad Austrum prioris coincidunt. Ad Isthmum ripe ad stadia sexaginta. Ab Minoa Lyctiorum ad Hierapytnā pelagusq; lybicū. In sinu quidē ciuitas est. Deinde protenditur ad acutum promontorium: nomine Samonium: ad Aegyptum inclinans. Insulasq; Rhodiorū. Insula sane densa: & montana ē: uallos habens frugiferas. Montes quidem in occasum spectantes. leui hoc est albi. uocitātur.

Altitudie Taygeto nō inferiores. Lōgitudine autē ad stad trecentoꝝ magnitudinē extensi. & dorsum in angustias desinens: facientes. In medio ubi latissima panditur Insula. Mons Ideus surgit. cretensiū cunctorū celsissimus: quaquauersū circuitum habens. stad sexcentorū. Prestantissimis ille sane oppidis: instar corone incolit. Alii sūt Leucorū similes: partim in Austrum: partim in orientē desinentes. E Cyrenaica uero ad Crui Metopon. hoc est arietis frontem. dierū duorū est: nocti umq; totidē: nauigatio. A Cimaro autē stad intersunt septingēta. In medioq; sunt Cythera. De Samonio quidem in Egyptū dierū quaternū. ac noctiū patet nauigatio. Secundū quosdam uero triū Hanc nōnulli stad quinq; miliū esse referūt. Aliqui etiā minus. Eratosthenes quidem e Cyrenaica usq; ad arietis frontē. duo milia stad inquit. hic in Pelopōnesū minus. Alii alioꝝ lingua ꝑmiscua sūt. ut poeta inqt. Insūt qdē Achiui Insūt eteocretes magnanimi. Insūt Cydōes Dorīesesq; trifariā ꝑtiti. clariq; Pelasgi Ex his ut ait Staphylus. Dorīeses. orientalē orā incolūt. occidentalē Cydones. Au/strale Eteocretes. quoꝝ Prasū ē: pusillū sane oppidū. Vbi dictei Iouis phanū extat. Ceteros potentes Campestria magis habitasse loca. Eteocretes igitur & Cydones: suis e locis originē duxisse: ꝓbabilius est: quos Aborigines uocant. Reliquos autē aliūde cōuenas: quos e Thessalia aduectos: testat̄ Andron Que quidē prius Dorīesis: Nūc uero est Eotica nuncupata. Ab ea promotos ait Parnasi habitatores Dorienses: qui crineum. & Boeum: & Cytiniū edificarūt. ex quo a poeta trifariam diuisi. Trichaices appellant̄. Andronis sane dicta nō admodū a plerisq; approbant̄. Cū tribū doricā: quaternis constantem urbibus idest tetrapolin. Tripolin idest urbes tris continentē plane significent. Metrapolim uero Doriensiū: coloniā Thessalorū. Trifariā uero dictos putāt: uel ab ora triuertice Vel qa sit colles trichinii similes. Cū autē plurime in Creta ciuitates sīt. amplissīe tamē tres: ac Illustrissīe precellūt. Cnossos. Cortyna Cydonia. Eximie uero Cnossū preconiis. extollit Homerus. quā ingentē: & Minois regiā uocat. & etate posteriore diutius perdurant: primas dignitatis partes reportās. Inde ad ima detracta: magna ex parte instituta & leges amisit. Dignitas autem ad Gortynā Lyctūq; translata ꝑuenit. Postmodū antiquū denuo reparauit habitū & Metropolis autoritatem. Sita uero Cnossus est in plano: ambitū priscū triginta stad habēs: in Lyctie atq; Gortynie terre medio. stad ducentis: ab ipsaq; Lycto: quam Lyctum poeta nominat stad. centū. uiginti. Longe autem a mari Arcton spectante Cnoses est quinq; stad. ac uiginti. Gortyna uero Africano nonaginta. Lyctus uero. & ipsa quoq; a mari Africo stad. octogīta. Cnossusq; Emporiū habet Heracleum Fertur item Minos Emporium usurpasse. Amnisum ubi positum est Elethryie presidis ꝑuerperii: ꝑhanū priscis autē tēporibus: Cnossus. Ceratus appella/batur: a prelabentis fluuii. nomine litterisq; testatum est. Minoem solertissimū legū latorem extitisse. primumq; maris imperium uendicasse. Qui cum insulam trifariam partiuisse: singulis in partibus urbē condidisse Cnossum quidē e regione Pelopōnesi. que in Aquilonē spectat. Vt uero autor Ephorus est. Minos cuiuspiā antiquissimi Rhadamanthys imitator extitit. Viri quondā iustitia & equitate celeberrimi. qua appellatione Minois frater fuit. Ille quidem primus legibus insulam & habitandis urbibus: & ciuilibus institutis ad māsuetiores ritus uiuendi ꝑduxit Is posita ī mediū decreta singula: ab Ioue ea ferre commentabat̄. Hūc igitur sectatus Minois nouē per annos ut aiunt Iouis antrum conscendebat. Ibiq; deniq; immoratus descēdebat constructa. quedā tenens mādata. que cōsulta & sanctiones Iouis esse differret Qua ex causa poetam dixisse hunc in modum. Hic quondam Minos. nouū regnauerat

annum. Excelsa mandata Iouis captans. Hec cum ab eo dicta sint: ueteres de illo rursū alios disseminauere sermões. & huidē iis aduersos: ut tyrānus & uiolētia impotēs & impie tributa colligens euaserit. Tragoedus. Minotaurum Labyrinthū Theseiq; ac Dedali casum tradentes. Hec sane quodammodo sese habeāt: enarratu difficilia sunt. Alia autem de illo dicta ab his discrepant. Nam sunt qui Minoen Insule dicāt hospites. Sunt qui indigenam. huic autem secūde poeta magis assertor est: fautorq; sententie. cum dicat Minoem Crete regem est enixa priorem. Decreta uero Illud uniuerse consentiūt gentes. ꝙ priscis temporibus optimis esset instituta legibus. eiusq; emulos & sectatores fuisse Grecorū optimos atq; primarios declarant. Imprimisq; Lacedemonios sicut in uolumine de legibus Plato demōstrat. & Ephorus in libro de re.p. in Europa scripsit. Postea ad deteriora plurimum mutata: delapsa ē: Nam post tyrannos: qui nostra populauere maria. Hi sunt qui latrocinia exceperūt Hos deniq; cilices. postmodum deuastauerūt. Vniuersos autē destruxere Romani Cretā quidem debellantes & piratarum cilicum castella euertentes Hac uero tempestate Cnossō Romana possidet colonia. Hec quidē de Cnosso. urbe quidē minime nobis aliena. Verū propter rerū humanarū uarietates ac earū conditiões & pmutatiões. euentusq; fortune defecerūt. & federa: erga ciuitatem: & que nobis affuerant bona. Dorylaus rei peritissimus militaris: magna Anthridati euergete: cognomēto. beniuo/lentia & familiaritate deuinctus erat. Hic ꝑpter bellandi scientiā: externoꝝ militū prefectus designatus frequens in Grecia: frequēs in Thracia: frequens cū hominibus: e Creta proficiscentibus erat. Quo tempore Creta nōdum in Romanorū potestate fuerat. cumq; magna mercenariorū aliorūq; militū: in Creta copia uersaret̃. Vnde latrocinia complebant̃. Cūq; fortuito Dorylaus in patria moraret̃ Inter Cnossios atq; Gortynios. atrox bellum conflatum est. Cuius Imperator delectus Dorylaus. remq; mature ac prospere gerens. Ingentes adeptus est honores. Paulopost euenit. ut cum familiares Euergeten in Sinope insidiis & dolose necassent. Regni successio ad uxorem liberosq; peruenerit. Ibi ergo rebus desperatis Cnossi sese continuit Vbi ex uxore: Macetia gente: nomine Sterrhota prolē procreat: filiā quidē unā: uiriles autem sexus duos Legetā & Stratarchā. E quibus Stratarchā. extrema iā senectute confectū: nos ipsi uidimus. Cū autē duo Mithridati superstites eēnt filii: Mithridates cognomēto Eupator: regnum successor accepit: annos natus undecim. Huic socius & uite cõsuetudine coniunctus erat Dorylaus Phileteri filius. Qui quidē Phileterus militaris illius Dorylai: frater existebat. Rex igit̃ in maiorē adultus etatē: tātopere conuictu: & cõsuetudine oblectatus est Dorylai. Vt nō modo ipsū ad amplissimos prouexerit honores: sed etiam cognatorum curam precipuam susceperit. Eosq; qui Cnosi etatem degebant: accersierit. Erant autem Legete liberi. uita iā functo patre hi iam uiriles uero inierant annos. Omissis ergo Cnosi rebus ad eum sese contulerūt. Legete autē filia: matris mee mater extitit. Eo igitur florente fortuna uso. & hisce felicitate florere simul euenit. Ipso autē deleto: & horum res extincte: & ad ima fuēt retracte. Is nanq; deprehēsus est: ad rebellandum a Romanis subditos solicitans: ut sibi regnum restitueretur. Hic Cnosorum status: & federa: abiecta. Et ipsi infinitis acceptis fortune uarietatibus extincti. Huius sane generis de Cnosso mētio ē: Post hanc autem Gortiniorum ciuitas secundum potentie locū tenuit. He nāq; mutua inter se societate federate. reliq̄s oras sue ditiōi subdidere. Seditiōe uero dissentiētes. & reliquā Insulam ad discordiam implicuere Cydon uero maximum alterutrā fuit in partem additamentū. utri sese applicuisset. Gortyna in campo sita est olim quidē

cincta muro. Homero teste. menibus ambitus fuerat Gortynaq; muro circũdata. posterius uero. abiectis a fundamẽto murũ omni tẽpore menibus uiduata ꝑmansit. donec Ptolemeus philopator muros ad octoginta tantũ stad̃ ducere cepit. Subide incole circuitum absoluerunt. opus egregium: ad stad̃ quinquaginta. Distat autem ipsa & eius emporium. ab Africano mari stad̃ nonaginta Lebena uocatum. Habet & aliud emporium. Metallum nomine stad̃ centum & triginta ab illa distans. Eam perlabitur totam Lethaeus amnis hic uero ortum traxit ex Lebena Leucocomas item & illius amator Euryntheus. de quibus Theophrastus scriptis prodidit in libro de amoribus. iusserat Euxyntheo Leucocomas ut e Praso quendã sibi canẽ adduceret: quem ex certaminum premiis unũ assecutus erat Euxyntheus. Finitimi uero sũt illis Prasii a mari stad̃ distantes sexaginta. A Gortyna uero centũ & octogita. Inter Eteocretas uero annumerari dictum ẽ prasius In hoc etiam tractu Dictaei Iouis templũ esse: Nam Dicte proxima est. non montis Idei uicina. ut inqt Aratus. Nam Dicte ab Ida: ad orientem solem mille abest stadiis A Samonio autem centũ. Prasus autem inter Samonium peninsulamq; sita ẽ supra mare. stad̃ sexaginta Eã autem Hierapytnii effossam uertere solo. Nequaq̃ uero a Callimacho recte dici putãt. Quod cum Britomartys Minois uiolentiam euasura ex urbe Dicte fugeret: intra dictya idest retia piscatoꝝ siluerit. Unde Cythinate locũ Dictynã appellauerint. Dicte autẽ mons est: Nec enim omnino ex hoꝝ locoꝝ uicinis Cydonia terra constat. Iacet autem in occasũ spectãs: ad extremitates Insule. Cydonie sane plage mõs ẽ Tityrus. In quo phanũ ẽ. Nõ qdẽ Dicteũ sed dictinneũ Cydonia uero terra ad mare sita ẽ: i Laconicã spectãs Abẽq; pari ab utraq; spatio Cnosso inq̃ & Gortyna ad stad̃. lxxx. Ab Aptera uero. lxxx. Ab hoc autem mari. xl. Aptera quidem habet emporiũ Cisomon. Cydoniate finitimos habẽt ab occasu Polyrrhemios. Apud quos Dictyne templũ est. Absunt autem a mari ad stad̃ triginta a Phalasarna uero sexaginta. Superioribus sane annis uicatim habitabant. Postea Lacones et Achei conuenientes habitauerunt. cum locum muro munitissimum ualfassent. in meridiem spectantẽ. E tribus a Minoe urbibus edificatis: Phestus restat eã euertere Gortynii a Gortyne sexagita stad̃ absentẽ. A mari uiginti. Ab Emporio Metallo q̃dragita Agrum quidem possident qui illã euerterunt. Gortyniis quoq; subiectũ est Rhytiũ cum Phaesto. Phaesto oriundum expiationes carminibus facientem Epimenidem ferũt. qui librũ de purgamẽtis: uersibus edidit. Olyssa quoq; Phestie ore ẽ. Lyctus. de qua iã meminimus. antea emporiũ habet. qd̃ Cheronesus: siue pẽinsula appellatẽ. ubi Britomartys edes sacra est. Annumerate quidẽ quondã urbes delete sũt Miletus scilicet & Lycastus agrũ sibi diuisere. partim Lyctii: partĩ Cnossii: euersa ꝑ us urbe. Cunq; dicat poeta. Insulam nunc quidem centum. nunc autem nonaginta: urbes continere. Ephorus sane posterius decẽ cõditas esse asserit: secundũ troiana tẽpora. Ab Althemene Argiuo comitantibus Doriensibus. Cretam sane quidem nonaginta continentẽ urbes. ab Ulyxe nominatã dicit. Hic ꝑfecto ꝓbabilis ẽ sermo. Alii autẽ decẽ ab Idomenei inimicis urbes euersas fuisse. memorãt. Ceterũ poeta nõ Troianis tẽporibus sed potius etate sua. cretã hecatonpolin idest centũ urbibus instructã esse inqt. Ipse enim e sua ꝑsona loquit̃. qd̃ si q̃s eius tẽporibus loquẽs introduceret: sicud in odissea. cũ urbes nonagita refert. sic recte accipienda esset eloquutio. & sequens saluaret orõ. Neq; .n. durãte militia: neq; post Idomenei reditũ ex Troia: eius inimici ꝓbabiliter decẽ urbes destruxere. Nam eius rei testis est poeta. hoc modo dicens

Idomeneus cunctos Crete perduxit amicos

E bello profugoſ:ponti nullum abſtulit undet.
Huiuſ etiã iacture mentionẽ feciſſet. Haud enim Vlyxeſ earũ urbiũ deſtructionẽ nouerat. Cuiuſ nullum conueniſſe grecum neq; cum erraret: nec poſtea contigerat. Ille autẽ et ĩ expeditiõe ſociuſ Idomenei & ſimul incolumiſ euadẽſ: minime ſciebat: quid illi domi obueniſſet: dũ militaret & in ſuo a bello reditu. Sed neq; poſt e bello reditum. Nam ſi cunctiſ cum ſociiſ: & amiciſ euaſit incolumiſ: potenſ uti q; reuerſuſ eſt. Quoarca inimici nõ tãtũ inualeſcere debuerũt: ut decẽ illiuſ urbeſ intercipent. Taliſ eſt igitur ore Creteſium circuita deſcriptio. Rei uero publice quam Ephoruſ ſcriptiſ expoſuit. primariaſ percurrere parteſ: ſufficiet. Maximũ autem legumlator inquit bonum eſſe uidetur: ſi ciuitateſ ad libertatem cõdite fuerint. Hanc enim ſolã eſſe: que bona poſſidentium propria eſſe facit. Bona uero: que in ſeruitute ſunt: nõ ſubditorum: ſed imperantiũ: eſſe. Qui uero ipſã habeãt hiſ neceſſariã eſſe cuſtodiã. Itaq; concordiã: ſeditiõi: altiuſ excreſcenti aduerſari. que deliciſ gignit: & auaritia. Quod ſi cuncti modeſte: tenuiter q; uitam degant: eiſ nõ inuidiam: non contumeliã: non odiũ deniq;: obſtare paribuſ. Ideoq; pueri ad cõuentuſ: quoſ gregeſ appellabãt: commeare iubebantur. Viri autem etatiſ adulte ad conuiuia: que uirilia uocabanẽ. Syſſitia: ut tenuioreſ equalẽ cũ locupletibuſ portionẽ: e publiciſ alimẽtiſ: aſſequerẽt. Vt autem non formidinem: ſed fiduciã capeſſerent: in armiſ ac laboribuſ: ab ineũte pueritia cõſuefacere. ut calorẽ & friguſ & uiã aſperã: accliueq; & arduã deſpicarenẽ. Inq; gymnaſiiſ inſtructiſq; pugniſ plagaſ pati facere Eoſ uero arcubuſ. & inter arma ſaltibuſ exercere: Quoſ principio Curetem illiſ oſtendiſſe ferunt. Deinde inſtruxiſſe: ut ſaltationem quam Pyrrhicã appellauerit: ſaltarẽt. Adeo ut nec luduſ quidẽ bellice fuerit utilitatiſ experſ. Similiter & Rhythmiſ Creteſibuſ modulatiõibuſ atq; cõcen/tibuſ uterẽt. qui ad cantilenaſ tenorẽ haberent intẽtiſſimũ quoſ Thaleſ inueniſſet: ad quẽ ut repertorem. & hymnoſ peanaſ: & alioſ gentiſ illiuſ cantuſ: Magnãq; legũ partem reponunt & attribuunt. Preterea & ſagalo & calceo uti militari. Eiſq; arma Imprimiſ precioſiſſima fieri munera. Pleriq; tradũt: moreſ Creteſeſ: magna ex parte Laconicoſ eſſe. At rei ueritaſ habet: ut illorũ quidẽ inuenta diligentiuſ a Spartaniſ expolita fuerint. Cretenſeſ dataſ in peiuſ ciuitateſ neglexere. preſertim Cnoſſiorum reſ bellicaſ abolentẽ. Quaſdã uero inſtitutiõeſ: legeſue apud Lyttioſ atq; Gorty/nioſ aliaſq; puſillaſ quaſpiam urbeſ: potiuſq̃ apud illoſ eſſe. Etenim qui Laconica uetuſtiora eſſe indicant Lyttiorum legeſ teſteſ faciunt: quoniam eorũ coloni quoq; ſint: ſue Metropoliſ moreſ conſuetudineq; conſeruant. Quia ſtolidum alioquin eẽt: eoſ qui in meliori urbane rei conſiſtant. deteriorum ſe imitatoreſ oſtẽdere Sed enim hec haud recte dici. Vetuſta nãq; ex iiſ que modo conſiſtũt: ĩ coniecturã adduci: minime conuenit. cum utraq; in cõtrariam exciderũt partem conditionẽ. Creteſeſ enim prioribuſ ãniſ nauigãdi principatũ tenuiſſe. Vnde in ueteri puerbii ſermonẽ uulgatum eſt. Si quiſque nouit ſe ignorare diſſimulet. Creteſ neſcit pelaguſ Nunc autem rem amiſere nauticam. ꝙ uero nonnulli Spartanorũ in Creta ciuitatũ coloni fuerint. & ĩ earum inſtitutiſ permanere coacti ſint: liquet: cũ etiã permulte colonie legeſ patriaſ non obſeruent. Permulte etiam: que colonie Cretenſium nõ ſunt: eadẽ tenent. Que ille colonie Lycurgum quidem Spartanarũ legũ latorem: Althemene qui coloniam miſit in Cretam. quinq; etatibuſ Iuniorem extitiſſe cõſtat. Hũc enim Ciſſi filium: qui Argoſ edificauit. Quo tempore Patrocleſ Spartam condidit. rerum ſcriptoreſ aſſerunt. Lycurgum uero ſextum ſecundum Patroclem extitiſſe nemine diſcrepante memoratur neq; enim imitationeſ exẽplaribuſ eſſe prioreſ: neq; nouiora

uetustis Saltationemq; Lacedemoniis consuetã: & concentus Rhytmicos: & peanes lege decantatos. & alia complura pro ritu: ab illis Cretica uocari Quippe cum inde deducti sint. nõ negẽt. Ex priscis autẽ partim easdẽ habere gubernatiões: & rerum cognomina sicuti seniorum magistratum. & equitũ. Vltra Cretẽses equites: & equos: tenere contigit. Ex quo argumentum faciunt uetustiorem esse equitum dignitatẽ q̃ Cretensium. Veram enim eos adhuc appellationem conseruare. Ipsos autem sicut in Creta: alendoꝝ equorum studiũ non habere. Ephoros uero eadem que in Creta administrare munera. Ceterum aliis nominari uocabulis Virilem autẽ Syssitiã idest coniunctũ penes Cretẽses: in hãc usq; tempestatẽ. seruare nomẽ. Apud Spartiatas. non eo durare. quo prius appellatam nomine. Apud Alcbmanem sane sic manere In uirilibus uero cetibus ut Phines autor est: ad conuiuas decebat incboare paeana Vulgatũ quoq; est inter Cretenses Lycurgũ talẽ ob causam peregrinatũ quãdoq; fuisse. Polydectes qdẽ Lycurgi frater: natu maior: erat: hic ĩ exitu uite pregnantẽ reliquit uxorem. Interim Lycurgus: fratris loco: regni tenebat habenas. Edito autẽ in lucem puero. eũ Lycurgus tutorio regebat officio. ad quem regni erat dignitas peruentura. Quidam uero illum cõuicio mordens: palam se scire dixit. Qua ex causa ipse regnaturus esset: At ille. capta inde suspitiõe: ut ex hoc sermone: insidiarum in puerum: calumnia uulgo carperetur formidãs ne siquo casu puer interiret: ipse illã ab inimicis culpã ĩcurreret: carpit iter ĩ Cretã. Hec pegrinationis causa disseminat. Eo profectum. Thaleti musico & iuriscõsulto consuetudine sese deuinxisse: a quo doctus fuit. quonam modo. Primum quidem Rhadamãthys. Deinde Minos: leges a Ioue ad mortales ederet. Tum ĩ Egypto uersatũ: gẽtis illius iura didicisse. Aduẽ/cantem deinde Chium: cũ Homero: secundum quosdam colloquiũ habuisse. Rursũ in patriã redusse. Ibiq; ex Polydecte fratre Carilobũ nepotem imperantẽ repperisse. Postea ad ordinãdas leges incitatum. Apollinem delphicũ adusse. & inde instituta deferentẽ. Minoium ĩ morem e Iouis antro: magna ex parte: similia promulgasse. Ephorus p̃maria ĩ singulis talia ꝓdidit. Ad Cretẽses: eiusdẽ etatis uxores capiẽdas: cũctos cõpellũt. quos e pueroꝝ grege deligũt. Nec uero statim nuptas ad se puellas deducunt. sed cum domestica gubernãda: satis idonee fuerint. Dotis magnitudo est. Siquidem frater est: fraterne partis bonorum dimidiũ. pueros quidẽ litteras discere: & ex legibus cantilenas: & quasdã musice species instruũt Eos uero adhuc Iuniores: ad Syssitia perducunt uirorum. humi autem sedentes inter sese degunt uilibus tecti anniculis: iisdemq; seu hybernum tempus seu estas fuerit. Et sibiipsis & ad pugnam conferẽtibus uiris: ministeria faciũt. Eodẽq; ex cibo & sibi inuicẽ: & aduersus alterũ minstrãt epulum Cuilibet uirorum robusto perficitur legum magister. Maiores ad greges deducuntur Elatiores inter pueros: ac potentiores: greges adunãt: & singulis pro eorum uiribus q̃ plurimos aggregant. Pater autem aggregatoris: ut plurimum: prefectus est: gregis: autorq; ẽ: ad uenatiões educẽdi currẽdiq; certamina: & rebellẽ quempiam puniendi. Etiam publicis educantur alimẽtis. Certis autem diebus grex aduersus gregem: cum tibia: & lyra: cum Rhythmis magnis ad pugnam conferunt: sicut in re cõsueuere bellica. plagas uero inferunt. Aliquas quidẽ manu tenus: quasdã autem armis ferreis. Proprius item illis de amoribus mos est: ut non suasu sed uiolẽtia: & raptu: amatũ corripiãt. Amator triduo: aut ãplius familiaribus predicit faciendã a se rapinam. Qui uero puerum: aut occultent: aut statuam ire uiam: non sinant: turpissimi iudicantur. Perinde ac puerum tali amatore indignum esse fateanẽ. Siq tamen sint uel equalium uel etate prouectiorum qui ad honorem pueri alius rapiãt:

ii conuenientes: & in fugam eos solum conuertentes: moderate obsistunt: legitimum adimplentes munus. Alia uero concedūt: hylares scilicet abducere. Quod si indignus sit, auferunt. Exitus autem rei quedam est ostētatio quoad puer ad raptoris etatis perueniat. Amabilē autē non tā formosū putant: q̄ robore ac uenustate prestantē. & donis affectum abducit puerum ab eo: ad quem mauult locum: iis qui adsūt raptū concomitantibus. Vbi uero cena uenatuq; omnesq; accepit e uestigio dimittit. Non enim licet longiore spatio puerum recurrere. Exinde ad urbem reuertunt. puerq; cum muneribus abscedit. tum abductū bimestri tēpore ī urbem reducūt muneribus & militari stola: & boue: & patera: donatum. huiusmodi enim ex lege santiunt dona aliisq; pluribus preciosis. ut amicos propter ingentem impensarum uim consortiatur: Bouem igitur Ioui immolat. Facto inter redeuntes comites cōuiuio. Postea oratio ad amātem habetur: siue sit oblectatus: siue non: idipsum lege prohibente. Siquidē quispiā. uim illi fecerit: eo ipso in raptu: ibidē se torturos abacturosq; Verū honestis forma: speciei decorem: maiorumq; gloriam: ne amētur obstare. qui hunc in modū afficiantur. Qui quidem intersunt honestantur. Sic enim raptos uocant. Quippe q̄ in ea etate: atq; ī curriculis amplissimos sortiant̄ locos. Nā p̄texta ceteris splēdidius ornantur. quam dono ab amatoribus acceperunt. Neq; ea tantum. etate. sed etiam plene adulti insigniore utunt̄ uestimento: Quo quisq; habitu facile internoscitur: & Amasium quidem clenon idest illustrem: Amantem uero Philetora idest ardentem appellant. hec & alia sunt de amoribus Cretensium legittima. Prefectos autem decē eligunt. quibus ad maxima. consiliariis utuntur quos senes uocitant. Hanc ad curiā constituuntur. qui ornamēto principatus digni iudicantur. Cetērisq; in rebus ꝓbati. Cretensem equidem rem. p. dignam: que scriptis mandaretur: ratus sum. tum propter illius proprietatem: tum propter eorum opinionem atq; gloriam. Earū uero legū non multo perdurant. sed plurima Romanis administrantur edictis. quemadmodū. & ī aliis ꝓuinciis euenit. Insule autē circa Cretā sūt. Thera Cyrenensiū metropolis: Spartana Colonia. Apud eam iacet Anaphe in qua Egleti Apollinis templū extat. Dicit autē Callimachus. Nūc q̄dē hoc pacto Egletē. Anaphēq; Laconice finitimā There. Nūc uero There mētionē faciēs. ait nostre mater patrie: quā eq̄tū splēdor illustrat. Est autem oblonga Thera ducentorum in circuitu stadiorum ad Insulam Diam iacens Heracleo Cnossio propinquam. Distat autem a Creta stad̄ septingētis Cui & Anaphe & Therasia uicina est Ab iis singulis Ius parua Insula abest: In qua poetam Homerum sepultum esse. aiunt Ex Io uero in occasum nauiganti Sicenus occurrit: & Lagusa: & Pholegandrus quam Aratus ferreā nūcupat: ob eius duriciā & asperitatem. Hisq; finitima est Cimolus a qua terra Cimolia nuncupatur. Ab ea Siphnus uisui spectabilis est In qua Siphnium astragalum ob tenuitatem appellāt. propior item est Cimolo & Crete Melos insula: istis dignitate prestantior. Abestq; ab Scilleo promontorio Hennonico stad̄ septingētis & fere totidem a Dictymneo eius incolas Athenienses quondam: immisso exercitu. usq; ad puberes: uniuersos ferme trucidarunt. He quidem Insule in Cretensi iacent pelago. In Aegaeo magis Delos eminet & circunstantes illi Cyclades: & ipsis incumbentes Sporades idest disperse: de quibus ille sūt: quas circa Cretam enarrauimus. Delos igitur urbē habet in plano positam. & Apollinis templum atq; Latone Cynthus autem mons: sublimis & asper: incumbit urbi. amnisq; per insulam nō sane magnus labitur Inopus nomine Insula enim parua est. Ipsa sane antiquitus magno in honore fuit deoꝝ gratia: ab heroicis incohoans temporibus Fabule nāq; tradiderunt Latonā hoc in loco pariēdi soluisse

dolores. Apolline simul & Diana: in lucem edidit. antea quidem ut ait Pindarus: intolerāda erat: iter undas uarius undiq; flatibus agitata. Sed cū uicinus doloribus aduenit partus: q̄ttuor terrestribus e trūcis colūne dura ī petra: solido ex adamāte continuerunt: ubi felicem enixa est stirpem. Eam sane circunhabitatæ gloriosam reddiderunt insulæ. quas proinde uocauere Cyclades. Et honoris ac cultus gratia spectatores: & sacra publice miserūt. simul & uirgineos cetus: & frequētissimos conuentus aggregabant. Initio quidem duodecim fuisse perhibentur. pluresq; agnate sūt Artemidorus autem circa Helenā dinumeratis: ab Thorico inqt usq; Simiū: Macra adiacet ad stad' sexaginta longitudine. Ab hac enim ait Cyclades existunt nominat autem Ceon: Helene propinquissimam. Secundum hanc Sythium & Seriphum. & Melum: & Syphum: & Cemolū: & Prepesinthū: & Oliaron. Post has parū. Naxū: Syrum. Myconum. Tenū. Andrū: Gyarum. Alias quidē ad duodecim attribuēdas arbitror. Prepesinthum quidem. & Aliarum. & Gyarum minime. E quibus cum ad Gyarum iactis starem in ancoris: quēdam agnoui tunc uiculum: quem piscatores incolerent. Cunq; inde solueremus. legatū quendam a piscatoribus ad Cesarē missū assumpsimus. Erat autem Cesar Corinthi. ad Actiacum tendēs triumphum. Eo ille nauigans una: ad pcontantes respōdit. Quod leuādi gratia tributi: legatiōe fūgeret' ad cesarem. Drachmas enim centum & quinquaginta sese soluere. e quibus centenas magna cum difficultate pendere. Eorum etiam Aratus minutim declarat inopiam.

Tu quidem o Latona. in ferrea permanes Pholegandro. miseranda utiq; nunq̄ ad Gyarum illicet similem aduentabis. Delum igitur hunc in modū. in magno glorie gradu constitutā. Corinthus etiā a Romanis euersa. ampliorē ī modū accumulauit. Eo enim negociatores commigrarūt. Presertim cū eos templi immunitas accerseret: & ipsius portus inuitat occasio. Etenim ex Italia: & e Grecia in Asiam nauigātibus commodissime iacet Conuentū quoq; frequentia rei mercatorie cōducit. Interq; ceteros maxime Romani in ea familiariter obseruabantur. etiam stante Corintho. Et Athenienses redacta in potestatem Insula: & sacrorum: & negociatorum: curam suscepere p̄cipuā. Mithridatici uero duces eā inuadentes tyrannusq; illā ad desciscē/dum impellens: cuncta uastarunt. Ceterum domum rege regresso: Romani denuo desertā recuperarūt. insulā et ad hoc usq; tēpus: in sūma pdurat inopia Atheniensiū ditioni subdita. Rhenea tenuis quedā: & destituta existit insula. ab Delo quattuor distās stad'. In qua Delius sūt sepulchra Haud enim intra Delō mortuos aut sepelire: aut cremare: fas est: Canem etiā ī Delo alere: nefas. Eā prisci Ortigyā nominauere Ceos autem quaternas continens urbes. inde Tetrapolis uocitata Due uero restant: Carthea scilicet & quā Iulidem appellant. ad quas reliquaꝝ habitatores cōcurrerūt. Cartheā quidē a Poreessa Iulidē uero e Coeessa. Ex Iulide Simonides condendoꝝ autor carminū: duxit originem. nec nō illius ex fratre nepos Bacchylides. & postea Erasistratus medicus insignis. & ex Peripateticorum secta philosophorum. Aristo Byonis Borysthenensis emulus. Penes istos lex aliquando lata fuisse uidetur. Cuius & Menander meminit. Bella inqt lex Coeensiū est phama q recte uiuere nequeāt: turpiter ne uiuunto. Edixit enim ut uidetur lex: Maiores annis sexaginta natos: aconito uitam finire. ut reliquis cibaria sufficerent. Cunq; ab Atheniensibus obsidiōe urgeretur: aliquando decreuisse memorant: ut ex eis natu maximi morti dederent'. definito annorum numero. Eos autem illi obsidere destiterunt. Situm est in monte

oppidum. longe a mari ad quinque ad uiginti stad. Eius emporium locus est. In quo Coeessa sita fuerat: ne unius quidē pagi uiciue inquilinos aut mansiones habēs. Penes Coeessiam uero Smintbei Apollinis situm est templum. penisque poeessam. Inter edē autem & poeesse parietina Nedusie Minerue. sacellum est. quod Nestor: secundum eius a Troia reditū edificauit. Est & in Propontide Parium oppidū Coeessia quoque Helixum habet amnem. Post hāc Naxus & Andrus haud memorabiles sane insule & Parus e qua natus est Antilochus poeta: Parii quidem Thasum edificarunt. Est et in Propōtide Parium oppidum. In hoc profecto ara eē dicit. digna quā spectes: latera ad unius stadii mēsuram habens. Parus lapidem producit: quē pariū appellāt: ad marmoreas sculpturas aptissimū. Est enim Syrus priore producta syllaba: e qua Pherecydes Rabius duxit origiem. Eo iunior est Atheneus huius mentionē poeta fecisse uidetur. Syriam illā appellans Insula quedā Syria. ortygie stat littore supra Extat & Myconus: Sub qua gigantum nouissimos ab Hercule: mactatos: iacere fabulant. E qua deriuatum est prouerbiū. O mnia sub unā Myconū quādoquidē que natura distinguuntur. sub unum tytulum descriptionemque ducūtur. Myconios etiam quidā caluos appellant. Cū illud uitiū ea passim exuberet in insula. Seriphus autē est: in qua ea facta uulgātur: que dicuntur in fabulis. Dicten piscatorē arcam adduxisse retibus. In qua Perseus cū matre Danae positus: tenebat: Cū pater Danae Acrisius utrunque abiecisset in mare Ista in insula educatum fuisse. Perseum prodit. Qui cum caput Gorgonis allatum Seriphus ostendisset: uniuersos mutasse fertur in lapides. idque ī matris ultionē factitasse. quia illis adiutoribus Seriphi rex Polydectes nuptiis in uitam adegisse constituisset. Adeo autem lapidosam esse Seriphum: ut qui conuiciantur: id inspecta obuenisse gorgone causent. Tenos quoque urbem nō sane magnam. habet. Verum Neptunni phanum ingens: in luco: extra muros: spectatu dignum. In eo capacissima discumbentium cōuiuarum edificata sunt triclinia Illud signum est: abundātem finitimorum. multitudinem eo conuenire solitam. qui una: Neptunno sacrificia celebrarēt. Est etiā Amorgus e Sporadibus una: e qua genitus est Simonides Iamborum poeta: & Lebinthus: & Leria Hinc illud Phocylide: Lerii mali: non unus quidem: alter uero minime sed uniuersi: excepto Procle: mali: etenim Procles Lerius. Eius nāque loci homīes: ut improbi criminabant. Apud illā Patmos. est: atque Corassie: ab occasu: Icarie propius iacentes. Icaria uero Samo. Icaria quidē deserta manet. At egregia continet pascua: que usurpantur a Samiis. Huius generis cum sit: tamen celeberrima est: & ab ea Icariū pelagus adiacens uocabulū adipiscit. In quo & ipsa continet. & Samus & Cos: & modo dicte Corassie. & Patmos: & Lerus celeber. In ea mōs Cerceteus: magisque Ampelos: qui urbi Samiorum incumbit. Icario mari Carpathium coniungitur: ex parte Austri. Huic autem Egyptium Ab occasu autem Creticum & Africanū. Permulte uero ī Carpathio mari Sporades continent insule Intercon presertim: ac Rhodon: atque Cretam Quarū sūt Astypalea & Telus: & Chalcea. & quas in nauium cathalago nominauit Homerus. Qui Nisicon habēt celsam. Crapathumque Casumque Eurypylique urbem Con: equoreasque Calydnas Preter Con enim ac Rhodon. de quibus postea differendū erit: alias inter Sporades ponimus: et hoc in loco eas meminimus licet non in Europa: sed in Asia computatae sint. quādoquidem: ut una cū Creta Cycladibusque Sporades ipsas cōplecteremur: quodā nos modo urgebat oratio. senesque dicendi Ceterum in ipso Asie situ circunscribendo: cōtiguas illi ascribemus insulas. precipue que digne: ut referantur: uidebunt. Cyprū. Rhodum Con. & que iacēt ordinatim in littore Samum. Chium. Lesbum. Tenedū

Impreſentiarum. Sporadeſ ipſaſ: que digne relatu reſtant.percurremuſ. Aſtypalea igitur procul ſatiſ extat in pelago: unam habenſ ciuitatem. Taliſ autem ad Cnidiā protenditur oram. Longa:ſublimiſ. anguſta. circuitum ad quadragena: & centena complectenſ ſtadia.cui & ſtatio nauiū adeſt:Chalcea quidē ſtad̄.a Telo octoginta abeſt. A Carpatho autem quadringētiſ. & ab Aſtypalea biſ totidem habetq; uicum habitatum eiuſdem uocabuli: & Apolliniſ delubrum & portum. Niſyruſ quidem ab Aquilone affiniſ eſt. Telo. Ab ea ſtad̄ circiter ſexaginta ſemota: quantum & a Co diſiungit̄. Rotunda.celſa.ſaxoſa. molendinariſ abundanſ lapidibuſ. Finitimuſ igit̄ urbibuſ: ab ea molarū ſuppetit copia. Sui quoq; nominiſ habet oppidum.& portū: aquarumq; ſcaturigineſ calidarum. phanumq; Neptunni. Eiuſ ambituſ eſt ſtadia octoginta. Sunt et peneſeam parue quedam Inſule iuri Niſyrorum adſcite fama eſt. Niſyrum fragmentum. Coe Inſule fuiſſe aducitur fabule. Neptunnū gigantū quempiam perſequentem: Polyboten ab inſula Coa tridente ſuo fruſtum auulſiſſe Inq; illum iaculantem fragmen ipſum proiectum Inſulam manſiſſe. Appellatamq; Niſyrum Inſulam ſepultū ibi continenſ gigantē. Tametſi quidā aſſerant ſepulchꝝ eiuſ in Coo eſſe Carparthuſ autem: quam Homeruſ Carparthum uocat: excelſa ē: circuitum ducentū ſtad̄ habenſ Fuitq; urbibuſ quattuor pollenſ: & nomen celebre conſequuta eſt. a qua pelago quoq; nomen eſt inditum. Vna uero urbium ipſarum Niſyruſ dicta eſt. Cognominiſ quidem Niſyrorum inſule Iacet autem ab Aphrica ad littuſ album. quod ad ſtad̄ mille abeſt ab Alexandria. Quattuor uero milibuſ a Carpatho Caſoſ quidem ab hac ſtad̄ ſeptuaginta diſtat. A Samonio autem Cretæ promontorio ducentiſ & quinquaginta Ambituſ eiuſ eſt octoginta ſtad̄. In ipſa ciuitaſ eſt: eodem dicta nomine. Circum illam uero complureſ inſule ſunt Caſiorum nominate. poeta Calydnaſ: ut aiunt. Sporadaſ appellat Inſulaſ. Quarum unam eē Calymnam. Sicuti autem Niſyroꝝ: & Caſiorum uicine ac ſubdite. ab eiſ nomen aſſe/quuntur inſule. Sic et circunſtanteſ Calymnaſ ab ea nominari: probabile fit: quæ anniſ illiſ forte Calydna uocabatur. Pleriq; ſane duaſ eſſe Calydnaſ aſſerunt. Lerū ſcilicet atq; Calymnam. quaſ quidem etiā dicere poetā dicere Scepſiuſ autē ſcriptiſ ſuiſ teſtatur. pluratiuo Calymnaſ numero inſulam nominatam. quemadmodum et Athenaſ. et Thebaſ. Oportet autē poete dictum per hyperbaton accipere. nō enim inſulaſ Calydnaſ inquit. Alii uero ſic: æquoreaſ ideſt inſulaſ Qui Niſyron habent celſam Carpathonq; Caſumq; Eurypyliq; urbem Con. equoreaſq; Calydnaſ. Totū quidem inſulare mel ut plurimum urbanum et iucūdum eſt: & emulum Attico. At uero quod in hiſce orīē inſuliſ: reliquum antecellit. potiſſimum autem Calymnium

Ndecimuſ Aſiam incipit: Quā Tanicuſ in ſuperioribuſ Septentrioniſ partibuſ naſcenſ diſiungit a b europa. Cōtinet hic liber genteſ tanaidi ſortui adiacenteſ: orientem ac meridiem uerſuſ: item omneſ barbaraſ nationeſ: que Caucaſum mōtem accolūt. e quibuſ ſūt Amazoneſ. Maſſagete. Scythe. Albani. Ibereſ. Baetriā. Caſpii. Medi. Perſe. Harmenie due: uſq; ī Meſopotamiā Complectit̄ etiam Troglodytaſ: & gēteſ eaſ: que homiochi dicūtur. Itē Sceptuchoſ. Choanoſ. Aſſyrioſ. Polyphagoſ. Albanoſ. Syracoſ Tapyruſ Meminit Iaſoniſ Medeæ: et urbium quaſ condiderūt. meminit etiam Xerxiſ Mitridatiſ et Alexandri eiuſ qui ex Philippo natuſ eſt.

Vrope continua eſt Aſia ad Tanaim flumen illi coniuncta: de
qua deincepſ dicemuſ. & euidentie gratia naturalibuſ quibuſdam
terminiſ loca omnia deſtinabimuſ. Quod itaq; Eratoſtheneſ fecit
in toto terrarũ orbe. idẽ nobiſ í Aſia faciendũ eſt. Nam Tauruſ
mediam quodammodo continentem hanc diuidit ab oriente in
occidentẽ. cuiuſ partem ad Aquilonẽ relinquit: partẽ ad meridiẽ.
Alteram greci interiorem uocant: alteram exteriorem. Que etſi
a nobiſ ante dicta ſunt: memorie tamen gratia repetantur. Monſ hic multiſ in locis
latitudinẽ habet ſtadio℞ triũ miliũ. Longitudinem quantũ Aſia: ſtadiũ circiter. xl.
&. v. milia. a Tranſmaría rhodi ora: uſq; ad Indie: ac Scythie: extrẽa: orientẽ uerſuſ.
Idẽ in nomía ac parteſ multaſ diuidit. qua℞ alie maioreſ: alie mı́noreſ ambituſ cõpre/
hendunt. Sed quoniã in tãta mõtiſ latitudíe gẽteſ quedã cõtinent: alie obſcurioreſ:
alie omnino note: ut Parthi: Medi. Harmenii. & Cappadocũ quidã p̃terea Ciliceſ &
Piſide. qcunq; ad borealẽ plagã declinãt: í borealibuſ ponẽdi ſũt: qcũq; ad auſtralẽ
in auſtralibuſ: q í medio montiũ iacẽt: ii ꝓpter aeriſ ſimilitudinẽ: ad boreã ſũt collo/
candi: nã frigidi ſũt: auſtraleſ uero calidi: porro flumía que hic decurrũt omĩa fere
in cõtrariaſ labunt̃ ptẽſ: alia í borealeſ: alia í auſtraleſ. etſi nõnulla poſtea ad oriẽtẽ
uel occidentẽ conuertant̃. & natura fert ut mõteſ eoſ pro cõfiniiſ habeãt: qbuſ aſiam
diximuſ in parteſ duaſ diuiſã: queadmodũ mare qđ intra colũnaſ ẽ: qđ cũ maxima
ex parte e directo ſit iiſ mõtibuſ: duaſ efficit continẽteſ Europã atq; Aſiã quarũ id
aptiſſimũ quoddã cõfiniũ ẽ. Sed quoniã uſq ab Europa in Aſiã tranſeũt borealia
ex Aſie diuiſiõe ꝑma ſũt: in Geographia ab iiſ incipiendũ ẽ. Ho℞ autẽ ipſo℞ ꝑma
ſũt: que Tanaidi adiacẽt: quem noſ Europe atq; Aſie limitem poſuimuſ. Hec quaſi
peninſulã quandã efficiũt: que ab occidẽte tanaide flumíe ac meotide ambit̃ uſq; in
Boſpho℞ & maritimã euxini orã: que ad Colchoſ deſũt a Septentriõe oceano uſq; ad
Caſpii mariſ oſ: ab oriẽte hoc eodẽ mari uſq; ad Albanie: & Harmenie cõfinia: Vbi
Cyruſ & Araxeſ emittũt: quo℞ alter p Harmeniã: Cyruſ p Iberiã & Albaniã fluit.
ab Auſtro autẽ terra que ẽ ab oſtio cyri: uſq; in Colchidẽ triũ miliũ fere ſtadiorũ: a
mari in mare p Albanoſ & Iberaſ. q̃propter iſthmi rationẽ obtinet: q hũc Iſthmum
tm̃ dixerũt: q̃ntũ Clitarchuſ q eũ ab utroq; pelago pfuſum dicit. nõ ſunt: audiendi.
Poſſidoniuſ putat eũ mille & qngentũ eẽ ſtadio℞: quantũ Iſthmũ q inter Peluſiũ
ẽ: atq; rubrũ mare. Videt̃ inqt nec ab eo differre q ẽ a Meotide in oceanũ Sed ego
nõ uideo quomõ qſ q̃ ei incerta credat de qbuſ ueri ſimilitudinẽ nullã afferre poteſt:
cũ de certiſ adeo dicat imprudẽter: q̃q̃ Pompeio familiariſ fuerit: q í Iberaſ & Alba/
noſ duxit exercitũ uſq; ad utranq; & Colchici & Caſpii mariſ partẽ. Tradunt enim
Põpeiũ cũ ad piraticũ bellũ exiret. Et mox cõtra Mithridatẽ eẽt exituruſ: rhodũ
ueniſſe. atq; diſputãti Poſſidonio affuiſſe: cui in diſceſſu interrogãti nunqd iuberet?
reſpõdiſſe Poſſidoniũ ferũt. Se gereret clare: atq; alioſ excelleret omẽſ. Huc accedit
qđ eiuſ hiſtoriã ſcripſit. Vnde oportuit diligẽtiuſ eũ ueritatẽ exqrere. Secũda parſ
erit terra que ultra hyrcaniũ pelaguſ iacet: quod Caſpiũ appellatur: uſq; ad Scythaſ
Indiſ uicinoſ. Tertia erit ea que dicto Iſthmo cõtinua ẽ. Nam poſt hũc & Caſpiaſ
portaſ ſecũt̃ loca europe ꝓxima: & iiſ que ciſ taurũ ſũt: ut Media Armenia Cappa/
docia & que interiacẽt. Quarta parſ erit regio: que ciſ Halym ẽ: & que í ipſo tauro
ſũt: & extra tau℞ quecũq; in peninſulã incidũt: quã Iſthmuſ efficit: q ponticũ mare
dirimit a Cilicio. Ex hiſque ciſ taurũ ſũt Indiã ponimuſ & Arianã: uſq; ad genteſ:
que ad Perſicũ mare & Arabicũ ſinũ: ac Nilũ uergũt: egyptium mare atq; Iſſicum

uerſuſ. Hiſ ita diſpoſitiſ: p̄mā partē incolūt a Septētrioniſ & oceani ptibuſ Scythaꝝ
quidā: Nomadeſ: & in curribuſ degēteſ. Interiuſ uero Sarmate: atq; ii Scythe: aorſi:
& Siraci: q meridiē uerſuſ uſq; ad Caucaſi mōteſ deſcendūt: alii Nomadeſ: alii in ta/
bernaculiſ degenteſ: atq; agrū colēteſ circū lacū meote habitant Boſphorum uerſuſ.
Aſiatica regio ē et Sindica poſt quam ſūt Achei Tygi: Heniochi. Cercete: Macro/
pogoneſ. Vltra quoſ anguſtie ſunt Phtirophagorū. Poſt Heniochoſ Colchiſ ē ſub
Caucaſiſ ac Moſchiciſ mōtibuſ ſita. Sed cum Tanaim Europe atq; Aſie terminum
fecerimuſ: ab eo īcipiēteſ ſingula pagremuſ. Fert̄ itaq; Tanaiſ a Septētriōiſ ptibuſ
Nilo cōtrariuſ: nō tamē p Diametrū ut quidā putāt: ſed orietalior originē ut ille
incertā habēſ. Veꝝ Niluſ magna ex parte notuſ ē: ac regionē pcurrit totā acceſſi/
bilem. & longaſ habet nauigatiōeſ. Tanaidiſ uero hoſtia ſcimuſ. Nam duo ſunt ad
ſeptentriōaleſ Meotidiſ parteſ. lxx. inter ſe ſtadiuſ diſtantia: ſupra hoſtia uero nihil
pene notū ē: ꝓpter frigora: & regiōiſ difficultateſ: q̄ſ indigene facile pferūt: carnibuſ
& lacte more Nomadiū enutriti: alienigene pferre nō poſſūt. p̄terea cū Nomadeſ
difficulter aliiſ miſceant: & multitudīe & uiribuſ p̄ſtent: īterdudūt ne q̄ ex pte regio
permeet: & ne quaſ flumē nauigatiōeſ habeat. Idcirco quidā exiſtimāt eū fonteſ in
caucaſiiſ mōtibuſ habere: cū multuſ ad Septētrionē ferat̄. Poſtea conuerſū emittere
in Meoti. Hiſ Theophaneſ Mitylenēuſ uidet̄ aſſētiri. Quidā a ſupioribuſ Hiſtri
ptibuſ eū deferri putāt. Indiciū autē tā lōgi curſuſ etiā ab aliiſ plagiſ nullū afferūt
q̄ſi de ꝓximo: & a ſeptentriōe id effici nō poſſit. ad Tanaim flumē & lacū: Vrbſ ſita
ē: eodē nomīe: a grecis cōdita: q Boſphorū habet. Eā Polemo Rex nup depopula/
tuſ ē cū minuſ ei obtēperaret: ea cōmune emporiū erat nomadū Aſie atq; Europe:
& eoꝝ q e Boſphoro lacū nauigāt: quoꝝ alii uehūt mancipia: pelleſ: & ſi quid aliud
nomadicū ē: alii onerāt ueſtē uinū ac cetera que mitiſ uite ſūt ꝓpria. ad ſtad̄. c. ante
Emporiū inſula iacet nomīe Alopecia: miſcoꝝ: hoīm domiciliū. Sunt alie nō ꝓcul
in lacu parue inſule. Tanaiſ ab hoſtio Meotidiſ recta nauigantibuſ ad Borealia:
ſtad̄ abē duobuſ milibuſ & cc. Sed nec multo pluribuſ terreſtri itinere eūtibuſ naui/
ganti ſecuſ terram: & ad octingēta ſtad̄ a tanaide ꝓgredienti: primū ē iſq magnuſ
Rombiteſ dicit̄: ubi piſcatio multa eſt & cōditure apta. deīde alioꝝ octingentorū
ſtad̄ interuallo ē minor rhōbiteſ qd̄ ꝓmontoriū nō adeo piſcibuſ abūdat: maioreſ
rhōbitani īſulaſ habēt ſtatiōibuſ plenaſ. Qui uero minorē rhombitē incolūt: Meote
ſūt homīeſ oparii. In tota. n. hac p̄ternauigatiōe meote habitāt agricultoreſ: non
minuſ q̄ nomadeſ: bellicoſi: & in gēteſ plurimaſ diuidunt̄: quoꝝ q Tanaim accolūt:
agreſtioreſ ſūt. q uero Boſphoraniſ coherēt: mitiorē uitā degūt. A minore rhombite
in Anticoetā flumē & Tyrambē: ſtad̄ ſūt. lx. Hic ī uicū Cibricū. c. ac. xx. Vnde
ſoluūt q nauigāt. In hac p̄ternauigatiōe quedā Clazomenioꝝ ſpecule inueniunt̄.
Cimmericū urbſ erat in Cheronneſo ſita: que foſſa & aggere Iſthmū claudebat. Nā
Cimmerii olī potentiā ī Boſphoro maximā habuere. Vn̄ & Cimmericuſ Boſphoruſ
appellatuſ ē. Hi ſūt q ad pōti dextrā mediterraneā regionē habitāteſ: uſq; in Ioniā
excurrebāt. hoſ Scythe ex hiſ ſedibuſ pepulerūt. Scythaſ autē greci: q Panticapeū
& aliaſ in Boſphoro urbeſ habitabant. Hinc in uicū Achilleū ſunt ſtad̄. xx. in quo
Achilliſ templū ē. Hic eſt anguſtiſſimū hoſtii meotidiſ fretū: ad ſtad̄. xx. uel paulo
plura: habēſ in ulteriore regiōe myrmeciū uicū: & Partheniū Heraclio ꝓximū. hic
ad Satyri monumentū ſtad̄ ſunt. lxxxx. id eſt in ꝓmontorio quodā poſitū homīſ
in Boſphoro clariſſimi: ac potentiſſimi: proximuſ eſt uicuſ Patreuſ: a quo ad uicum
Corocondamē ſūt ſtad̄. c. ac. xxx. Iſ finiſ ē Boſphori q Cimmericuſ apppellat̄. Sic

enim angustie uocant ab ostio meotidis: idest ab Achillei & Myrmecii āgustus usq; Corocondamē & oppositū ei uicū Panticapēsis agri nomīe Acrā q.lxx. stadiorum freto disiūgit. Nā & huc usq; glacies ptendit meotide: adeo frigore cōcreta ut pedibus permeēt. He āgustie tote sūt portuose Supra Corocōdamē lacus iacet: q ab ea Corocōdāetis uocat.& x. stad a uico ī mare emittit. Pars uero Anticoeti abrupta: & in lacū influēs: insulā efficit: que lacu hoc & Meotide & flumīe circūcirca abluit. Hoc flumē nōnulli Hypanim uocāt: queadmodū id qd ē Borysthenī pximū: et ad Corocōdametī nauigāti ē Phanagoria ciuitas: memoratu digna: & Cepi: & Hermonassa: & Apaturū ueneris fanū: quaꝝ Phanagoria & Cepi sūt ī insula ad sinistrā nauigāti. Alie urbes sūt in Sindica ultra Hypanim a dextris. Itē in Sindica regia ē Sindoꝝ mari pxima & Aboraca. Quicūq; Bosphori potētibus parent: Bosphorani appellant. Bosphoranoꝝ metropolis: q sūt in europa: Panticapeū ē. Asianoꝝ uero phanariū. sic.n. hec ciuitas uocat. Phanagoria emporiū ē eaꝝ rerū que ex meotide & ulteriore barbaroꝝ regiōe importāt. Eaꝝ uero que mari aduehūt Panticapeū. Phanogorie ē insigne ueneris apaturie templū. Id adiectiuū interpretant fabulā quandā afferentes qd cū gigātes uenerē adorirent: Illa Hercule inuocato tam diu in latebris qbusdā latitauit: donec gigātes sigillatī excipiēs dolo occidēdos exhibuit. Ex meotis sūt Sīdidādarii: Toreate: Agri. Arrichi. Itē Tarpetes Ouidiacē. Sittacēi. Dosci: aliiq; cōplures e qbus sūt Aspungitani. q inter Phanagoriā Gorgopiāq; habitant qngentoꝝ stad spatio: quos cū Polemo Rex simulata amicicia adoriretur: nec id eos lateret: sed cōtra instructi exirēt: captus interemptusq; ē. Ex oīmbus Asianis meotis: ii q foꝝ habebāt: qd ad Tanaim ē: parebāt. Bosphorani uero frequēter iugū detrectabāt: Sepe Bosphoranoꝝ duces ad Tanaim usq; occupauerūt pferti postremi Pharnaces Cassander ac Polemon. Pharnaces quoq; Hypani. Dandarius olim: per antiquā fossā dicit īduxisse: qua purgata regionē totā diluit. Post Sindicā & Gorgopiam in Acheoꝝ & Zygoꝝ & Heniochoꝝ mari ora: magna ex parte montuosa ē: & importuosa: cū caucasi pars sit: ii ex maritimis latrociniis uiuūt. Lēbos habent exiles: Arctos. Leues. xxv. hominū capaces: rari. xxx. suscipiūt. Hos Lembos greci Camaras uocāt. Tradūt Phthiotas Acheos ex Iasōis exercitu Achaiā hāc habitasse. Laconas uero Heniochiā: quoꝝ duces Rhecas & Amphistratus fuerūt Castoris et Pollucis aurigæ unde Heniochi ut par ē ex iis sūt nominati. Ex his itaq; Lembis classē cōparantes: & interdū ad naues onerarias interdū ad regionē uel urbē aliquā nauigātes: mari dominant. Bosphorani eos nōnunq̄ in statiōibus accipiūt & cōmeatus & uendēde pde copiā suppeditāt Hi cū domum repetūt: & ultra nauigare non possūt: lēbos humeris impositos in siluas referūt: in qbus habitātes: tenue solū arant. Rursū cū nauigādi tēpus adest: eos in mare deferūt. Idē faciūt in aliena: nam loca Siluosa nota habēt: ubi abscōditis lēbis: ipsi noctu: nōnunq̄ interdiu pedibus errāt capiendorū hominū gratia: quos cū cepint: facile redēptios faciūt. Nā interrede/undū rē omnē iis significāt: q illos amiserūt. In locis itaq; que sūt pricipibus subdita. q iniuriā accepere: aliqd psidiū ab iis habēt: q sepe illos insecuti Lēbos atq; piratas capiūt. Regio uero que sub romanis ē: minus habet auxilii: ppter eoꝝ negligentiā q mittunt. Harū itaq; gentiū uita talis ē: que Sceptuchis subdite sūt. Sceptuchi autē regibus uel tyrannis. Heniochi reges quattuor habebāt: Cū Mithridates Eupator e paterno regno fugiēs Bosphoranorum regionē pmeauit: quequidē ipsi peruia fuit Zygoꝝ uero terram ppter locoꝝ difficultatē: atq; asperitatē accedere diffisus: egre maritima ora pfectus ē: sepe mare ingressus: quousq; in Acheorū agrū puenit: qbus

adiutoribus iter ex Phoside consūmauit ad q̄ttuor fere milia stad. A Corocondame oriētē uersus recta nauigatio ē. Hic ad stad. c. & .lxxxxx. ē Sidicus portus & ciuitas. Dehīc ad q̄dringēta stadia sūt ea que bata nominantur uicus & portus ubi Sinope austro℞ uersus huic ore plurimū uidet̄ opponi queādmodū Carābis frōti arietis ut an̄ dictū ē. auctor ē Artemidorus a Batis orā eē cercetarū octingento℞ & .l. fere stad: que statiōes & uicos habeat. Dehinc Acheorū regionē stadiorū qngentorū: Dehinc Heniocho℞ mille. Dehinc magnū Pytiuntē trecentorū fere. lx. usq; Dioscuriadē q Mithridatica cōscripsere: nā iis maxime accedendum ē. ꝑus Acheos ponūt. deinde Zygos: deīde Heniochos: deiñ Cercetes & Moschos & Colchos & Phthirophagos: q ultra hos sūt: & Thoonas. & alias circa caucasū paruas gētes. Ab initio igit̄ ora ad orientē tendit: & ad austrū spectat. Ab ipsis uero Batis palatim detorquens respicit occidentē: & ad Pytiuntē & Dioscuriadē desinit. Nam hec Colchidis loca dicte ore iūcta sūt. Post Dioscuriadē ē reliqua Colcho℞ ora: cui Trapezus cōtinua: flexum quendā admirabilē efficit. deiñ ī rectū latus extendit: qđ pōti dexteriora efficit: ad septentrionē spectātia. Vniuersa uero Acheo℞ & ceterorū ora usq; Dioscuriadē: & loca mediterranea: austrū uersus: in rectū exeūtia: caucaso subiacēt: qui mōs utriq; pelago imminet: & pōtico & Caspio: muniēs isthmū q ea dirimit. Is austrum uersus Albaniā Iberiāq; distermīat septētrionē uersus sarmaticos cāpos: arboribus et oīge/na silua plenus: ea p̄cipue que fabricādis nauibus ē idōea. Eratosthenes ait Caucasū ab Indigenis Caspiū uocitari: a Caspiis fortasse cognominatū. Ab eo q̄si cubiti qdam ad meridiē ꝑcurrunt: q Iberiā conplectētes Moschicis & Armeniis mōtibus coniū/gunt̄. Itē mōti Scydisse. & Patyadre. Hi omes tauri partes sūt: q australe Armenie latus efficit: & ab eo quodāmodo abrupti. septentrionem uersus: usq; ad Caucasum & maritimā euxini orā ꝑcurrūt: que a Colchide ī Temiscyrā tēdit. Dioscurias itaq; in hoc sinu posita: & orientalissimū totius pelagi signum obtinēs euxini recessus: et extrema nauigatio appellat̄. Vnde illud qđ ī ꝓuerbio dicit̄. In Phasim: ubi cursus carinis ultimus: sic intelligendū ē: nō qđ Poeta q iambicū fecit de flumīe dicat: nec de urbe eiusdē nomīs: que ad flumē sita ē: Sed de Colchide: ut de parte quod recta nauigatio a flumīe: & ab urbe ī recessū sit sexcento℞ fere stad. Eadem Dioscurias Isthmi initiū ē q inter mare Caspiū iacet: atq; pontū. & cōmune fo℞ earū gentium que ꝓxime sūt ulteriores. Dicūt itaq; nōnulli q parū res animaduertūt. lxx. nōnulli ccc. gētes ī eā cōuenire: atq; omes diuersa℞ lingua℞: ꝓpterea qđ sparsim & inpmixte ob asperitatē atq; ītractabilitatē habitēt: quo℞ pleraq; pars Sarmate sūt: atq; omes Caucasii: ac de Dioscuriade quidē hactenus. Reliqua uero que Colchis ē: magna ex parte ad mare ptendit. Hāc Phasis illabit̄ ingens flumē qđ ortū ex Armenia ducēs Glaucū ī se recipit atq; Hippū & uicinis mōtibus cadētes. Nauigat̄ autē usq; Sara/panos: que munitio urbis habitatores recipe posset Ex ea pedestri itinere curribus uecti quatriduo in Cyrū proficiscunt̄. Ad Phasim urbs iacet eiusdē nomīs Colcho℞ emporiū: qđ ex alia parte amni procingitur: ex alia lacu: ex alia mari. Hinc biduo triduoue amissū Siopēq; nauigat̄. Hec littora & flumīs ostia amenissia sūt. Regio fructibus. & omībus que ad fabricādas naues ptinēt: opportuna. Nā multa ꝓducit ac flumībus defert. Mel tamē frequētius amarū ē. Sed p̄cipue Linū: Canabē: Cerā & Picē gignit. Linificiū quidē uulgatū est: nā et in peregrina exportat̄ loca: Vnde quidā cognationē Colchorū cū egyptiis ostēdere uolētes: fidē ex iis captāt. Secus hec flumina in Colchica regiōe ē Leucothee fanū: qđ Phryxus cōdidit: atq; illius oraculum ubi aries nō mactat̄: id olim diues erat. etate autem nostra a Pharnace:

paulopoſt a Mitridate pergameno direptú ē. Ná leſa regióe etiá diuina egre habēt:
nec coli poſſút: ut Euripideſ inqt. Quantá olim hec regio claritatē habuerit: fabule
declarant. Iaſoniſ exercitú innuenteſ: q ad Medoſ uſq; ꝓceſſit: ac priuſ etiá Phryxi
expeditionē. poſtea cú regeſ ſuccederēt: & regionē haberēt í ꝓuítiaſ diuiſá: medio/
criter agebát. Cú uero Mithridatiſ Eupatoriſ potētia uehemēter eēt adaucta: tota
ei regio paruit: a quo ſemp aliqſ ex amiciſ: regióiſ ꝑfectuſ & admíſtrator mittebaꝰ.
E quibuſ fuit Maophernes matriſ noſtre patruuſ. Hinc multa regi ad naualeſ reſ
copia ſed ſublato Mithridate: regio omniſ: que ſub eo erat: euerſa eſt: multiſq; diſtri/
buta. Poſtrēo Polēo cholchidē habuit. quo mortuo uxor eiuſ Pythodoriſ Colchoꝝ
& Trapezútiſ & Pharnacie & ulterioꝝ barbaroꝝ regnú tenet. Sed de hiſ poſtmodú
dicemuſ. Moſchica in qua fanú diximuſ tripartita ē. Ná partē habēt Colchi: ptem
Ibereſ: partē Harmenii. Polichniú Phryxi ciuitaſ ē in Iberia: ea núc Ideſſa dicitꝰ:
locuſ optime munituſ. In Colchidiſ autē finibuſ nó ꝓcul a Dioſcuriade Rhiochareſ
flumē labitꝰ. ex gentibuſ que Dioſcuriadē conueniút: ē Phthirophagoria natio cui
nomē a ſordibuſ ac fame datú ē. Hiſ ꝓximi ſút Soáeſ nihilo fame melioreſ: robore
autē melioreſ. ná ui ac potētia pene preſtant. Hi gentibuſ circúuiciniſ dominantur:
Caucaſi extrema obtinēteſ: que Dioſcuriadi imminēt. regē habēt & collegiú uiroꝝ
ccc: cc. hominú milia cogút í exercitú. Ná multitudo oḿiſ bellicoſa ē: qq̄ inordíatu.
Apud eoſ torrēteſ dicuntꝰ aurú deferre: qđ barbari ꝑforatiſ tabuliſ ac lanoſiſ pellibuſ
excipiunt. Vñ aurati uelleriſ fabula cóficta ē: & fortaſſe Ibereſ eodē noíe uocátꝰ:
quo occidētaleſ: ab auro: qđ apud utroſq; inuenitꝰ. Soáeſ ueneno ad ſpicula mirifice
utuntꝰ: qđ eoſ etiá qui nó uenenatiſ Sagittiſ ſaucii ſút: odore offendit. Alie genteſ
ꝓxime q circa Caucaſú ſút paruá & tenuē regionē habitant. Albane uero & Iberice
genteſ: que dictú Iſthmú implēt: ipſe etiá dicuntꝰ Caucaſie: & felicem etiá habitatu
regionē incolút. Iberia enim maxima ex parte urbibuſ & habitatoribuſ plena ē: &
tecta fictilia: & fabrefactaſ edificioꝝ ſtructuraſ: & fora & alia publica habet. Cir/
cunſtáſ uero regio a caucaſiiſ mótibuſ circundatꝰ. nam cubiti quidá fertileſ ut dictú
eſt ad meridiē ꝓcurrunt: q uniuerſá Iberiá cóprehendenteſ: ſeſe ad Harmeniam &
Colchidē coniungút. In medio planicieſ eſt fluminibuſ irrigua: preſertim cyro qui
ortú ex Harmenia trahenſ mox dictá planiciē intrat. atq; Aragú amnē a Caucaſo
defluentē: & aliaſ aquaſ recipiēſ: ꝑ anguſtá fluminiſ regionē euadit in Albaniá. íter
quá & Harmeniá multuſ illatuſ: ꝑ ubereſ cápoſ cóplura in ſe recipit flumía: e qbuſ ē
Alazóiuſ: & Sádobaneſ. & Cithaceſ: & Cháeſ: q oḿeſ nauigabileſ facti í mare Caſpiú
erúpút. Hoc flumē olim Toruſ uocabatꝰ. Iberie cápoſ agricole habitát. & homineſ
ad pacē intēti Harmenico ac medico cultu : montanam uero regionē parſ eorum
maxima atq; bellicoſa Scytharú more uiuēteſ: quoꝝ cognati ſút & cótermini. Se tñ
colēdiſ agriſ: dedút: & cú tumultuſ ígruerit: multa ex ſe atq; illiſ hominú milia cótra/
hunt. Quattuor aditibuſ in eá regionē itur. Vno ꝑ medioſ Sarapanoſ Colchorú
caſtellú: atq; eiuſ anguſtiaſ: ꝑ quaſ Phaſiſ. c. ac. xx. pontibuſ pertranſitꝰ. qui propter
flexioneſ aſper ac uiolētuſ: in Colchidē defertꝰ: conualliú torrētibuſ multo hymbri
adauctiſ. Iſ ex íminētibuſ mótibuſ Arctuſ multiſ fótibuſ impletꝰ. Ac poſtq̄ in cápoſ
uenit: alia í ſe recipit flumía: e qbuſ ē Glaucuſ: & Hippuſ. Auctuſ uero ac nauiga/
biliſ factuſ: exit in pontum. Secuſ eú urbſ iacet eiuſdē nominiſ. & lacuſ non procul:
adituſ itaq; ex Colchide in Iberiá ē huiuſmodi : petriſ: munitionibuſ: fluminibuſ: et
cóuallibuſ clauſuſ. Ex Nomadibuſ autē ſeptētrionem uerſuſ difficiliſ ingreſſuſ eſt:
triú dierú itinere. Dehinc anguſta fluminiſ regio in arago flumine dierú quattuor:

ue finem: murus inexpugnabilis munit. Ex Albania primo ingressus est: per petrā excisam. dehinc per stagnū: quod amnis efficit cadens ex Caucaso. Ex Harmenia uero angustie que secus Cyrum sunt atq; Aragum: qui prius q̄ inuicem concurrant: urbes natura munitas habent: que saxis imposite. xvi. inter se stad̄ absunt: propter Cyrum Armozicam: ꝓpter Aragum Sensamora: quibus ingressibus ꝑus Pompeius usus est ex Harmenia mouens. postea uero Canidius. Quattuor hominum genera regionem hanc incolūt. primū ex quo reges duo deligunt̄ alter scilicet q ꝓpinqtate & etate antecedit. Alter qui iura det et exercitū ducat. Secundum est Sacerdotum qui iura finitimorum curant. Tertium militum & agricolarum. Quartum uulgi qd̄ regibus seruit: et omnia: que ad uitam pertinent: ministrat. Hi omnia per familias communia habent. Sed is imperat & rem tenet. qui senior est. Iberes et eorū regio talis ē. Albani pastoraliores sunt: & Nomadico generi ꝓximi: preterq̄ quod nō alienigene: Vnde et mediocriter sūt bellicosi. Hi īter Iberas et Caspiū mare habitāt: ab ortu solis mari coniuncti: ab occasu Iberie finitimi: ex reliquis lateribus: boreale caucasiis mōtibus munit̄: qui campis imminentes et mari plurimū cōiuncti: Ceraunia uocant̄. Australe latus Harmenia progrediens efficit. que partim cāpestris est: ꝑtim montana quenadmodū Cambysena: ad quā Harmenii simul: et Iberie & Albanie coniunguntur. Cyrus autem qui per Albaniam fluit: et alia flumina eum augentia: terram fecundiorem exhibent. mare autē confundunt: nā limus plurimus occurrēs: exitū obstruit. ex quo adiacētes insule ē. Hāc inequalitatē affluxuū refractiōes exaugent. atqui & ostia in ora. xii. dicunt̄ dispartiri. Quorū alia ceca: alia omnino fallentia: stationem nullam relinquūt. Quapropter cum ultra. lx. stadia littus mari fluminibusq; abluat̄. Locus omni ex parte macessibilis fit. Limus ad qngenta stad̄ ꝓgrediens totū littus efficit aggerosū. Prope Araxos emittit. Asper ex Harmenia cadens et quem ille limum propellit alueum peruiū faciendo eū Cyrus repellit. Hoc hominum genus fortasse mare non eget cum nec terra digne utantur. Nam qui ibi militarunt dicunt eos Cyclopicam uitam degere: Terra enim fructum omnem: etiā domesticum affert: & stirpes omnes: & ea que semper uirēt: et cum ne minimā quidē culturam habeat: tamen bona omnia sine satione & inaraca gignit. multisq; in locis semel sata: bis terq; fructum affert. ac primo quidē modius qnquagenos: idq; minime renouata: nec ferro procissa. Sed ligneo aratro. Babylonius uero & egyptius campus fluminibus atq; aliis aquis totus irrigatur. quamobrē semper herbidam faciē seruat: Idcirco uberrimus est. Adest illi precipua aeris temperies. Vinee manent ineffosse. quinquennis putatur. In bimatu nouelle fructum ferūt. Adulte tantum reddūt. ut pars maxima in palmitibus relinquatur. Pecora tum initia tum agrestia foetus edūt. Pulcherrios homīes: sūt magnitudine ac pulchritudine excellentes. Simplices: non autem Cauponarii. nūmi usum maxima ex parte non habēt. numerum ultra Centenarium nō norunt. Commertia inter semercibus faciūt. In ceteris: que ad uitā pertinēt: inertes. exquisitorum ponderum ac mensurarum ignari. ciuilitatis: belli: & agriculture ꝑrsus iperiti. pedestri et equestri apparatu decertāt. ex pediti & armati ut Harmenii. exercitum emittūt maiorem q̄ Iberes. Nam utroꝝ ad. lx. milia equitū ad. xxii. milia armāt. quo t cōtra Pompeiū ꝓeliati sūt. Hos Nomades ab externis defendunt. quemadmodum Iberes. iisdem de causis: aliter uero sepe eos adoriunt̄: et quominus agriculturam exerceant: impediūt. Iaculatores sunt et Sagittarii Clipeos & thoracas habent. Item ferinas galeas queādmodum Iberes. Ex Albana regiōe. Est etiam Caspiana eiusdem nominis cum gente Caspia que nunc quidem obscura ē

ad eã Caspiũ mare ptinet. Ingressus ex Iberia in Albaniã fit p Cambysenã regionẽ asperam atq: Siccam ad flumen Alazonium: ipsi & eorum canes excellentes uenatores sunt studio magis:q̃ arte. Reges enim differunt. Nam nunc unus omnium differat: cum prius queq: lingua suũ haberet: eo quod non facile inuicem miscentur. Linguas habent. xxvi. terra serpẽtia quedam letifera progignit. Item Scorpios et Araneas. Aranearum quedam cogunt ridendo mori: quedam flendo: desiderio suorum. Deos colunt. Solem Iouem: ac Lunam. precipue Lunã cuius templũ Iberie proximum est. & Sacerdos preficitur honore secũdus post regem. qui sacris seruis et sacre regiõi preest. que multa ẽ et hominibus plena. E seruis multi numine afflati diuinant: qui plurimum numine correptus est: Solus per Siluas errat. hũc Sacerdos comprehensũ: sacra catena deuincit: per annum sumptuose alens: postea ad dee sacrificium cũ aliis hostiis mactandum producit. Sacrificii ritus est huiusmodi. Quidam huius negotii gnarus: sacram hastam tenens: qua mos est hominem mactari: atq: ex multitudine procedens: eam in cor per latus urget. illo cadẽte: quedam diuinationis signa captãt. atq: in commune proferũt: tũ corpore ĩ locũ quendã delato: id omnes supgrediunt: eiusmodi piaculo utentes. Albani precipue senectutem uenerantur: non parentum modo: sed etiam ceterorum Mortuorum curam habere: aut meminisse: nefas est. Nam cum mortuis pecunias defodiunt. Idcirco pauperes uiuunt: cum patrimonium nullũ habeant: ac de Albanis quidem hec tradunt: Iasonem cum Harmenio Thessalo cum in Colchos nauigaret usq: ad mare Caspiũ profectũ: in Iberiã Albaniãq: pcessisse. & Harmenie ac Medie multũ peragrasse ut Iasonia: & alia complura monumẽta testantur. Harmenium uero ex Harmenio fuisse: que ciuitas Boebeidi lacui pxima ẽ: ĩter pheras & Larissam: atq: eã Atilesmã et Syspireti habitasse: usq: ĩ Calacbanã: & Adiabenam: atq: Harmeniam: de suo nomine appellasse. In montibus q supra Albaniam sunt Amazonas dicũt habiture. & inter Albanos & Alazonas dicit gelas: & Legas habitare: inter hos et Amazonas Mermandalim flumen labi. Alii uero e qbus ẽ Metrodorus Scepsius et Hippisicrates: locorum nõ ignari: dicũt eas septẽtrionẽ uersus Gargarensibus esse finitimas sub radicibus mõtium caucasiorum: q ceraunia uocantur: & earũ alias operari que ad arationem insitionẽq: pertinent. Sed pcipuã pascendorum equorum curam habere. robustiores uero in equis uenationes ac bella exercere. Omnes ab infãtia dextrã mamillã exustas: ut habilius liberiusq: ad omnẽ usum brachio uti possint. Sed in primis ad iaculationem uti arcu Securi et pelta: e ferarum pellibus conficere galeas: subligacula et alia operimenta. menses duos ueris eximios habere quibus montẽ proximũ cõscendũt q eas disiungit a Gargarẽsibus: quo et illi more quodã peruetusto conscendentes sacrificant: & prolis gratia cũ mulieribus coeũt: idq: obscure inter tenebras: in quancũq: inciderint. q̃s postq̃ pregnãtes fecerint: remittunt illas. si feminam pepererint: secum retinent. Si mares: illos tollendos reddunt. Vnde propter ignorantiam ualde inter se affici contingit. cum quisq: q̃q: sibi affinem existimet. Mermodas e montibus descendens: per Amazonum regionẽ: & Syracenam: & loca intermedia: quæ deserta sunt: emittit in meotim. Tradunt Gargarenses cum Amazonibus ex Themiscyra in hec loca conscendisse: postea ab illis discissos: cum thracibus et euboibus quibusdam errabundis aduersum eos bellum gessisse: quo composito: iis inter se co nditionibus conuenisse: ut in filiorum prole communicarent. Viuerent autem utriq: separatim. Sed de Amazonum fama proprium quiddam euenit. Nam cum fabula ab historia distinguatur: antiqua enim et falsa et miraculosa: fabule appellant. historia siue antiqua sit: siue noua ueritatẽ

postulat. miracula uero aut non habet: aut perraro. De Amazonibus quidem eadē nunc dicuntur que olim q̄q̄ miraculosa sint: & a fide plurimum distent. Quis enim credat ut uel exercitus uel ciuitas uel gens unq̄ ex solis cōstiterit mulieribus? et nō solum cōstiterit: uerum etiam inuaserit aliena: et nō modo uicinis fuerit dominata adeo ut usq; ī Ioniā processerit. sed etiam exercitum trāspontū miserit: usq; in Atticam. Hoc perinde est ac si quis dicat uiros tunc mulieres fuisse: et mulieres uiros. quin eadem nunc de eis predicātur: quam quidem rem adauget et facit ut magis antiqua credantur: q̄ noua: quod urbes quedam ab illis condite et cognominate perhibētur: ut Ephesus. Smyrna: Cirma: Myrina. Paphe: & alia q̄ plurima monumēta. Themiscyram enim camposq;: Thermodonti proximos: et imminentes mōtes amazonū dicūt: atq; eas inde pulsas. Ubi autē nūc sit: perpauci id quidē et sine demōstratione tradunt: quemadmodum de Thalestria amazonum regina: quam cum Alexandro in hyrcania permixtā ferunt & prolis gratia congressam que profecto res non satis cōstat. Nam rerum scriptores qui maxime ueritatē curant. & quibus fidei plurimū adhibetur: nihil tale dixerūt: et si qui dixerunt: inter se discordant. Clitarchus Thalestriam scribit: a Caspiis portis et Thermodonte profectum: ad Alexandrū uenisse. Cum Caspie porte supra sex milia stadiorum distent a Termodonte. Que uero ad famam uulgata sunt: et si ab omnibus concedantur: tamen qui ea finxere: magis adulationi inseruierunt: q̄ ueritati. quemadmodum de Caucaso in Indicos montes: et in uicinum illis mare translato: ab ulterioribus Colchorum & Euxini montibus quos greci etiam Caucasum nominarūt. Cum Caucasus supra triginta milia stadiorū distet ab India: atq; ibi de prometheo & eius uinculis fabulas cōfinxerunt. Eos enim tunc ultimos norant orientem uersus. Bacchi quidem atq; Herculis exercitus qui in Indiam profectus est: posterius confictam fabulam ostendit: quippe eum Herculis mille annis post soluisse prometheum dicatur. & preclarius quidem erat: Alexandrū usq; ad Indicos mōtes q̄usq; in ulteriorem euxini & Caucasi recessum: Asiā subegisse: Unde propter montis famam & nomē: & propterea quod Iason uidebatur longissimam expeditionem peregisse: usq; ad loca Caucaso proxima: et quia prometheus in extremis terre: etiā monte Caucaso uinctus dicebat̄. Idcirco gratificari se regi putauerunt: si mōtis nomē in Indiā transtulissent. Altissime ueri Caucasi partes Albaniā et Iberiam & Colchos et Heniochos uersus: sūt australes: que ab his habitanē quos Dioscuriadem diximus conuenire. Conueniunt autem frequentius salis gratia. Ex his alii mōtium tenent cacumina: Alii in collibus habitant: qui plurimum ex ferina carne: & lacte: et agrestibus fructibus uiuunt. Montium uertices hyeme sunt inacessibiles: Estate propter glaciem ac niues bubulas caligas in tympani modum latas: calciati: ascendunt. Descendūt autem cum oneribus: super pelle delapsi. quod etiam circa Atropaciam: Medie. & Mansium Harmenie montem fit. Ubi soleas quasdam ligneas caligatas pedibus supponunt. Summa itaq; caucasi talia sunt. Ad montis ima descendenti: regio septentrionalior est. minor tamen. Iam enim cum campis iungit̄ Syracorum. Insunt etiam Troglodyte quidam: qui propter frigora habitant in cauernas. Iam hi pane abundant. Post Troglodytas sūt Cheanite & quos Polyphagos uocāt: et alioꝝ quorundā uici agriculture patientes: cū nō omnino Septētrioni subiaceāt: Deinceps sūt Nomades: Paxani: et Nabiani: qui inter Meotim Caspiūq; habitant. mox Siracorum Aorsorumq; na tiones. Aorsi ac Siraces superiorum Aorsorum exsules uidentur: & magis ad septentrionem expositi. Abeacus Siracorū Rex dum Pharnaces Bosphorum haberet equitum misit uiginti milia. Spadines Rex

Aorsorum totidem. Superiores Aorsi plura: cum terre plus haberent: et maxima ex parte ore Caspie imperitarēt. Vnde camelis iter agētes indicas et Babylonias merces ab Harmeniis medisq; accipiebant: atq; ex opulentia aurum gestabant. Aorsi itaq; Tanaim accolūt. Siraces autem Achardeū: qui ex Caucaso fluens emittit in Meotī. Secūda pars incipit a mari Caspio: ubi et prior desinit. Idem Hyrcanium appella/tur. De mari hoc: & gentibus que ipsum accolunt: dicendum prius est. Sinus itaq; qui ab oceano meridiem uersus recedit: satis in initio arctus est: in progressu autem dilatatatur: presertim in intimo recessu: ad quinq; milia fere stadiorum. Nauigatio usq; in recessum: qui iam contingit in habitabilem: paulo maior est. Scribit Erato/sthenes maris huius circunnauigatiōem grecis cognitam secus Albanos et Clusios. v. milium et trecentorum esse stadiorum secus Nariscos. Mardos et Hyrcanos usq; ad oxi fluminis ostia quattuor milium et octingentorum. Hinc ad Iaxartem flumē duum milium et quadringentorum. Verum de his qui hac in parte habitant: et tam longe sepositi sunt: simplicius dicendū est: maximeq; de interuallis: ad dextram itaq; nauiganti europe cōtinui sunt Scythie: & Sarmate: qui inter Tanaim et mare hoc habitant: magna ex parte Nomades: ad leuā sunt Scythe: qui ad orientem spectāt: atq; hi Nomades usq; ad orientale Indorum mare. greci scriptores uniuersos septen/trionales olim Scythas & Celtoscythas appellabant. Qui uero prius eos distinxere q̄ supra Euxinum et Histrum et Adriam habitant Hyperboreos: et Sauromatas: et Arimaspos uocauerunt. Eos autem qui ultra mare Caspiū sūt partim Sacas: partim Massagetas: q̄q̄ de iis nihil exquisite dixerunt: nec etiam qui Cyri bellum aduersum Massagetas gestum conscripsere. Nam de iis nihil omnino exacte dictum est. Sed nec persarum res geste: nec Medorum: nec Syrorum: propter scriptorū simplicitatē: ac studium fabularum: multum fidei sunt assecute: nā cum eos uiderent magnopere probari: quod aperte fabulas conscriberent: arbitrati sunt scripturam suam iocundi/orem fore: si in historie formā ea dicerent: que nec ipsi unq̄ uidissent: nec a scientibus audiuissent. Et quia talia libenter audiuntur idcirco facilius tragediarum poetis: & Hesiodo et Homero de heroibus predicanti: fides adhibet: q̄ Ctesie: & Herodoto: et Hellanico: ac ceteris eius generis scriptoribus. Sed nec multi facile iis credunt qui de Alexandro cōscripsere. Hi enim propter Alexandri famam decipiūt: & ꝑpterea quod exercitus in extremis Asie partibus procul a nobis militauit. Longinquitas. n. redargui non facile potest: At Romanorum Parthorumq; imperium plura retegit: q̄ ea que olim tradita fuere: Nam qui et gentes et loca conscripserunt: in quibus res geste memorantur: eo fidelius dicunt: q̄ superiores: quo plura perspexere. Ad leuā itaq; mare Caspium nauiganti nomades accolūt. eos Iuniores daas appellant: qui etiā Sparni sunt nominati. Dehinc deserta regio interiacet: Deinde Hyrcania: ubi iam mare in pelagus crescit: quousq; medorum Harmeniorumq; mōtibus coniungatur. Horum figura lunaris est: ad ipsas montium radices: quæ ad mare desinētes: intimū sinus recessum efficiunt. Has montium radices ad summum usq; a mari incipiendo: Albanorum & Harmeniorum: nonnulli quadam ex parte habitant. partem uero maximam Gele Docusini et Amardi: & Quitii: et Anarice: proditum est etiam Pa/rasiorum quosdam cum Anaricis habitasse: qui adhuc Parasii nominantur. Enianas quoq; urbem in uitia condidisse: que nunc dicitur Eniana: ubi greca ostenduntur arma: et enea uasa: & Sepulture. Hic etiam Nabarca ciuitas est: in qua oraculum ē eorum: qui ex in somniis respondent. Insunt etiam quedam alie gentes Latronicie: belli potius: q̄ agricolendi studiose: Id locorū asperitas facit. Maximā circunmōtane

ore partem Cadusii tenent ad qnq; milia stadiorum: ut Patrocles ait: qui pelagus hoc· pontico par existimat. Hec loca tenua sunt. Hyrcania uero ualde opulenta: & multa: & magna ex parte planicies: p̄claris urbibus adornata: e qbus ē Talabroca: & Samariana: & Carta. et regia tape quā paulo supra mare sitū abesse dicūt a Caspiis portis ad stad' mille & q̄drīngēta: opulētie signū ducūt qd' uitis uini metretā affert: ficus modios. lx. frumētū ex fructu nascit': q cadit ex culmo. ĩ arboribus mellificat': Ex foliis mel fluit: qd' etiā ĩ matiana medie: & ĩ Sagagena Harmenie & ĩ Araxena fit. nullā tamē in ea excolenda diligentiā ponūt: nec in eiusdē nominis mari: qd' & ociosum est: et non nauigatur. Insunt in eo insule quedam: ut habitentur idonee: et ut quidam dixere: auriferā terram habent. Causa est quia qui in initio hyrcanis im/perauere barbari fuerūt. ut Medi: Perse· ac postrēo parthi: superioribus deteriores Tum uicina regio Nomadibus ac desertis plena: tota latronibus patet: Macedones autē paruo tempore imperauerūt. et in bellis occupati: longinqua p̄spicere nequere. Refert Aristobolus Hyrcaniam siluosā eē: & quercum: & Pinum: & Abietē gignere: piceam uero minime. Indiam his abundare. Nysea ad Hircaniam pertinet. nōnulli eam per sese ponunt. Hyrcania usq; ad mare: Ocho et Oxo fluminibus irrigatur. quorū Ochus per Nyseam fluit: quidā Ochum in Oxum dicunt emittere. Aristo/bulus ostendit ochum maximum esse omnium fluminū que ipse in Asia uiderit: p̄ter indica. Dicit enim eum nauigabilem esse: a Patrocle ita ut Eratosthenes accipiens: & multas indie merces in hyrcanum mare per eum deuehi: Hinc in Albaniā traiici: ac per Cyrū ad sequentia loca deferri in euxinū: q̄q̄ Ochus ab antiquis scriptoribus nō multum nominatur. Apollodorus Parthicarum rerum prescriptor: quia Parthis proxime labatur: sepe eum nominauit· Sed multa mendacia de mari hoc: propter Alexandri ambitionem: in opinionem adducta sunt. Nam cum inter omnes constet tanaim flumen europam ab Asia disiungere: iaceatq; inter tanaim ac mare maxima Asie pars: que Macedonibus non parebat: Certum est: eam exercitum contraxisse. qua re Alexander fama solum uidetur partes eas obtinuisse. In unū itaq; coegerūt meotim lacum: qui tanaim recipit: et Caspium mare: quod etiam lacum uocant: et inter se dicūt permisceri: et alterū alterius partem esse. Polycletus fidem affert mare hoc lacum esse: quia serpentes nutrit: et dulce est: et quod aliud non sit a meotide: ex eo uidetur coniectare: quod tanais in id emittit. Ex iisdem enim Indiæ montibus fertur: ex quibus ochus: et oxus: Iaxartes: et cōplures alii atq; ita in Caspiū pelagus immittit: quemadmodum illi: et omnium septentrionalissimus est. Hūc itaq; tanaim nominauerunt: & fidem adhibuerunt eum tanaim esse quem dixit Polycletus: quod regionē trāsamnē abietem fert: & Scythe qui ibi sunt sagittis abiegnis utuntur. Idq; indiciū est: ulteriorem regiōem ad europā nō ad Asiam pertinere. Asia nec supior: nec orientalis: gignit abietem: autor est Eratosthenes etiā in India eā nasci et inde classem ab Alexādro edificatā. Eratosthenes quidē huiusmodi alia p̄multa refellere conatur. Sed de his satis sit dictum. Atq; illud ex admirabilibus est: que ab eudoxo: & ab aliis de Hyrcania scripta sunt: quod ripe quedam cauernose ante mare stant: inter quas atq; mare humile littus iacet Ex superioribus rupibus flumina decurrūt: tanta ui delata: ut cum ad ripam peruenerint aqua in mare iaculentur: subiectum littus aspergine intactum relinquentia: ut etiam exercitui unda tecto peruium sit. Sepe Indigene in eum locum descendunt: epulandi & sacrificandi gratia: & interdū in antris discumbētes: interdum sub ipso fluctu apricantes: alii alio modo delectant'. Cum simul huic mare pateat: hinc littus propter humorem herbidum: floridumq;

conspiciatur. ab Hyrcanio mari ad auroram progredienti: ad dextram sunt mõtes qui usq; ad indicum mare pertendunt. Eos græci taurum uocant: qui a Pamphylia Ciliciaq; incipientes: et ab occidente perpetui hucusq; procedunt: cum alia atq; alia nomina sortiantur. Septentrionales eius partes: primo ut dictum est habitant gele: Cadusii. Amardi: & hyrcanorum quidam: postea parthorum: Margianorum: & Ariorum gentes. Tum deserta que Samus amnis separat: ab hyrcania ad auroram atq; ochum tendunt. quod autem hucusq; pertendit: uel paulo minus: Parachoatras appellatur. a mari hyrcanio in arios sũt sex milia fere stadiorum. Deinde est regio bactriana et Sogdiana. Vltimi sunt Scythe nomades. Montes omnes qui post Arios sequunt Macedones Caucasũ uocauerunt. Barbari uero & summas et Boreales Paropamisi partes et Eoloos & Maonum & alia huiusmodi nomina singulis partibus dederunt. Ad leuam horum sunt Scytharum ac Nomadum gentes: quæ omne boreale latus complent. Scythe a Caspio mari incipiẽtes magna ex parte daii appellantur. qui orientaliores sunt Massagete dicũtur et Sace: alii cõmuniter Scythe: priuatim uero aliter atq; aliter. Vniuersi frequẽtius Nomades uocantur. Ex Nomadibus maxĩe innotuerunt. Asii. Pasiani. Tachari. Sacarauli qui bactrianam grecis abstulere. Et qui ex ulteriore Iaxartis regione profecti sunt: que apud Sacas et Sogdiaos est: & quam sace ipsi obtinebãt. Ex Daiis alii Aparni: alii Xanthii: alii Pissuri appellant. Aparni Hyrcanis et eorum mari proxime adiacent. Reliqui usq; ad oppositã Arie regionem extendũtur. Inter eos et Hyrcaniam & Parthos usq; ad Arianã: Regio: ut multa est: ita & deserta atq; sicca: quam lõgis itineribus permeantes Hyrcaniam Iseam et parthorum campos excurrebãt. Hi uero tributũ illis ex pacto pendebãt. Id erat permittere: ut statis temporibus regiõem excurrerent: atq; predam agerent. Cũ uero preter conuenta facerent: bellum gerebat: rursumq; pax fiebat. Huiusmõi étiam ceterorum Nomadum uita erat: ut semper uicinos infestarẽt: rursumq; recõ/ ciliarentur. Sace tales inuasiones faciebant: quales olim Cimmerii ac Treres: interdũ longinquas: interdũ ꝓpinquas. Nam et bactrianam occupauere: et optimã Har/ menie regionem adepti sunt: que ab ipsis postea Saiasina est appellata: atq; usq; ad Cappadocas processerunt: eos presertim: qui ad Euxinum uergunt: quos ponticos uocant. Sed cum ex spoliis festa celebrarent: persarũ imperatores eos noctu adorti: funditus deleuere. Ac petram quandã: in campo sitã: in montis figurã terra exagge/ rantes: muro circundederũt: atq; Anaitidis & sotiorum deorum Amani et Anandati qui sunt persarũ numina: cõstructo delubro: annua ibi sollẽnia instituere: nomine Saca: que ab iis: qui Zela habitant: adhuc celebrantur. Sic enim locum eũ uocãt. Nam id oppidum magna ex parte eorum est qui sacri serui appellãtur. Pompeius addita illi regione non parua: eos qui in ea erant: intra menia deduxit habitatum. Vna fuit ex claris ciuitatibus: quas post sublatũ Mithridatem ille constituisset: ac de Sacis quidẽ nonulli sic tradiderunt: Nonnulli uero quod Cyrus ducto aduersũ eos exercitu: prelio superatus aufugit. Castrametatus etiã ĩ eo loco ubi impedimẽta reliquerat: bonis omnibus instructa ꝑsertim uino: Postq̃ exercitus paululũ quieuisset: relictis uesperi tabernaculis fugitabũdus discessit: progressusq; quantũ sibi cõmodũ uidebatur consedit Sace ingruẽtes: et castra uiris deserta ac rebus uoluptuosis plena comperiẽtes immodice implebant. Cyrus cõuersus uinolentos atq; attonitos inuenit: Vnde alii somno ac stupore pressi obtruncati sũt: alii saltãtes bacchantesq;: nudi in arma hostiũ inciderũt. Letiq; breui omnes periere. Ille ratus felicitatẽ hãc diuinitus esse: diem illũ patrie dee consecrans: Saca nominauit. atq; ubicunq; dee huius templũ

est: Sacarum festa celebrantur positis enim die ac nocte bacchanalibus: uiri simul ac mulieres eousq; potant: donec stupore comprehendantur. Massagete uirtutem suam maxime in bello aduersum Cyrum ostenderunt. de quibus ab iis audiēdum ē: qui eos predicant. De iis tamen hec dicuntur: quod alii montes habitant: alii cāpos: alii paludes: q̄s flumina efficiūt: alii insulas: que in paludibus sunt. sed p̄cipue Aragum dicūt in partes multas diuisū regionē hāc alluere: aliis hostiis in aliud mare exeuntē boream uersus. uno autem solo hyrcanium sinum uersus. Tātummodo Solē deū putant: atq; illi equum mactant. singuli singulas uxores ducunt. Vtuntur etiam uxoribus aliorum: idq; haud occulte: Nam qui cum aliena congreditur: pharetram e curru suspendens: in propatulo coit. genus mortis apud eos optimum iudicatur: ut senio confecti: in frusta cedantur: et cum ouillis carnibus promiscue edantur: Eos qui morbo moriuntur: ut impios abiiciunt: et dignos qui a feris deuorentur. Eqtes ac pedites optimi sūt. Vtuntur arcu: gladio: thorace: ac Securi enea. Aureas zonas habēt: et diademata in gladiis. Aurea equorum frena: et aurea pectoralia. Argentū apud eos non est. ferri parum. Ere atq; auro abundant. Qui in insulis habitant: cum semine careant: herbarum radices edunt. & agrestibus fructibus utuntur. Vestis est eis arborum cortex: pecudes enim non habent. Expresso arborum fructu bibunt. Qui paludes habitāt piscibus uescunt. phocarū coria e mari prodeuntiū: induūt. Montani agrestibus fructibus aluntur. Oues habent: nō tamē multas: quas minime occidunt: lactis & lane gratia parcentes. Vestes infectoriis uenenis tingūt: que florē habent indelebilem. Campestres etsi regionem habent: eam tamē non colunt. sed ex ouibus piscibusq; Scytharum ac nomadum more uiuūt. Nam hoꝝ omniū cōmunis quidam uictus est: iis: quem sepe dico. Sepulture quoq; et mores et uniuersa uita par: que q̄q̄ simplex sit: Sinistra tamen: bellica agrestisq; est. In contractando autem: nō uersuta. Ex Massagetarum et Sacarum gente. sunt Atasii & Chorasmi: ad quos Spitamenes ex Bactrianis ac Sogdianis cōfugit. Vnus ex persis: qui ab Alexādro aufugerūt: quemadmodum Bessus et postea Arsaces qui Callinicum Seleucū fugiēs: ad Aspasiacas secessit. Eratosthenes dicit Arachotos et Massagetas bactriis occidentē uersus adiacere ad Oxū: Sacas & Sogdianos toto solo Indie opponi. Bactrios aliq̄to: nā magna ex p̄te paropamiso adiacēt. Sacas a Sogdianis Iaxartē dirimere. Sogdianos a Bactrianis oxū. Inter hyrcanos: & Arios. Tapyros. habitare: post hyrcanos: Circuncirca mare esse Amarnos: Adriacas. Cadusios: Albanos. Caspios: Vitios: et nōnullos alios fortasse usq; ad Scythas. Ex altera Hyrcanoꝝ parte Derbicas. Cadusios uero sub Paracboathara: Mediā Matianamq; cōtingere. distātias sic dicit: A caspio in Cyrum circiter mille et octingenta stadia. Hinc ad Caspias portas quinq; milia et quingenta. Hinc usq; Alexandriam: que est in Ariana sex milia & quadringēta. Hinc usq; Bactra que etiam Zariaspa nominatur: tria milia & octingenta ad. lxx. Eas etiā sic colligit. a Caspiis portis in Indiā usq; Hecatompylon mille et nonagīta ad. lx. usq; Alexandriam: que est in Ariana quattuor milia & quingenta ad. xxx. Hinc usq; Prothasiam. que est in Drape: mille et sexcenta. quidam quingēta dicūt. Hinc usq; Arachotos ciuitatem q̄ttuor milia ac centū iungit. Hinc usq; Ortospana ad Triuium: quo ex bactris itur: duo milia. Hīc ad Indiæ cōfinia mille. que omnia sunt. xv. milia et quingenta. Hec distātia si in rectum inteligatur: cōtinuo tractu: ab Indo ad mare orientis: est indie lōgitudo. Ac de Sacis quidē hactenus. Parthia non multa est quapropter Parthi cum Hyrcanis persice uiuebant. etiā multo post tempore q̄ Macedones imperarēt. Ad paruitatem accedit: q̄d nemorosa est: mōtana:

atq; inopſ: quapropter regeſ eam curſu preteribant. cum regio ne minimam quidem exercitus partem alere poſſet: nunc uero aucta eſt. Nam Cameiſena atq; Chorina et tota fere regio uſq; ad Caſpiaſ portaſ: & Aragoſ & Tapyroſ que priuſ medorum erant parthoꝝ ſunt. Apamia & Heraclia urbeſ ſunt Rhagiſ uicine. A Caſpiiſ porti Rhagaſ uſq; ſtadia ſunt ut Apolloniuſ uult: quingenta: uſq; Hecatompylon que eſt Parthorum regio: mille. cc. et. lx. Rhagiſ nomen impoſitum dicitur a Terre/ motibuſ: qui ibi frequenter fiunt: a quibuſ multe urbeſ: ut Poſſidoniuſ refert: & duo milia uirorum euerſa ſunt. Inter Derbicaſ & Hyrcanoſ Tapyri dicũtur habitare: memorie proditũ ẽ Tapyriſ morẽ e ẽ: ut ꝓpriaſ uxoreſ aliſ uiriſ nuptui cõcedant: cum duoſ: treſue filioſ ex eiſ ſuſceperint: quemadmodum apud noſ Cato indigenti Hortenſio martiã conceſſit: ſecũdum antiquã Romanorum conſuetudinẽ. Rebuſ extra taurum innouatiſ: propterea qui Syrie ac medie regeſ rerum earum domini: inter ſe diſſidebãt: Euthydamuſ quidem primo bactrianam que ei commiſſa erat: atq; omnem finitimã regionem: ad defectiõem perduxit. Poſtea Arſaceſ uir Scytha: cum ex datiſ qu oſdam haberet: qui Parni dicuntur: Nomadeſ ochum accolenteſ: parthiam inuaſit: atq; obtinuit. Sed ipſe et ſucceſſoreſ eiuſ in initio imbecilli erãt: dũ bellum aduerſũ eoſ gererent: qui regionẽ abſtulerunt. Poſtea uero ob preclara belli facinora adeo polluerunt: ſemper aliquid finitimiſ adimẽteſ: ut totiuſ tandẽ regiõiſ que ciſ euphratem eſt potirentur: ac uim Scythiſ afferenteſ: bactriane partem eiſ abſtulerũt. ſed ꝓuſ etiã Eucratide: & nũc quidẽ tante regiõi ac populiſ dominanẽ: ut propter imperii magnitudinem cum Romaniſ quodãmodo contendant. Cauſa eſt eorum uita: ac moreſ: qui cum ualde barbari ſĩt: ac Scythici: ad imperandũ tamẽ: et gerendum bellum plurimum ualent. Tradũt parnoſ daaſ eſſe: ex Daiſ ꝓfectoſ: qui ultra meotim habitant: quoſ Xandioſ: ſiue parioſ dicunt. Sed nõ ualde cõſtat eſſe Daaſ ulloſ ex Scythiſ: qui ultra meotim ſunt. Ab iiſ ortũ Arſacem putant: quidã eum bactrianum dicũt. Iſ cum Diodoti incrementũ fugeret: parthiã ad defectionẽ perduxit. Noſ uero cum multa de Parthoꝝ moribuſ in. vi. hiſtoriarũ li. dixerimuſ: qui ſecunduſ eſt: poſt Polybiũ: cetera omittemuſ: ne eadem repetere uideamur. Hoc dicto dumtaxat: quod parthorum collegium: ut poſſidoniuſ refert: duplex eſt: nam alterum affinium eſt: alterum Magorum ac ſapientum: e quibuſ utriſq; regeſ fiũt. Aria et Martiana optĩa apud eoſ loca: partĩ mõtibuſ clauſa ſũt. partim habitatiõeſ in campiſ habent. Montana ſcenete quidã incolunt. Campi fluminibuſ ſunt irrigui. Irrigant eoſ partim Ariuſ partim marguſ. Aria Bactriane contermina eſt: et mõti ſubiecta: qui bactrianam habet. Ea diſtat ab hyrcania. vi. milibuſ fere ſtadiorũ: cum ea erat etiam Dratiana: uſq; in Carmaniã: pleraq; arie parſ auſtralibuſ montiũ partibuſ ſubiacet: parſ uero ſeptentrionalibuſ proxima eſt: que iuxta ariã ſũt. Nõ longe abeſt Aracoſia quæ Auſtralibuſ montium partibuſ ſubiacet: & uſq; ad indum flumen extenditur. ea etiam Ariane parſ eſt. Arie longitudo eſt ad duo milia ſtad: Campi latitudo. cc. Vrbeſ Artacagna. Alexandria. Achaia a cõditoribuſ appellata. Hæc regio optimi uini ferax eſt quod in uaſiſ non picatiſ ad generationeſ triſ per/ durat. Similiſ ẽ Margiana: campuſ deſertiſ ambitur. quapropter Antiochuſ Soter muro admiratuſ loci naturam: circundedit: cuiuſ ambituſ mille et quingentum erat ſtadiorum: atq; urbem Antiochiam condidit. Ea etiã uiteſ optimaſ fert. quapropter tradunt ſepe uitiſ truncum inueniri: quantum duo uiri complecti queant. Racemũ duorum cubitorum. quedam Arie parteſ: Septentrionẽ uerſuſ: bactrie adiacẽt. Sed parſ maxima imminet ad auroram. ea multa eſt & omnium ferax preter oleũ. Ob

huius regionis uirtutẽ: adeo greci polluerunt: qui eã occupauere: ut Arianis & indis fuerint dominati: ut Apollonius Adramytinus refert. & plures gentes q̃ Alexander subegerũt. precipue Menander qui & hypanim ad orientẽ traiecit. et usq; ad Isamũ progressus est: partim ipse: partim Demetrius Euthydami filius regis bactriorum: & non solum Pattalenam: sed etiam ceteram oram que Saraosti dicitur: & Sigerdidis regnum obtinuerunt. In summam dicit totius Ariane tutamen esse bactrianã. Inde usq; ad Seras & Phaunos imperiũ ꝓtulerũt. Vrbes habuere bactra quæ etiã Zarias appellata est: per quam flumen eiusdem nominis defluens emittit in oxum. item et Darapsa et complures alias. Eorum erat etiã Eucratidia ab imperãte cognomĩata. Greci qui eam tenuere in Satrapias diuiserũt. e quibus Aspionã: & Turiuã: parthi Eucratide abstulerunt: Habuere etiã Sogdianã que bactriane imminet ad aurorã inter oxum qui bactrianam: et Sogdianam: & Iaxartem qui Sogdios & Nomadas terminat. Olim Sogdiani ac bactriani uita et moribus nõ multum a Nomadibus differebant: bactriani aliquanto erant mitiores. Verum Onesicritus de iis nõ recte dicit: ꝙ qui iam senio morboue confecti sint: uiui canibus apponantᷓ: ad hoc ipsũ de industria enutritis: quos patria lingua sepulchrales uocãt. Et quod ea: que extra Metropolis menia sunt: mũda sint: interiora uero humanis ossibus refecta: et quod Alexãder Legẽ eã sustulerit. Similia fere de Caspiis scribuntᷓ: ꝙ parentes inclusos fame necent: cum iam septuagesimum annum excesserint. Hoc quidem tolerabilius est & eorum moribus conuenientius: cum scythicum sit: Sed multo magis id scythicũ est: quod faciunt bactriani: & profecto considerare possumus: cũ Alexander talia ibi comperiret: qualia ea esse debebant: que apud primos persas: atq; etiam superiores persarũ duces fuere: qualia. s. credibile ẽ apud eos fuisse cõsueta. Tradũt Alexandrũ octo urbes in bactriana & Sogdiana cõdidisse: nonnullas etiam euertisse: e quibus fuit Cariata in bactriana: ubi Callisthenes cõprehensus est: & in uincula coniectus. Paracãda uero in Sogdiana & Cyra ultimũ: Cyri opus ad Iaxartem flumẽ conditũ quod persici imperii confiniũ erat. Id Alexander: q̃q̃ Cyro amicus esset: tamẽ ꝓpter cõtinuas rebelliones euertit. petras etiam munitissimas cepit per proditionẽ: ut petrã Sisimithre in bactriana: in qua Rhoxanam: Oxyartis filiam: habuit. Item aliam in Sogdiana & aliã secus Oxũ quã nõnulli Ariamaze dicũt. Sisimithrice altitudinẽ scribũt stadioꝝ .xv. ambitum octoginta. In superiore parte planam et feracem ut uiros quingentos alere possit. In ea Alexander & hospitio sumptuose acceptus est: & Rhoxanã Oxyartis filiam uxorẽ duxit. Que in Sogdiana erat: altitudine duplã dicunt. Circa hec loca Branchidarũ urbem sustulit: quos Xerxes secũ spõte e ꝓpria terra secutos: ibi collocarat: ꝓpterea qđ dei pecunias: ac thesaurosq apud Didyma erant. ei tradidissent: Alexander eos sustulit: proditionem & Sacrilegum exosus. Ferũt amnem fluere per Sogdianã: quẽ Macedones preciosũ reddiderunt: quemadmoũ & alia permulta: quibus partim nomina ab illis imposita sunt: partim innouata. Is cum regionem multã irrigauit: euadit in desertam & arenosam terram: atq; ibi absorbetᷓ. quemadmodum Arius qui per Arios labitᷓ. ii prope Ochum effodientes: olei fontem inuenerunt: nam uerisimile quidẽ est: ut nitrosa quedam: & aluminosa: & sulphurea: et bituminosa: terram perfluant: itaq; pinguia inueniantur. Raritas enim efficit admirationem: Ochum alii per bactrianam labi dicunt: alii secus eam: alii ab oxo diuersum: usq; ad ostia atq; australiorem: ambos i hyrcanium mare decurrere: alii ab initio diuersum. Coire autẽ in unum cum oxi alueus multis in locis sex septẽue stadᷓ latitudinem habeat. Iaxartes ab initio usq; in finem ab oxo diuersus est: & in idem

mare desinit. Ostia inter se: ut Patrocles uult: ad octogita distat parasagas. Persicu Parasanga: alii. lx. stadioꝝ fecere: alii. ccc. et quadraginta. Nos cu Nilu nauigare/ mus aliis atq; aliis mensuris utebamur. quas Schoenos appellabat: ab urbe in urbe. Vt idem Schoenorum numerus alibi maiore: alibi minore nauigatione cotineret. qui ut ab initio traditus est: ita adhuc obseruat. Ab Hyrcania usq; in Sogdiana ad orientem solem eunti: getes extra tauru habitantes: primo Persis ac Macedoibus cognite fuerut. Postea etia parthis. Que uero recto tractu sut ulteriores: ex forme similitudine: Scythice esse intelliguntur. Exercitum: quantum ego scientia: aduersu eos nemo duxit: queadmodu nec aduersum Nomadas: qui magis ad borea uergut: ad quos Alexander expeditioem aggressus: cu Bessum ac Spitamenem dimisit: Besso captiuo ad eum deducto: & Spitamene a Barbaris interempto: destitit ab inceptis. Quod autem quisq ab india circunnauigarit in Hyrcania: Id non satis constat: qq Patrocles id effici posse arbitratur. Dicunt etia ultima tauri partem: Indico mari contigua: quam Imeum uocant: nec magis ad auroram excedere: nec magis recedere q Indiam. Ad boreale autem latus pretereunti semper mare aliquid de longitudine ac latitudine subtrahit: qre Miuru aperit Asie parte: nuc describenda: qua Taurus amplectitur oceanum uersus: a quo Caspiu pelagus implet. Maxima partis huius longitudo est: ab Hyrcanio mari: in oceanu Imeo uicinum: stadioꝝ circiter. xxx. milia: si quis secus motana tauri regione proficiscatur: latitudo autem citra. x. milia. Dictu est enim ab Issico sinu: usq; ad orientale mare: indis uicinum esse: ad. xl. milia stadioꝝ. Ab extremo occidente columnis propinquo: ad Issicu. xxx. milia. Recessus Issici sinus: aut nihilo aut paulo orietalior e Amiso. Logitudo ab Amiso i Hyrca/ niam est. x. milia. fere stadioru: que pariter progreditur cum ea: quam ab Issico in Indiam dicebamus. Restat igitur dicta longitudo partis nunc pagrate. xxx. miliu fere stadioꝝ. rursum cu maxime habitabilis: que Chlamydalis est: latitudo sit. xxx. fere milia stadioꝝ: ea distatia meridionali proxima erit: que per hyrcaniu & persicu mare scribit: si totius habitabilis logitudo e. lxx. milia. Si itaq; ab Hyrcania usq; in Artemisia babylonie: sut. viii. milia stadioꝝ: ut Apollodorus uult: Inde ad psici maris ostium tantudem: rursuq; tatunde: uel paulo minus: ad ea: que ia cu extremis ethiopie pariter & ex aduerso consurgut: Reliquu erit dicte latitudis orbis terraꝝ ab hyrcanii maris recessu: i eius ostio: quantu diximus. Cuq; Miurus sit segmetu ad ptes oriente uersus erit figura Popinario Cultro persimilis: mote qde i rectu tendete: & ex pte aciei intellecto. Ex altero uero latere maritia ora ab hyrcanio ostio usq; Tamaru porrecta: & Miuro in circulare lineam desinente. Sed de admirabilibus qbusda: que de barbaris uulgata sut: faciēda metio e: de iis psertim: que circa Caucasu: ac cetera motis huius regione habitat. tradut. n. qbusda Euripidis illud i more esse:

Natum lugere: propter ea: in que uenit: mala.
At contra mortuum: quasi uite laboribus
Perfunctum: efferre letitia plurima ac iocis.

Sunt qui pro maximis etiam delictis: neminem interficiant. Sed in exiliu cu filiis mittat. ecotra Derbices: na pro minimis qbusq; delictis iugulat: Tellure uenerant: femininum nullum sacrificant nec edunt. Iugulant eos: qui septuagesimum annum excesserint. qui genere proximi sunt: eius carnes absumunt. Anus autem strangulat: deinde sepeliunt. Eos qui citra septuagesimum annum obierint non eduntur: sed sepulture mandant. Siginni in ceteris rebus persice uiuut. Equis uero utunt pusillis et hispidis qui equitem uehere non possunt: quadrigas iungunt: quarum mulieres sut

aurigę:a pueritia exercitate: & que optime ducere iudicat: cuicũq; uult:nubit:Ferũt nonnullas eorum curare ut capite longissimo: et fronte exporrecta uideantur: adeo ut mẽto emineat. Tapyri atras uestes gerũt: & comas longas. mulieres uestes cãdi/das. & comas breues: habitãt inter Derbicas & Hyrcanos. qui fortissimus iudicatur: quam uult ducit. Caspii eum qui septuagesimum annum excesserit: fame necãt: quo in solitudine exposito: euentum eminus speculant̃: nam quẽ ab auibus e lectulo distrahi uiderint: felicẽ putãt: si a feris: uel canibus: nequaq̃: si a nullo: ducunt infe/licem. Quoniam taurus boreales asiæ partes efficit: quas intra taurum uocant: de eo prius dicendum uidetur. Hec enim uel omnia: uel pleraq; in ipsis mõtibus sũt. Quecũq; uero Caspiis portis oriẽtaliora sunt: ea ꝑpter siluestrẽ regionẽ: simpliciorẽ habẽt peragratiõem: nec multum refert: cum hoc: an cũ alio Climate cõnumerent̃: Occidentalia autem omnia magnam de se dicendi copiam prebent. quare ad ea que Caspiis portis adiacent: procedendum est. Adiacet itaq; media occidentem uersus: regio sane multa: atq; olim potens: in medio tauro sita: qui circa hec loca multifidus est: & conualles magnas comprehẽdit: quemadmodum etiam Harmenia. Mons hic a Caria Lyciaq; incipiens: ibi nec latitudinẽ mẽtione dignã ostẽdit: nec altitudinẽ. Attollitur autem multum primo circa Chelidoneas. Hæ sunt insule: in initio oræ Pamphilie: porrectus uero ad orientem: conualles apud Ciliciam complectitur: non sane magnas. Deinde ab eo Amanus scinditur. et antitaurus: in quo comana sũt apud Cappadocas supra memoratos: atq; hic in cataonia desinit. Amanus ad Euphratem et Melitinam usq; progreditur: ad quam Commagena Cappadocie adiacet. Deide montes sequuntur: qui trans Euphratem sunt: predictis continui: nisi quantũ flumẽ per medium fluens interrũpit. Crescit Amanus multũ in latum: & altũ: & multifidus est. Pars australior est taurus: qui harmeniam. disterminat a Mesopotamia. Hinc fluunt: Tigris & Euphrates: qui Mesopotamiam circundant: & apud babylonios inuicem coherent: deinde in mare persicum emittunt. quorum Euphrates maior est: et plus regionis flexuoso alueo percurrit. Fontes habet in parte tauri boreali: fluit ad occidentem per harmeniam: que maior appellatur: usq; in harmeniam minorem: quam a dextris habet: a sinistris uero Lisanam. Deinde ad austrum flexus confinius iungitur Cappadocũ: que ad dextram relinquit ad Sinistram Cõmagenoꝝ cõfinia: rursumq; a Sicisina etiam Sophina maioris harmenie: ad sinistram relicta progredit̃ in Syriam: atq; iterum flexum alium capit in babylonios: & persicum Sinũ. Tigris ex eodem mõte Seleuciam illatus ad Euphratem accedit. ibiq; efficit Mesopotamiã: deinde in eundem Sinum intrat. Euphratis ac Tigridis fõtes inter se distant ad stad̃ duo milia & qngenta. Taurus sitaq; septentrionẽ uersus in multos q̃si ramos discindit̃. quorum unus est antitaurus: sic enim ibi appellatur. Is Sophinam compræhendit in cõualle quadam: que inter eum iacet: atq; taurũ ultra Euphratẽ: circũ harmeniã minorem. protinus post Antitaurũ mõs quidã extenditur: magnus: atq; multifidus: Cuius partem Polyarrem: partem Moschicos montes: partem aliis nominibus uocãt. Hi harmeniam omnem comprehendunt: usq; ad Iberas & Albanos: Deinde alii ad auroram Caspio mari imminentẽ cõsurgunt: usq; in mediam Atropatinam: ac etiã maiorem. has montiũ partes Paracboatram uocãt: atq; eas etiã que usq; ad Caspias portas & ulterius tendũt: ꝑterea orientẽ uersus Boreales mõtes qui Arie cõiungunt̃: Boreales sic uocant̃. Australes uero ultra Euphratem & Cappadociã & Cõmagenã ad aurorã tendẽtes. Hic ipse mõs in initio taurus uocat̃. Sophinã ceteráq; harmeniã disterminans a Mesopotamia. Sunt qui Gordieos mõtes uocent. In his est Masius

mons qui supra Tigranocerta Nisibim iacet. postea magis magisq; elatus Niphates appellat᷑. Hoc in loco sunt Tigridis fōtes: ad australe mōtane regionis latus. Deīde Iugum a Niphate magis ac magis extensum Zagrium montem efficit: qui medos Babyloniosq; distermīat. Post Zagriū supra Babylonios Elimeoꝝ ac Paretasinoꝝ mōtes sequunt᷑: supra Mediā uero Cosseorū regio. In medio ē Media & Harmenia multos montes comprehendens: & colles & campos: & conualles non paruas. Gentes etiam frequentes que circum paruos montes habitāt: & magna ex parte latrociniū exercent. Hoc itaq; pacto harmeniā Mediāq;: cuius sunt Caspie porte: intra taurū collocamus. He gentes ad nos sunt boreales quoniā & intra taurum. Eratosthenes uero cum diuisionem in partes Australes fecisset: in locis borealibus: & iis: que ab eo sigilla appellant᷑: partim borealia nominans: partim australia: amborum Climatum terminū Caspias portas ostēdit. Iure qdē australiora Caspiarū portarū ad aurorā tendentia: australia ostēdit. e quibus est Media: & harmenia. septentrionaliora uero borealia secundū aliū: atq; alium locorū ordinem cōtingūt: hoc fortasse idcirco nō aduertit quia nulla nec harmenie nec Medie pars extra taurum ē: austrum uersus. Media est in partes duas diuisa. quarum alteram maiorē uocant: cuius Metropolis sūt Ecbatana: magna ciuitas & medici imperii caput: q̄ nūc etiā parthi regia utūt᷑. Nam reges ibi estatē agunt. Frigida enim est Media. Hyemem uero Seleucie: que secus tigrim est: prope babylonē. Altera pars est media Atropatia ab Atropato duce nominata: qui ne ea Macedonibus subigeret᷑: obstitit: cum maioris Medie pars esset. Is postea Rex declaratus: regionē hanc per sese posuit. Et ex illo successores ad hoc usq; tēpus perdurant. ii postea cū Harmenioꝝ regibus affinitatē coniūxere. Postea cū Syris: postremo cū parthis. Hec regio Harmenie: & Matiane ad oriētē adiacet. Medie uero maiori ad occidentem. utriq; ad Aquilonem: Habitantibus autem circa Hyrcanii maris recessū & Matianā ab Austro iacet. Ea satis opibus pollet ut Apollonides ait: nam equitū. x. milia: peditum. xl. milia exhibet. Lacum habet nomine Spauta: in quo Sales nascuntur & congelascūt. ii pruritū doloremq; efficiūt. morbi remedio est oleum. Si quis uestes in eū per imprudentiā lauandi gratia immerserit: aqua dulcis exustas emēdat. Ii ualidos uicinos habent harmenios & Parthos a qbus sepe aliqd circuncidunt᷑. resistūt tamen & ablata recuperant: queādmodū Simbacē ab harmeniis receperūt: qui sub romanis erant. & ipsi ad Cesaris amiciciam accessere. Colūt simul etiā Parthos. Eorū regia estiualis ē gaza in cāpo sita & uera: Castellū munitissimum quod Antonius in parthica expeditione obsedit. Id ab Araxe flumīe quod harmeniam & Atropatiam terminat stadiis abē duobus milibus quadringētis: ut Adelphius refert: qui Antonio: familiaris illius: ī parthos expeditionē cōscripsit: in qua ipse & affuit & ꝑfuit. Cetera huius regionis loca opulenta sūt. Septētrionalia uero montana: & aspera: & frigida. Cadusiorū montanorū: & Amardoꝝ domiciliū nec non Tapyrorū Cyrciorū & eiusmodi aliorū qui latrones extorresq; sūt. Nam Zagrus & Niphates gentes has sparsas habent: & Cyrcii & Amardi qui in Persia & Harmenia sunt: adhuc eodē nomine appellati: eandē formā seruant. Cadusii peditū multitudine non multum ab Arianis superant᷑. Hi sunt Iaculatores optimi. In locis asperis pedites ꝓ equitibus pugnant. Antonii expeditionem: non loci natura grauē reddidit: Sed uiarum dux Artauas Rex Harmeniorum: quem ille sibi insidiantem consilii participem fecit: ac bellice sententie compotem. Eum tamen quāq̄ sero ultus est: postq̄ multorum maloꝝ causa romanis extitisset. tum ipse: cum ille qsquis uiam Zeugmate: quod est iuxta Euphratem quousq; ī Atropatiā perueniat᷑. viii. milia

stadiorum ultra duplum recte uie per montes regressus: & amfractus effecit. Media maior olim totius Asie dominata est. Syrorum imperio subacto postea: a Cyro: ac persis: ea tāta potētia sublata ē. sub Astyage tamē multū patrie dignitatis seruauit. Erāt enim Ecbatana Persarū hybernaculum & Macedonū qui subactis illis Syriā habebant. Nunc etiam parthorum regibus eundem usum & Tutelā prestāt. Media ab oriēte parthia terminat Cosseoꝝ mōtibus: latrociniū exercitiū Hi olī cū aduersū Susios: & Babylonios Elymeoꝝ: socii essēt: sagittarioꝝ. xiii. milia exhibebāt. Nearchus refert quattuor esse gentes que latrociniū exercebant. earū Mardi Persis erant finitimi. His atq; Susiis Vxii & Elymei. Cossei autem Medis. atq; omnes tributum regibus pendebāt. Cessei etiā cū Rex estate Ecbatanis pacta babylonē descēderet: dona accipiebant. Horū audaciā Alexander contudit: hyeme eos adortus. Media itaq; ab oriēte iis terminat: & Paresitacinis: qui etiā mōtani sunt & latrones ac persis contigui. A septentriōe Cadusiis & aliis supra hyrcaniū mare habitantibus: de qbus paulo āte ptractauimus. Ab austro Apolloniatide quā Sitacinā ueteres appellabāt. Itē Zagro apud quē Massabatica est: que ad mediā pertinet. quidā eā ad Elymeā dicūt pertinere. ab occidente Atrapiis & harmenioꝝ quibusdā. Sunt etiā grece urbes in Media: a Macedonibus condite. e quibus est Laodicea: Apamia: & Rhaga. que apud Rhagas est. Rhagā Nicator cōdidit. & Aropū nomīauit. Parthi uero Arsaciā. ea australior ē: q̄ Caspie porte: qngētis fore stad: ut Apollodorus adramyttinus ait. Media itaq; magna ex parte alta ē & frigida cuiusmodi sūt montes Ecbatanis imminentes. & q apud Rhagas & Caspias portas consurgūt. ac omnes deniq; septētrionales partes usq; in Matianā & Harmeniam huiusmōi sūt. Regio uero que sub Caspiis portis in humili & cōcauo solo iacet: opulēta ē. & omnia fert: pter oleā quæ et si ibi nascit: arida tamē ē & sicca. Hec regio & Harmenia eximie pascendis equis apta ē. Vnde pratū quoddā Hippoboton uocat: per qd iter faciūt q ex persia et babylone ī Caspias portas proficiscunt: In eo pasci dicūt equoꝝ. l. milia: que armēta regia sunt. Neseos equos: qbus reges utebant: optimos: ac magnos: alii Hinc genus habere dicūt: alii ex harmenia. propriā quandā formā habētes: quēadmodū parthia p grecis exteris q; q apud nos sūt: & herbā que pcipue equos nutrit: eo qd ibi abūdet: pprie Medicā uocamus. Hec regio Silphiū Fert: a quo medicus Succus appellatur. Cyrenaico lōge inferior. nōnunq̄ etiā illi pstat siue pter locoꝝ diuersitatē: siue qd stirps speciē mutet: siue pter eos q succū exprimūt: atq; cōficiūt. Vnde etiā ad usū recondit. Media itaq; talis ē. eius latitudo ac lōgitudo: pene par. Maxīa eius lōgitudo: ea uidet que ē a Zagri trāsitu: q uocat Medica porta: ad Caspias portas: per Sigrianā stadiorū quattuor miliū supra centū. cū magnitudine & opibus regionis concordāt ea: que de tributis tradunt. Nā cū Cappadoces persis quot annis pendāt: pter argentum: mille & quingentos equos Mulorum duo milia. Ouiū qnquaginta milia. Duplū fere boꝝ Medi pendebāt. Mores magna ex pte Medis & harmeniis idē sūt. ppterea qd etiā regio similis est. Tradūt Medos multarū rerum auctores harmeniis fuisse: ac prius etiā persis q in potestate Asie successerūt. Nā que nūc psica scola dicit: et eqtādi et sagittādi studiū. et cultus: et ornatus: et religiosa a subditis in reges ueneratio: a Medis pfecta ē. Idq; uerū esse uestitus declarat. Nā Tiara: et Citaris: et Pileus: et manicatæ tunicæ: et Anaxyrides in frigidis et borealibus locis: quales sunt Medici: apta gestamīa uident. In Australibus uero nequaq̄. Perse autē magna ex parte rubrū mare accolūt: magis enim meridiōales sunt: q̄ babylonii: uel Susii. Hi post subactos medos quedā sibi uendicauere: quæ medoꝝ erant. et adeo

honesti: & regii: uictoꝝ mores uincētibus uisi sunt: ut pro nudis ac leuibus muliebria gestare: & uelamētis cōtegi paterentur. Sunt qui dicāt Medeam quæ ibi imperauit quēadmodū Iason: uestē hāc prius cōmonstrasse: Nam ea faciē suā occultabat: cū ꝑ rege exiret. Dicūt etiā Iasonis monumēta eē Iasonia que illi a barbaris posita in honore maxīo habent. Est etiā mōs quidā ingens: supra Caspias portas: ad leuā: q Iasōius appellat. Medee ē & uestis & regiōis nomē. Dicit ꝑterea Medus: eius filius: regni successor: regiōi nomē imposuisse. His cōcordant Iasonia: que sūt ī harmenia: et regionis nomē. & alia permulta: de qbus postmodū dicemus. atq; hoc Medorū ē: q̄q̄ nō omniū sed montanoꝝ: eū ī regē eligere: q fortissimus sit. Illud quoq; Medoꝝ ē reges uxores multas habere: q mos & ad mōtanos: & ad omnes ꝑmanat. pauciores autē q̄. vii. nō licet. Eodē mō proditū ē: mulieres pulchrū sibi existimare: ut uiros habeant q̄plurimos. pauciores qnq; calamitatē ducere. Cū cetera Medie regio sū me opulēta sit: septentriōalis mōtana tenuis est: q̄re ex arboꝝ fructibus nutriunt. Ex malis siccis ac tritis massas cōficiūt. Ex amigdalis tostis panes: E radicibus quibusdā uinū exprimūt: ferinis carnibus utunt: mitia pecora nō alūt: ac de Medis qdē hec. De totius autē Medie Nomadibus: quoniā ii ꝓpter persarū potentiā ꝑsis accessere: cū de illis loquemur: mentionē faciemus. Australes Harmenie partes taurū obiiciūt: qui eā ab oī regiōe dirimit: que inter tygrim ē: atq; Euphratē: quā Mesopotamiā uocāt. Orietales uero: Medie maiori: & Atropatie sūt cōtigue. Septētrionales sunt mōtes Paracboatre Caspio mari imminentes. Item Albani: & Iberes: & Caucasus: qui gentes has circuit. & Harmenie: & Moschicie: & Colchicis mōtibus: cōtigui sē: usq; ad eos: qui Tibarani appellant. Ab occasu sūt gentes he: atq; Paryadra: & Cydisa: usq; in Harmeniā minorē: et fluuialē Euphratis regionē: que harmeniā a Cappadocia dirimit: & Cōmagena. Nā Euphrates a boreali tauri latere exoriēs: ꝑmo ꝑ harmeniā fluit occidentē uersus. deinde ad austrū flexus: inter harmenios & Cappadocas & cōmagenos taurū recidit. Egressus uero: cū ꝓpe Syriā ꝑuenerit: ad hyemales ortus reuertit: usq; babylonē. & ad Tygrim Mesopotamiā efficit. Ambo in persicū sinum finiūt. Circūiacentia qdē huiusmōi sūt: mōtana fere: & aspera oīa: paucis exceptis Mediā uersus. Rursū dicti tauri incipiētis ab ulteriore cōmagenoꝝ: & Melitinorū regiōe: quā Euphrates facit: ē Masius mōs: q ab austro in Mesopotamia. Mygdonibus imminet: apud quos est Nisibis A parte autem septētrionali: ē Sophina: inter Masiū: & antitaurū: q ab Euphrate tauroq; initiū sumens: ad orientales harmenie partes desinit. & Sophinā Medie complectit. Ex altera parte habet Acilesinā inter taurū sitā: & Euphratis Mesopotamiā: prius q̄ is ad austrū deflectat. Carcathiocerta Sophine regia est. Masio orientē uersus iuxta Gorgodilenā Niphates mons imminet. Deinde ab iis ex quo Euphrates & Araxes fluunt alter ad ortū: alter ad occasū. Deinde Nibarus usq; in Mediā extendit. Quomodo autē Euphrates fluat dictū ē. Araxes ad orientē illatus usq; ī Atropatiā ad occasū septētrionēq; deflectit. et primo Azara preterlabit: deinde Arxata Harmenie urbē: postea per Araxinū campū in mare Caspiū emittit. Multi mōtes: & multi colles sūt ī harmeniai: n qbus nō facile uitis nascit: multe etiā conualles: alie modice: alie opulēte: quemadmodum cāpus araxinus: per quē Araxes fluēs ad extrema Albanie & ī mare Caspiū egredit. Postea ē Sacasena: quæ & Albanie & Cyro flumini finitima ē. deinde Gogarena. Tota hec regio fructibus ac domesticis arboribus affluit: & iis que semp uirēt. Fert etiā oleū. Harmenie pars ē Faunena: & Cōmisena: et Orchistena: que eqs abūdat. Chorzena uero et Cābysena septētrionales: et ualde niuales sūt: Caucasis mōtibus:

et Iberie et Colchidi: contiguæ: ubi iter agentes in summis montiũ cacuminibus niue obrui dicunt: nam ibi plurima cadit unde baculos habent ad eiusmodi pericula quos in summã niuẽ respirandi gratia exerant: & ut eo signo auxiliũ ab aduenientibus cõsequanť. quapropter sepe effossi seruanť. In niue glebas quasdã cõcauas cõge/lascere prodiderũt aquã optimã tanq̃ in tunica cõtinentes. In niue animalia quedã concreari: quæ Apollonides uermes appellat: Theophanes uero montanas teredines. Atq; in illis aquã optimã cõtineri: & ruptis tunicis bibi. Hoꝝ animaliũ generationẽ talẽ putãt. qualẽ culicũ: ex flamma & bractea metallorũ. Tradũt Harmeniã cum prius parua eẽt: ab Artaxia et Zariada auctã q magni Antiochi ĩpatores fuere: quo superato: alter Sophine & Acisene: & Odomãtidi: & quibusdã aliis: alter regiõi que circa arxata est imperãtes: multũ coaluere: & uicinis loca plurima abstulerunt. Medis Caspianã & Phaunitẽ: & Basoropedã: Iberibus circũmontanã Peadri regio/nem: & Chorizenã: & Gogarenã. trans Cyrum Chalybũ gentibus & Mosynoecis Parenitã & Xerxenã que Harmenie mĩori cõtermine uel eius partes sũt: Cataõibus Acisienã: & regionẽ que circa antitaurũ est. Syris uero Tamonitam: ut omes unius lingue essent. Harmenie urbes sunt Artaxaca: Artaxiasata appellata: quã Annibal Artaxie regi cõdidit. Itẽ arxata ambe ꝓpter Araxẽ. Arxata iuxta fines Atropa/tie: Artaxata apud Araxinũ campum bene habitata. & eius regionis caput. Ea in flexu quodã iacet: qui peninsulã facit. pro muro flumẽ opponit: ꝑter Isthmũ quẽ et fossa & uallo clausum habet. non procul ab urbe sunt castella quedã munitissima. Babynsa & Olana ubi Tigranis Zarthabari thesauri seruabãť. Alia secus Euphra/tem erant. Sed Artagena: qui custodie ꝑerat: ador ꝓdidit. Id etiã Cesaris ĩpatores diuturna obsessiõe ceperũt. atq; mures ademerũt. Multi amnes sũt in harmenia. sed clarissimi Phasis & Lycus in mare ponticũ exeuntes. Antisthenes Termodontẽ pro Lyco posuit nõ recte. in Caspiũ Cyrus & Araxes emittũt. ĩ rubrũ mare Euphrates & Tigris. Sunt etiã in hac regiõe magni quidã lacus. E quibus est Mantianus. qui Ceruleanus interpretať. Is post Meotim maximus est: ut ferũt aque salse: ꝓgrediť autẽ usq; in Atropatiã: & salis fontes habet. Arsinus uero quẽ etiã Thoatin uocant: nitrosus est: Vnde uestes dilacerat ac rũpit: & ꝓpterea eius aqua non bibiť. per hũc lacũ Tigris ferť: a montana regiõe iuxta Niphatem ruens: propter celeritatẽ undã impermixtã seruat. Vnde & nomẽ habet. Nã Medi Sagittã Tigrim uocãt. Lacus hic uarios pisces fert: cũ eiusmõi aque uniusforme pisces habere soleant. in interiore lacus recessu: flumen in uoraginẽ quandam incidens: & longo spatio subter terram delatum exoriť iuxta Chalonetim. inde iam ad opam & Semiramidis murũ deferť. a dextris Gordieos & totã Mesopotamiã relinqueś. E contra Euphrates a sinistra eandẽ regiõem habet: cum uero inter se iam appropinquarint: ac Mesopotamiam fecerint: alter per urbem Seleuciam fertur: persicũ sinũ uersus: alter p ipsã babylonẽ ut in iis pater que aduersus Eratosthenem: & Hipparchum a nobis dicta sũt. Auri metalla in Syspiritide effodiuntur: apud Cambala: ad quæ Alexander menonem eum militibus misit: sed id ab indigenis relatum est. Sunt et alia metalla: eius scilicet que Opandix dicitur: quam harmenium colorem uocant: Calche persimilem. Hec regio non minus pascendis equis apta est: q̃ Media. Vnde Nysei equi quibus persaꝝ reges utunť: hinc sunt: & Harmenie Satrapes quotannis per se uiginti milia pulloꝝ ex Mithracana mittebat. Artabazus Antonio preter alios equos cataphractorum instructorum septem milia ostendit: cum in mediam cum eo ingressus est: quorum equorum non Medi solum: et Harmenii studiosi fuere. sed etiam Albani: Nam illi

Cataphractis utuntur. Non paruū diuitiarum & opum huius regiōis indicium est: quod cum Pompeius Tygrani patri Artabazi sex milia talentorū argēti scripsisset: mox romanorum copiis uiritim distribuit: militi quinquagenas dragmas: Centuriōi millenas: singulis prefectis prouintie & Chiliarchis talentum. Regionis latitudinem Theophanes tradit: Schoenorum centum longitudinem duplā: quadragenū stad̄ schoenum faciens: in quo ueritatem transgredi uidetur. Est ergo ueritati ꝓximum ponere longitudinē ab illo dictam: Latitudinē dimidiū: uel paulo plus: Harmenie natura ac potentia est huiusmodi: sed antiquus quidam sermo perhibet̄ de hac gēte. Harmenius ex harmenia Thessalie urbe: quæ inter pheras & Larissam iacet: iuxta hebeida: ut dictum est: Cū Iasone ī harmenia militauit. Myrsilius uero Pharsalius: et Medius Larisseus qui cum Alexandro militarunt: dicunt ex huius nomine har/meniam appellatam. Eos autem qui cum Harmenio erāt Acilesinam habitasse: que prius sub Sophinis erat. Alios uero in Sypiretide usq; in Chalachanam & ad Iabenā extra harmenie montes. Atq; harmeniacam uestem thessalicam dicunt: idest lōgas tunicas: quas in tragædiis etolicas uocant. cingunt quoq; circa pectus: in pretextis etiam: tragici Thessalos sunt imitati. Opus enim illis fuit aliquo tali accommodato habitu. Thessali enim ut par est: quia lōgas uestes gestant: cum inter omnes grecos ualde boreales sint: & quia frigidissima loca incolunt: aptissimam immitationē: idest poeticarum personarum cultum prebuerunt. Equitandi quoq; studium tam his q̄ medis thessalicum dicunt. Iasonis autem expeditionem: Iasonia testant̄. que a prin/cipibus sunt structa: quemadmodum a parmeniōe Iasonis templum: apud Abdera. Araxem ex penei similitudine: et eodem nomīe ab Harmenio uocatum putāt. Nā et ille Araxes uocatus est: eo quod ossam abrumpit ab olympo. ac etiā tempe. Hūc uero in harmenia e montibus delapsum: & subiecta planicie olim diluta cum exitū non haberet dilatatū prodidere. Iasonem uero Tempe imitatum: uiam fecisse: ꝑ quā nunc aqua in mare Caspium decurrit. Vnde Araxinus campus nudatus est: ꝑ quē amnis defertur in Cataractem. Hec que de Araxe dicūtur rationem aliquā habēt. At quæ Herodotus dicit: non ualde sunt uerisimilia. Dicit enim eum ex Matiana profluentem: in quadraginta amnes scindi. et Scythas bactrianosq; diuidere. Hunc secutus est Callisthenes. Ex Aenianis alios uicina dicūt habitasse: alios ultra harme/nios: supra Abum: & Imbarū q tauri partes sunt. Abus ꝓpe uiā est que Ecbatana: fert iuxta baridis templum. Dicūtur etiam thraces quidam Sarapare appellati: idest decapitatores: ultra Harmeniam habitasse: prope Guranios ac Medos: homines ꝑfecto immanes: indociles & montani: bracati: ac decapitatores. Sic enim Sarapare significant. De Media autē dictū est in rebus medicis. Quare ex his omnibus colligi potest: Medos Harmeniosq; e thessalis esse: ab Iasone & Medea ortos. Ac de antiq̄s quidem hæc. Recētiora uero a persis ad nostra usq; tempora in summam sic dicunt̄: quod Persæ Harmeniam tenuerunt. Postea Macedones: qui Syriam: Mediamq; habuere. Postremus Orontes ex Indarni genere: unius ex septem persis: postea ab imperatoribus magni Antiochi: qui cum Romanis bellum gessit Artaxia scilicet: ac Zadriada in partes duas diuisa est. Ii enim permittente rege: imperauerunt. quo superato Romanos adorti: ac reges nuncupati: per sese fuerunt. E genere Artaxie fuit Tygranes is: qui eam habuit quæ proprie Harmenia est appellata. Ea Medis: Albanis: et Iberibus: contigua erat: usq; in Colchidem. et Cappadociam. quæ iuxta Euxinum est. E Zadriada fuit Artanes Sophinus qui australes partes habuit: eas maxime quæ uergunt ad occidentem. Hic a Tigrane deletus est: qui q̄q̄ rerū omniū

potitus: uaria tamen fortuna usus est. Nam in initio apud Parthos obses fuit. Deĩn septuaginta. Harmenie uallibus: in precium datis: reuersus est. Auctus uero: loca ea recepit: & parthorum regiõe uastata: Perinium & loca circum Arbela: Atropatinũ quoq;: & Gordieum: et cum iis reliquam Mesopotamiam subegit. preterea Syriam: Pheniciamq;, ut cepit. Euphratem transgressus. Inde plurimum elatus: urbem cõdidit prope Iberiam: inter hanc atq; Zeugma quod iuxta Euphratem est: quam Tigra/nocerta nominauit. hominibus duodecim grecarũ urbium: a se euersarũ: cõgregatis. Sed Lucullus qui aduersum Mithridatem bellũ gessit: continuo subsecutus: habita/toribus in sedes suas dimissis: opus qđ adhuc erat imperfectũ: facto impetu demolitus est: atq; ĩ paruum uicum redegit. Tygrane ex Syria ac Phoenicia pulso. Artabazus autem eius filius: q̃diu mansit in amicicia Populi Romani: tamdiu fuit fortunatus. Postea uero q̃ Antonium in parthico bello parthis prodidisset: perfidie penas dedit. Nam uinctus ab eo Alexandriam ductus: & contumeliose per urbem circunlatus: ac primum custodie traditus: deĩde interemptus est. post illũ multi reges sub Cesare: ac Romanis fuere. & nunc etiam sũt. Omnia persarum templa: tã medi q̃ harmenii in uenerationem habent. Tanaidis uero templa precipue harmenii: Cum in cæteris locis ea edificantes: tum etiam in Acilesina. dedicant illis seruos: ac seruas: quod ideo minus est mirandum: quod etiam nobilissimi gentis eius: filias suas dedicant: quibus lex est: ut diu apud deam prostitute: nuptui dent̃: nullo renuente talibus cõiugari. Huiusmodi quiddam Herodotus de Lydis commemorat: que omnes meretricant̃: et tam benigne amatoribus suis utunt̃: ut eos hospitio suscipiãt: & dona dent: plura etiam: q̃ accepere: Quippe que a copiosis domibus suppeditantur. Accipiunt tamen non quoscunq; hospites: sed eos maxime qui eque sint digni.

Vodecimus reliq̃ pontice regionis continet. ac deinceps Cappadociã. Galatiã. Bithyniam. Mysiam. Phrygiam. Mæoniam: et ante hec Sinopem ciuitatem Ponticam. et Heracliam. et Amisiam: preterea Isauriam. Lyciam. Pamphyliam. Ciliciam. Cum insulis montibus ac fluminibus adiacentibus.

Appadocia multas partes habet. Ea mutatiões plurimas accepit. Maxime itaq; eiusdem linguæ sunt qui austrum uersus Cilicio terminãt: qui dicit̃ taurus. oriẽtẽ uersus Harmenia Cholchide: ac diuersaꝝ linguarũ gentibus: que intermedie sunt. septentrionẽ uersus Euxino: usq; ad Halys ostia. occasũ uersus Paphlagonũ gẽte: et Galatis: q ĩ Phrygiã transmigrarũt: usq; ad Lycaonas et Cilicas. Ciliciam Trach eam incolẽtes. Ex his qui unius erãt lingue: antiqui Cataones separatos ponebant. Et in dinumeratione gentium: eos a Cappadocibus tanq̃ alterius lingue gẽtibus: distinguẽtes: post Cappadociã Cataoniã locabant. postea Euphratem et gentes que trans eum sunt: ut etiam Melitinã post Cataoniam collocarent: que inter hanc iacet & Euphratem: commagene continua: et decima Cappadocie pars est: secundum regionem in decem preturas diuisam. Sic enim reges ante Archelaum: Cappadocie principatum distictum habuere. Decima pars est etiam Cataonia. et utraq; etate nostra suum pretorem habuit. Sed mirum profecto est: cũ nulla nec lingue nec morũ diuersitas ĩ his: erga ceteros Cappadocas appareat: quomõ peregrine gentis signa omnino deleta sunt. Erant itaq; distincti.

Eos autẽ Ariarathes adeptus est: qui primus Cappadocũ rex est nũcupatus. Locus hic est. tanq̃ magne cuiusdam peninsulæ Isthmus: duobus maribus coartatus: mari scilicet Issica sinu usq; i tracheam Ciliciam. et euxino inter Sinopem atq; Tibarnoꝝ oram omnem uero regionem Cappadocibus ad occidentem uersas: que intra Isthmũ est: peninsulam dicimus. quam Herodotus cis Halym uocat. Hæc est cui Croesus imperitauit. quem ille gentium dominũ appellat: que cis Halym sũt. Iuniores uero eam quæ intra taurum est Asiam uocant: eodem nomine quo totam continentem. In ea gentes he continentur primũ ab oriẽte Paphlagones. Phryges. et Lycaones. Deīde Bythini. Mysi: et que epictetus dicitur. preterea Troas: et Hellespõtia: post hos ad mare ex grecis Eoles. & Iones. Ex aliis Cares. ac Lycii. i mediterranea Lydi. De ceteris postmodum dicemus. Macedones Cappadociã in duas Satrapias a ꝑsis diuisã accipientes: partim spontanei: partim inuiti. Ex Satrapiis i regna redegerũt. atq; maiorem Cappadociam quæ taurũ uersus est proprie Cappadociã nominarũt. alteram pontum: quidam eam que pontum uersus est Cappadociam uocauere: nos autem maioris Cappadocie ordinem nunc ignoramus. Nam Archelao uita functo: Cesar ac senatus decreuere: ut ea Romanorum prouintia esset. Cum uero regio sub illo: ac prioribus: in decem preturas esset diuisa: quinq; taurum uersus censebantur. Vt Melitina Cataonia. Cilicia. Tyanensis: et Isauriẽsis. Quīq; relique erãt Lauia/sina. Sargausina. Sarauna. Chamanenena. Rhimnenena. Postea addita est a Ro. ex Cilicia quod ante Archelaum erat undecima pretura regio scilicet Castabalis et Cydistræ uicina. usq; Derbam: Antipatri pirate sedem. Ab Archelao autẽ Trachea. Cilicia: circa Eleusam: & omnis ea que piraticam exercuerat. Melitina persimilis est commagene. Sola enim ex omni Cappadocia: tota domesticis arboribus cõsita est: ut etiam oleum ferat. et Monariticum uinum: quod cũ greco decertat. Hec Sophine opponitur habens in medio Euphratem. Ei commagena contermina est. In ulteri/ore region e est castellum quoddam Cappadocum: satis clarum. nomine Tomisa. Id Sophine regi uẽditum est: talentis centũ. Postea a Lucullo uirtutis gratia: in bello aduersum Mithridatem gesto: Cappadocæ donatum. Cataonia planicies est lata: & Concaua. et omnia fert: preter ea que semper uirent. circunstant eam montes: cum alii: tum Amanus: a parte australi: qui a tauro Cilicie quodammodo auulsus est: et antitaurus in contraria abruptus. Amanus enim in Ciliciam et Syriacum mare ad occasum porrigitur. A Cataonia contra notum. quo spatio totum Issicum sinũ cir/cuncludit. & cãpos: q inter Cilicas sunt taurũ uersus. Antitaurũ uero ad septẽtrionẽ inclinat. et orientis nõnihil apprehẽdit. Deinde finit in mediterranea. In antitauro conualles sunt profunde et angustæ: in quibus sita sunt Comana ciuitas: memoratu digna: et Bellone fanum. quod illi Ma: uocant. Ea ciuitas clarissima est. maximãq; numine afflatorum et sacrorum seruoꝝ multitudinẽ habet. Eam Cataones incolũt. qui quamq̃ regi subditi sint: parent tamen sacerdoti. Is fani: et sacrorum seruorum magna ex parte dominus est. qui tempore quo nos peregrinati sumus: supra sex milia erant: uiri simul ac mulieres. Fano regio adiacet non parua. cuius fructum ac pro/uentum sacerdos percipit. Is honore secundus est in Cappadocia post regem. Reges ac sacerdotes frequentius ex eadẽ esse ꝑgenie solebant. Hoc sacroꝝ genus Orestes: cum sorore Iphigenia: e Scythia taurica huc uidẽtur attulisse. que diane tauropole erant: Lugubrem comam hic deposuisse: ex qua urbi nomen datũ est. Vrbẽ Sarus amnis interfluit: qui per tauri conualles deuolutus: ad Cilicum campos & subiectum pelagus pertransit. Pyramus uero perlabitur Cataoniã: & e media planicie exorit.

et nauigabilis ē. Est etiam fossa quedam memoratu digna: per quā aqua purissima magno spacio occulte sub terram fertur. Deinde in summum exoritur: tanta ui: ut si quis hastam superne demiserit: adeo aque impetus obsistit: ut uix immergi queat. Fertur etiā fundo innauigabili: et latitudine immodica. Cū uero se tauro iūxerit. mirum inmodum contrahitur. Mira est preterea montis Cæsura: per quam Alueus ducitur. Nam quemadmodum in petris rimam trahentibus: et per medium scissis: cō/tingit: alterius partis eminētias: alterius partis depressionibus ita cōuenire: ut cōiungi possint. Sic uidere est imminētes fluminis petras: utrinq; fere: usq; ad montis summa pertendentes: duorū triumue iugerū spatio: concauitates quasdā eminētiis oppositas habere. Solum uero quod interiacet: totum saxeum: ualde profundam et angustā rupturam in medio habet. ut eā canis: ac lepus saliat. Hic fluminis Alueus: ad labrū usq; plenus est. Latitudine aqueductui par. propter obliquitatem autē: & angustias: & uallis profunditatem: mox de longinquo accedentibus sonitus exauditur tonitrui persimilis. Mōtes uero egressus tātum limum in mare deducit: partim ex Cataonia: partim ex Cilicie campis: ut huiusmodi de eo oraculum editum feratur.

Tempus erit: rapidis olim cum Pyramus undis:
In sacram ueniet: congesto littore: Cyprum.

Ibi enim sic euenit: ut in egypto: in qua semper Nilus ex aggestiōe: mare cōtinentē efficit. Vnde Herodotus egyptum fluminis donum appellat. Poeta quoq; dicit. Pharum prius in pelago fuisse: que nunc egypto coheret. Tertia est Dacia: in qua Iupiter colitē: non inferior hac: sed memoratu digna. In ea aque salse fossa est: que magni lacus ambitum habet: altis et erectis clausa superciliis: ut scalarem descensum habeat. A quam nec manifestum: ulla ex parte: exitum habere: nec augeri: proditū est: Cataonum campi: & Melitina: ciuitatem nullam habent. Castella in montibus munita sunt. Azamora et Dastacum: quod Carmala flumē circunfluit. Habet etiā. Apollinis Cataonis delubrum: quod in tota colitur Cappadocia. Alie preture urbes non habēt: exceptis duabus. E reliquis preturis in Sagarausina oppidū est: Herpa: et flumen Carmala: quod in Ciliciam emittit. In ceteris preturis: Argus munitio alta iuxta Taurum est: et Nora: que nūc Neroassus uocatur. in qua Eumenes obsessus: diu restitit. Etate autē nostra: Sisinus ī eo thesauros habebat. Is Cappadociā impiū adortus est. Huius regia erat Cadena: in urbis modum instructa. Ea in mōtibus ē Lycaonie. Nam et Sauera olim uicus dicitur fuisse: in modū urbis: et regionis Me/tropolis. In Morimena Iouis fanum est: qui apud Venasinos colitur. In eo habitāt sacrorum seruorum: fere tria milia. Sacra regio fertilis est: que annuum prouentum sacerdoti dat: talentorum quindecim. Is per totam uitam Sacerdos est. sicut ille: qui est apud commana et post illum secundus in bonore. Duæ tantum prætura urbes habent. Tyanensis. Tyana tauro subiacentia: qui apud Cilicias portas est: ad quas montium cacumina: in Ciliciam ac Syriam tendentia: facillima sunt. et omnibus cō/munia. Regio que iuxta taurum est Eusebia uocatur. Ea fertilis est: et magna ex parte planicies. Tyana aggeri Semiramidis subiacent: optime munito. Non procul hinc sūt Castabala et Cybistra oppida mōti ꝓpinqua. Castabalis est Diane Persice fanum: ubi dicunt sacras mulieres illesas nudis pedibus: super prunas ingredi. atq; hic etiam eandem historiam narrant Orestis et tauropole. et Perasiam idcirco uocitatā dicunt: quod ex ulteriore regione fuerit allata. In tyanensi pretura una ex decem supradictis: oppidum est Tyana. eā uero que Epictetus dicitur. His nō cōnumero. Castabala scilicet et Cybistra: et que in Cilicia trachea sunt. ī qua Archelaus Eleusā

inſulā fertilem muniuit: opus memoratu dignū. ibiq; magna tēporis parte degebat. In Cilicia eſt ea: que Mazaca uocatur: gentis eius Metropoliſ: atq; ea etiā Euſebia nuncupatur: que iuxta Argeum eſt. Latet enim ſub Argeo mōte omniū altiſſimo: qui ſemper in ſummo niues habet: ex quo dicit qui eo adſcendūt: q̄q̄ ii perpauci ſūt: ſereno celo utrunq; equor perſpici Iſſicum ſcilicet ac ponticum. Cetera ad ciuitatis habitationē incōmoda ſunt. Nā & ſicca eſt: & debilis: & ꝓpter principū negligentiā immunita: & fortaſſe de induſtria ne menibus ut munimento freti: nimis confidant planiciem habitanteſ: que colles arduos & difficiles habet. Loca uero circunſtantia omnino ſunt ſterilia: et inculta: q̄q̄ campeſtria ſint. Arenoſa enim ſunt: et petroſa paululū uero progredienti. Campi ſunt igne exuſti: et ſolū incēſum permulta ſtadꝰ: quapropter neceſſaria e lōginquo afferunt. & quod etiā abūde periculoſū uideat: non longe abeſt periculi materia. Nā cū tota fere Cappadocia lignis careat: Argeus tamen circuncirca ſiluā habet: unde de ꝓximo lignari adeſt. Sed loca ſilue ſubiecta ignes habēt. Sunt etiam gelidis aquis plena. q̄q̄ nec ignis nec aque in ſummū extāt. quapropter maxima ex parte herbida ſunt. Quibuſdam in locis ſolum paluſtre ē. & per noctem ex eo flamme conſurgunt: rei itaq; gnari caute lignātur: ſed multis periculū eſt: preſertim pecori: in obſcuras ignis foſſas incidēti. Eſt flumē in planicie ante urbem nomine melas: diſtans ab ea ad ſtadia. xl. Is fontes habet in loco urbis humillimo: ſed hac in parte inutilis eſt: cum non aptum exitum habeat. In lacus ac paludes diffuſus: urbis aerem eſtate corrumpit. & lapidicinas cū utiliſſime ſint: efficit inutiles. Mazatim enim lapidum copiam pro edificiis ex ripis habent: nā lapidum Cruſte aquis tecte reſiſtunt. Atq; paludes he ubiq; ardēt. Ariarathes Rex anguſtiis quibuſdam obſtructis: ad quas Melas exitum in Euphratē habet: proximā planiciē totam lacu diluit. atq; inſulas quaſdam: tanq̄ Cycladas: conprehendens: pueriliter ibi immorabaꝰ. Clauſura uero ad unū rupta: aq̄ ſoluta ē. Intumefactuſq; Euphrates: magnam Cappadocie partem traxit: et multas habitationes & cōſita deleuit. Agrū quoq; galatarum: qui phrygiam habitant: non paruo affecit detrimēto. Qua ex re xxx. talentorum damno mulctatus: eius rei iudicio Romanis commiſſo. Idem circa Herpam contigit. nam & ibi Carmale exitu obſtructo: ore deinde rupto: Cū aqua quedā Cilicū loca deuaſtaſſet: penas dedit iis: qui iniuria affecti fuerūt. Mazacinoꝝ itaq; loca q̄q̄ plurimis rebus incommoda ſint: ea tamē reges ad habitandū præcipue uidenꝰ elegiſſe: quia locus totius regionis medius erat: & lignis & lapidibus abūdabat: et herba: qua plurimū ad alenda pecora indigebāt. Nam ea urbs quodāmodo illis caſtra erat. Ceterā uero tutelā: ex munitiōibus & caſtellis habebāt: quæ ibi plurima ſunt: alia regis. alia amicoꝝ. Diſtant Mazaca a ponto ad ſtadia octingenta. auſtrū uerſus ab Euphrate paulo minus q̄ duplū. A ciliciis portis: vi. dierū itiere. & a Cyri/nis caſtris per urbē Tyana: quæ circa mediū fere iter iacet a Cybiſtris ad ſtadia. ccc. Mazacini Charonde legibus utunꝰ. eligentes aliquē legis peritum: qui ſit eis legum interpres: quēadmodū apud Romanos ſūt Iuriſcōſulti. Hos Tygranes Harmenius male affecit: cū Cappadociam excurreret. Omēs enim tranſtulit in Meſopotamiā. et Tigranocerta magna ex parte ex his coluit: poſtea captis Tigranocertis: poten/tiores reuerſi ſunt. Regiōis latitudo ē a pōto taurū uerſus: mille fere & octingētoꝝ ſtadiorū. Longitudo uero a Lycaonia atq; Phrygia uſq; ad Euphratē: ad aurorā et harmeniam ad tria milia ſtadiorū. Ea frugibus abundat: preſertim frumento: et pecore omnis generis: que cum ponto auſtralior ſit: frigidior tamen eſt. Gabadania campeſtris eſt: et ceteris auſtralior. nam taurum ſubit. & uix ullā fructiferaꝝ arboꝝ

producit. Ipsa: & magna relique regionis pars: pascua optima habet. presertim quæ circa Garsauram est & Lycaoniam: & Morimenã. In Cappadocia nascitur ea: que Sinopica rubrica dicitur: omnium optima: que cũ Iberica decertat. idcirco Sinopica appellatur: quod eam mercatores eo deferebant: prius q̃ Ephesiorum emporiũ tam celebre esset. Dicunt etiam Crystalli: & Onychiti lapidis crustas: prope Galatas: ab Archelai perquisitoribus inuentas. Eratq; locus quidam candidi lapidis: colore ebori persimilis: qui tanq̃ cotes quasdam nõ magnas producebat: e quibus cultrorũ capuli fiebãt. Alius uero ad specularia faciẽda: glebas magnas ferebat. ut etiam extra exportaretur. Ponti atq; Cappadocie confinium est regio quedam mõtana: cũ tauro pariter progrediens: que ab occidentalibus commagene extremis: initium sumit. In ea castellum quoddam preruptũ conditũ est: nomĩe Damesda: usq; ad Lauiansine orientalia. Cappadocie preture cedũt Chammanena & Lauiansina. Sed cũ primũ romani res asiaticas persequerentur: Antiocho superato: amicicias atq; societates cum regibus: ac populis iũgebãt. ac ceteris quidẽ regibus: priuatim hic honor Cappadocie: & Cappadocũ genti: etiam publice datus est. Regia deinde stirpe extincta: romani concessẽre: ut gens ea libera esset secundũ amiciciam: & societatem ante contractam. prĩcipes libertatem recusare. & dicere: se eã ferre nõ posse. et ut Rex sibi daret orare. Romani admirati quod inuenirentur qui libertatem recusarent: permisere ut quem uellent: regẽ eligerẽt. Elegerũt itaq; Ariobarzamem: qui in progressu: tertia etate defecit. Tum creatus ẽ Archelaus: nihil illi affinitate cõiunctus. idq; Antonii opera. atq; de maiore Cappadocia hactenus. De trachea uero: Cilicia illi addita: prestat: ut tunc persequamur: tum de tota cilicia dicemus. Mithridates eupator põti Rex cõstitutus: eam habuit: que Haly flumine terminatur: usq; ad Tibarnos: & harmenios: et regionem: quæ cis Halym est. quæ uero Mastrim usq; pertendebat: et quasdam Paphlagonie partes: adeptus est. Item oram Heracliam: usq; ad occidentales patrie Heraclidis platonici partes. ad cõtraria uero usq; in Colchidẽ & harmeniã minorẽ: que quidẽ ponto adiecit. Nã & Pompeius: a quo ille sublatus est: his finibus regionẽ accepit. que uero harmeniam uersus: et circa Colchidem sunt: principibus distribuit: qui secum militauerant. Reliqua in duodecim gubernationes diuisit. et Bythiniæ addidit. ut ex utrisq; una prouincia efficeretur Paphlagonum quosdam: iis regẽdos dedit: qui a Pylemone erant. quemadmodum galatas iis: qui erant genere tetrarche. Postea Romanorũ duces alias atq; alias partitiões fecerũt. Nã et reges ac principes cõstituebãt. Ex ciuitatibus alias liberabãt: alias principibus tradebãt. alias sub Ro. Po. dimittebãt. Nos autẽ q singula psequimur: paululũ de ꝓoribus differamus. atti/gentes quecunq; utilia uidebunt. atq; ab Heraclia incipiamus: que horum locorum occidentalissima ẽ. In pontũ itaq; euxinũ a ꝓpontide nauigãtibus. A leua iacẽt ea que Byzãtio sũt cõtigua. & a thracibus habitata. & põti leua appellant. a dextris sũt Chalcedõi ꝓxima: Bithynorũ sũt. sequẽtia Marandynorũ. quidã ea Cauconũ dicũt. reliq̃ Paphlagonũ: usq; ad Halym flumẽ. Postrema Cappadocũ: q iuxta pontũ sũt: & reliquorũ: usq; in Colchidẽ. Hec omnia põti euxini dextra nominant. Toti huic ore a Colchide: Heracliã usq;: Eupator imperauit. Vlteriora uero usq; ad os: & Chalcedonem: Regis erant bithynorũ. Sublatis regibus Ro. eosdẽ termĩos seruauere: ut heracliã põto cõcederent ulteriora bithynis. Bithyni cũ plus Mysii eẽnt: a thracibus bithynis: & Thynis: qui ibi habitauere: ita sũt postea nominati. Inter plurimos quidẽ cõstat & indiciũ bithynice gentis: ea ducunt: que adhuc sunt in thracia: ꝙ quidam bithyni dicunt. Thynice uero gentis Thyniacũ littus: qđ iuxta apolloniam est: et

Salmydeliū. Bebrycei quoq; q an hos Mysia incoluerūt. Thraces: qntū ego existio fuere. Dictū ē autē mysios colonos eē thracū: q nūc mysii appellāt: atq; hec a nō/nullis ita dicūt. De mariādynis uero: & caucōibus nō eodē pacto omes sentiūt. Nā heracliā quā Milesii cōdidere īter Mariādynos sitā tradūt. q uero sit: & unde: nemo id dicit. sed nec dictio: nec alia ulla gētis differētia: ī huiusmōi hōibus apparet. sūt tn̄ bithinis psimiles. uidet̄ itaq;: & hec natio e thracie ptibus pfecta. Theopōpus auc/tor ē Mariādynū quēdā Paphlagonū pti multis subiecte īpitasse. atq; facto īpetu Bebrycū regionē occupasse. quā uero cepisset de suo nomīe reliqsse. atq; illud dictū ē: Milesios q pmi heracliā cōdiderūt: Mariādynos ī seruitutē redegisse. q prius locū eū tenebāt. ut etiā ab eis ī cōtemptū uenderent̄: nā his ita cōtigit: queadmodū iis q Minous cetus appellati sūt. Ii. n. Cretēsibus dicūt̄ seruiuisse. Thessalis uero Peneste. Caucōes autē quos eā orā dicūt habitasse: que post Mariādynos ē: usq; ad pthenīū flumē habētes urbē Teiū: alii Scythas putāt: alii macedōes: alii pelasgos. Sed de his pus dictū ē. Callisthenes in dinumeratione scribebat hos uersus post hunc uersum. s.

Cromnam atq; Egialum precelsos inde Erythinos Hos alios ponebat. s.

Inde Polycle satus magno cauconas augebat:

Parthenium circa fluuium qui tecta colebant.

Progrediūt̄. n. a Mariādynis & heraclia usq; ad Leucosyros quos & nos Cappado/cas appellamus. Cauconum uero gentes circa Teium usq; ad Partheniū amnem: post Partheniū eneti sequūt̄. Cytoꝝ habitātes: atq; nūc etiā Caucōes qdā circa Parthe/niū sūt. heraclia optimū portū habet. Ciuitas alioqn memoratu digna: que colōias emisit. nā Cherōnesus eius colonia ē. & Calapis. Ea cū pus libera eēt postea diu sub tyrānis fuit: deiñ rursū se ī libertatē uēdicauit. Postea cū sub Ro. eēt: regem habuit Ro. coloniā in pte urbis & agri admisit. Adiatorix odomaedii Tetrarche galatarū hāc urbis ptē ab Antonio accipiēs: quā heracliēses tenebāt: pauloañ attica bella Ro. noctu adortus: ad unū omes iugulauit: iussu ut ipe dicebat: Antonii. Post actiacā uero uictoriā ī triūphū ductus: ipe cū filio iugulatus ē. Hec ciuitas ad pōticā pui/tiā ptinet: cū bithynia ordinatā. īter Calcedonē & heracliā multi ānes fluūt: e qbus ē Psillis & calpas: & Sāgarius cuius poeta mētionē fecit. fōtes habet apud Sāgiā uicū. Distat a Pisinūte. c. & l. stad. & magnā phrygie Epicteti ac bithynie ptē percurrit. ut ab urbe nicōedia paulo pluribus q̄. ccc. stad absit: ubi Gallus amnis: in eū influit: initiū habēs ex modris phrygie: que ī bellespōto. hec eadē ē. que epictetus. & bithy/ni eā pus habuere. auctus aūt & nauigabilis factus: cū prius non esset nauigabilis: ad ostia bithyniā termiat. ī frōte huius ore iacet īsula Thynia. in heracliēsi agro nascit̄ aconitū. distat hec urbs a fāo chalcedōio stad. m. qngētis. a Sāgario flumīe. d. teiōi/ticū oppidū nihil hēt meōratu dignū: pt̄erq̄ qd̄ phileterus hic fuit autor generis regū attalicoꝝ. deiñ pthenius ānis: p florida defert̄. uñ & nomē assecutus ē: ortū hñs ī pa/phlagōia. postea ē paphlagōia: & eneti. sed querūt quosnā poeta enetos dicat: cū ait

Paphlagonasq; ferox ducebat in arma Pylemon:

Ex enetis muli ducunt genus unde feroces

Nūc dicūt nus q̄ enetos ī tota paphlagonia ostēdi: qdā dicūt uicū eē ī littore decē schoenis ab Amastri distātē: Zenodotus de enetia scribēs: putat eā significari: que nunc Amisius appellat̄. alii natione quandā Cappadocibus finitimā pdiderunt cum Cimmeris militasse: postea Adriā peruenisse. sed qd̄ maxīe inter omnes cōstat: est: qd̄ Eneti clarissima Paphlagonum natio erāt. ex qua Pylemon fuit: cum quo plurimi ex illis militarunt. Amisso autem duce post captam troiam: in Thraciam traiecerūt.

Errantes uero in eam regionem deuenere: que nunc enetica appellatur quidã Antenorem dicũt: & eius filios: classis huius participes in interiore Adrie recessu cõstituisse. Vt i rebus italicis a nobis dictũ est. atq; idcirco uerisimile est enetos defecisse. & nusq̃ in tota Paphlagonia apparere. paphlagonas ad orientem halys flumen terminat: a meridie fluens inter Syros atq; paphlagonas. Exitq; ut Herodotus ait: in eum q̃ euxinus pontus appellatur: Syros Cappadocas dicens: qui nunc etiam Leucosyri appellantur. cum qui extra taurum sunt: etiam Syri nominentur: & cum illi: in cõperatione ad eos: qui intra taurum sunt: colore sint adusto: non eãdem appellationẽ habuere. Pindarus dicit Amazonas Syrium: hastatumq; exercitũ ducere. significãs themistyre habitatores. Themistyra enim amisinorum est. ea autem Leucosyrorũ qui post halym sunt. Halys itaq; orientẽ uersus paphlagonũ mcõfinium est. Dustrũ uersus Phryges & Galathe qui ibi habitarunt. occidentem uersus Bithyni & Mariandyni. Caueonũ uero genus omnino interiit. Septentrionẽ uersus est Euxinus. Hac regione in mediterraneam diuisa: & maritimam oram: que ab haly usq; in Bithyniam pertendit. Oram habuit Eupator Heracleam usq;. ex mediterranea. uero partem ꝓpinquiorem. Cuius partes quedã trans halym tendebant. & hucusq; põtica prouintia Romanis terminatur. Reliqua potentibus parebant. etiam post Mithridatis euersionẽ. de Paphlagõibus mediterraneis: q Mithridati non paruerunt: postea dicemus. Nunc eam prosequi propositum est: que illi pareret pontus uocatur. Post Parthenium amnem est Amastris: de conditoris nomine appellata. ea posita in peninsula portus habet: ex utraq; Isthmi parte. Amastris uxor fuit Dionysii Heracliæ tyranni: & Oxyarthis filia: fratris Darii eius: qui cum Alexandro bellum gessit. Ea e trium urbium incolis: unam confecit ciuitatem Sesamo. Cytoro. & Cromna. Quarũ poeta in instruendis Paphlagonibus meminit. Quarta Teio: que scito desciuit a cõmunione. Ceteris in ea permanentibus. Sesamus Amastris arx dicitur Cytorũ olim Sinopensium emporium fuit. dictum a Cytoro Phryxi filio: ut Ephorus tradit. In Amastriano agro plurima atq; optima buxus nascitur. presertim circa Cytorũ. Littoris uero tractus supra centum stadia longus: uicum habet eiusdem nominis cuius poeta meminit: cum dicit.

Cromnam atq; Egialum precelsos inde erythinos.

Nonnulli scribunt Cromnam & Gobialũ. Erythinos uero eos dici putant: qui nũc Erythini uocantẽ: a colore sic nominati. Sunt enim duo scopuli. Post Egialum est Carambis promontorium magnum: ad septentrionem porrectum: & Scythicã peninsulam: de qua sepe fecimus mentionem. & de frõte arietis ei opposita: que euxinũ pontum bimarem efficit. Post Carambim sequitur Cinolis: & Anticinolis: & oppidũ qđ Abonus condidit. & Harmena de qua prouerbium effertur cui nullum negotiũ erat Harmenam construxit. Ea Sinopensium uicus est. & portum habet. Deinde Sinope: urbium que in hac regione sunt clarissima. distans ab Harmena stadiis. L. Sinopẽ Milesii condidere: que classẽ cõparata: mari: quod intra cyaneas est: imperauit. Extra uero multorum certaminum particeps fuit cum grecis. Et cum diu libera fuisset: tãdem amissa libertate: Pharnaci obtẽperauit. Fuit enim obsidione capta. postea successoribus eius: usq; ad Eupatorẽ & Romãos q illã substulerũt. Eupator ibi natus & educatus: eximie illam coluit. & regni Metropolim fecit. Ea naturali prouidẽtia optime munita est. Nam super colle peninsule cuiusdam sita: ex utraq; Isthmi parte portus: & statiões habet: & mira Pelamydia. de quibus diximus: quod secundã piscationem. Sinopenses: tertiam Byzantini habent. peninsula circumcirca ripas iugosas

obtendit:& foſſaſ quaſdam in petriſ excauataſ:quaſ choenicidaſ uocant. He mari tempeſtate elato:cõplentur.ut nõ facile adiri poſſint. preterea petre ſumma echiniſ plena:nudo pedi inacceſſibilia ſunt. In ſupiore urbiſ parte optimũ ſolum eſt.& agreſ/tibuſ hortiſ ornatũ. preſertim ſuburbana hec urbſ optime ſtructa eſt:& gymnaſio:& foro:& porticibuſ ſplendide ornata.biſ tamẽ capta eſt.primũ a Pharnace: de ſubito & preter opinionem ingruente.poſtea a Lucullo:& inſidente tyranno:cum interiuſ & exteriuſ obſeſſa teneretur. Nam bacbideſ ab rege cuſtoſ impoſituſ:ac ſemp aliquã proditionem a ciuibuſ ſuſpicanſ:tãdem multiſ flagriſ:& cede uſuſ hommeſ ad deſpe/ratiõem perduxit.cum nec ſtrenue tueri ſe poſſent: nec ex compoſito hoſtẽ adoriri. Ergo capti ſunt. ſed cetera urbiſ ornamenta Luculluſ ſeruauit. Villari uero pilam abſtulit:& dutolytum:ſchenidiſ opuſ:quem illi urbiſ conditorem putanteſ: ut deum colebant. Ibi eiuſ oraculum habebat. Hic unuſ ex iiſ uidetur fuiſſe:qui cum Laſone nauigarunt:atq; hunc locũ occupaſſe. Poſtea Mileſii loci opportunitate:& incolaꝝ imbecillitate perſpecta:illoſ ex hiſ ſedibuſ pepulerunt.& colonoſ induxerunt. Nũc Romanoꝝ coloniam accepit.unde & urbiſ & regioniſ parſ illi data eſt. Diſtat a fano ſtadiuſ tribuſ milibuſ:& quingentiſ:ab Heraclia duobuſ milibuſ:a Carambi ſeptingẽtiſ. uiroſ claroſ tulit Philoſophoſ. Diogenem Cynicum.& Thimotheum Patrionẽ. Poe/tiſ Diphilum comicum:rerum ſcriptoreſ Batõem:qui de rebuſ perſiciſ pertractauit. Deincepſ ſunt Halyſ fluminiſ hoſtia:nomen habentia a Salibuſ quoſ ꝑterfluit. Fõteſ habet prope põticam:in maiore cappadocia: iuxta Cambiſenam.& multuſ ad occi/dentem defertur:poſtea ad Septentrionem conuerſuſ:per Gallataſ & Paphlagonaſ: hoſ & Leucoſyroſ terminat. Tota Sinopica regio:ac montana:que dicte ore immet uſq; in Bithyniam optimam ad edificãdaſ naueſ materiem:& productu facilẽ habet. Sinopica quoq; acerem gignit:& nucem montanam:& quibuſ menſaſ faciunt. Tota oleiſ conſita eſt. que uero paulo ſupra mare eſt:culta eſt. Poſt Halyſ hoſtia eſt Ga/dilonetica uſq; ad Aramenam.felix quidẽ regio:ac tota campeſtriſ.& omnium ferax. Oueſ habet molliſ pelliſ:& lane:qđ in tota Cappadocia atq; põto perrarũ eſt.inſũt etiam Dame quarum alibi paucitaſ eſt.huiuſ regioniſ partem habent Amiſim.partẽ Pompeiuſ Deiotaro dedit. ut ea que Pharnatie & Trapezuntie proxima ſunt:uſq; in Colobidem:& Harmeniam minorem.atq; horum regem fecit.cum & paternã Te/trarchiam haberet. Ex Galatiſ autem eoſ qui Teliſtobogi appellantur.quo mortuo multi ſucceſſerunt.poſt Gadilonem eſt Saramena:& Amiſuſ ciuitaſ inſigniſ a Sinope diſtanſ ad ſtadia nongenta. Refert Theopõpuſ priuſ Mileſioſ:poſtea Cappadocum principem eam condidiſſe. Deinde ab Athenocle et Athenienſibuſ habitatã:& pirea nominatã. Hãc regeſ occupauerũt. Eupator eam templiſ exornauit:& partẽ muriſ inſtruxit. Hanc Luculluſ obſedit:deinde Pharnaceſ boſphoro traiecto. Antoniuſ autem regibuſ dedit:A diuo Ceſare liberatam.poſtea a Stratone tyranno uexata ẽ. deinde rurſum poſt reſ actiacaſ ab Auguſto ceſare liberata.& nunc optime cõſtituta eſt: Que cum ceteram regionem optimam habet: tum etiam Themiſcyram Ama/zonum domicilium:& Sidinam. Themiſcyra campuſ eſt:qui partim pelago alluitur: ad.xxx.ſtadia ab urbe diſtanſ.partim a montana:arboribuſ plena:& irrigua:cum flumina inde ſcaturiãt. E quibuſ omnibuſ flumẽ unũ auctum:nomine Thermodon campum percurrit. alterum huic equale ex Phanarea fluenſ:eandem planiciẽ irrigat nomine Iriſ:qui in ponto exoritur.fluenſ autem per media ponti Comana:& ꝑ Di/aximoniticam felicem campum occidentem uerſuſ: poſtea apud Gaziura antiquam regiam:nunc uero deſertam conuertitur ad ſeptentrionem.poſtea rurſum reuertitur

ad auroram Scylace: & fluminibus aliis assumptis. & ad ipsa Amasice moenia patrie nostre urbis munitissime: illatus: egreditur i Phanareá: ubi Lycus cú eo circúcurrés: & initia ex Harmenia trahés: nomé amittit. Deinde Themiscyra & ponticú pelagus: aquam hanc excipit. Quapropter hec planities semper roscida est: & herbida. & tam boum: q̃ equorum nutrix: semen plurimú recipit: panici: & milii: immo nunq̃ deficit. Nam semper aque copia: q̃m siccitas: melior est. quapropter nunq̃ ii homines famem senserunt. Tantam preterea agrestium pomorum: & ultro nascétium copiam preter montana regio affert: uue. prunorum: malorú: ac nucum: ut quocunq; anni tépore in siluas exierint: iis abundent. Cum interdum adhuc fructus in arboribus pendeant: interdum in foliis iaceant: que lapsa multa & alta & humi effusa sunt. Multa est ferarum omnis generis uenatio: propter alimonie copiá. Post Themiscyram é Sidina planities: q̃nq̃ non ualde ferax: irrigua tamen. habens in ora maritima loca munita. Sidam: ex qua Sidina nominatur: & Chabacem: & Phauela. atq; hucusq; Amisina pertendit. Hinc uiri in disciplinis memorabiles fuere. Mathematici qdá Demetrius Rhetheni: & Dionysiodorus eodem nomine quo Icenes geometria. Fuit etiam Tyrannion grammaticus: quem nos audiuimus. Post Sidinam est Pharnatia: oppidum munitissimum. deinde Trapezus greca ciuitas: in quam ex Amiso duum milium &. cc. stadiorum nauigatio est. hinc in Phasim mille & q̃dringétorum: quare uniuersa stadia a templo usq; in Phasidem sunt circiter octo milia uel paulo plura. In hac ora ab Amiso nauigantibus: primo est promontorium herculanum. deinde promontorium Iasonium: & genetes. deide Cytorus oppidú: ex quo Pharnatia habitata est. postea Ischopolis humi prostrata. postea Sinus: in quo sunt cerasus: & hermonassa: mediocres habitationes. postea non procul ab Hermonassa habitatio quedam Zygopolis appellata. De Colchide aút: & ulteriore ora dictum est. Trapezunti & Pharnatie imminent Tibarni: & Chaldei & Sanni: pus Macrones nominati: & minor Harméia & Appaite his locis quodammodo proximi: qui prius Cercete dicebantur. Per hos p̃terit Cydissa mons asperrimus: & Moschicis montibus coniunctus: qui ultra Colchidé sunt cuius summa ab Heptacometis obtinétur: & Paryadra: qui usq; in Harmeniam protenditur: a locis Sydine & Themiscyre proximis. & orientale ponti latus efficit. Sunt autem omnes hi agrestes homines: presertim Heptacomete. horum nonnulli super arboribus ac turribus habitant. Vnde antiq Mosynoecos appellauere. Turres enim Mosyni uocantur. ii ex ferina carne: & arboꝝ fructibus uiuunt. atq; ex lignis desilientes peregrinos adoriunt iter agentes. Heptacomete tres Pompeii cohortes obtruncarút: dú montana pertransirent. Miscentes enim crateras furentis mellis: qd̃ rami arborum ferunt: potos & mente alienatos adorti: facile interemerunt. Quidam ex his Barbaris Byzares uocabantur. & qui nunc Chaldei: olim Chalypes dicti sunt: apud quos Pharnatia sita est in mari: habens pelamydum copiam. Nam hoc in loco precipue eiusmodi piscis capitur. In terra uero sunt metalla: nunc ferri: prius etiam argenti. & omnino in his locis ora angustissima est. imminent continuo montes metallis pleni: ac siluis: que non ualde coluntur. Restat ergo ut metallorum operatores ex metallis uiuát. maris autem studiosi: ex piscatu maxime pelamydum: ac delphinú. qui piscium gregem insequétes: ut Cordylos: Thumnos: & Phelamydas pinguescút. Vnde facile capiuntur: cum terre appropinquant. ac facile inescantur. Atq; hi delphines in frusta cedunt. & aruina multa ad res omnes utuntur. Hos ego poetam Halyzóas dicere existimo: in dinumeratione post Paphlagonas: ut

Hinc & Halizonas odiusq; & Epistrophus una.

Longinqua ex Alyba ducunt: argenti ubi uena est.
Siue quod scripture transpositio facta sit: ab eo: qđ est longinqua e Chalyba: siue quod homines prius Alybes pro Chalybes sint nominati: non enim si nunc Chalybes Chaldei dici potuerunt: prius non potuere pro Alybes Chalybes nominari. cū nomīa multas mutatiōes suscipiāt: ꝓsertim Barbara. Nā Thraces quidā ꝓus Sitines uocabāt. postea Sinti dicti sunt: deinde Say apud quos Archilochus dicit: se clipeū abiecisse.
Criminis expertem clipeum: non sponte. reliqui:
Dum bene Tammeos dimico apud Sayos.
Iidem nunc Sape appellantur. omnes hi circa abdera: & in insulis lacus: habitabant. Eodem modo Brygi: & Breges & Phryges idē sunt: & Mysi: & Merones: & Meōes: & Mennes: sed quid multiplicato opus est. Scepsius Alybes in Chalybes mutari existimat: consequentia uero: & consentanea non intelligit. Et ex eo maxime: ex quo Halyzonas Chalybes dixit: opinionem eam reprobat. Nos illius & aliorū opinionē cū nostra conferentes cōsideremus. Alii Halzyonas alii Amaconas scribunt. ex Alyba autem ex Alopa uel ex Aloba faciunt. Scythas uero Halizonas ultra Borysthenē: & Callipidas: & alia nomina que Hellanicus & Herodotus & Eudoxus ut uana cō/tempsere. Amazonas inter Mysiam: Cariam ac Lydiam: ut Ephorus putat: prope Cumam patriam suam. Sed rationem aliquam habet. fortasse enim regionem dicit: que prius ab Amazōibus habitabatur. postmodum ab Eolibus: & Ionibus habitatā: & urbes quasdam ab illis cognominatas: ut Ephesum: Smyrnam: Cumam: & Mag/nesiam. Alyba uero: uel ut quidam uolunt: Alopa uel Aloba: quomodo in his locis censeatur? quomodo loginqua? quomodo argenti ubi uena est? Hec autem soluit sequenti uersu: quem sic scribit.
Hinc & Amazonas odiusq; & epistrophus una.
Ducunt: ex Alopa: unde ferox genus est mulierum.
Hac solutione in aliam fictionem incidit. nusq̄ enim hic Alopa inuenit & mutatio preter scripture fidem innouata rei fictitie similis est. Scepsius nec huius opinionem recipere uester: nec eorum q existimant Halizonas circa pallenem habitare: de qbus in rebus Macedonicis fecimus mentionem. dubitat etiam quomodo ex nomadibus q ultra Borysthenem habitant: putandum sit societatem troianis uenisse. Hecatei uero Milesii: & Menecratis: Xenocrati familiarium: & Phalephati opiniōem summopere laudat. quorum alter in peragratiōem terre dicit Orymum amnem ad urbē Alaziā fluere. & per Mygdōem campum ab occidēte Edascylitico lacu: in Rhyndacū emit/tere. nunc dicit Alaziam desertam esse: & multos Amazonum uicos habitari: per quos Odryssa fluit atq; in iis eximie Apollinem coli. presertim apud Ephoriā: Cyzicenoꝝ. Menecrates in Helesponti peragratiōe locis ultra Myream regionem imminere ait montana quedam. perpetua: que Halyzonum gens habitauit. scribendum inqt est per Geminum. L. q̄q̄ poeta per simplex scripsit: propter metrum. Palephatus putat ex Amazonibus tunc Alopam: nunc uero zeliam habitātibus: odium & Epistrophū cum exercitu uenisse. He itaq; opiniones quam laudem merentur? nam nisi antiqua scriptura & hi moueant: nec argentarię ostēdi possunt: ubi sint: in Myrleatico lacu. nec quomodo qui hinc: Ilion uenerunt: de longinquo fuerint: etiam si detur Alopā: uel Alaziam esse. Hec enim multo sunt uiciniora Troie. q̄ ea: que circa ephesū iacent. Sed qui dicūt Amazonas circa pygella esse: inter Ephesum & Magnesiam: & prienē: garriunt. ut Demetrius ait. nam lōginquitas ei loco nullo modo potest accōmodari. immo nec ei accommodatur: qui circa Mysiam Teuthraniāq; est. dicit itaq; accipiēda

esse quedam ac si impropríe addãtur: queadmodum illud longe ab Ascania. & illud:
Quod dederat genitrix Arneus nomen habebat. Et illud
Ipsa manu clauim comprehendit penolopea.
Quod si detur: at illa certe danda non sunt: qbus Demetrius accedit: q existimãtibus dici oportere: longinqua ex Chalyba: nequaq̃ probabiliter contradixit. nã cõcedens qđ licet nunc apud Chalybes non sint argentarie: fuisse tamen contingit. illud non concedit: quod illustres essent: & memoratu digne: quemadmodum ferrarie. Inquiet aliquis quid uetat eas illustres fuisse: quemadmodũ ferrarie? Nam si ferri copia locum illustrem facit: quare non argenti? quod si non heroum tempore: ac homeri etate ar/gẽtum in opinionem uenerat. Sed num quis q̃ poete dictum accuset? quomodo enis fama e media Italia: quomodo Thebaicarum opum ex egypto puenerat ad poetã? cum ipe duplo fere ab egyptiis thebis abesset: q̃ a Chaldeis? Sed nec cum iis cõcordat: quibus assentitur. nam cum descepsi docet patria sua: dicit prope scepsim & Esapum Eneam uicum & Argyriam & Alazoniam esse: que profecto si sint circa Esapi ortũ sunt. Hecateus ait ultra eius hostia. Palephater autem prius Alopam habitatã: nunc zeliã: diuersa ab illis dicens. Nec itaq; Menecrates dicet: que sit Alopa: uel Aloba: siue quomodocunq; scribere uelint. nec ipse etiam Demetrius: cum aduersus Apollodorũ eisdem de rebus in troiana instructione disputat. Sed cũ antea multa dicta sint nũc etiam dicẽda sunt. Is enim nequaq̃ putat Halizonas extra Halym accipi oportere: cum nulla belli societas troianis aduenerit ab iis: qui trans halym sunt. Primum itaq; postulabimus ab eo: ut doceat: qui nam sunt Halizones: & longinqua ex Alyba ar/genti ubi uena est. nequaq̃ ení id poterit. preterea q̃obrem non cõcedit ex ulteriore Halys regione societatẽ uenisse. Nam si omnes alias eis flumen fuisse contingit: pter Thraciam: nihil obstat unã hanc uenisse ex ulteriore regione: que Trans leucosyros est. an ex his locis atq; ulterioribus bellandi gratia traicere poterant quemadmodum Amazones & treres & Cimmerii: societatẽ uero coniungere non poterant? Amazões itaq; belli sotie non fuerunt. quia Priamus bellum aduersum eas: in societatem Ionũ gesserat. dicit enim Priamus.
Tunc & Amazonidum turmas uenisse recordor:
Vnde uiris delectus ego sotia arma ferebam.
Quomodo Amazonibus finitimi erant cum non adeo de longinquo essent: ut diffi/culter inde accersirentur: & cum nulle subessent inimicicie: nihil mea sentẽtia uetabat in societatem cum troianis coniungi. Sed nec antiquorum opinio dicere potest: qđ cum omnes concordiam haberent: nemo ex ulteriore Halis regione communicarit in bello troiano. quin potius in contrariũ testes inueniuntur. Meandrius putat ene/tos a Leucosyris profectos: troiãis auxilium tulisse. atq; inde cum thracibus digressos: in Hadrie sinu habitasse. Enetos uero Cappadoces: huius expeditiõis nõ fuisse par/ticipes. que res hinc confirmatur: quod tota Cappadocia que prope Halym est: & Paphlagonie adiacet: duabus utitur linguis. & Paphlagonicis nominibus abundat ut Bagas: & Biasas: & Eniates: & Rhatoces: & Zardoces: & Tibrios: & Gases: & Oligases: & Manes: Hec. n. nõĩa in Bamõitica & Pemolitica: & Zaglietbitica: & Gazacena aliisq; cõpluribus locis abundant. Apollodorus ipse Zenodoti illud affert: q scribit.
Ex Eneta muli ducunt genus unde feroces.
Hanc dicit Hecateum milesium: pro Amiso accipere. Dictũ est enim Amisum Leu/cosyrorum esse: et extra Halym. Est etiam ab eo alibi dictũ: qđ poeta Paphlagonũ mediterraneorum historiam ex iis habebat: qui regiõem pedestri itinere pmeabant.

Oram uero maritimam ignorabat: sicut & aliam ponticam. nominasset enim eam. immo ex peragratione nunc pertractata: contrarium dici potest: qđ orã maritimã omnem permeauit: & nihil pretermisit: quod tunc esset memoratu dignum. Quod si Heracliam: & Amastrim: & Sinopem: non nominat: nihil mirum. nondum enim habitabantur. nec absurdum est si mediterranea non commemorat. nam non nominare etiam multa: que nota sunt: ut in superioribus declarauimus: neq̄q̄ ignorantie signũ est. ignorare illum dicit multa circa pontum illustria: tum gentes: tum flumina. nominasset enim: hoc profecto in quibusdam ualde insignibus concedi potest. ut Scythis: meotide: & histro. nequaq̄ enim per signa de Nomadibus dixit.

Lac potant. inopes degunt. iustumq; sequuntur.

Preterea claros equimulgos. de Scythis uero id non dixit: uel Sauromatis: uel Sarmatis: siquidem a grecis ita dicebantur. nec etiam cum de Thracibus: ac Mysis: q apud histrum sunt mentionem facit: eum silentio preterit: cum maximus sit fluuiorũ: & cũ alioquin cõmode loca fluminibus disterminentur. nec cum de Cimmeriis diceret: Bosphorum aut meotim omisit. in iis uero que non ualde sunt insignia: aut non tũc: aut non ad propositum: quare quis q̄ accusetur? ut Tanaim ipsum ob nullam rem aliam cognoscimus: q̄ quia Asie atq; Europe confinium est. sed eius temporis homines nõdũ Asiam: nec Europam nominabant. necdũ terrarum orbis diuisus erat in tris cõtinẽtes. Eas enim nonnunq̄ propter maximã claritatem nominasset. quemadmodũ Libyã: ac Libem: qui ab occidentalibus Libye partibus flat. sed nec Tanaim cum nondum continentes essent separate. oportuisset enim mentionem de eo fieri. Sed multa sunt memoratu digna: que non p̄terit. Multiplex profecto est ea ratio: que & ad agendũ: & dicendum hoc potius: q̄m illud: homines inclinat. Quibus ex rebus certum est quod coniectura non bona utunť: qui poete ignorantiam ex eo argui putantq; aliquid ab eo reticeatur. malum certe multis redargui argumentis debet. nã multi eo plurimo utuntur. Refellendi itaq; sunt: qui talia dicunt: q̄q̄ sepius eadem repetamus. ut si quis dicat ideo flumina ignorari: quia non nominentur: stulte dictum dicemus. quãdo nec Homerus Meletem amnem prope Smyrnam fluentem nominauit. que a plurimis patria eius dicta est. & cum Hermum flumen & Hyalum nominet. pactolum nusq̄ nominat: q in idem fluentũ immittit: in qđ illi. & initium a Tmolo habet. nec Smyrnam: nec alias Ionum ciuitates nominat: cum ex Eolicis plerasq; commemoret. ut Miletum. Samum. Lesbum. Tenedum. nec Lethеum fluentem iuxta Magnesiam: nec Marsyam qui in Meandrum emittit. cum illum nominet. ad hec etiam

Et septem Rhesi uada: tum Rhodium: atq; Caresum.

Quorum pleraq; non sunt aqueductibus maiora: et cum multas urbes: ac regiones nominet: interdum flumina & montes adnumerat. interdum minime. Etolica enim & Attica: & alia complura flumina non nominat: & cum de longinquis fecerit mentionem: propinquorum non admodum meminit. non ꝙ ea ignoret: que ceteris sunt nota. sed nec propinquos eq; nominat. nam alios nominat: alios minime. ut Lycios: ac Solynos. Milyes uero: & Pamphylios: & Pisidas minime: & Paphlagonas quidem: & Phryges: & Mysios: nominat. Mariandynos uero: & Thynos: & Bithynos: & Bebrycas minime. Amazonum quidem meminit. de Leucosyris: Syris: Cappadocibus: & Lycaonibus mirum silentium. Phoenicas & Egyptios diuulgat. & Haleium campũ: & Arimos nominat. gẽtem uero in qua hec sunt reticet. quare huiusmodi argumentũ falsum est: sed tunc uerũ cum aliquid falso dictum ostenditur. Sed nec Apollodorus in hoc clare se gessit. nec ausus est hec figmẽta appellare: claros equimulgos: & lactis

potores. atq; hec aduersus eum dicta sint. nūc ad reliquam peragrationem redeamus. ultra loca Pharnacie & Trapezunti pxima: sūt Tibarni & Chaldei usq; in Harmeniā minorem. Ea est regio satis felix. ac semper a potentibus occupata: quemadmodum Sophina qui interdum cum ceteris Harmeniis amicitiā habebant: interdum per sese uiuebant. Hi sub se Chaldeos & Tibarnos habuere. ut eorum Imperium usq; Trapezuntem: Pharnatiamq; pertenderet. Mithridates uero Eupator auctus Cholchidis: & horum omniū imperium adeptus est: cedente ei Antipatro. atq; ita regionē omnē curauit: ut. lv. castella in ea construxerit. quibus maximam opum suarum partem credidit. horum clarissima erant Hydara: & Bosgodariza: & Synoria: locus in confinibus maioris Harmenie situs. quapropter Theophanes eum Synoriam nominauit. Nam tota Paryadre montana multas huiusmodi commoditates habet. Aquosa enī est. & siluosa. & prerupti suallibus: ac precipitiis munita. quibus in locis maximā thesaurorum suorum partem habebat. atq; in hos tandem pontici regni fines: urgente Pompeio aufugit: occupās in Acilesina: iuxta Dastira: montē quendā aqs abūdantē prope quem Euphrates fluebat. qui ab Harmenia minore disterminat Acilesinam. & tam diu ibi est immoratus: donec propter obsidionem in Bosphorum fugere coactus est. Pompeius circa hunc locum urbē condidit: in minore Harmenia: nomine Nicopolim. que nunc etiam stat & optime habitatur. Nam cum minorem Harmeniā sepe alii: atq; alii: haberēt: prout Romani uolebāt: postremo eam Archelaus tenuit: Tibarnos: & Chaldeos: usq; in Colchidē: & Pharnatiam: & Trapezuntē Pythodoris habet pudica sane mulier: & imperandi perita. Ea Pythodori Tralliani filia fuit. & uxor Polemonis: que aliquandiu cum illo regnauit. Deinde in imperio successit: illo apud Apurgianos mortuo: qui Barbari circa Sidicam sunt. Ex Polemone filii duo relicti: & filia: que Cosy Sapeo data est. quo dolo interēpto: celibatum agit. ex eo filios habens: quorum natu maior imperat. Ex filiis Pythodoridis: alter ut priuatus: cum matre administrat imperiū. Alter maioris Harmenie nuper Rex est declaratus. ipsa Archelao nupta: cū eo mansit usq; ad extremum. Nunc uidua est. & dicta loca habet. & alia illis elegantiora: de quibus deinceps dicemus. Nam Pharnatie continua ē sidina & Themiscyra: ultra has est Phanarea: que ponti partem optimam obtinet. nā & oleis: & uitibus consita est. & ceteris rebus excellit. a partibus orietalibus Paryadrā obtendit: in longitudine secum pariter progredientem. ab occidentalibus lithrum & & ophlimum. in ea est conuallis quedam: longitudine ac latitudine insigni. Hanc ab Harmenia Lycus irrigat. ab angustiis circa Amasiam iris. ambo in media ualle concurrunt. in concursu urbs sita quam primus fundator a se Eupatoriano nominauit. Pompeius cum eam inchoatam inuenisset addita illi regione: & colonis: magnopolim appellauit. ea itaq; in media planitie iacet. Sub ipsis autē Paryadre radicibus: Cabira sita sunt: stadiis centum & .l. q̄ magnopolis australiora. Mithridatis sedes Cabiris erat. Item Palmentū: & uiuaria: & uicine uenationes: & metalla. ibi etiam is erat: q nouus locus appellatus est. Petra munita: ac prupta: ad. cc. stadia Cabiris distans. Ea in uertice habet aque fontem uberrimum. ad radicem flumen: ac uallem profundam. petre altitudo ingens. quare obsideri non potest. menibus autē mirifice structa: nisi quātū Romani diruerunt. circumcirca siluosa: & montana: & sicca: adeo ut intra centum ac uiginti stadia castra nō patiatur. in ea erant preciosissimi Mithridatis thesauri: q nūc in Capitolio sunt: a Pompeio dicati. Totam hanc regiōem: Pythodoris habet: Barbaris coniunctam: qui sub ipsa sunt. habet etiam Zelensem: & Megalopolitanum agrum. & cum Pompeius Cabira struxisset in urbis modum: ac Diopolim nominasset:

Pythodoris eam auxit: & augustam appellauit. atq; pro regia utitur. Habet etiam fanum: quod mensis Pharnacis appellatur. Ameriam scilicet uicum: in urbis modum: multos sacros seruos habentem: & regionem sacram: cuius fructum Sacerdos percipit. Hoc fanum adeo reges uenerati sũt: ut qđ ipsi regium iusiurandum uocant: id regis fortunam & Pharnacis mensem dixerint. Est autem hoc Iune fanum: quemadmodũ id: quod apud Albanos est. & ea que sunt in Phrygia: mensis scilicet templũ. in eiusdẽ nominis loco & Asecti templum: qđ apud Antiochiam est: Pisidiam: uersus & id quod in agro est Antiochie. ultra Phanaream sunt Comana pontica: eodem nomine quo maioris Cappadocie comana. & eidem dee cõsecrata. & inde edificii exemplũ sumptũ est. & fere simili ritu utuntur: & sacrorum: & diuinationum: & cultus erga sacerdotes. in iis maxime: que ante reges fiebant: quando bis in anno in festis: que dee exitus ap/pellantur: Sacerdos diadema gestabat: & secũdus erat in honore post regem. Sed ꝑus de Dorylao stactico diximus: qui proauus fuit matris nostre. & de altero Dorylao: qui illius nepos fuit: & filius Phileteri. & quia ille cum maximos alios honores: & co/manorum sacerdotium ab Eupatore accepisset: regnũ prodere Romanis depħensus est. illo euerso totum genus in calumnia fuit. Tandem Moaphernes matris nostre patruus: in regni euersiõe se dare gessit. quapropter rursum cũ rege fuit fortunatus. & ipse & illius amici quicunq; ab eo non deseruerunt. quẽadmodum Auus noster: ex parte matris: qui cum regis statum periclitari cerneret: in eo bello: quod cũ Lucullo gerebatur: alienatus ab eo: & ualde infensus: propterea ꝙ Tibium cõsobrinum suum: & Theophilũ illius filiũ pauloante interfecisset: ad se: atq; illos ulciscendos: ꝑmotus est. Quare fide publica a Lucullo accepta. xv. castella ad defectionẽ perduxit: quibus ex rebus pollicitationes ei maxime ab Imperatore facte. Sed cũ Pompeius belli suc/cessor aduenisset: quicunq; Lucullo gratificati fuerant: omnes inimicos habuit: ꝑpter eam simultatem: que sibi cum illo erat. Finito autem bello Romam reuersus e uicit: ne pollicitationes quas Lucullus ponticis fecerat: Senatus perficeret. Iniquum eẽ dicẽs: ut cum alter bellum confecisset: alter premia reportaret. & munera distribueret. Co/mana itaq; sic sub regibus administrabantur: ut dictum est. Pompeius potestate reꝝ accepta Archelaum sacerdotio prefecit. atq; duos agri Schoenos sacre regioni addidit enim stadia. lx. iussitq; habitatoribus: ut ei obtemperarent. His ergo imperabat. et in sacris seruis potestatem habebat: urbem habitantibus. preterq̃m uendendi. qui quidem non pautiores erant. vi. milibus. Archelaus filius fuit eius quem Sylla & Senatus in honore habuerunt. Gabinio quoq;: uiro consulari: ualde familiaris. quo in Syriam misso: & ipse spe communicandi: cum eo ꝑfectus est iam ad parthicum bellum parato. quod cum Senatus non permitteret. Hac spe amissa: aliam maiorem nactus est: per id tempus egyptii Ptolemeum eiecerant: patrem Cleopatre. cuius filia natu grãdior: Cleopatre soror: regnum tenebat. Sed cum uir huic e stirpe regia quereretur: Arche/laus fauentibus quibusdam seipsum obtulit: Mithridatis Eupatoris filium affingens. quare susceptus sex mensibus regnauit. Hũc postea Gabinius in prelio interemit re/ducto Ptolemeo. eius uero filius Sacerdotium acce pit. postea Lycomedes: cui & alia regio Schoenorũ quattuor addita est eo sublato Dytatus possidet: Adiatorigis filius: qui dignitatem hanc a Cesare Augusto ob uirtutem uester obtinuisse. Nam Cesar Adiatorigem cum uxore ac filiis in triumphum ducens illum cum filio maiore statuit interimere. maior uero hic erat: sed cũ secundus ex fratribus: militibus qui eũ ducebãt: se maiorem affirmaret: diu inter ambos contentio fuit. quousq; parentes Dytato ꝑ/suasere: ut iuniori cederet: asserentes: cum ipse etate esset prouectior: maiorẽ de matre

ac reliquo fratre curam habiturum. itaq; alter cum patre interemptus est. alter uero seruatus qui dignitatem hanc est cōsecutus. Nam cesar ubi uiros interemptos sensit: doluit uehementer. quare eos: qui seruati erant: beneficio & cura prosecutus: hanc eis dignitatem impertiuit. Comana hominibus abundant. insigne Harmeniorū Emporiū. Conueniunt eo ad dee festa: que exitus appellātur: undiq; ex ciuitatibus uiri simul ac mulieres. Multi huc ex uoto uenientes dee sacra perficiūt. incole molles sunt: ac delicati. omnia uitibus consita. mulierum multitudo maxima: & operatrix: que magna ex parte sacre sunt. Hec enim ciuitas quasi quedam parua Chorinthus est. nam et Corinthum propter maximam meretricum multitudinem: que ueneri erāt cōsecrate: multi proficiscebantur. atq; ibi festa celebrabant. Mercatores uero ac milites consumebantur. Vnde huiusmodi de eis prouerbium effertur. non omnis hominis est corinthum nauigare. ac Comana quidem sunt huiusmodi. circunstantem uero regionē totam Pythodoris tenet. eius est etiam Phanarea. & zeleticus: & Megalopolitanus ager. de Phanarea dictum est. Zeletica regio zela urbem: super aggere Semiramidis. cōditam habet. in ea templum est Anaitidis: que ab Harmeniis colitur. Hoc in loco sacra: cum sanctimonia maxima celebrantur. & iusiurandū de rebus maximis hic fit. Sacrorum seruorum multitudo: & honores Sacerdotum ab regibus facti: eundem ritum habebant: quem supra memorauimus. Nunc omnia Pythodoris tenet. Sacrorum autem seruorum multitudo: ac cetera copia: a multis labefactata & imminuta est. Imminuta est etiam adiacens Zeletica regio: in cōplures principatus distributa. que super aggere: ut diximus: zela ciuitatem habet. nam reges olim zela: non ut ciuitatē sed ut Persicorum deorum templum colebant. & sacerdos rerum omnium potestatē habebat. habitabatur a multitudine sacrorum seruorum: & a sacerdote: potestatem maximam habente. Non enim pauca hec urbs possidebat. Pompeius multas ei prouintias adiecerat. & tum eam: tum Megalopolim urbes nominarat. hac & Camisena: que minori Harmenie: & Lauiansene: finitime sunt: in unum compositis. He sales fossiles habent. & Camisa per uetustū castellum: quod nūc dirutum est. Posteriores Romanorum duces ex comanis in partes duas diuisis alia sacerdotibus Comanorum dederunt. alia Sacerdoti zelorum. alia Teporigi cuidam homini prepotenti: & e tetrarchica stirpe galatarum. quo mortuo portio hec: que non multa erat Romanis cessit. & prouintia est appellata. incole ad oppidum Carana conueniunt. a quo Caranensis regio dicitur. Reliqua Pythodoris & Dytatus habēt. Restant ex ponto ea que inter hanc regionē & Amisinos: & Sinopenses tendunt: Cappadociā: & Galatiā: & Paphlagōiam uersus post Amisinum agrum: usq; ad Halym: est Phazemonetica: quam Pompeius Megalopolim nominauit. & facta apud Phazemonem uicū habitatione: eam Neapolim appellauit. Septentrionale huius regionis latus Gaszilotus & Amisinus ager claudit. occidentale Halys. oriētale Phanarea. Reliquū Amasiensiū regio: que plurima est & ceterarum omnium optima. partem itaq; Phazemoniticam uersus: lacus quidā occupat: pelagi magnitudine: nomine Sciphana: piscosus. & uariis pascuis abundans. adiacet ei Cizara castellum munitissimum: nunc autem desertum. prope regia constructa est. Reliqua regio magna ex parte nuda: frumenti tamen ferax. Amasiensibus imminēt aque calide: & ualde salubres: que Phasemonensiū sunt. imminet etiam Sagylium castellum super monte quodam situm: erecto: & excelso & inacutum tendente. Id aquas abundatissimas habet. nunc autē q̄q̄ regibus ad multa utilissimum: neglectum tamen est. Hic Arsaces dominatum: & nouas res mouens: a filiis Pharnacis regis captus: interemptusq; ē: nemine id ex ducibus pmittente. captus

est autē non ui:sed fame:munitione a Polemone & Lycomede regibus capta. Nam ex planitie pulsus:in mōtem aufugit sine ullo commeatus apparatu. & aquā arduis petris obstructam inuenit. Id enim Pompeius effecerat:iubens castella omnia dirui. ne latronibus in monte aufugere uolentibus utilia relinquerent. ille Phazemonensē agrum sic constituit. posteriores uero eum regibus distribuerūt. Vrbs nostra in ualle quadam iacet magna & profunda:per quam Ogris flumen fertur. mira prouidentia & natura constructa: que castelli usum potest exhibere. nam petra quedam est alta: & preceps:& in flumen abrupta: que in fluminis ripa ad quā urbis habitatio est: muꝝ habet. ex utrisq; lateribus ad uertices duos recurrit: q pulcherrime turriti: pariter cō/surgunt. In hoc circuitu regie sunt & regū monumēta. Vertices ipsi angustū utrinq; iugum habent: quinq; sexue stadiorum altitudine: a flumine & suburbanis utraq; ex parte ascendentes. a iugo ad uertices est alius stadii ascensus: acutus sane. q uim omnē exuperet. habet etiam aquas introrsum: que auferri non possunt. Sunt enim fistule due. quaꝝ altera ad flumen tendit: altera ad iugum. flumē pontibus iungitur: altero ab urbe in suburbanum. altero a suburbano in exteriorem regionem. ad hūc pontē mons desinit qui saxo imminet. Conuallis a flumine progreditur non admodū lata: in initio postea dilatatur. & planitiē efficit: que Chiliocomium appellatur. deinde ē Diacopena: & Pimolisena regio: tota felix: usq; ad Halym. atq; septētrionales Ama/siēsium partes. he sunt quingentorum fere stadiorum. longitudine. deinceps reliqua sequitur: multo hac lōgior: usq; ī Babanomum: ac Ximinā: que etiā ad Halym usq; descendit. Longitudo quidem hec est. Latitudo uero a septentrione austrum uersus in Zeliticam & Cappadociam maiorē: usq; ad Troginos. in Ximina sūt fales fossiles a quibus Halym flumen dici putāt: in nostro agro multa regio deserta est: & multa castella diruta: propter Mithridaticum bellum. is arboribus plenus: & pascendis eqs: ac cetero pecori idoneus: & totus habitabilis est. Amasia prius fuit regibus data: nunc prouintia est. reliqua pars ad ponticā prouintiam pertinet trans halym: circa Oga/sim: Sinopensi agro cōtigua. Olgasis mons est altissimus: & aditu difficillimus: in quo plurima Paphlagonum templa sunt. circunstat Blaena & Domanetica regio satis ferax: per quam amnias flumen illabitur. Hoc in loco Mithridates Eupator: Nico/medis bithyni copias funditus deleuit: haud qdē presens: sed p imperatores. unde ille cū paucis domum fugiens seruatus est. & inde in Italiam nauigauit. Hic uero secretus: impetu facto: Bithyniam cepit: Asia usq; ī Cariā ac Lyciam occupata. atq; hic urbs Pompeiopolis constructa est. in hac urbe est Sandaracurgium: non multum distās a Pimolisis: quod castellum regium est: nunc autem dirutū. a quo regio ex utraq; flu/minis parte Pimolitica appellantur. Sandaracurgium mons est concauus: propter metallorum effosionem. hunc operatores maximis cuniculis subeunt. Solebant: olim publice operari: & fossoribus utebantur seruis: ex aliquo malefitio redemptis. nā pter operandi laborem: qui maximus est: dicunt aerem ex metallis letiferum esse. atq; in/tolerabilem: ppter odoris grauitatem e glebis prodeūtem. unde corpora cito ibi mori. sepe metallorum effosionem deficere: propter operariorum incommoditatem: qui cū plures sintq̄. cc. continue & morbis & labe absumuntur. atq; hec de ponto dicta sint. post Pompeiopolim est reliqua Paphlagonie mediterranea: usq; in Bithyniā eūtibus occidentem uersus. huic que parua quidem est: pauloante etatem nostram multi im/perabant. nunc stirpe regia extincta Romani habent: que autem Bithynie finitima est: Timonetica: & Marmoletica: & Sanisena: & Potamia: nominatur. Erant etiam Cinistena quedam: in qua erant Cinata: castellū munitissimū: Olgasi mōti subiectū

quo Mithridates: qui eius cõditor dicitur: receptaculo usus: ponti imperium adeptus est. & qui ab eo profecti sunt: usq; ad Eupatorem successionem seruauere. postremus uero Deotarus: Castori filius: cognomento Philadelphus Paphlagonie imperauit. & gangra Morzei regiam habuit. id autem est oppidum simul: & castellum. Eudoxus auctor est fossiles pisces esse in Paphlagõia in locis siccis. locũ tamen non determinat. item in humidis circa lacum Ascanium: qui apud Cumi est. sed nec id perspicue dicit. Postq̃ Paphlagoniam ponto finitimam exposuimus. nam Paphlagonibus: occidentẽ uersus: finitimi sunt Bithyni: que ad hos pertinent. persequi conabimur. postea ex iis atq; Paphlagonibus alio sũpto principio: cetera contexemus. que post hos sunt aus/trum uersus: usq; ad taurũ montem: que scilicet cũ ponto & Cappadocia atq; ꝓcedũt nam huiusmodi ordinem ac partitionem ipsam locorum natura describit. Bithyniam ab oriente Paphlagones: & Mariandyni & Epicteti pars: terminant. a septentriõe mare ponticum: quod ab hostiis Sangarii: usq; ad os tendit: quod iuxta Byzantium est: & Calcedõem. ab occidente pro pontis. Ad austrũ Mysia & Phrygia que Epic/tetus dicitur. eadem etiam Hellespontia Phrygia nominatur. huius est Calcedon: in ponti ore sita: quam Megarenses condidere. & Crysopolis uicus: & Calcedoniũ fanũ. Hec regio paulo supra mare fontẽ habet: nomine Azaritiũ qui paruos Crocodelos nutrit. post Calcedonem sequitur littus: q̃d Astacenus sinus appellatur. qui pro põ/tielis pars est. in eo condita est Nicomedia: dicta de nomine regis cuiusdam Bithyni: qui eam condidit. Multi enim eodem nomine uocati fuerũt: quemadmodũ Ptolemei: propter ꝑoris claritatem. in ipso sinu fuit urbs Astacus: quam Megarenses & Athe/nienses cõdidere. & postea Doedalsus: a q̃ Sinus nominatus est. deinde a Lysimacho diruta. habitatores eius Nicomediã: a Nicomedie conditore translati sunt. Astaceno Sinui: alius continuatur magis ad oriẽtem solem recedens: in quo prusias est. que ꝑus Cius appellabat̃. Cium Demetrius euertit. deditq; Prusie zele q hãc euertit & Myr/leam Prusie uicinam. is a ruinis eas excitans: Cium a se Prusidã: Myrleam uero ab uxore Apamiam nominauit. Hic est ille Prusias qui Annibalem huc concedentẽ sus/cepit: post Antiochum superatum: & Phrygie Hellespontie seditionem: aduersum Attalicos ex composito factam. hanc priores minorem Phrygiam illi Epictetũ no/minauere. Prusiadi mons imminet: quem Arganthonium uocant. Hoc in loco hylã unum ex sociis Herculis: qui etiã Argonauta erat: cũ aq̃tum egrederet̃ a Nymphis captum finxerunt. Cium: cum & ipse Herculis socius esset: & cum eo nauigaret: e Cholchis redeuntem: ibi remansisse. & urbem de suo nomine condidisse. & adhuc festa quedam apud Prusienses celebrantur: in quibus per montes uagi: ac saltantes Hylam uocant: quasi in siluas ad illum inquirendum egrediantur. Prusienses cum beniuole se erga Romanos gessissent: libertatem sunt assecuti. Apamienses Romanoꝝ coloniã acceperunt. Prusia urbs est: in olympo mysio sita. & recte gubernatur: Phrygibus ac mysis finitima. Ea a Prusia condita est: qui cum Croeso bellum gessit. sed Phrygum & Bithynorum & Mysorum fines determinare: Item Dolionum: qui circa Cyzicum sunt: & Mygdonum: & Troum: difficile est. ꝙ una queq; natio distincta esse debeat: id conceditur. Nam & de Mysis ac Phrygibus huiusmodi prouerbium est. Phrygũ ac Mysorum fines separati: sed definire difficile. causa est quia cum incole Barbari ac militares essent: que uicissent non firmiter tenebant: sed frequentius ut uagi & er/rantes: modo eiiciebant: modo eiiciebantur. he gentes omnes thratie putande sunt: q̃a ulteriorem regionem ii colunt. & non facile altera ab altera immutatur. uerum q̃ntũ nos cõiectura assequi possumus: inter Bithyniam & Esapi hostium: Mysia poni põt.

que mari contigua est. & usq; ad totum pene olympum progreditur. circumcirca in mediteranea est Epictetus: que nusq̃ mari cōtigua: usq; ad Ascaniu lacus: & regionis orientales partes euadit. nam eodem nomine & lacus & regio appellabantur. atq; alia Phrygiaca erat: alia Mysiaca. sed Phrygiaca a troianis remotior. nam & illud poete dictum sic accipiendum est: cum ait.

Phorcys & Ascanius Phrygias duxere cateruas.

Longe ex Ascania

Phrygiaca scilicet: quod alia Ascania uicinior sit: que Mysiaca est: iuxta eam: que nunc Nicea appellatur: cuius poeta meminit: cum dicit.

Mysorumq; duces bellantum cominus armis

Palmys & Ascanius necnon morys: Hippotione

Natus: ab Ascanie campo uenere feraci.

Nec mirandum est: cum quendam Phrygum ducem Ascanium dixerit: ex Ascania profectum: si dicat etiam Ascanium quendam ductorem Mysorum ex Ascania uenientem. multa enim flumina: & lacus: & loca: apud eum eodem nomine appellantur. Nam & ipse poeta Esapum Mysorum confinium dicit. nam cum preter montanam troie regionē supra Iliū recēsuit que sub Enea erat & quam Dardaniā nominauit: mox septētrionem uersus Lyciā ponit pandaro subditā: in qua zela est: dicens.

Quiq; colunt Zeliam: extreme radice sub Ide.

Aphnii ab Esapo potantes flumine troes.

Zelie aūt subiacet mare uersus: & supra Esapum: Adrastie campus: & Tyria & Pitya: ac ea que Cizecena regio appellatur: priapum uersus: quam mox dinumerat. deinde rursum ad orientales & ulteriores partes reuertitur. Quare ostendit se regionem usq; ad Esapum septentrionalem & oriētalem Trocidis terminū arbitrari. sed post Trocidem Mysia est. & olympus: ac huiusmodi gentium situm antiqua memoria prodit: nunc omnia sunt immutata. Nam cum sepe alii atq; alii imperauerint: alia confusa sūt: alia penitus euersa. Nam post captam troiā. Phriges ac Mysi imperauere. deinde Lydi: post eos Eoles & Iones: deinde Perse: ac Macedones. postremo Romani sub quibus iam plurimi & linguas & nomina simul amiserunt. Cum alia quedam regionū diuisio facta sit: quam iuniores plurimum curare debent. prisce autem partitiōi mediocriter intendendum est. in mediterranea Bithynie: Bithynica Teicis imminent: et regionem Saloni proximam: pascendis bobus idoneam habent. unde etiā Salonēsis caseus dicitur. & Nicea Bithynie Metropolis iuxta lacum Ascanium est: & campus ingens: & ualde felix circunstat: estate nō admodum salubris. Eam primo Antigōus condidit: Philippi filius: & Antigoniā nominauit. postea Lysimachus quā ab uxoris nomine filie Antipatri Niceam appellauit. urbis ambitus est stadiorum sedecim in figura quadrata que in campo sita portas quattuor habet. Ad rectos angulos: & in munitionem excisa. quare ex uno lapide: qui circa medium gymnasium positus est: omēs quattuor porte cernuntur. paulo supra Ascanium lacum est oppidum Otroea ad orientales Bithynie fines. Eam ab Otroeo dictam putant. Quod prius Mysi Bithyniam habitauerint: testis est Scylax Cariandeus: q Phryges ac Mysos dicit circū Ascanium habitare: postea Dionysius cōditarum urbium scriptor: qui ait: angustias apud Calcedonem: & Byzantium: que nunc Thracius Bosphorus appellantur: prius Mysium Bosphorum nominatas. atq; illud etiam testimonium poni potest: Mysos Thraces esse: quod Euphorion dicit.

Ascanium propter Mysum. Alexander quoq; Etolus ait.

A quibus Ascanie circumhabitantur aque.
Ascanii per labra lacus quibus ante dolion
Sileni mansit filius ac Melie.

Cum Ascanius lacus nus q̄m nisi hic inueniatur. In Bithynia fuere uiri in disciplinis memorabiles: Xenocrates Philosophus: & Dionysius dialecticus: & Hipparchus: & Theodosius: & filii eius mathematici. Item Cleophanes orator ex Myrlea: & Asclepiades medicus prusaensis. Bithynis ad austrū Mysi adiacent: olympo proximi. quos alii olympinos: alii Hellespontios uocant. & Phrygia que in Helespōto est. Paphlagonibus autem galate. ex his utrisq; austrum uersus: maior Phrygia: & Lycaonia usq; ad taurum cilicium ac pisidicum. Sed quoniam que Paphlagonie continua sūt: pōto adiacent: & Cappadocie: & gentibus que circunstant: ꝓpriū erit ut partes his uicinas ante ptractemus. postea consequentia loca ostendamus. Paphlagōibus itaq; ad austꝝ sunt galate. quorum gentes tres sunt. due: Trogini & Tolistobogi a ducibus nomiate tertia a gente que in Celtica est tectosages. Hanc regionem post multos errores: & multas excursiones: in loca attalicis regibus & Bithynis subdita: galate occuparunt. donec eam: que nunc galatia est: & gallogrecia dicitur: ab illis non inuitis acceperūt. Dux transitus in Asiam uidetur fuisse Leonnorius. Harum trium gentiū: que unius sunt lingue: & in re nulla discrepant. qui unamquanq; in partes quattuor diuisere. unamquanq; Tetrarchiam uocauerunt. que proprium Tetrarcham habebant. item iudicem: & tribunum: Tetrarche subiectos. & duos subtribunos: & . xii. tetrarcharum consilium: qui erant uiri. ccc. & in locum conueniebant nomine Drymenetū. consiliū de sanguine. de rebus ceteris: tetrarche ac iudices iudicabant. Antiquus itaq; ordo huiusmodi erat. etate nostra ad tres duces res delata est: postea ad duos. deinde ad unum Deiotarum tota potentia deuenit. cui postea successit Amyntas. nunc & hanc: & eā: que sub Amynta erat: Romani tenent. omibus in unam prouinciam redactis. partē pontum & Cappadociam uersus: Trogini habent. ea optima omnium est. q̄s Galate incolunt. castella menibus circundata habent. uia Emporium eoꝝ qui in hac regione sunt. in quibus est Enea Iouis statua: & delubrum eius Asylum item Mithridatiū: quod Pompeius Bogodaro dedit: e pontica pulso. Tertium est Danala ubi Lucullus & Pompeius conuenere. cum alter in belli successiōem: alter illi potestate permissa ad triūphum pergeret. Trogini itaq; has partes habent. Tectosages uero partes Phrygiam maiorem uersus: iuxta Pisinūtem & Orcaoreos. eorum castellū erat Anchora: eodem nomine quo & id quod Lydiam uersus est circa Blayrum Phrygie oppidum: Telistobogi Bithynis sunt finitimi: & Phrygie que Epictetus dicitur. Hoꝝ castella sunt Blucium: & Peium. quorum alterum deiotari regia erat: in altero thesauros habebat. Pisinus Emporium est eorum qui in hac regione sunt. & templum maximum habet magne uenerationis matris deum: quam Angidistam uocāt. Sacerdotes olim prepotentes quidam erant. Sacerdotium maximum habebant. nunc eorum dignitas imminuta est. Emporiū adhuc māet. Hic locus magnifice ab Attalicis regibus structus est: & templo: & porticibus: ex albo lapide. Romāi templum celebre reddiderūt: accersita inde dee statua: quemadmodum ea que Esculapii erat ex Epidauro. Mōs quidam urbi imminet nomine Dindyma a quo Dindymena dicitur: quemadmodū a Cybelis Cybile. prope Sangarius amnis fluit: secus quem erant antiqua Phrygum domicilia. ut Mide: & prius Gordii: & aliorū quorundam. que nunc urbium uestigia non seruant: sed in uicos redacta sunt paulo alius maiores: sicut Gordiū: & Gorbeus castoris Saocōdarii regia: in quo Deiotarus Generum & filiam iugulauit: arcē uero

demolitus est maxima habitationis parte deuastata. Post Galatiam: austrū uersus: est lacus nomine Tatta. Cappadociae maiori adiacens: iuxta Morimnos: & pars est Phrygie maioris. Item ea que huic continua est: usq; ad taurum: cuius partē plurimā Amyntas habuit. Tatta Salisponte nascētis fontes habet: atq; adeo faciliter sal rebus immersis circūgelascit: ut sepe cum funalem torquem demiserint: salis coronas educāt. uolucres ipse alis aquas contingentes facile capiuntur: cum propter salis concretionē cito decidant. Tatta etiam ea dicuntur: que circa Orcaorcos sunt: & Pignisum & frigidos Lycaonum colles. & nudos. & pascendis onagris aptos. ubi multa aque penuria est. que sicubi inueniatur profundissimos puteos habet. quemadmodū Soatris ubi aq̄ uenditur. Item uicus in urbis modum prope Garsabora que regio q̄nq̄ sicca sit: oues tamen mirifice nutrit: sed aspere lane. unde nonnulli maximas ex eis diuitias comperarunt. Amyntas supra. ccc. ouium greges in his locis habuit. insunt etiā lacus quoꝝ maior coralis dicitur minor Trogetis. Hoc ī loco est Iconium oppidum optime habitatum: quod fortunatiorem regionem habetur: q̄ ea que Onagros producit. hoc Polemo habuit. Iam taurus locis his appropinquat Cappadociam & Lycaoniam terminans: ad imminentes Cilicas Trachiotas. Lycaonum atq; Cappadocum cōfiniū est locus: qui inter coropasum iacet Lycaonum uicum: atq; Gareathyra oppidum Cappadocie. interuallum inter hec castella est centum &. xx. fere stadioꝝ. Lycaōie est etiam Isaurica taurum uersus. deinde Isauria que uicos duos habet eiusdē nōīs: & eum qui uetus dicitur benemunitum. his alia loca obtemperabant omnia latronum domicilia: que Romanis negotia exhibuerunt. Publius uero Seruilius cognomento Isauricus: quem nos uidimus: hec Romanis subegit. & multas piratarum munitiones: que in ora maritima erant: ui cepit. in Isaurice lateribus ē Derba: p̄sertim Cappadocie adiuncta: Antipatri Derbēsis sedes. eius erant Larāda. & etate nostra Isaura. Amyntas Derbensem adortus: Derbam cepit. & illum interemit. Isaura uero habuit a Romanis hic regiam sibi construēs: antiqua Isauria diruta: & in eodem loco nouū opus edificans perficere nequiuit. nam cum Omonades inuaderet: per insidias captus est: & a Cilicibus interemptus. Cum enim Antiochie partem haberet Pisidiam uersus: usq; in Apolloniadē: que est Apamiā cibotū uersus. Item ex p̄termontana regione nōnulla. ac etiam Lycaoniam tentabat Cilicibus ex tauro excurrentibus: & Pisidis regionem eam auferre: que Phrygium erat. & multa profecto loca cepit: que nunq̄ antea capi potuerunt. quorum est Cremna. Sandalio autem accedere non est ausus: quod inter Cremnam atq; Sagalasum iaceret. Cremnā habent Romanorum coloni. Sagalassus sub eodem Romano duce est: sub quo totum Amynte regnū. Distat ab Apamia diei itinere: descensum habens ab arce. xxx. fere stadiorum. uocant etiam eam Selgesum. Hec ciuitas ab Alexandro capta fuit. Amyntas itaq; Cremnā cepit: progressusq; ad Omonades: qui nunq̄ capi posse existimabantur: multorum iam locorum dominus: interempto a se eorum Tyranno: fraude uxoris Tyranni captus est: atq; ab illis interemptus. Cyrenius autem eos fame confecit. & quattuor hominum milia: a se capta in alias propinquas urbes traduxit habitatum. Regionem uero iuuētute desertam reliquit. Ea est in altis tauri partibus: in rupibus preruptis: & magna ex parte inaccessibilibus. in medio est planities concaua: & ferax: in multas conualles distincta. hāc excolentes in superioribus montium superciliis ac speluncis habitabant. & cum frequentius armati essent: aliena excurrebant: cum montana haberent: eorum regionē circunmunientia. his contigui sunt cum alii Piside: tum etiam Selgenses Pisidorum optimi. Maxima eorum pars summa tauri obtinet. quidam supra Sidam Aspendūq;

habitant Pamphylie urbes. tenet loca edita: oleis consita. ac montana que supra hos sunt: Catannenses incolunt: Selgensibus & Omonadensibus finitimi. Sagalenses uero interiora Miliadem uersus. Artemidorus dicit ex Pisidarum ciuitatibus esse. Selgam. Sagalasum. Petnilisum. Adadatã. Briadem. Cremnã. Pityasum. Amblada. Anabura. Sinda. Arasum. Tarbasum. Termesum. Ex his alii omnino sunt mõtani: alii usq; ad montium ima descendũt. ex utraq; parte: & in Pamphyliã & Milyadem: Phrygibus Lydis & Caribus finitimi: que gentes quanq̃ boreales sint. omnes tamen sunt pacate. Pamphyli uero multũ Cilicie nationis participes non omnino abstinent a latrociniis. nec finitimos sinunt inquiete uiuere: q̃q̃ australes partes radicis tauri habitent. Sunt etiam Phrygibus & Carie. finitima: Tiaba: & Sinda: & Amblada: unde & Ambladense uinum: effertur ad medicas curationes ac commodatum. ex montanis: ut sic dicã: Pisidis: ceteri sunt per tyrannidos diuisi. & quemadmodum Cilices latrociniis exercitati. dicunt lelegas quosdam uagos olim eis immixtos: propter morum similitudinem ibi remãsisse. Selga urbs ab initio fuit a Lacedemoniis cõdita: & ante a Calchãte. postea per sese mansit. & propter legitimam gubernationem: tantum adoleuit: ut aliquãdo uiginti uirorum milia haberet. mira profecto est locorum natura. cũ in summis tauri partibus locus sit adeo ferax ut multa hominum milia possit enutrire. pleraq; loca ibi oleis & uitibus consita sunt. & omnium pecorum pascuis abundant. circum imminent silue uaria materie plene. Plurimus apud eos storax nascit̃. arbor nõ magna: recta. ex qua storacine haste fiunt: corneis similes. in trũco edacissimi uermis genus innascit̃: quo lignum usq; ad corticem sursum errodente furfur siue mice quedam profũdunt̃ eis similes: que cadunt ex serra. ex his aceruus ad radicem cõgregatur. postea humor quidam distillat qui facile coagulatus succino similis est. huius pars ad radicẽ cũ scobe ac terra permiscetur. uerum quod in summo collectum est: purum manet. pars uero in trunco congelascit: ubi defluit. atq; hoc etiam purum. Ex non puro scilicet ligno: ac terra mixturam quandam conficiunt: puro odoratiorem: uiribus tamen imparẽ: que res multos fallit. atq; eo plurimum super stitiosi ad suffitus & odoramenta utũt̃. laudatur etiam Selgica iris: & unguentũ quod ex ea fit. Selgensium montana circa urbem ac regiõem paucos aditus habent: precipitus & uallibus munita: que cũ cetera flumina efficiunt. tum etiã Eurymedon & Cestrus a Selgicis montibus in Pamphyliũ mare exeuntes: propter loca ardua: põtes passim uiis impositi sunt. Selgenses nunq̃ antea cuiq̃m paruerunt. & ceteram regionem intrepide habentes: pro inferiore que in Pamphylia: & que intra taurũ est: cum regibus decertabant. cum Romãis uero certis conditionibus regionẽ tenebant. Alexandro per Legatos respõderunt: se ut amicos imperata suscepturos. Nunc omnino subditi sunt. & in ea censentur: que ab Amynta fuit. Bithynis: ut dixi: finitimi sũt Phryges. ac Mysi: qui circa olympũ habitãt. utraq; gens duplex est. Nam Phrygia altera dicitur maior: cui Myda imperauit: & partem Galate habuerunt. Altera minor circa olympum: in Hellespõto que Epictetus appellatur. Mysia quoq; altera Olympina est: Bithynie & Epicteto continua: quam Artemydorus a Mysis qui Transhistrum sunt dicit habitatam. Altera circa Caicum est: & pergamenum agrum: usq; in Teuthraniã: & huius fluminis hostia. sed adeo hec immutata sunt: quemadmodum iam sepe diximus: ut etiam regiõem Sypilo uicinã: antiqui Phrygiam nominarint. que utrum ne maioris: an minoris Phrygie pars sit: incertum est. unde Niobem: & Tantalum: & Pelopem: Phrygas dixerunt. & utcunq; se habeat: mutatio certe manifesta est: Nam Pergamenus ager Elaiticus ad quem Caicus exit: & Teuthrania inter hec media. ĩ qua Teuthras & Telophi educatio fuit:

inter Hellespontum sunt & regionem Sipylo & Magnesie circunstantem. & eã que sub illa est. quare Mysorum ac Phrygũ fines: ut ante diximus: diversi: sed eos definire operosum. Lydi: & Meones quos Homerus Maonas uocat: cum his: & inter se cõfusi sunt. hos alii eosdẽ: alii diversos putãt. Item Mysos alii Thracas dixerunt: alii Lydos: secundum ueterem quandam historiam quã Xanthus Lydus: & Menecrates Elaita referunt: Mysorum nomen interpretantes: quod Lydi fagum sic appellant: lidissimam sic uocent. multa enim eiusmodi arbor est in olympo: ubi expositos eos dicunt: quorum posteri a fagocissima Mysi sunt appellati. Testimonio esse sermonem: ex Lydo Phrygioq; permixtum: tãdem ipsos circa olympum habitasse. Phrygas uero ex Thracia traiici/entes Troie: ac propinque regionis principem cepisse. eos itaq; hoc in loco habitasse: Mysios uero supra Caici fontes: prope Lydos. Auget has fabulas gentium earũ cõ/fusio: & opulentia regionis: que cis Halym est. presertim in ora maritima. cuius causa multi tam undiq; inuadebant. presertim ex ulteriore fluminis regione. ac etiam uiam inter se decertabãt. Sed precipue circa troiana tempora. ac etiam postea excursiões transmigrationesq; facte fuerũt. cum Barbari simul ac greci impetu quodã ad aliena adipiscenda ferrentur. Sed ante res troianas hec erant. Tunc enim Pelasgorũ natio: & Cauconum: & Lelegum erant. Dictum est enim quod olim ii: quos poeta troiãis socios fecit: nequaq̃ ex ulteriore regione in multis Europe locis errabant. Nam que de Phrygibus Mysisq; memorantur: troianis sunt antiquiora. duplices quoq; eiusdem generis Lycii: suspitionem exhibent: uel troianorum uel eorum: qui Cariam uersus alios habitare fecerunt. Idem fortasse & de Cilicibus contigit: nam & hi duplices sunt: & si huiusmodi testimonium non est recipiendũ: quia qui nunc Cilices dicuntur ante res troianas fuerunt. & Telephus cum matre ex Archadia uenisse perhibetur. q̃ Teu/thranti: qui eum recepit. in coniugem data: imperiũ accepit: & illius putatus est. Cares quoq; cum prius Leleges: & insulares essent: ut fertur: terrestres facti sunt: fauentibus cretensibus: qui miletum condidere. Conditorẽ ex mileto: que in creta est: Sarpedonẽ accipientes. & Termilas in eam: que nunc Lycia dicitur: habitatum deduxerunt. Hos Sarpedon Minois & Rhadamanthi frater colonos ex creta duxit ac Termilas no/minauit. cũ prius Minye uocarentũ: ut Herodotus refert. ac prius etiã Solymi. postea Lycon Pãdiõis filius: eosdẽ a se Lycios appellauit: que pfecto ratio. Lycios ac So/lymos eosdẽ eẽ ostẽdit. q̃q̃ poeta eos sepat. nã de Bellerophõte e Lycia pfecto dicit

Hic Solymis iterum prestantibus intulit arma.

Pysandrum etiam eius filium ut ille inqt pugnantem cũ Solymis Mauors interemit. Sarpedonem quoq; indigenam esse dicit. sed uictori in commune premium ppositũ esse terre uirtutem opulentiãq; que ego dico: ex multis confirmatur. etiam post res troianas. unde & Amazones eos inuadere ause sũt. aduersum quas Priamus & Belle/rophontes duxisse exercitum dicuntur: & multe ciuitates ab illis cognominate sunt. in Iliensi campo cumulus quidam est.

Hunc homines proprio Batieam nomine dicunt
Ast immortales uolucris monumenta Myrine.

Quam tradunt unam fuisse ex Amazonibus: coniecturam ex adiectiuo capientes. Equi enim propter celeritatem uolucres dicuntur. unde & illam ab equo celeritate uolucrẽ dictam: & Myrina ciuitas ex ea nominata est. uicine quoq; insule hec eadẽ ob terre fertilitatem: passe sunt. e quibus est Rhodus: & eos: que ante conditã troiam: a grecis habitabantur. cuius rei Homerus manifestũ exhibet testimonium. post troiã uero grecorum colonie & Treres & Cimmerii & Lydi: deinde per se: ac Macedones:

postremo Galate: omnia excursionibus perturbarunt. atque confuderunt. & non solum propter mutationes res ipse incerte sunt. sed etiam propter dissidentes scriptorum opiniones: qui eisdem de rebus non eadem tradiderunt. nam troas: Phrygas uocant: sicut tragici Lycios uero Caras. eodem modo alios. Sed troes adeo ex paruis aucti sunt ut reges regum essent: & poete: & eius expositoribus occasionem prebuerunt. quam oporteat troiam appellari. Nam omnes troianorum socios in communi troas uocat. quemadmodum aduersarios danaos: & achiuos. sed nequaquam per Iouem Paphlagoniam Troiam dicemus: nec Cariam: nec Lyciam ei finitimam: ut cum ita dicit.

Clamore ingenti troes: sonituque fremebant.

At danai tacito spirabant corde furorem.

Sepe etiam aliter atque aliter dicit. que cum ita sint: necesse est ut singula pro uiribus transigamus. que uero nos fugiunt ex antiqua historia: ea omittenda existimamus. Non enim in iis est Geographie opus. que nunc sunt: ea dicere debemus. Duo itaque montes propontidi imminent olympus Mysius: & Ida. olympo Bithynica subiacent. Inter Idam atque mare: troia iacet monti contigua. de hac: & de iis que austrum uersus: ei monti contigua sunt: postmodum dicemus. Nunc de olympinis dicendum est. ac de consequentibus usque ad Taurum: que cum locis: a nobis ante peragratis: eque progrediunt. olympus in circuitu non habitatur in altis. siluas ingentes habet. & loca optime septa: que latrones alere possint. in hec loca sepe Tyranni conueniunt. ubi diutius perdurant quemadmodum etate nostra Cleon: latronum princeps. qui cum esset e uico gordo: quem postea augens: urbem fecit: & Iuliopolim appellauit: ab initio uero predonum receptaculo utebatur loco ualidissimo nomine Callydio. is Antonio ualde utilis fuit: nam profectus ad eos: qui pro Labieno tributa colligebant: omnia impediuit. quo tempore ille Asiam obtinebat. In bello autem actiaco cum ab Antonio desciuisset. cesaris ducibus adhesit. ac supra quam eius meritum pateretur. in honore habitus est. is ultra munera ab Antonio data: accepit etiam que Cesar dedit. quare iam pro latrone principis habitum gerebat. Erat enim Iouis Abrettam sacerdos. qui Mysius deus est. & parti morene imperabat: que etiam Mysia est: quemadmodum Abrettana. postea comanorum sacerdotium in ponto accepit. ad quod cum uenisset: intra menstruum tempus excessit e uita. nam grauis eum morbus arripuit: siue ex nimia crapula: siue ex ira dee ut dixerunt qui in fano erant. nam intra sacri loci ambitum: utriusque sacerdotis maris scilicet ac femine habitatio est. fanum quoque: preter ceteram religionem: expresse uetat Suillarum carnium esum. Vnde nec in totam urbem sus infertur. ille mox primo ingressu: ex huius consuetudinis preuaricatione: latrocinium morem ostendit: non ut sacerdos: sed ut corruptor ingressus. Olympus talis est. Habitant tamen circum eum: a Septentrione Bithyni: & Mygdones: & doliones. reliquum Mysi habent: & Epictetus. Dolionas maxime eos dicunt qui circa Cyzicum habitant: ab Esapo: usque in Rhyndacum. & Dascyliticum lacum. post hos Mygdones sunt: usque in Myrleanorum agrum. supra Dascyliticum lacum sunt alii duo lacus Apolloniaticus & Miletopolitanus. iuxta lacum Dascyliticum. Dascylium ciuitas est: iuxta Miletopolitanum. Miletopolis. iuxta apolloniaticum: super Rhyndaco: est ea: que Apollonia uocatur. sed horum pleraque pars: nunc Cyzicenorum est. In propontide est insula Cyzicus duobus pontibus iuncta continenti. feracissima quidem: quingentorum fere stadiorum ambitu. ea iuxta pontes eiusdem nominis urbem habet: & portus duos clausos: & naualia: supra. cc. urbis pars iacet in planitie. pars secus montem: qui ursarum mons appellatur. huic alia Dindyma imminent unius uerticis: que delubrum habent Dindymene matris deum. ab argonautis

edificatum. ciuitas ipsa & magnitudine: & pulchritudine: & equitate cum primis Asie ciuitatibus cōtendit: paci: & bello apta. Ea ad Rhodio℞: & Massiliensiū: & antiquo℞ Carthaginensium formā: uidetur instructa. Sed ceteris omissis: ea publico℞ edifitio℞: & instrumento℞ architectos curatores tres habet. & tria armamentaria. aliud armo℞: aliud instrumento℞: aliud frumenti. frumentū ne conrumpatur: chalcidica immixta prestat. huius rei utilitatem: in Mithridatico bello ostēderunt. nam rege: preter opinionem ingruente: cum. c. &. l. milibus hominum: & multo equitatu: & suburbanum: & oppositum montem occupante: quem Adrastie uocant: postea in iugum quod urbi imminet traiciente: & terra mariq; pugnante Ciziceni quadringentis nauibus contra omnia restiterunt. ut prope etiam regem ipsum in cuniculo opprimerent contra effodientes. ille uero precauit: ac sese extra cuniculum recepit. Tandem Lucullus Romanorum Imperator: quibusdam ad auxilium missis: eos confirmauit. fuit etiā pestis adiumento: quam Rex nequaq̄ ualuit peruidere uerū multis amissis discessit. Romāi ciuitatem honore prosecuti sunt. & adhuc libera est. & agri multum habet. Aliud ab antiquo: aliud a Romanis additū. Nam ex troadis regione: ea habet: que trans esapū sunt: zelie & adrastie campis uicina. Ex Dascylitico lacu alia ipsi tenēt: alia Byzātii Dolionas uero ac Migdonas uersus regionē multā habēt. & usq; ad Miletopolitanū & Apolloniaticum lacum: per que loca Rhyndacus fluit: ex Azanitide ortū habēs: qui assumptis ex abrettana Mysia cum aliis: tum etiam mecesto: ab anchora abasitica in proponridem iuxta besbicum insulam emittit. in hac Cyzicenorum insula: mons ē arboribus plenus: nomine Artaca. in fronte iacet parua quedam insula: eodē nomie. prope est promontorium: quod nigri appellatur. id in preternauigatione est e Cyzico priapū delatis Phrygie Epictetice aziani nacolia Cotyaiū Midaiū & Doriliū urbes & cadi. q̄nuis cados quidā ad Mysiam dicunt pertinere. Mysia in mediterranea ab olympina regione in pergamenam descendit. & in caici campos: quare inter Idam iacet atq; exustam. quam alii Mysiam: alii meoniam uocant. supra Epictetū: austrū uersus: est maior Phrygia que a sinistra Pisinuntem: a dextra Meonas & Lydos: & Caras relinquit. in ea est Phrygia. que pretermontana dicitur. & regio Pisidiā uersus. & ea: que amorio & eumenie & sinade proxima sunt. deīde est Apamia: que cibotus dicitur. & laodicea que phrygiarum urbium maxime sunt. Has oppida circunstant Aphrodisias. collassē. Themisōium. & Sanaus. Apollonie Metropolis. Itē ultra has. Pelte. Tabee. Eucarpia. Lysias. pretermontana regio iugum quoddā habet in mōte: quod ab ortu occasum uersus extenditur. Huic utrinq; planicies magna subiacet: in qua urbes sunt a septentrione Philomelium. ex altera parte Antiochia: iuxta Pisidiam. que partim in campo iacet: partim in colle quodam Romanorum coloniam habet. hanc magnetes habitarunt: qui iuxta Meādrum sunt. Romani eā liberauere: a regibus occupatam. & asiam que cis taurum est: Eumeni dederunt. hic sacerdotium quoddam erat mēsis arcei. quidem maxiamam sacrorum seruorum: & sacrorū locorū multitudinem habebat. sed post Amynte obitum euersum est ab iis: qui in eius hereditatem missi fuerant. Sinnada urbs est non magna: anteq̄ planicies iacet oleis cōsita. lx. fere stadiorum. ulterius est docimia uicus. & Sinnadica lapidis: lapidicifodina: sic. n. cum Romani appellant. indigene uero docimitem: & docimeam. uena in initio puas glebas emittebat. nunc propter maximos Romanorum sumptus: columne integre: & ingentes extrahuntur. & uarietate alabastrite lapidi proxime. quare multa huiusmōi onera ad mare deuehunt: & columne. & lapidee tabule: magnitudine: ac pulchritudīe admirabiles: Romam deferuntur. Apamia insigne emporiū est eius: que proprie Asia

nominatur. secūdas post ephesum ferēs: ea commune italicorum & grecorū hospitiū est: in Marsye hostus sita: qui amnis urbem mediam perlabitur: ab ipa ortum habēs: sed uehementi ac prono flumine in suburbanum delatus: immittit in Meandrum qui iam orgam amnem accepit. per planiciem equalem leniter ac placide delapsum. Hinc iam auctus Meander per Phrygiam currit: postea Cariam: Lydiamq; distermінat: ad campos qui meandri dicuntur. ualde quidem flexuosus. unde obliquitates omnes ab illo Meandri appellantur. finiens uero apud Cariam: regionem secat: quam nunc Iones tenent. & inter miletum prienemq; egreditur. Incipit uero a Celenis: qui collis quidam est: ī quo urbs fuit eiusdem nominis. Hinc Antiochus Socer hoīes transtulit in eam: que nunc Apamia dicitur. & Vrbem appellauit de nomine matris Apame: Artabazi filie: que Seleuco nicatori nupta fuerat. hoc in loco de olympo marsyaq; conficta est fabula: & de cōtentione quam Marsyas cum Apolline habuit. imminet lacus quidam qui calamum gignit: ad tibiarum linguas idoneum. ab eo dicunt Marsye ac Meandri fontes emanare. Laodicea cū prius parua esset: etate nostra: & patrū nostrorum: maximum cepit augmētum. quanq̄ ab obsidione Mithridatis eupatoris admodū labefacta: nam loci uirtus: & ciues quidā fortunati: ualde eā magnificarūt. primum Hiero qui hereditatem populo dimisit: supra duo milia talētorum. & multis donis ciuitatem exornauit: postea Zeno orator: & Polemo eius filius: qui ob ꝓbitatē regnū meruit: prius Antonio: postea Augusto cesare cōcedente. loca laodicee ꝓxima oues optimas ferunt: non modo in mollicie lane: qua milesias prestāt. sed in colore. ex quibus coraces maximum prouentum capiunt. quemadmodum a colore eiusdē nomīs qui colossem prope habitant. Hoc in loco Caper & Lycus in Meandrum influūt: ingens flumen: a quo Laodicea Lyco ꝓxima nominatur. mons urbi imminet nomīe Cadmus ex quo Lycus fluit. & alius: eodē nomine quo mons appellatur. hic plurimū sub terram delapsus: postea erūpens: in idem influit. in quod alia flumina. ex quo simul regionem ualde cauernosam & quassabilem esse ostenderunt. Nam Laodicea: & ꝓxima ei regio: plurimum terremotibus concutitur. Carura Phrygie carieq; confinium est. Hic uicus diuersoria habet. & feruentes aquas: alias in Meandrum exeuntes. alias ultra fluminis ripam. Narrant Lenonem aliquando cum magna mulierum caterua: in diuersorio hospitatum: nocte facto terremotu: cum omnibus perisse. nā tota fere regio circa Meandrū a terremotibus quatitē. & aque & ignis ductibus: praratur: usq; in mediterraneam. eiusmodi habitus regiōis a campis incipiens: usq; in Charonia pertendit. ea ē regio circa Hierapolim & Caraca Nysaidis: & Magnesiā: & Myuntē. nā terra resoluta est: & putris: & salsugine plena: & facile igni corrumpitur: propterea fortasse Meander flexuosus est: quoniam alueus multas recipit mutationes & multū limum deducens: modo huic modo illi ripe adicit. Pelagus uero fluctuum ui illum extrudit. unde prienem: que prius ad mare erat: facta limi aggestione: mediterraneā fecit: ad stadia. cc. l. exusta quoq; quam Lydi ac Mysi obtinent: idcirco hanc appellatiōem sortita est. urbs etiam Philadelphia apud eam minime fideles parietes habet. sed quotidie concutiuntur. & panduntur. Illi intenti terremotus precauent: semper architecturas aliquas cōtra extruētes. Apamia inter ceteras urbes ante mithridaticū bellum: sepe fuit concussa. Rex uero cum urbem euersam uideret: ut repararetur. c. talenta exhibuit. dicunt Alexandri quoq; tēpore similia contigisse: q̄re nō immerito apud eos Neptunnus colitur: q̄nq̄ mediterranei sint. addunt etiā a Celeno Neptunni filio ex Celeno: una danaidum ꝓcreato: urbem sic appellatam. uel propter lapidē atq; nigredinē ab exustione ꝓueniētem. que uero de Sipylo: & eius euersione memoranē:

non debent fabula existimari. nam & magnesiam que sub eo est: nuper terremotus deiecerunt. & Sardis. & alias clarissimas urbes labefactarunt. princeps uero pecunia data: ea restituit. quemadmodum prius: in calamitate trallianis facta cum gymnasiū: & alie urbis partes corruissent: pater eius: & his & laodicensibus dederat. Audire est ex antiquis scriptoribus: qualia Xanthus Lydiarum rerū scriptor referat: cōmemorās quas mutationes sepe hec regio habuerit. de quibus in superioribus fecimus mentionē hoc in loco Typhonis casum fabulantur: & Arimos: & hanc exustam dicunt. nec dubitant que inter meādrum ac lydos sunt: omnia eiusmodi suspicari: cum ꝓpter lacuū ac fluminum multitudinem: tum etiam propter multiplices terre cauernas. lacus uero qui inter laodiceam est: & Apamiam: cum Pelagi magnitudinem habeat: cenosam: & subtererrantem: exbalationem emittit. Dicunt penam esse: siquis locum meandro permutet: fluminis angulos circunferiendo: qui deprehensi fuerint damnum ex portorii sue ectigalibus persoluunt. Inter laodiceā: atq; Caruram templum est mensis cari appellatum: in maxima ueneratione. etate nostra maxima medicorum schola: Ibi a Zeuxide constructa est. & postea ab Alexandro Philalethe: quemadmodū tempore patrum nostrorum erasistratiorum schola Smyrne ab Icesio. nunc nihil tale fit. nominantur preterea quedam Phrygie nationes que nunc nusq̄ extant: queādmodum berecyntes. unde Alcman dicit.

Phrygium cerbesiumq; cecinit modum.

Et fossa quedam cerbesia dicitur: que pernitiosas exhalationes habet. que quidem ostenditur: hoīes uero non amplius cerbesii dicuntur. Escilus hec in Niobe cōfundit. Illa enim recordari se ait sociorum Tantali.

Quis in Ideo saxo Iouis patriι ara est. Item

Sipylon Ideam per humum. Tantalus quoq; dicit.

Sero arua: duodecim dierum iter:

Berecyntie loca: ubi Adrastie solum

Ideq; totum rugitu atq; mugitibus sonat.

Ertius decimus Asie liber reliqua propontidis cōtinet: incerius a Cyzico incipiēs: & totam deinceps consequentem oram: & sique insule insūt: ꝓsertim circa troiā immoratur: q̄q̄ deserta sit: propter loci claritatem: & uulgatam belli famam.

Actenus de Phrygia definitum sit: nunc in propontidē redeūtes: & in oram: que post esapum est: eundem peragrationis ordinem seruemus. Huius ore ꝑma est troas: fama quidem percelebris. que q̄nq̄ diruta sit: ac deserta: plurima tamen de ea sunt dicenda: licet non quecunq;. sed ad hec exhortatione: & uenia opus est. ut qui nos legerint: non magis nobis causam prolixitatis tribuant. q̄ iis qui res antiquas & claras nosce cupiunt· quam prolixitatem tum grecorum & barbarorum multitudo auget: qui regionem hanc incoluerunt. tū scriptores: qui eisdem de rebus non eadem perscripsere. quorum in primis est Homerus: q de multis coniectandi causam prebet. opus est itaq; ut & huius: & alioꝝ dicta transigamus: si prius locorum naturam summatim descripserimus. Nam a Cyzicena regiōe: & locis Esapo & Granico uicinis: usq; Abydum: & Sestum propontidis oram esse cōtingit. ex Abydo uero lectum usq; & Iii: & Tenedi & Troiane Alexandrie regionē. His omnibus Ida imminet: lectum usq; descendens: a quo usq; in Caicum flumen est

Assus:& Adramytium:& Aparneus:& pitana:& Elaiticus sinus:quibus omibus lesbiorum insula ex aduerso consurgit. deinde Cumanus ager:usq; ad hermum:& phocenses:quod Ionice initiū est:& eolidis terminus:que loca cum huiusmōi sint:poeta dicit troianos precipue ab Esapo:& ea regione: que nunc Cyzicena est: imperasse usq; ad Caicum flumē:per principatus in octo uel nouem partes diuisos. Ceterorum uero multitudo qui auxilium tulere inter socios adnumeratur. At posteriores:illorum fines dicunt:& uariis nominibus partitiones multas conficiunt. Sed maxime grecorū colonie dicēdi copiam prebuerunt. Ionia uero non multum: cum a troade plurimum absit. Eolis autem omnino. per totam enim dispersa est a Cyziceno agro: usq; ad Caicū. & plus etiam regionis occupauit:inter caicum atq; hermum. Quattuor enim seculis eolicam coloniam Ionica dicunt antiquiorem. moras enim & longiora tempora suscepisse. atq; orestem classi imperasse. quo in arcadia mortuo: Penthilū eius filium successisse. & usq; in thraciā processisse:annis. lx. post troiam:quo tempore Heraclide in Peloponnesū redierūt. Deinde Archelaum illius filium:cum eolica classe circa Dascylium traiecisse: in eam que nunc Cyzicena nominatur. Gran uero filium eius iuniorem:usq; ad granicum flumen progressum:& meliore apparatu:cum maiore exercitus parte:in lesbū transmisisse atq; eam occupasse. Clebam Dori filiū:& Malaum:qui & ipsi ab Agamēnone ꝑfecti erant:eodem tempore exercitum contraxisse:quo Penthilum:sed Pēthili classem transitum ex Thracia in Asiam anticipasse. Hos uero circa Locrensem agrū: & Phriciū montem:multum temporis cōtriuisse:postea transgressos:Cumā cōdidisse: que Phriconia a locrorum monte dicta est. sed cum Eoles dispersi essent per totam regionem:quam diximus a poeta troianam appellari:quidam ex posterioribus totā Eolida uocauerunt:quidam partem:& troiam alii:totam:alii partem eius. quo fit:ut nihil omnino inter se cōueniant. mox enim in locis propontidis Homerus ab Esapo troadis initium facit. Eudoxus iam eam contrahit:a Priapo incipiens:& Artaca:qui locus in Cyzicenorum insula situs: aduersus Priapum consurgit. Damastes magis eā contrahit:a pario initium faciēs:nam is lectū usq; progreditur. alii uero aliter. charo lampsacenus alia. ccc. stadia adimit:a praerio incipiens. nam totidem praerium abest a pario:atq; Adramytiū usq; progreditur. Scylax Caryandeus ab Abydo incipit:eodē modo etiam Eolida. Ephorus dicit:ex Abydo Cumā usq;. alii uero aliter. sed Ida situs pulcherrime describit eam:que uere troia dicitur. qui mons altissimus est:& ad occidentem spectat:& mare quod ibi est:paululum ad septentrionem:atq; oram eam cōuersus. ea ab angustiis Abydi usq; ad esapum:& Cyzicenū agrum ad ꝓpontidē ptinet. Occidentale autē mare est Hellespontus:in quo egeum pelagus est. Ida cū multipes sit:in Scolopendre modū bis ultimis terminatur: promontorio quod circa Zeliam est:& eo quod lectum appellatur:quorum alterum finit in mediterraneam paulo supra Cyzicenum agrum. nam nūc zelia Gyzicenorum est. lectum uero in egeū pelagus descendit:in preternauigatione situm:que in lesbum fit:ut.

Venimus in plenam uenatu:& fontibus idam:

Lecton ubi:primum egressi:maria alta relinquunt.

Nam proprie poeta lectum dixit. lectum enim ad idam pertinet. & primus e mari exitus:ibi fit:in idam ascendentibus. Recte & fontibus plenam dixit. nam hac in pte mons aquis abundat: quod fluminum multitudo declarat:a montibus ideis in mare profluētium. ut septem Rhesi uada & reliqua que & ille commemorat. & a nobis sūt inspicienda. Extremos autem montis pedes utrinq; lectum spectat:atq; etiā zeliam. montana borum cacumina summus Gargarus determinat:nā Gargarus in superioribus

nunc ide partibus ostēditur. locus a quo gargara dicunt eolica ciuitas. Quare ea inter zeliam lectumq; prima sunt a propontide incipiētibus: que usq; ad Abydi angustias tendunt. deinde ex ea que a propontide lectum usq;. Sed lectum deflectenti ingens sinus diffunditur quem & ida efficit: a lecto continentem uersus secedens: & cane: qđ promontorium ex altera parte lecto opponitur. Hunc alii ideum sinum: alii Adra/mytinū uocāt. in eo sūt Eolice urbes: ut diximus: usq; ad hermi hostia. in supioribus enim dictum est: qđ e Byzantio septentrionem uersus nauigantibus: recta nauigatio primo est Sestum & Abydum per mediam propontidem. postea est Asie ora: usq; in cariam. Hac itaq; seruata: opus est: ut consequētium argumentū audiamus. & si quos sinus in ora dicemus: necesse est etiam: ut sciamus promontoria que ipsos efficiunt: in eadem linea sita esse: tanq̄ in aliquo meridiano. quare qui harum rerū curam habēt: ex iis que a poeta dicuntur aliquid plus cōlectant. totam scilicet hanc oram sub tro/ianis fuisse in nouem principatus diuisam. & sub priamo in bello troiano constitutam & troiam appellatam. qđ ex singulis notum est: nam Achillis socii urbiū debellatores cum uiderent in initio Ilienses externus bellum gerere circumuicina sunt agressi.

Bissenas curuis euerti nauibus urbes.

Per troiam undenas terrestri marte subegi.

Troiam uocat continentem que uastabatur: nam inter cetera: uastata sunt: que les/bo erant opposita: ut Thebe: Lyrnessus: & Pedasus: que Lelegum erat: & Eurypyli regio: filii Telephi: Unde

Ipse Neoptolemus ferro traiecit acuto

Magnaninum Heroa Eurypylum quem Telephus olim

Progenuit: multi circum cecidere sodales.

hec itaq; uastata dicit: atq; lesbum ipsam.

Quum lesbum instructam cepisti menibus urbem. Et illud

Lyrnessum atq; ipsam populatus pedason Et illud

Lyrnessum & magne populatus menia thebe.

& lyrnesso quidem briseis capta fuit: Ut illud

Hanc e Lyrnesso excepit. In cuius captiuitate Mynetē & Epistrophum cecidisse dicit: quod briseis Patroclum lugens declarat.

Nec me dure meum uoluisti flere maritum

Quem celer e uita quondam submouit Achilles.

Funditus euersa diuini sede Mynetis.

Nam cum diuini Mynetis sedem dicit: Lyrnessum significat: ut ei subiectam: atq; eū ibi pugnando cecidisse. ex Theba uero capta fuit: ut chryseis

Nos Thebam aduecti sacram eetionis ad urbem.

Ex aduectis eo dicit etiā Chryseida. illud autem: nō ita intelligendum putāt: ut iacet.

Tu patris in laribus Priami ad troiam: ast ego Thebis:

Andromache magno quondam genita eetione:

Qui cinctam siluis habitabat Hypoplacon. atq;

Ductor Hypoplaciam thebam cilicasq; tenebat. Secūdus itaq; troū pncipatus hic est: post eum qui mynetis erat. illud quoq; his cōgruit: qđ ab andromacha dicit.

Hei mihi: quo fato trahimur nunc Hector: uterq;:

Tu patris in laribus Priami ad troiam: ast ego thebis.

immo per transpositionem uterq; ex troia: sed

Tu patris in laribus Priami: ast ego thebis.

Tertius principatus est lelegum: & ipse troianus: ut maximus alter
Sub cuius lelegum populi dictione tenentur: e cuius filia Priamus lycaonem &
Polydorum genuit: qui in dinumeratione sub Hectore constituti: troes dicunt. ut
Hector item troas galea presignis agebat
Ceteri uero sub Enea erant. Vt.
Dardanios agit Anchise pulcherrima proles.
qui etiam troes erant unde Homerus sic inquit:
Magnanimum En͏ea Dux consultissime troum
Lycii uero sub Pandaro erant: quos etiam troas appellat: Vt
Quiq; colunt zeliam extreme radice sub ide:
Aphnii: ab Eesapo potantes flumine: troes
Dura Lycaonides in prelia pandarus egit.
Hic sextus est principatus. nam qui inter Esapum: Abydumq; sunt: troes dicuntur.
Abydensia enim sub asio ponuntur: Vt
Et qui percoten atq; ipsum praction: & qui
Claram Seston habent: & Abydum: & dian Aristam.
Asius Hyrtacides dux boꝝ. Priami quoq; filius paternas equas Abydi pascebat: Vt
Ille nothum Priami transfixit Democontem
Pernices qui nuper equas pascebat Abydi.
Et Hicetaonis filius: apud percotem boues pascebat: nec ipse alienas: Vt
Atq; Hicetaoniden primo alloquitur Menalippum:
Flexipedum percote custodem armentorum.
Quare hec regio & consequens: Adrastiam usq;: troas uocarunt: nam duo filii Meropis Percosii: ei imperabant. Abydo igitur Adrastiam usq; troes erant. bifariã tamẽ diuisi: nã alii sub Asio erãt: alii sub Meropis filiis: queadmodũ & Cilicũ regio dux ẽ: nã altera thebaica ẽ: altera lyrnessia: postq̃ de ea dicet: que post lyrnessũ est: Eurypylo subdita. qđ aũt omibus his Priamus imparet: Achillis uerba maĩfeste declarant.
Ante tuas noramus opes: spatiosaq; regna.
Que felix pariter lesbos complectitur. & que
Comprehendit Phrygie tellus: ac Hellespontus.
Tunc quidem hee erant: postea uarie mutationes sunt consecute. nam circa Cyzicum Phryges habitauere: practium usq; circa Abydum thraces: ante utrosq; bebryces. ac Driopes. consequentia Treres habuerunt. atq; hi thraces. Thebe campum Lydi: qui tunc Meones erant. ex Mysis autem ii q superfuerũt Teuthranti & Telepho subditi. Cum itaq; poeta eolicam regionem & troiam in unum componat. Cumq; eoles totã oram ab hermo usq; Cyzicum occupauerint: atq; urbes condiderint: nec nos absurde faciemus: si eam que nũc proprie eolis appellatur: ab hermo: usq; lectũ: & cõsequẽtia usq; ad Esapum in idem congeramus. Nam cum singula pertractabimus: rursum eas secernemus. & us que nũc sunt: eã conferemus: que a poeta & ab aliis dicunt̃ post Cyzicenoꝝ urbẽ: & esapũ: ẽ troadis initiũ: secũdũ Homeri descriptionẽ: nã de ea sic inqt.
Quiq; colunt zeliam: extreme radice sub Ide:
Aphnii: ab esapo potantes flumine: troes.
Dura lycaonides in prelia pandarus egit.
Nos quidem lycios uocauit. Aphnios uero ab aphnitico lacu dici putant. nã & Dascyliticus lacus ita dicitur. zelia in extrema ide p̃termõtana est: distans a cyzico stadiis centum & nonaginta a proximo mari: ad quod Esapus emittit ad stadia. lxxx. Ea

uero que secundum oram sunt: post esapum: continuo partitur in hunc modum.
Qui campos Adrastie habent. necnon & apesum:
Qui pytiam tyrieq; colunt iuga maxima terre
His indura preest Adrastus & amphius arma:
Pignora percosi meropis duo cara parentis.
Hec loca zelie subiacent. habent autem Cyziceni & priapeni usq; in maritimã oram. Circa zeliam est tarsius amnis qui eadem uia. xx. locis transitur. queãdmodum is: de quo poeta dixit & septẽ Rhesi uada. q a nicomedia niceam fertur. xxiiii. Scarthon ex pholoe in heliensem agrum. xx. multis uero is qui ex coscinis Alabanda: qui ex tyanis solos per taurum defertur. lxxv. ultra esapi hostia ad stadia fere est cumulus quidam in quo Mennonis sepulchrũ ostenditur eius qui Tithoni filius fuit: ei pxi/mus est mennonis uicus: inter esapum priapumq; granicus fluit magna ex parte per Adrastie campos. ubi Alexander Darii Satrapas prelio superauit. totamq; regionem cepit. que inter taurum erat & Euphratem. ad granicũ urbs fuit nomine Sidina: que regionẽ multam eodem nomine habuit. nunc diruta est. in Cyziceni & priapeni agri confinio harpagia fuit: locus unde raptum dicũt Ganymedem alii circa dardanium promontorium id contigisse arbitrantẽ: prope dardaniam. Priapus portus est: & urbs ad mare sita. Hanc alii conditam uolunt a mylesiis: qui & Abydum & Proconnesum eodem tempore incoluerunt. alii a Cyzicenis & nomen habet a Priapo: qui apud eos colitur. siue ex horneis que apud Corinthum sunt id acceperint: siue liberi patris ac Nymphe filius dicatur. homines profecto ad eum colendum moti sunt: nã hec regio & finitima pariana & lampsacena uineis abundant. unde xerxes lampsacũ Themis/tocli in uinum dedit. hic a iunioribus in deum habitus est. Nam Hesiodus Priapum non nouit. & Orthane: & Conisalo: & Tychoni: & eiusmodi athenienisiũ diis psimilis est. Regio hec consuetudine quadam Adrastia uocabatur: & Adrastie campus: duo/bus enim modis dicitẽ sicut Theba & thebe campus & Mygdonia & mygdõie cãpus. Callisthenes dicit ab Adrasto rege qui prunus nemesis templum edificauit Adrastiã uocitatam. Hec ciuitas inter priapum est: atq; parium & subiectum campum eodẽ nomine habet ĩ quo Apollinis Actei & Diane oraculum fuit iuxta pycatã: delubro diruto: omnis ea structura & lapides parium sũt translati: ubi ara edificata est. Her/mocreontis opus: & magnitudine & pulchritudine memorabile. oraculum oĩo deletũ est: queãdmodũ & zeliense: quare hoc in loco nullũ nec Adrastie nec Nemesis tẽplũ extat. circa Cyzicum uero Adrastie delubrum est: de qua sic Antimachus inquit.
Est dea quam Nemesim dicunt: dea magna potensq;:
Que bona celestum concessu cuncta deorum
Possidet. huic prunus sacratam condidit aram
Fluminis esapi gelidas Adrastus ad undas.
Atq; ibi nunc colitur. seruatq; Adrastia nomen:
Parium ciuitas est iuxta mare: que maiorem pontum habet q̃ Priapus: ex ea aucta: nam Pariãi attalicis obsequentes sub quibus est ager priapensis: multum ex horum regione absciderunt permittẽtibus quidem illis: Hoc in loco finxerunt Anguigeas cognationem quandam cum serpẽtibus habere: proditum est enim mares serpentum morsibus remedio esse: si eos continuo attigerint: queãdmodum incantatores. ac pmo liuorem transferre. postea tumorem ac dolorem sedare. Gentis huius auctorẽ tradũt Heroem quendam: ex serpente immutatum. qui fortasse unus aliquis fuit ex libycis psillis. uis autem ea aliquandiu in genus permãsit. parium mylesii & erythrei: & parii

condidere. Pytia est apud pytiuntem pariane regionis: & mōtem pytium imminētē habet. Ea inter patium iacet ac priapū: iuxta linum: q locus ad mare est: ubi cochlie Linusii appellati optimi omnium capiuntur. e pario priapum nauiganti: est antiqua proconnesus: & noua: que ciuitatem habet & albi lapidis uenam magnam: & apprime laudatam. Vnde Cyzicena opera circumstantium ciuitatū pulcherrima: ex hoc lapide fiunt. Hinc fuit Aristeus carminum poeta: que Arimaspia dicuntur: uir facūdie blanditiis uebemens: si quis alius. Rhee montem: alii eos putāt: qui circa Pirossum sūt. quos Cyziceni habent: zelie uicinos. in his thera est primo lydorū regia: postea persarū nonnulli collem quendam ostendunt stadiis. xl. a lampsaco distantem: in quo templū est matri deorum sacrum: quod Rhee dicitur lampsacus insignis urbs est: ad mare sita: que portum optimum habet. ea adhuc optime perstat: quemadmodum Abydus: a q̄ distat ad centum & . lxx. stadia: prius aūt pityusa uocabatur: queādmodum de Chio dicunt. in peninsula oppidum est Callipolis q̄d in littore iacet ad Asiam exposito: nō procul a lampsaco: ut ab ea non plus q̄. xl. stadiis absit. inter lampsacum atq; parium. Pesus urbs fuit: & flumen. urbe diruta pesini lampsacum migrauere cum & ipsi milesiorum coloni essent: queādmodum lampsaceni. poeta dupliciter eos protulit: & addita prima syllaba: ut necnon & apesum: & detracta. ut

Diues opum uariarum habitabat menia pesi.

Et adhuc flumen ita uocatur: ultra lampsacū in eius mediterranea sunt colone milesiorum. Alie sunt ad exterius Hellespōti mare: stadiis centum & . xl. ab Ilio distātes. e quibus Cygnum dicunt. Anaximenes tradit in erithrea & in phocide: & in thessalia colonas dici. in pariano etiā agro est Idiocolona. in lampsaceno locus est: uineis consitus qui gergithium appellatur. Fuit etiam ciuitas gergitha a gergithis dicta: que in cumano agro erat. Ibi enim ciuitas fuit pluraliter & feminine dicta gergithes unde fuit Cephalo gergithius. adhuc locus in cumano ostēditur gergithium apud larissam. Ex pario fuit Neoptolemus cognomento Glossographus: uir memoratu dignus. E lampsaco fuit Charon rerū conscriptor. & Adimantus & Anaximenes orator & Metrodorus Epicuri sodalis. Atqui Epicurus ipse quodammodo lampsacenus fuit: diu lampsaci uersatus. atq; Leōtei & Idomenei amicicia usus: q primi erant in ea ciuitate. Ex hoc loco Agrippa leonem q corruerat transtulit: Lysippi opus. eumq; collocauit in luco qui inter lacum est & Euripum. post lampsacum est Abydus. & intermedia loca scilicet lampsacenus ager. & pariani pars: que poeta sic comprehendit. Nam he urbes troianis temporibus nondum erant.

Et qui percoten atq; ipsum praction. & qui

Claram Seston habent. & Abydum & Dian arisbam.

Asius Hyrtacides dux horum uenit Arisba.

Magnanimis aduectus equis: Seleentis ab amne.

Quod cum ita dicat: uidetur significare arisbam regiam esse asii. unde eum profectū dicit: si uenit arisba seleētis ab amne. que loca adeo sunt obscura: ut de eis historici nō conueniant: nisi quod circa Abydum sunt: & lampsacum. & parium: & quod antique percote nomen immutatum est. ex fluminibus aūt poeta dicit seleentem apud Arisbā fluere. siquidem Asius Arisba uenit: & seleentis ab amne. Practius amnis est. urbs ipsa non reperitur: ut nonnulli putauerunt. Is inter Abydum & lampsacum fluit. Quum autem Praction ait de flumine accipiendum est: quemadmodum Et illud.

Et qui predarum cephesi flumen habebant. Et illud.

Parthenium circa fluuium qui tecta tenebant.

In lesto ciuitas fuit Arisba. cuius agrum methymnei habent. Est etiam fluuius quidã Arisbus in thracia: ut dictum est. prope quem cebrini thraces habitant. Multa enim apud troes & thraces eisdem nominibus appellantur. ut Scei thraces quidam. & Sceus amnis: & Sceus murus: & Scee troiane porte. Item xanthii thraces. & xanthus troie fluuius. Arisbus quoq; in hebrum immittit. Arisba troie ciuitas est. Item rhesus apud troiã fluit. rhesus etiã thracũ rex fuit. item alter Asius apud Homerũ inuenitur.
Asius hic & auunclus erat domitoris equorum
Hectoris: atq; Hecube frater. natusq; Dymantis:
Sangarium phrygie campos habitantis ad amnem.
Abydum milesii condidere. Gyge Lydorum rege permittente. Nam ea loca & tota troas sub illo erat: atq; promõtorium quoddam iuxta dardanum gygas appellatur: id in ore propontidis iacet: & Hellesponti. a Lampsaco & Ilio equali spatio distans: ad stadia cẽtum. & lxx. Hoc in loco est illud septem stadium mare qđ Asiã dirimit. ab Europa. a xerxe ponte iunctum. promontorium ipsum propter figuram cherõ/nesus appellatř. que ubi pons iunctus est: angustias facit. pons Abydo obiacet. Sestus cheronnesiarum ciuitatum optima est. que propter uicinitatem sub eodem p̃fecto constituta erat: cum prefecture nondum continentibus distinguerentur. Abydus ac Sestus ad stadia. xxx. inter se distant: a portu in portum. pontis locus: est paululum ab urbibus digrediẽti. Abydo q̃dẽ ꝓpontidẽ uersus. Sesto uero in eius aduersũ. Apud Sestum locus quidam Apobathra nominatur. ad quem ratis iuncta fuit. Sestus autẽ est interius: propontidem uersus a dextra parte fluxus. qui ab ea fertur. quapropter facilius e Sesto nauigatur: ad Iunonis turrim. siquis paululum deflectat. Atq; inde soluat. Cum fluxus ibi ad transitum adminiculetur. ex Abydo uero transeuntibus in cõtraria preternauigandum est circiter octo stadia ad turrim quandam: Sesto op/positam. postea in obliquum eundum est: & nequaq̃ aduersus fluxum nauigandum. Thraces post res troianas. Abydum habitauere. deinde milesii. Sed quum urbes circa propontidem a Dario xerxis patre concremarentur. Abydus etiam calamitatis eius particeps fuit. Nam post reditum e scythia: intelligens nomadas aduersus se transitum parare: ad ea ulciscẽda: que perpessi fuerant. ueritus ne urbes exercitui transitũ pre/berent eas cõcremauit. unde ad ceteras mutatiões: & tempora: hec etiam cõfundẽdoꝝ locorum causa accessit. De Sesto ac tota cheronneso tunc diximus cum de thracia tractaremus. Theopompus ait Sestum paruã quidẽ esse: sed bene munitam: & duorũ iugerum crure ad portum coniunctam unde propter hec & propter fluxum aditus dominam eẽ. abydeorum regioni in troade Ascyra imminent: que nunc abydiorum sunt: urbs diruta. ea prius per sese erat. & auri metalla habebat. Que nunc perrara sunt. utpote consumpta quemadmodum ea que in Tmolo: & circa pactolum erant. Dicunt Abydũ ab esapo distare ad septingẽta stadia. recta autem nauigatione pau/tiora Iliensia extra Abydum sunt: cum cetera maritima lectum usq;. tum etiam que in troiano iacent campo: & ide pretermontana Enee subdita quam poeta duobus modis nominat: interdum ita dicens.
Dardanios agit anchise pulcherrima proles.
dardanios uocans: interdum dardanos: ut
Et troes simul & lycii cum dardana pubes.
uerisimile aũt est: hoc in loco eã fuisse: quã poeta dardaniã uocat: ut
Nubigena primum satus ab Ioue dardanus ipsam
Dardaniam posuit.

Nunc uero ne urbis qdē uestigiū usq̃ apparet. Plato post diluuiū tria uiuēdi genera putat constituta. primum in ipsis montium cacuminibus simplex: & agreste eorum q aquas formidant: que in campis solent abundare. Secūdum in ipsis montiū radicibus: eorum qui iam audent: maxime quū campi iam arescere cepissent. Tertium in cāpis. Dicet aliquis & quartū: & quintum: & forcasse plura. Postremū uero in ora maritima & in insulis iā metu omni amoto: nā magis & minus audere ad mare accedere multas uite & morum differentias efficiet: & ut boni illi & agrestes mitiorem quodammodo uite modum: secundorum subeunt: sic est quedam preter hos differentia rusticorum hominum: & semirusticorum: & ciuilium: a quibus iam nomina paulatim immutata in optimum & urbanum uite genus desierunt: secundum mutationem morū in melius factam preter locorum & uite diuersitates. Has itaq; differentias Plato dicit a poeta descriptas. nā primū uiuendi exemplū Cyclopas ponit. qui fructibus sponte nascē/tibus utebantur. & montium cacumina: in speluncis habitabant. de quibus sic ait.

Omnia per sese nullo nascuntur aratro.
Non fora: non causas norunt. non sancta senatus
Iura. sed in celsis habitantes montibus antra:
Et puer & magnis de rebus iudicat uxor.

secunde ciuilitatis exemplum Dardanum ponit: qui
Dardaniam posuit: quoniam nondum Ilion esset
In campo: sed adhuc ide montana tenerent.
Procinus illa fuit multis habitantibus aucta.

Tertie exemplum Ilum ponit: quem Ilii conditorem tradunt. Vnde par est eum in medio campo sepultum esse: quoniā prior ausus est ī campis habitare: unde illud est.

Hi ueterem ad tumulum: atq; Ili monumenta ruebant:
Dardanii medium qua campus Erineon ambit.

Sed nec hic omnino ausus est: nam nec ibi urbē condidit: ubi nunc est. sed. xxx. fere stadiis superius ad orientem idam & dardaniam uersus: iuxta eum qui nunc iliensium uicus dicitur. Noui ilienses glorie cupidi cum uellent hanc esse antiquam urbem cō/iectandi causam prebuerunt: ex Homeri poesi. Hec enī non uidetur ea esse que ab Homero describitur: Sunt alii qui scripserunt urbem hanc multa loca mutasse. pos/tremo hic constitisse. idq; ex oraculo. Tales itaq; mutatiōes que tunc in inferioribus partibus contigerunt ciuilitatum & uiuendi differentias efficere arbitror. Sed de his alias. Tandem iliensium qui nunc sunt: urbem: uicum esse dicunt: qui Palladis templū habet. idq; paruum ac tenue. Alexandrum uero quum ex uictoria rediret apud gra/nicum habita: templum donis exornasse atq; urbē appellasse. & ut edificiis repararetᷓ: curatoribus mandasse. & liberam & immunem censuisse. postea subactis persis huma/nissimam epistolam misisse. in qua se eam magnificaturum pollicebatur. & insigne templum condituꝝ: & sacrum certamen instituturum. post eius obitum Lysimachus urbis cura suscepta: delubrum construxit. & murum circunduxit. & uicinas & antiq̄s urbes in eam habitatum deduxit: que iam erant labefactate. is etiam Alexandriam curauit: que iam ab Antigono habitata erat & antgonia appellata: nomine tamē im/mutato. Pium enim uisum est Alexādri successoribus: ut prius de nomine illius urbes conderent. postea de suo. ea quidem permansit & aucta est: nunc quoq; Romanoꝝ coloniam accepit. & inter claras putatur. & quod nunc Ilium est uicus erat in urbis modum. quum primum Romani asiam ingressi Antiochum magnum eiecerunt ex ea regione: que intra taurum est. Demetrius Scepsius refert: cum adolescens adhuc in

eam urbem peregrinaret: adeo neglectã uidisse: ut ne coctilia quidẽ tecta haberet. Agesianax scribit Gallos ex Europa transgressos: in urbem ascendisse: tutele gratia. sed quum eam sine menibus cõperissent: ilico reliquisse. postea multum reparata est. Deinde rursum Romãi qui cum fimbria erant eam labefactarunt: obsidione captã: in bello aduersum Mithridatẽ gesto. nam tũc fimbria questor missus est cũ Valerio Flacco consule: bellum aduersum Mithridatem aggrediente. Ille mota seditione: et cõsule a se in Bithynia interempto: exercitu potitus est. progressusq; ilium: quum ili/ enses eum: utpote latronẽ: non susciperẽt: admoto ad urbem exercitu: undecimo die eam cepit. Cui glorianti quod quã urbem Agamenon. x. anno uix cepit: cum mille nauium classem: & uniuersam greciam secum haberet. ipse eam undecimo die cepisset: respondit quidam ex iliensibus: nõ enim Hector aderat: qui pro ciuitate pugnaret. Sed quum Sylla aduentasset hunc sustulit: Mithridate conditionibus quibusdam domum remisso. Ilienses uero multis beneficiis solatus est. Etate nostra Diuus cesar maximam de iis curam suscepit. Alexandrum emulatus. nam ille ut cognationem in/ nouaret ad eos curandos impulsus est. simul quia Homeri studiosus fuit. unde etiam Homerice poeseos emendatio quedam fertur: que ex Alexandri ferula dicitur cum Callisthene & Anaxarcho. Is enim quedam adnotauit: que postea in ferulã cõiecit: quam in persica gaza inuenerat sumptuose instructam. Homeri itaq; studio: & ea/ cidarum cognatione: qui Molossis imperarunt: apud quos etiam dicũt Andromachã regnasse Hectoris uxorem: Alexander erga ilienses magnopere erat affectus. Cesar uero: quia & Alexandri amantissimus fuit & certissima cũ iliensibus cognationis signa habebat: impendio ad beneficium incitabatur. Certissima quidem: quia Romanus erat. Romani autem auctorem generis Eneam putant Iulius enim ab Iulo quodam uno ex pgenitoribus: & ille ab Iulo cognomen hoc habuit: qui unus fuit ex posteris Enee. Regionem itaq; eis tribuit. libertate & immunitate seruata: in quibus adhuc permanent. Quod aũt antiquũ Homeri ilium: non sit in hoc loco: ex his coniecturã capiunt. Sed prius loca describenda sunt: que ab ora maritima incipiunt: ubi nos de/ siuimus. Post Abydum itaq; est promõtorium dardanium: de quo pauloañ fecimus mẽtionẽ. & ciuitas Dardanus. lxx. stadiis ab Abydo distans. inter hec Rhodius amnis emittit. apud quem in cheronneso Cynosema est: Hecube sepulchrum. qdã Rhodiũ dicunt in Esapum emittere: qui unus ex his est: qui a poeta commemorantur.

Et septem Rhesi uada tum rhodium: atq; caresum.

Dardanus prisca res est. & adeo spreta: ut sepe reges alii eam Abydum transtulerint. alii rursum in pristinam habuerint conditionem. Hoc in loco Cornelius Sylla Ro/ manorum Imperator: & Mithridates cognomento Eupator: conuenerunt: ut bellũ dissoluerent. non procul hinc est Ophrunium: & in eo Hectoris lucus: in loco con/ spicuo. deinde Pteleus lacus: deinde Rhytium urbs: in colle sita. & regio littoralis Rhytio continua: & Haliteneses. Et Eantium. in ea est Aiacis tumulus: & templum: & statua: quam ab Antonio ablatam & in egyptum asportatam: Augustus cesar ili/ ensibus restituit: quemadmodum & plerisq; aliis. Nam pulcherrima dona: que ille ex clarissimis tẽplis abstulerat: egyptie largiens: hic deis reddidit: post Rhytiũ est Sigeũ: urbs diruta: & nauale: & achiuorum portus: & achaica castra: & lacus: qui os dicitur. & Scamandri hostia. Nam Simois & Scamander in campo concurrentes: multum lutũ deuehunt. unde maritimã oram exaggerantes os obstruunt: & maria stagnãtia & loca palustria efficiunt. iuxta Sigeum promõtorium in cheronneso ẽ protosileũ: & eleusa: de qbus in rebus thraciis ante dictum est. Huius ore spatium a Rhytio usq;

Sigeum: & Achillis tumulum: recta nauigantibus est stadiorum. lxx. nouo aūt Ilio tota subiacet. xii. fere stadiis ab eo distās iuxta achiuorum portum. a priore autem aliis. xxx. stadiis ad partem: que est idam uersus. Achilles & templum habet: & tumulū iuxta Sigeum. Patroclus autem: & Antilochus tumulos quibus omnibus & Aiaci Iliensēs sacrificant. Herculem uero non colunt. causam afferentes: quod is urbem fuerit depopulatus. At ille inquiet aliquis ita eam depopulatus ē ut posteris depopulaturis. labefactatam quidem relinqueret: ciuitatem tamen: unde poeta sic inquit.
Pergama diripuit plateas uiduauit & omnes.
Viduatio enim quedam hominum imminutio est. non tamen extremum exitiū. sed ii qbus ipsi sacrificant: & quos ut deos colunt: ex toto eā deleuere. nisi hoc cause dicāt esse: quod hi iustum bellum intulerunt. Hercules uero iniustum: Laomedontis equoꝝ gratia. cui rei rursum fabula occurritur. Non enim equorum gratia sed mercedis pro hesione ac ceto: sed omittamus hec: nam in fabularum commenta recidimus. fortasse alique uteriores cause nos latēt: ꝑpter q̄s Iliēsibus incessit: ut alios colerēt: alios minime. poeta significare uidetur eam paruam urbem fuisse: quum de Hercule dicit.
Cumq; uiris paucis: & sex cum nauibus: ipsa
Pergama diripuit. plateas uiduauit & omnes.
Hac ratione Priamus magnus ex paruo: & Rex regū effectus uidetur: ut diximus. paululum ab hac ora progredienti: est achaeium: quod iam ad ulteriorem tenediorū regionem pertinet. que loca cum ad mare talia sint: iis troianus campus imminet: usq; ad Idam: stadia plurima ascendenti: oriente uersus. huius pretermontana perangusta quidem est: partim ad meridiem extensa: usq; ad loca: que apud Scepsim sunt. partim ad septentrionem: usq; ad lycios: qui iuxta zeliam habitant. Hanc poeta sub Enea & Antenoridis ponit. ac dardaniā uocat. postea est Cebrinia: magna ex parte campestris: que quodammō: pariter cum dardania progreditur. Erat etiā olim urbs cebrina. Demetrius huiusq; Ilii agrum Hectori subditum pertēdere: arbitratū. progredientē a nauali usq; in cebriniā. ibiq; Alexandri & Oenones sepulturam ostendi: quā dicūt. Alexandri uxorem fuisse: priusq̄ Helenam raperet: et poeta inquit.
Cebrionem haud propria Priamo de coniuge natum
Quem consentaneum est a regione: uel ab urbe potius nomen habuisse. Cebriniam uero Scepsim usq; procedere: & eorum confinium esse Scamandrum: medium inter ea fluentem. Cebrinios cum Scepsiis semper inimicicias exercuisse: donec Antigonus eos Antigoniam transtulit. que nunc Alexādria dicitur. ac cebrinios quidem cū aliis Alexandrie remansisse. Scepsios uero domū rediisse. Lysimacho permittēte. a regiōe Ide que mōtana est duos quosdam flexus ad mare excurrere: alterum Rhitiū: alteꝝ Sigeum uersus: atq; ex utrisq; dimidiati circuli lineam effici: & tātum a mari distare: quātum nouum Ilium. atq; in planitiem desinere. Nouum itaq; Ilium intra dictorū flexuum finem esse asserit. Antiquum uero intra initium. interius autem Simoisium campum comprehendi: per quem Simois fertur. & Scamandrium: per quē Scamāder fluit. atq; hic proprie troianus campus appellatur. poeta quoq; maximam certaminū partem: hoc in loco factam ostendit. nam & latior est: & loca celebrata hic uidemus. ut Erineon. Esiete sepulchrū: & Batiam Ili tumulum. flumina etiam Simois: & Scamander: quorum alterum Sigeo: alterum Rhytio proximum est. Ea in conspectu noui ilii concurrunt. postea Sigeum delata lacum efficiunt: qui os dicitur. Vtrosq; campos alterum ab altero ingens quidam collis dictorum flexuum in rectū dirimit. qui a nouo ilio incipiens: & ei coniunctus: usq; in cebriniam tendit. Itaq; ad utrosq;

flexus Phi litteram efficit. paulo ultra eum est iliesium uicus: ubi fuisse existimatur antiquum ilium: distans ab urbe: que nunc est: stadiis. xxx. ultra iliesium uicum est callicolona collis quidam: iuxta quem: Simois labitur: quinque stadium spatium habens unde illud: quod de Marte dicitur: non caret ratione: ut
Parte alia mauors: uiolenti turbinis instar
Fertur: & excelsa troas hortatur ab arce.
Nonnunquam ad Simoenta ruit: qua callicona est.
Nam prelio in Scamandri campo inito: conuenienter mars interdum ab arce troianos exhortabatur. interdum ab aliis locis Simoenti: & Callicolone proximis: quousque uerisimile est pugnam progredi. Cum uero Callicolona. xl. stadiis absit a nouo Ilio: quid opus erat tantum spatium comprehendi: in quantum castra non extendebantur? id quoque quod lycii sortiti erant: ante Thymbram ualde conuenit antique urbi. nam thymbra campus est ibi proximus. & thymbreus: qui per eum fluit: in Scamandrum: emittens ad Apollinis Thymbrei templum. l. stadiis distat. Erineos etiam asper quidam locus: in quo multe sunt Caprificus: antique urbi subiacet. quare illud quod ab andromacha dicitur: ualde huic conuenit: ut
Tu populis consiste tuis: ad Erineon Hector
Qua patet accessus uel adiri menia possunt
Noue autem urbi non conuenit. phagus quoque paulo inferior est Erineo: de quo Achilles ait.
Dumque ego apud troiam certarem: e menibus Hector
Longius ad pugnam nunquam prodire uolebat.
Sed Sceas portas: & phagum exibat ad usque.
Preterea id: quod nunc nauale dicitur: adeo uicinum est noue urbi: ut merito partim troianorum dementiam liceat admirari: partim metum. Dementiam quidem si tanto tempore id immunitum habebant: cum urbs propinqua esset: & tanta ciuium & sociorum multitudine abundaret. Nuper enim factum murum inquit. uel non est factus. sed poeta qui eum finxit: etiam deleuit: ut Aristoteles dicit. Metum uero: si facto muro ex eo pugnabant: cum hostes ad nauale irruentes: e nauibus certarent. Verum cum illi id immunitum haberent: non audebant ad obsidendum accedere: cum distantia parua esset. nauale. n. iuxta Sigeum est. & Scamander prope emittit: distans ab Ilio stadiis. xx. Quod si quis dicat: eum qui nunc achiuorum portus uocatur: nauale fuisse: propinquiorem locum dicet. xii. stadiis ab urbe distantem. & campum ad mare addet: quia totus campus qui ad mare ante urbem iacet: fluminum aggestio est. quapropter si nunc. xii. stadiorum interuallum est: tunc dimidio minus erat. narratio quoque ab Olysse ad Eumeum habita: a nauali ad urbem magnum spatium esse significat: ut aciem sub troiam duximus. & in progressu ait nimium longe a nauibus uenimus. Mittuntur etiam speculatores uisuri num apud naues maneant: ualde remoti a menibus. an in Vrbem retrocedant. & Polydamas dicit.
Numne reuertamur socii decernite in urbem?
Ipse quidem iubeo. nam longe a menibus itum est
Demetrius Hestieam alexandrinam in testimonium affert: que de Homeri iliade conscripsit interrogantem num apud nouum ilium bellum fuit: & troianus campus? quem poeta dicit inter urbem fuisse atque mare. nam fluminum aggestio: que nunc ante urbem cernitur: posterius facta est. polites quoque
Qui senis esiate tumulo spectabat ab alto
Quid struerent danai: pedibus pernicibus audax.
Scultus erat: nam quamquam ab alto: tamen e maiore arcis altitudine speculari poterat: & ex

equali fere distantia nihil indigens pedum ope: ad tutelam. nam Esiate sepulchrū q̄d nunc ostenditur. v. stadiis abest iuxta uiam: que alexandriā fert. preterea Hectoris discursus circum urbem ratiõe caret. nam noua urbs: propter perpetuū iugū: circuiri non potest. Antiqua uero potest: cuius merito uestigium nullū extat: nam cū uicine urbes uastate essent: non tamē omnino erute: & antiqua funditus deleta: omnes eius lapides: ad illarum instaurationem sunt translati. unde Archeanactem Mityleneum dicunt: ex iis lapidibus Sigeum construxisse. quod postea athenienses: misso phrynõe olympionice occuparunt: quum lesbii de uniuersa fere troade disceptarent. a quibus maxima eius regionis pars possidebatur. Eius autem habitatiões partim adhuc stāt. partim sunt delete. Pictacus mityleneus: unus ex septē sapientibus: aduersus Phrynonem imperatorem nauigans: & prelio cum eo conserto: maximam cladem accepit. unde Alceus poeta dicit: se ĩ quodam certamine male latum: abiectis armis aufugisse. & preconi cuidam imperasse: ut iis qui domi erant: nūciaret: Alceus incolumis: nequaq̄ ipsum tollet tyrannum: in clarum Palladis templum: quem Attici suspenderūt. postea Phrynone illum ad singulare certamen prouocante: concurrit. sumptisq; piscatoriis instrumentis: funda conuoluit. & fuscina gladioq; confodit. stante adhuc bello Periander ab utrisq; arbiter electus: id diremit. Demetrius Timeum mētiri ait: q scribat: e lapidibus Ilii Achilleum a Periandro munitum: dum atheniēsibus contra Pittacum auxiliaretur. munitum quidem hunc locum a mityleneis apud Sigeum concedit. sed nequaq̄ ex his lapidibus: nec a Periandro. qui quomodo arbiter esset electus: qui erat aduersarius? Achilleum locus est: in quo Achillis monumentū ostenditur. parua sane habitatio. Ilienses Sigeum cum minus obtemperaret: euerterunt. Nam tota ora dardanum usq;: sub illis fuit. & nunc est. olim maxima pars sub eolibus erat. quapropter Ephorus non dubitat totam regionē que Abydo cumam pertendit: eolida nominare Thuoydides dicit: athenienses troiā Mityleneis abstulisse: in bello peloponnesiaco: quod pachetium dictum est. noui autem Ilienses asserunt urbem ab Achiuis captam non tamen penitus euersam: nec unq̄ funditus deletam fuisse. unde locrenses uirgines paulo post quotannis mitti ceperunt. que profecto minime sunt Homerica. Nam nec Homerus Casandre uiolentiā nouit. sed eam tunc uirginem dicit: ut

Interiore domus parte othryonea premit.
Quem noua bellorum iam pridem fama cabeso
Traxerat. intactam: & forma prestante: petentem
Casandram.

Violentie uero nusq̄m meminit. nec quod Aiacis interitus in naufragio: Palladis ira euenerit: an alia simili causa. sed quod Palladi esset exosus: in communi dixit. nā cum omnes in templum scelerati atq; impii fuissent: omnibus erat infensa: interemptos autē a Neptunno dicit: propter eoꝝ insolentiā. Locrenses uirgines mitti cõtigit quū iam ꝑ se obtinerēt. iliēses itaq; hoc mõ inqunt. homerus aūt exp̄sse urbis excidiū põit: ut

Tempus enim ueniet: quo concidat Ilion ingens. Et illud.
Si Priami claram pugnando euertimus urbē. Et illud
Vrbs Priami decimo iam tandem corruit anno.

Huius rei cõiecturā hāc faciūt q̄d Palladis simulacrū nūc stat: cū Homerus id sedere significet. iubet. n. peplū Palladis genibus apponi ꝑ imponi: ut est etiam illud.

Non cernet genibus caros assidere natos.

Quod melius est: q̄ ut quidam exponunt: pro iuxta genua poni afferentes illud.

Illa foco adstabat. rutilumq; sedebat ad ignem.

Id eſt iuxta focum. quenã enim pepli poſitio eſſet iuxta genua? Ii quoq; q genibuſ accentu circunflexo pronunciant: quemadmodum in multiſ aliiſ fit: utcunq; accipiãt: uerba in infinitum protrahũt. Per multa uero antiqua Palladiſ ſimulacra ſedentia oſtenduntur ut Phocee: Maſſilie. Rome. Chii. & multiſ aliiſ in lociſ. Iunioreſ quoq; urbiſ excidium confitentur: ut Lycurguſ orator. nam Ilii mentionem facienſ: quiſ inquit non audiuit id ſemel a greciſ euerſum: quod nunc deſertũ eſt? Sunt: q putẽt: poſterioreſ hoc condidiſſe ratoſ locũ eum inauſpicatum eſſe: propter calamitateſ. uel qđ Agamennon antiqua conſuetudine eum fuerit execratuſ. quemadmodũ Croeſuſ: quum Sidinam cepit: in quam Glauciaſ tyrannuſ aufugerat: execratuſ eſt: quicũq; eũ locum inſtaurarent. quare ab eo loco illoſ credunt abſtinuiſſe: atq; alium condidiſſe. Aſtypalienſeſ itaq; qui Rhitium tenuerunt primi oppidum iuxta Simoentem habi/tauere: quod nunc Poliſma nominatur: in loco non ualde idoneo. quapropter cito euerſum eſt. Noua uero habitatio: & templum apud lydoſ condita ſunt: ea in initio non erat urbſ. ſed multiſ anniſ poſt: & paulatim: ut diximuſ: creuit. Hellanicuſ uolenſ ilienſibuſ gratificari: ut illiuſ fama eſt: concedit nouam & antiquam urbem eandem eſſe. qua deleta: qui Sigeum & Rhytium habitabant: regionẽ inter ſe partiti ſunt. ea autẽ reſtituta: omnia reddiderunt. Idam proprie multifontẽ dici exiſtimant: ꝑpter fluminum multitudinẽ ex ea profluentiũ. preſertim ubi dardanica regio ei ſubiacet: uſq; Scepſim: & ilienſia. Demetriuſ eorum locorũ gnaruſ: ut homo indigena: ita inqt eſt colliſ quidã Ide: nomine Cotyluſ: ultra Scepſim: ad. c. ac. xx. ſtadia: ex quo Sca/mander: & granicuſ: & eſapuſ fluunt. ſed hi ad ſeptentrionem & propõtidem tẽdunt: e pluribuſ fontibuſ Manateſ: Scamander ad occaſum: ex uno fonte. fonteſ inter ſe diſtãt uiginti ſtadiorum interuallo. & finiſ eſapi ab ortu ſuo plurimum diſtat quin/gentiſ fere ſtadiſ. cuiuſ ut poeta inquit.

Dicendi cauſam preſtat miranduſ aquarum
Fluxuſ hic geminiſ Scamander fontibuſ exit.
Alter enim tepidiſ fumoſuſ labitur undiſ.
Alter at in medio tam fertur frigiduſ eſtu
Quã nix & grando & glacie diſtinctuſ aquai.

tepidiſ id eſt calidiſ: addidit etiam fumoſuſ: quia fumuſ ex eo fit: ſicut ex igni: Sed in eo loco nunc calide aque non inueniuntur. nec Scamandri fonſ ibi eſt: ſed in mõte. iſq; unuſ: & non duo. Calidaſ quidẽ defeciſſe ueriſimile eſt: frigide autẽ ꝑ deriuationẽ e Scamandro effluenteſ: iuxta hunc locum exoriuntur. uel quia prope Scamandrũ ſunt: atq; hec aqua ſcamãdri fonſ dicitur. nam hoc mõ plureſ fonteſ eiuſdẽ fluminiſ dici poſſunt. In hunc Andiruſ influit ex quadã cariſene mõtana regiõe: cõpluribuſ uiciſ habitata: & optime culta: que dardanice adiacet: uſq; ad loca zelie ac pitye fini/tima. eam regionem a careſo flumine dictam putant: cuiuſ poeta meminit.

Et ſeptem rheſi uada: tum rhodium: atq; careſum

Hic idem dicit urbem de nomine fluminiſ appellatã: erutam eſſe. Rheſuſ fluuiuſ nũc rhoiteſ appellatur. niſi qui ĩ granicũ influit: rheſuſ ſit. Septemuaduſ: quẽ multiuadũ nominant: ſeptieſ pertranſitur: a lociſ pulchre pinui finitimiſ uicum celenaſ eunti: & eſculapiũ: Lyſimachi opuſ. De pulchra pinu: Attaluſ: qui primuſ regnauit: ita ſcribit. ambitum eiuſ eſſe pedum. xxiiii. altitudinẽ a radice. lx. &. uii. poſtea in tria ſciſſam: eq̃liter inter ſe diſtãtia: iterum in unum apicem cohiberi. totã eiuſ altitudinẽ eẽ duorũ iugerum &. xv. cubitorum diſtat ab Adramyttio ſtadiſ centum &. lxxx. ad ſepten/trionem. Careſuſ a malunte fluit. q locuſ inter paleſcepſim iacet. & aebeium ulterioriſ

tenediorum agri.immittit autem in esapū.Rhodius a Cleandria & Gordo fluit.que stadiis.lx. distant a pulchra pinu.influit aūt in enium:in esapi conualle:que a sinistra cursus eius est. primum inuenit polichna:locus munitissimus.deinde palescepsis:dein de Halizonium.quod iam ad halizonum materiam:de quibus ante diximus:confictū est.postea caresus urbs deserta:& caresina regio.& flumen ab eo dictū qđ conuallē ingentem efficit.minorem tamen ea:que esapi est. Iam uero deinceps zelie secuntur campi.& loca collibus plena:& optime culta.In esapi dextra:inter polichnam:& palescepsim est uicus nouus.& argentarie:qđ etiam ad eandem materiam ponendum ē: ut illud saluum esse possit.argenti ubi uena est:siue alybam: siue alopam:siue utcūq; uelint nominare.Oportuit enim eos & hoc fingere: parumper sibi frontē pfricātes: nec claudum quicq̄:& reprehēsioni obuium relinquere:cum iam semel ausi fuissent.iis itaq; sic occurritur.cetera quoq; uel plurima ab eo animaduertenda erant:ut ab hoīe perito:& indigena:& tantam de iis rebus curam habente:ut.xxx.libros conscripserit: in expositionem paulo plurium.lx.uersuum:ex dinumeratione troianoꝝ.dicit itaq; palescepsim ab urbe Enea distare stadiis.l.ab esapo flumine.xxx.rursum ab hac palescepsi nomē ad alia plurima loca deduci.sed ad oram:unde digressi sumus:redeundū est. Post Sigeum promōtorium est Achilleum.& Acheium.ulterior tenedioꝝ regio & ipsa tenedos:distās a cōtinēti ad stadia.xl.ea ambitū habet ad stadia octoginta & urbē eolicā.& portus duos & Apollinis Sminthei delubrum.ut poeta testatur.

Smintheu:preclare tenedi:dominatur Apollo.

Circunstant eam due parue insule quas calydnas uocant.sitas in nauigatione lectū uersus.Tenedum:alii calydnam dixerūt:alii leucophrym.circa eam sunt alie quedā insule in hac de Tene cōficta fabula narratē: a quo insula nominata est & de cygno: qui genere thrax fuit:& Tenis pater ut quidā uolunt:& colonarum rex. Acheio cōtinua erat larissa:& colone:que prius ad diam pertinebant.& Chrysa in loco excelso: & petroso supra mare sita. & Amaxitus que continue lecto subiacet. Nunc Acheio continua est Alexandria.oppida uero illa:quemadmodum & alia complura castella alexandriam migrauere:e quibus est Cebrina & neandria.regionē tamen illi habēt. Locus ipse in quo nūc est alexandria Sigia uocabatur. In urbe Chrysa est apollinis Sminthei delubrum.& signum qđ nominis ueritatem seruat.nam mus quidam pedi statue subiacet. Hanc statuā Scopa parius fecit.historia:siue fabula:que de muribus narratur:huic loco congruit.nam teucris e Creta pfectis:de q̄bus pmo Callinus elegie poeta tradidit: post multi sunt secuti:datum erat oraculum:ibi eos sedem posituros: ubi terrigene eos adorirent.id circa Amaxitū dicūt cōtigisse.maximamq; agrestium murium multitudinem noctu exortam:quicqd armorum:& utensilium ex corio inuenissent corrosisse.teucros ibi mansisse.atq; idam:ab ida que in creta est appellasse. Heraclides ponticus auctor est:mures ibi circa templū abūdare.& sacros existimari. Simulacrum uero ita instructum esse:ut murem pedibus premat.alii teucrum quendam prodidere ex Attica pfectum:ex urbe troum:que nunc oxypeteon nominatē: teucros uero nullos ex creta uenisse. Signumq; coniunctionis troum:cum atticis dicunt:qđ apud utrosq; Erichthonius quidam generis auctor predicatur.iuniores ita dicunt. Homeri autem carminibus ea precipue uidētur concordare:que sūt in cāpo thebano:& uestigia que chryse in eo site olim ostēdebantur:de quibus mox dicendū est. Sed multis in locis est Sminthei nomē.nam iuxta Amaxitum duo loca sunt:que Sminthia uocantur.preter eum:qui est iuxta templū. Item alia larisseo agro pxima in pariano etiam agro locus est Sminthius appellatus.Item apud Rhodū & lyndum

& alia plurima loca. nunc templum Sminthium uocant. in agro itaq; lecti seorsum est Halysius campus: & tragesei sales: qui spōte nascunt̄. & etbesiis uentis cōgelascūt. iuxta Amaxitum. Ara quoq;. xii. deorum quam Agamennon construxit lecti ostē/ditur. Hec loca cōtra ilium sūt ad stadia. cc. uel paulo plura. Sic ex altera parte sūt abydensia. q̄q̄ paulo propior est Abydus. deflectenti aūt lectum sunt clarissime eolū urbes. postea est sinus Adramyttinus. in quo poeta maximam lelegum partem uidet̄ collocare. & cilicas qui duplices sūt. Hic est mityleneorum littus. quod uicos aliquot habet in illorum continenti. eundem sinum ideum nominant. nam iugum a lecto ad idā porrectū p̄mis sinus ptibus īminet. in qbus poeta p̄mū lelegas sitos dixit. de qbus & si prius dictū est: nūc tn̄ ē repetēdū qa padeson urbē quandā: sub alte positā inqt.
Sub cuius lelegum populi ditione tenentur.
Pedasus & fluuio que iuncta est Satnioenti.
Nunc urbis locus desertus ostenditur. quidam sub Satnioente scribunt. sed nō recte. q̄si urbs sub monte Satnioente sita sit cū nullus ibi mōs Satniois existat. sed fluuius: ad quem urbs sita est. q̄q̄ nunc deserta: nominat autem fluuium.
Satnion oenopidem contorta perculit hasta
Quem quondam Nais peperit pulcherrima nimphe
Oenopi: seruaret dum Satnioentis ad undam
Ille boues. Et illud
Ad rapidi ripas ardebat Satnioentis
Pedason excelsam.
Postea Satioenta dixit: alii uero Saphnioenta: qui torrens magnus est: & celebris propter poetam: qui eum nominauit. Hec loca dardanio agro & Scepsio sunt con/tinua: tanq̄ alia quedam dardania: humiliora tamen. Nunc assiorum & gargarensiū sunt: usq; ad mare lesbiū. contēta in regione que olim Antandria erat. & Cebriniorum: & Neandrinorum: & Amaxitanorum agro. neandrini enim ultra amaxitum sūt. cū & ipsi citra lectum sint. & magis mediterranei. & magis ilio propinqui. nam centum & .l. stadiis ab eo distāt. ultra hos sunt cebrinii. ultra cebrinios dardanii usq; palescep/sim atq;. Scepsim ipsam. Alceus antandrum lelegum urbem dixit: ut
Vrbs lelegum in primis antandros
Scepsius eam in adiacentibus ponit ita: ut in cilicum terram exeat. his. n. quodammō leleges sunt finitimi: australe ide latus terminantibus. humiles tamen sunt: & ii & qui maritimam oram attingunt. presertim iuxta adramyttium. nam post lectū est po/lymedium: locus quidam: ad stadia. xl. ab eo distans. uel ad. lxxx. lucus paruus supra mare. uel ad. c. &. xl. gargara. que in promontorio quodam iacent. quod sinū efficit. qui proprie Adramyttinus uocatur: nam tota ora a lecto usq; canas: hoc eodē nomīe appellatur. in quo & eleaticus comprehenditur. & prope eum adramyttinū dicunt: qui a promōtorio clauditur: in quo gargara sunt. & a promontorio pyrra uocitato. in quo Aphrodisium situm est: oris latitudo est a promōtorio in promontoriū spatiū centum &. xx. stadiorum. interius est antādros. cui mons imminet: quem Alexandriā uocant. ubi deas a Paride iudicatas dicunt. & Aspaneus ubi ide materies ceditur. Hic enim eam aptant postea per flumen deducunt. Deinde est astyra uicus: & lucus As/tyrine Diane sacer. in proximo est adramyttium athenieñsium colonia. que & portū habet. & nauale. extra sinum: & pyrram promōtorium: est cisthena: urbs deserta: que portum habet. ultra eam ī mediterranea est eris uena & perperina: & Trariū: & alie huiusmodi habitationes. in sequenti mityleneorum ora: sunt habitiones Coryphātis.

& Heraclia. deinde Antea: deinde Arneus: & Pitana: & caici fluminis ostia. que iam ad elaiticum sinum pertinent. in ulteriore regione est malia: & reliquus sinus usq; canas. Sed rursum de singulis dicamus. siquid pretermissum est memoria dignum. ac primũ de scepsi. Est autem Palescepsis ultra cebrenem: ad excelsiorem ide partem: prope polichnam. Ea olim scepsis uocabatur. postea aliter: postea ex eo dicta est quod locus esset circunspectus: si antiqua barbarorum nomina: grecis uocabulis interpretanda sũt. postea. lx. stadiis inferius in eã migrauere: que nunc scepsis dicitur: auctore Scamãdrio Hectoris filio. & Ascanio Enee: atq; hec duo genera multo tẽpore dicunt scepsi imperasse. postea in paucorum principatum conuersa sunt. postea cum milesiis populari statu habitauere. nichilominus qui ex eo genere erant: reges dicebantur. & honores quosdam habebant. postea Antigonus scepsios alexãdriam deduxit. qui deinde: Lysimacho permittente: domum redire. Scepsius scepsim putat Enee regiam fuisse. que media erat inter regionem illi subditam. & lyrnessum: in quam ab Achille agitatus fugisse dicitur. Dicit enim Achilles.

Nonne memor: quum te sequerer: montana per Ide?

Tu fugeres: cursuq; celer lyrnesson adires?

Que uero de Enea memorant: non cõcordant cũ iis: que nũc de auctoribus scepsios dicta sunt. dicũt. n. eum in bello superfuisse: propterea qđ Priamo infensus esset: ut

Hic odio Priamum regem indignatus habebat:

Quod sibi promeritos non impartiret honores.

Alios etiam principes ut Antenoridas: & ipsum antenorem euasisse existimant ꝓpter hospitalitatem quã cum Menelao habebant. unde Sophocles in captiuitate Ilii dicit pardalin ante Atenoris ianuam positam fuisse: signum ut eius domus intacta relinqueretur. unde Antenorem: ac filios eius: cum enetis: in thraciam seruatos tradũt. inde circa adriam: in eam partem uenisse: que nunc enetia nominatur. Eneam cũ patre Anchise: & ascanio filio: multis comitantibus enauigasse. alii eũ dicũt circa macedoniã Olympum habitasse. alii circa mantiniam in archadia capuas condidisse. & a Capi quodam urbi nomen imposuisse. alii in Siciliam egestam profectum: cum Elymno troiano erycem & lilybeum occupasse. & fluuios circa egestam appellasse: scamãdrũ: & simoentem. inde in latium profectum ibi permansisse responso quodam iubente: in eo loco sibi permanẽdum esse: ubi mensas ederet. quod in latio prope lauiniũ accidit. Ibi enim ingens panis pro mẽsa per imprudentiam appositus: cum carnibus: que sup eo erant absumptus est. Homerus nec cum iis consentire uidetur. nec cum aliis que de auctoribus scepsios memorant. Significat. n. Eneã impii successorẽ in troia remãsisse. ac troie imperium extincto priamidarum genere natis natorum tradidisse. ut

Iam Priami genus est miseratus Iupiter. at nunc

Imperium troie Eneas uiolentus habebit.

Et nati natorum & qui nascentur ab illis.

Sed hoc modo nec Scamãdrii successio seruabitur. Multo magis etiã ab iis dissentit: qui Eneam dicunt usq; in italiam errasse. atq; ibi obiisse. Sunt & qui sic scribant.

At genus Enee cunctis dominabitur oris

Et nati natorum & qui nascentur ab illis

Quod de Romanis dicunt. e scepsi fuere philosophi socratici Erastus: & Coriscus: & Nereus Corisci filius: qui Aristotelem & Theophrastum audiuit. & successor fuit bibliothece Theophrasti. in qua Aristotelica inerat. nam Aristoteles: & bibliothecam & scholam reliquit Theophrasto. & primus omnium quos scimus libros congregauit. &

egypti reges bibliothece ordinem docuit. Theophrastus uero eam tradidit Neleo. Neleus eam Scepsim detulit ac posteris dedit. hominibus quidem sane imperitis. qui libros inclusos: ac negligenter positos tenebant quumq; Attalicorũ regum: sub quibus erant: studium sentirent conquirendorum librorum: ad instruendam eã bibliothecã que pergami erat: eos in fossa quadam sub terram occuluerunt. quos & tineis & humiditate labefactos: tãdem q ex eo genere erant Apeliconi Teio tradiderũt: magno emptos argento. Aristotelicos scilicet atq; Theophrasticos. Apelicon: ut qui magis librorum esset studiosus: q̃ sapientie: uolens corrosiones emendare: eos transcribendos dedit: scriptura non recte suppleta. q̃propter libros edidit erroribus plenos. Sed antiq peripathetici post Theophrastum: cum oĩo libris carerent: paucis dumtaxat exceptis: exteriorum sermonum nihil habebant in quo firmiter philosopharent. sed positiões quasdã lucubrabãt. Posteriores postq̃ hi libri in lucem uenere: Aristotelẽ immitãtes: longe melius q̃ illi philosophati sunt. nam propter errorũ multitudinem cõsentanea dicere necesse habuere. Multum ad hoc Romani contulerunt. Nam continuo post Apelliconis obitum Sylla qui athenas cepit: allata illius bibliotheca huc eã trãstulit. Tyrannion quoq; grammaticus incepit: cum Aristotelis amantissimus esset: eo sibi cõciliato: qui bibliothece preerat. Item librarii quidam: scriptoribus utentes non bonis: nec scripta conferentes: qđ in his libris presertim fieri solet: qui uendẽdi transcribũt. Tum hic tum etiam alexandrie. Sed de his satis e scepsi fuit Demetrius grammaticus iis: de quo sepe fecimus mẽtionem: & q troianã instructionem exposuit eodẽ tẽpore: quo Crates & Aristarchus. Post hũc fuit Metrodorus qui e philosophica uita in ciuilem mutatus est magna ex parte in scriptis suis oratorie loquens: & nouo quodam dicendi genere usus est: quo multos deterruit. ꝓpter famam uero: q̃q̃ pauper erat: claꝝ tamen coniugium apud Carthaginenses est assecutus. atq; uti Carthaginẽsis uiuebat. Cumq; Mithridatis amiciciam sibi cõciliasset: ad illum cum uxore discessit. & honore maximo affectus est. Nam reddendo iuri prepositus fuit. a quo non erat ad regem prouocatio. ei tamen non feliciter cessit. nam quum in hominum improborum odiũ incidisset: legatus ad Tigranem missus a rege desciuit. Tigranes inuitum eum remisit Mithridati: iam e paterno regno fugienti. Ille siue regis opera: siue morbo: nã utrũq; dicitur. in itinere mortuus est. Ac de scepsiis quidem hec. Post Scepsim sunt Andira & Pionie: & gargarẽsis ager. circa Andira lapis quidam inuenitur: qui combustus ferrũ fit. deinde cum terra quadam in fornace excoctus: Pseudargyrũ exudat terra: que terra si es acceperit: fit mixtura: quam quidam orichalcum uocant. Pseudargyrum etiam circa tmolum gignitur. Hec sunt ea loca: que leleges tenebant. eodem modo & Assersia. assus & arte: & natura munitus est. Ea a mari & portu longum & erectum ascensum habet. unde illud Stratonici commode dictum est. qui celeri passu Assum it: mortis periculum adit. Portus aggere ingenti constructus est. Hinc fuit Cleãthes philosophus Stoicus qui zenonis Citiensis schole successit. quam postea Crysippo solensi reliquit. Hoc in loco Aristoteles aliquandiu permansit. propter eã affinitatem quam cum Hermia tyranno contraxerat. Fuit autem Hermias eunuchus: trapezite cuiusdam famulus: qui athenas profectus Platõem Aristotelemq; audiuit. postea ad dominum reuersus est. atq; cum eo primum & Atarnenses & assẽses agresso impauit. postea illi successit & Aristotelem & Xenocratem ad se accersitos diligenter curauit. Aristoteli etiam fratris sororem dedit. per id tempus Memnon Rhodius: cum persis ministraret: & exercitũ duceret: simulata cũ Eunucho amicicia: hospitalitatis nomĩe: & tractandarum rerum gratia: illum ad se uocat: quem quum comprehendisset: ad

regem misit. Ibiq; suspensus est. Philosophi uero fugientes loca a Persis occupata: incolumes euasere Myrsilus dicit Methymneos Assum cõdidisse. Hellãicus eã eolicã esse uult. quare & gargara: & lamponia eolica sunt: nam assii gargara cõdiderũt que non bene habitaẽ. nam reges incolis ex urbe mileto deductis illã desertã reddiderũt. q̃re Demetrius Scepsius eos ꝑ eolibus semibarbaros effectos dicit. ut uero Homerus putat: hec oĩa lelegũ erãt. quos q̃dã cares nominãt q̃q̃ Homerus eos sepat: ut
Ad mare stant cares: curuato & peones arcu.
Et lelegum populi: & Caucones.
Quod quidem diuersi a Caribus fuerunt. habitabant autem inter eos qui sub Enea erant: & eos qui a poeta Cilices appellãtur. sed ab Achille uastati in cariã migrauere. & loca occupauerũt circa eã: que nũc Alicarnassus dicitur. urbs pedasus ab eis deleta: non amplius extat. In Alicarnassensium uero mediterranea: que ab eis pedasa dicta sunt: urbs erat: & regio nunc pedasensis appellaẽ. in ea dicunt octo urbes ꝑus lelegas habitasse quum hominibus florerẽt. quapropter Cariam occupauerũt: usq; Mindũ: & Bargylia. & pisidie multum absciderunt. postea exercitum cum caribus ducentes: in totam greciam sunt diuisi. & genus deletum est. Ex octo ciuitatibus: sex mausolus in unam contulit: ut Callisthenes refert. Mindum uero cum gela seruauit. pedasii & eoꝶ finitimi ut Herodotus scribit maximam diligentiam habent: ut eorum sacerdos Palladi sacra barbam habeat qđ eis ter contigit. pedasus oppidũ est in agro Stratonicẽsiũ lelegũ sepulture: & munitiones & habitationũ uestigia apud milesios: & in tota caria apparent. oram que post lelegas sequiẽ: leleges habitauerunt: ut Homerus uult. nũc eam adramyttini habent: & Atarnenses: & pitanei: usq; ad caici fluminis ostia. Cilices ut antediximus in duos diuisi erant principatus: alterum Eetionis: alterum mynetis. unde Thebam Eetionis urbem dicit: ut
Nos thebam allati sacram eetionis ad urbem
Eius etiam Crysam significat: ĩ qua Apollinis Sminthei templum est: siquidẽ Chryseus ex theba capta fuit: nos thebam inquit allati.
Nos urbe euersa res huc adueximus omnes. Et illud
Hec inter se partiti: chryseida solum
Excepere duces: Agamemnoni munus atride
lyrnessum autem mynetis: quoniam Achilles
Lyrnessum & magne populatus menia Thebe
mynetem: & Epistrophum interemit: unde cum bryseis dicit
Nec me dure meum uoluisti flere maritum:
Quem celer e uita quondam submouit Achilles.
Funditus euersa diuini sede mynetis.
Non thebam dicit: que eetionis erat. sed lyrnessum. ambe enim in eo campo erant: qui postea thebanus campus est appellatus. Is propter fertilitatem prius a mysis ac lydis: postea a grecis infestatus est: qui eum ex eolide ac lesbo habitauerunt. nunc bonam partem habẽt Adramyttini. in eo & theba est: & lyrnessus locus natura munitus: nũc ambe sunt deserte. Altera ab adramyttio distat stadiis. lx. altera. lxxx. in agro adramyttino est Chrysa: & Cilla. nunc quoq; ꝓpe thebam est locus quidã Cilla appellatus: in quo cillei Apollinis templum est. Hunc locum Cilleus amnis preterlabitur ex Ida delatus. hec autem sunt in Antandri agro. Cilleum quod in lesbo est: ab hac Cilla nominatum constat. est etiam Cilleus mõs inter gargara & Antandrum. testis est Daes coloneus: apud colonas Cillei Apollinis templum ab eolibus e grecia nauigantibus

edificatum esse. Dicunt etiam Cryse Apollinem Cilleum esse. Sed incertum: num idem sit qui Sminthius: an diuersus. Chrysa oppidum erat ad mare: portum habens: cui proxime theba imminet. Hic fuit Apollinis Sminthei delubrum: & chryseis. nũc locus omnino desertus est: delubrum ipsum chrysam que nunc iuxta amaxitum est: trans latum fuit. Cum ex cilicibus alii in Pamphyliam exissent: alii amaxitum. ueterꝶ aũt historiaꝶ periti dicũt chryse: & chryseida: hinc fuisse. & Homerũ loci huius fecisse mentionem. Sed hic nullus est portus. ille uero dicit.
At danai postq̃ portum tenuere profundum.
nec templum ad mare est: ille uero ad mare id facit. ut
Ut primum exposita est bibula chryseis arena:
Hanc laerte satus sacras deducit ad aras.
Inq; manu cari genitoris ponit alumnam.
Nec prope thebam. ille autẽ ꝑpe eam dicit. atq; illinc captã chryseida. Sed nec locus ullus: in Alexandrinorum agro ostẽditur: cilla appellatus. nec cillei Apollinis tẽplũ. poeta uero ea coniungit: ut
Qui chrysan circumregis Cillamq; sacratam.
In thebano autem campo prope ostẽditur. nauigatio quoq; a cilicia chrysa ad nauale. lx. fere stadiorum est. unius quodãmodo diei: quãtum Ulyxes uidetẽ nauigasse. nam q̃primum egressus est: sacrificium deo facit. nocte uero occupante: ibi manet. mane aũt nauigat: ab urbe amaxito tertia fere parte dicti interualli. q̃re Ulyxes eadem die nauigare poterat ad nauale: si sacrificium perfecisset. circa Apollinis Cillei templum: est Cilli monumentum: ingens quidam tumulus. hunc pelopis Aurigã: ducẽ locorum dicunt. a quo forsan cilicia dicta est. uel e contra: que de teucris aut de muribus traduntur: a quibus Sminthius appellatus est. quandoquidem Sminthii mures uocãtur: huc transferenda sunt. Solent homines uocabula a paruis rebus imposita: huiusmodi quibusdã lenimẽtis mitigare. Nã & a culicibus: quos Oetei conopas uocãt: Hercules conopion apud illos colitur. quoniam eos ab iis liberauit. Apud Erythreos quoq; meliuncem habitantes: Ipoctonus colitur: quod Ipon uineis infestissimus sit. nã ex erythreis omnibus: apud illos solũ: talis bestiola nõ gignitur. Rhodii autẽ Apollinis EreThibii templum habent: in agro suo. Hi rubiginem erethibam uocãt. apud eoles: qui in asia sunt: mus quidam pornopion uocatur. Boetii autẽ hoc modo culices uocant. & sacrificium fit Apollini pornopioni. Mysia itaq; circa adramyttium est. ea olim sub lydis erat. & adhuc in ipso adramyttio lydie porte appellantur: cum urbs ut dicunt a lydis fuerit condita. Astyra uero: qui uicus propinquus est: ad mysiã putant pertinere. Fuit olim oppidulum in quo erat Astyrine Diane templum in luco: cui Antãdrii religiose preerant quibus id apprime uicinum est. distat ab antiqua chrysa stadiis. xx. que etiam templum in luco habet. eius est Achillis uallũ. in mediterranea est theba ad stadia. l. quã poeta anctã siluis Hypoplacon dicit. ubi nec hypoplacos: nec plax: qcq̃ uocatur. nec silua imminet: q̃q̃ ide proxima sit. Theba ab astyris distat ad stadia. lxx. ab andiris. lx. que omnia sunt desertorum locorum nomina: uel male habitatorum: uel torrentium fluuiorum: tamen propter antiquas historias celebrata. urbes memorabiles sunt Assus: & adramyttium. quod in bello mithridatico calamitate maxima opressum est. Nam Diodorus imperator consilium ciuium deleuit: regi cupiens gratificari simulq; ex academicis philosophis se unũ esse: & ius dicere: & oratoriã exercere simulans: q & in eum locum cum rege profectus est. Rege autem euerso: iis quos iniuria affecerat poenas dedit. Nam cum multa in eum crimina essent illata: nõ

ferens infamiam: turpiter & obstinate periit. In urbe nostra uir Adramyttinus cum orator clarus asiatici stili: cum certator: si quis alius fuit Xenocles: is in senatu ꝓ Asia dixit. quo tempore mithridatice factionis est accusatus. apud astyrae est lacus quidā uoraginosus nomine Sapra: qui in iugosum quoddā maris littus erumpit. sub Andira templum est: matri deum Andirine sacrum: & subterraneum antrum: paleam usq;. est autem palea habitatio quedam: sic appellata: que ab andiris distat stadiis. c. &. xxx. Subterraneum hunc meatum torrens quidam in os eius incidens aperuit qui postera die: a pastore quodam ad sacrificium eunte: apud andira fortuito repertus est. Atar/neus est Hermini tyranni sedes. post quem est pitana urbs eolica: que portus duos habet: & Euoenus fluuius q eā preterfluit ex quo aqueductus Adramyttinis factus est. e pitana est Arcesilaus academicus: qui cum zenone apud Polemonem didicit. In ipsa pitana locus quidam mari proximus: artaneus uocatur: sub pitanam: iuxta eam que insula nuncupatur. tradunt apud pitanam lateres super aquis innatare. qđ & in etruria in insula q̄dam cōtingit. Nam cum terra leuior sit q̄ aqua. uebi eā cōtingit. Posidonius uidisse se refert: ex quadam creta: que res deargentatas abstergit. lateres factos fluitare. post Pitanam est Caicus: qui ad stadia. xxx. in sinum elaiticū emittit. Eleapolis. xii. stadiis est ultra caicum: que eolica est. & pergamenoꝝ portus. c. &. xx. stadiis distans a pergamo. deinde ad stadia. c. est Cana promontorium: quod contra lectum consurgens: adramyttinū sinum efficit. Cuius pars est elaiticus. Cane locrorū oppidulū: qui ex cygno profecti sunt: ad australiora lesbi extrema sitū est in agro caneo. Is enim usq; ad Arginusas pertendit. & ulterius promontorium: quod nōnulli egam nomināt. eodē nomine quo animal. sed secundā syllabam longam ꝓferri opor/tet: Egan. sicut Actan: & Arcban. Sic enim totus mōs nominabatur. quē nunc canā & canas uocant. circum montem austrum & occasum uersus: est mare. orientē uersus caici campus subiacet. aqlonē uersus Elaiticus ager. mōs ipse satis per sese contractus est. uergit tamen ad Argeum pelagus: unde ei nomen est. postea id promontorium: ega est appellatum. ut Sappho dicit. Reliquum uero cana: & cane. inter Eleam: Pi/tanam: Atarneum: & Pergamum: est teutbranea: distās a q̄libet harū citra caicū supra stadia. lxx. Teutbras cilicum & mysorum rex memoratur. Euripides dicit Augam ab Aleo patre: cum ab Hercule corrupta deprebēderetur in urna quadam cū Telepho filio impositā & in mari demersam esse. Sed Palladis ꝓuidentia: urnam ad caici ostia transmissam euasisse. Teutbrantem: quum eos excepisset: Augam ī uxorem: Telephū etiam pro filio babuisse: que cum fabulosa sint: aliam profecto causam fuisse par est: q̄obrem Arcadis filia cum mysorum rege congressa fuerit. & q ex ea natus est: regno successerit. Creditum itaq; est Teutbrantem & Telepbum regiōi imperasse: que teu/thranie & caico proxima est. poeta sic huius bistorie mentionem facit.

Ipse Neoptolemus telo traiecit acuto:
Magnanimum beroa Eurypylum: quem Telephus olim
Progenuit: multi circum cecidere sodales
Cetii: ad exitium ob muliebria dona ruentes.

In quo poeta potius nobis innuit: q̄ quicq̄ aperte dicat. neq; enim scimus quos cetios accipere debeamus. nec propter que muliebria dona grammatici fabulosa quedā af/ferentes: potius inuentiones quasdam cōficiunt: quam questionem soluant. q̄propter bec missa faciamus. atq; eo sumpto: qđ magis constat: dicamus: quod Eurypylus ut Homerus uult: in locis caico proximis uidetur imperasse. unde forsitan magna alicū pars sub eo erat. & non solum duo principatus apud eos erant: sed tres. cui rationi illud

assentiri uidetur. quod in agro elaitico Cetius fluuiolus quidam est: torrēti similis. Is in alium similem incidit. deinde in alium. qui in caicum deuoluuntur. Caicus autē nō fluit ab Ida quenadmodum Bacchylides inquit. nec ut Euripides dicit: Marsya cele/bres Celenas colit in extremis ide locis. Nam Celene longe distant ab ida. longe etiā Caici fontes. in campo enim ostendūtur. Tegnū mons est qui campū hūc terminat. & eum: qui Apie dicit: qui in mediterranea thebani campi imminet. E tegno mysius amnis fluit: in caicum emittens: sub fontes eius de quo quidam arbitrantur Eschylum in ingressu prologi in myrmidonibus dicere

Io Caice: mysieq; lymphe.

Prope eius ortum uicus est Gergetha: in quem Attalus eos transtulit: qui in troade erant: cum locum eum cepisset. Sed quoniam cōtra oram: a lecto usq; canas lesbos extenditur: insula memoratu digna: circum quam etiā insule quedam iacent: alie ex/terius: alie inter eam: atq; cōtinentem: iam nos tempus admonet: ut de iis dicamus. Nā & hec eolica sunt. & lesbos fere eolicarum urbiū metropolis est. Sed ab iis incipiendū est: a quibus oram: que iuxta ipsam est: persecuti sumus. a lecto itaq; Assum nauigāti: lesbie regionis initium est: secundum Sigriam: promontorium eius: ad aquilonē. Hoc in loco est Methymna lesbiorū urbs. l. stadiis distans ab ora Polymedii Assum uersus: uniuerse insule ambitus est stadiorū centū: supra mille. Singula quidem ita se habēt. a Methymna usq; maliam: quod est australissimum extremum: a dextra insulā ha/bentibus: ad qđ cane plurimum insule opponuntur: & terminantur: stadia sunt. ccc. & . xl. Hinc usq; sigrium: qđ est insule longitudo: quingenta & . lx. inde in agrū Me/thymneum. cc. ac. x. Mithylene inter Methymnam & maliam iacet. ciuitas maxima que a malia distat stadiis. lxx. A canis. c. ac. xx. totidem etiam ab Arginusis. que tres insule sunt: non sane magne: continenti proxime: canis adiacentes. inter Mitylenen: & Methymnam: iuxta uicum agri Methymnei nomine egirū. Insula est angustis/sima traiectum habēs in pyrreum euripū: stadiorum. xx. Pyrra sita est in occidētali lesbi latere. distat a Malia stadiis. c. Nitylene portus duos habet. quorum australis clausus est: & . l. triremium ac nauium capax. Borealis uero magnus est: ac profundus: aggere protectus. Ambobus obiacet parua quedam insula: partem quandam habens urbis ibi habitatam. Ea rebus om̄ibus pulcherrime instructa est. uiros claros habuit antiquitus quidem Pittacum unum ex septem sapiētibus: & Alceum poetam. & An/timenidem fratrem eius: quem babyloniorum socium Alceus dicit magnum certamē peregisse. atq; eos e maximis laboribus eripuisse: uiro pugnacissimo: & ut inqt regum luctatore interempto: ac solo relicto: & calamitate oppresso. cum iis Sappho claruit: admiranda res. nam nullam feminam scimus hoc memorabili tempore: huic similem uisam. nec in minima parte poetice cum illa comparandam. Per hec tempora ciuitas a cōpluribus tyrannis oppressa fuit: propter intestinas seditiōes. unde Alcei poemata que Stasiotica uocantur: de rebus iis pertractant. Inter Tyrannos etiā Pittacus fuit. unde Alceus: tam ei: q̄m aliis: conuitiatur: ut Myrsilo: & Megalagyro: & cleantidis: & aliis quibusdam. Sed nec ipe harum nouitatum non particeps fuit. Pittacus enim ad dominatus eruendos: principatu usus est. quibus sublatis: ciues in pristinam libertatem restituit. Diophanes orator multo tempore posterior fuit: etate autem nostra: pota/mon: & Lesbocles: & Crinagoras: & Theophāes rerum scriptor. Hic ciuilis uir fuit: & Pompeio magno admodum familiaris. precipue propter eam facultatem. & omnia gesta ei perfecit. quibus patriam partim p illum: partim per sese ornauit. seq; grecoꝝ omnium clarissimum exhibuit. filium reliquit. M. Pompeium: quē cesar Augustus

Asie curatorē constituit.& nūc inter primos Tiberii familiares numerat̄.atheniēses periclitati sunt in maximum dedecus incidere: quum. S.C. decreuissent omnem Mitylenеorum pubem ad unum:iugulari.penituit tamē eos. ac decretum una die ante allatum est ad imperatores:q̄ mandata essent peracturi. Pyrra euersa est. suburbanū adhuc habitatur. & portum habet a quo mitylenen usq; traiectus ē:stadiorꝫ. lxxx. post Pyrram est Eressus in colle sita. sed ad mare descendit. Ab ea Sigrium abest ad stadia decem &.viii. Ex Eresso fuere Theophrastus:& Phanias:phī peripathetici:& Aristoteli familiares. Theophrastus prius dictus est Tyrtamus.nam Aristoteles mutato nomine eum Theophrastum uocauit. simul prioris nominis absurditatē euitās. simul etiam studii facundiam eius significans. Nam Aristoteles discipulos suos omnes eloquentes fecit. Theophrastum uero eloquentissimū. Post Sigrium Antissa ciuitas est:que portum habet. postea methymna. unde Arion fuit is:quē Herodotus in Tenarum seruatum fabulatur:quum a predonibus in mari obrutus fuisset.hic quidem Cithareдus fuit. dicūt Terpandrꝫ eiusdē musice artificē ex eadē insula fuisse.q p̄mus pro Tetrachordo lyra Heptachordo usus est.ut hi uersus declarāt:q ad eū referūt.

Nos tibi mutato chordarum quattuor usu:
Iam noua per septem modulamur carmina neruos.

Item Hellanicus rerum conscriptor:& Callias qui Alceum Sapphonq; exposuit. In freto quod inter Asiam est:ac lesbum:insule sunt circiter uiginti:& ut Timosthenes scribit quadraginta:he composito uocabulo Hecatonnesi nominantur. queadmodū Peloponnesus consuetudine q̄dam geminandi enim:sicut Myonnesus:& Procōnesus:& Halonnesus. Significant autem Hecatonnesi quasi Apollonnesi. Hecatos enim Apollo est. nam per totam hanc oram Apollo colitur: usq; in Tenedum. Smintheus: uel Cilleus:uel Gryneus.uel alio aliquo nomīe uocatus. proxima his ē Pordoselena: in qua est eiusdem nominis ciuitas.& ante ciuitatē alia insula maior ea.& urbs eiusdē nominis:deserta.que Apollinis templum habet.nonnulli nominū infamiam fugiētes. Hanc poroselenam dici malunt:montem quoq; asPordinon:pergamo proximum:cū sit asper:& sterilis asPorinon:& templum quod ibi est:matris deū :asPorine.qd igitur dicemus:de Pordali:& de Saperde:& Perdica:& de Simonidio illo?

Cum loris Pordacis cadentes

Id est madidis:& in antiqua comedia Pordacon locus est stangnantibus aq̄s.lesbos equaliter distat a Tenedo:Lemno:& Chio:intra.l. fere stadia:cum leleges ac cilices adeo cum troianis congruerent: querūt:q̄re non ponunt in dinumeratiōe troiana. uerisimile quidem est:cum propter ducum discordiam:& urbium deuastationē:cilices pauci relicti essent:ut sub Hectore ponerentur. Nam Eetion:& eius filius:ante dinumerationem dicuntur interiisse:ut

Ipse meum patrem uita spoliauit Achilles.
Et thebam cilicum pugnando diruit urbem.
Tum septem fratres:qui se intra tecta tenebant:
Abstulit una dies.pariterq; in tartara misit.
Hos etenim cunctos celer interfecit Achilles.

Eodē modo q sub Mynete erant:& duces & urbē:amiserūt.ut

Ille quidem deiecit Epistrophon:atq; myneta:
Funditus euersa diuini sede mynetis.

Leleges autem certaminibus prestantes facit:ut quum sic ait.

Ad mare stant Cares.curuato & peones arcu.

Et lelegum populi & Caucones. Et illud
Satnion oenopidem contorta perculit hasta.
Quem quondam nais peperit pulcherrima nymphe:
Oenopi: seruaret dum Satnioentis ad undam
Ille boues.
Nam non ita defecerant: ut nullam per seipsos multitudinem facerent. presertim eorum rege adhuc superstite.
Sub cuius lelegum populi ditione tenentur.
& urbe non oio deleta. infert. n. Pedason excelsam sub Satnioente. In dinumeratioe uero eos ptermisit: ratus multitudine nõ sufficere: ut i dinumeratioe poneret: uel sub hectore. qq hos dicat troiãis ualde amicos eẽ. nã lycaon q hectoris frater erat: sic iqt
Me paruum: paruo uicturum tempore: Mater
Laothoe genuit. pater illi maximus Alceus.
Sub cuius lelegum populi ditione tenentur.
Hec itaq; hanc habent uerisimilitudinem. Verisimilitudo est: si quis exquisitam rei alicuius determinationem querat in poeta: ut quousq; Cilices & pelasgi pertendebãt: & Cetii qui inter eos sunt: & Eurypylo subditi. de Cilicibus quidem atq; iis: qui sub Eurypylo erant: quantum attinebat: diximus. & quod caicus maxime hec terminat. Consentaneum est: ut deinceps pelasgos constituamus. cũ ex iis: que ab Homero di/cuntur. tum ex alia historia. Homerus enim sic ait.
Hippothous populos ducit turmasq; pelasgum.
Nam quicunq; tenent larisse fertilis arua
Hippothous regit. & par marti in bella pileus.
Tautamide letho geniti de gente pelasga.
Quibus uerbis satis magnam pelasgorum multitudinem significat. non enim populum dixit: sed populos. Cum uero larisse habitationem dicat: & larisse multe sint: aliq̃ ex ppinquis accipiẽda est: pcipue ea: que circa cumã est. Nam ex tribus ea que amaxito proxima est. nimis in conspectu est ilii. & nimis propinq̃ ad ducenta fere stadia. unde nõ uerisimiliter diceretur Hippothoum cecidisse procul ab hac larissa: dum pro Pa/troclo pugnatur. sed ab ea: que proxima est: nam ad mille stadia intersunt. Tertia ẽ larissa agri ephesii: in Caystriano cãpo sita. quã dicunt prius urbem fuisse. ea Apol/linis larissei fanum habebat. & tmolo: q̃ ephesio: uicinior erat. Ab hac enim centum & octoginta stadiis abest. quapropter sub Meonibus poni potest. Ephesii uero aucti multum postea ex agro meonũ absciderunt. quos nunc lydos appellamus. unde nec hec erit pelasgorum larissa. sed illa potius. nã de Caystriana quidem larissa: Caystro proxima: nullam satis certã coniecturam habemus: quod iam tunc esset. nec de ephe/sia. De cumana testis est uniuersa eolica historia: que paulo post troianas res fuit. Tradunt enim eos: qui in phricio locrẽsi erant: qui mons ultra Termopylas est: inde profectos: in eum locum uenisse: ubi nunc cuma est. Cum quia pelasgos inuenissent troiano bello labefactos adhuc tamen Larissam obtinentes ad. lxx. stadia a Cuma distantem. condidisse apud illos locum eum: qui adhuc nouus murus appellatur: q ad stadia. xxx. distat a larissa. profectos autem cõdidisse cumã. & homines q supfuerãt eo habitatum deduxisse. Cumam uero a locrensi monte phricionida appellant. eodẽ modo & larissam. ea nunc deserta est. Quod autem pelasgi magna natio essent: aliã historiam testem adducunt. Meneorates quidem elaita in libris de originibus ciuitatũ refert: totã orã: que nũc Ionica est facto a Mycale initio: prius a pelasgis habitatã:

&,ppinquas insulas:lesbii quoq; sub pyleo positos:asserunt.quē poeta dicit pelasgorum ducem.& montem eis uicinum ab illo pyleum appellari. Chii auctores suos pelasgos ex thessalia profectos putant.que gens errabunda est. & ad transmigratiōes facilis. ea ut multum creuit:ita pariter tota extincta est.eo tēpore maxime:quo eoles Iones q; in asiam traiecere. Sed peculiare quiddam:larisseis carystriāis:& phriconēsibus cōtigit:& iis:qui sunt in Tessalia.omnes enim regionem a fluminibus dilutā habuere: illi a Caystro. hi ab hermo:tertii a peneo.in larissa phricionide dicūt Piasum coli.quē tradunt cum pelasgorum dux esset:larisse filie amore captum fuisse.cunq; puelle uiolentiam attulisset:contumelie poenas luisse. Nam quū in uini doliū,pnus inspiceret: puella:quod rem resciuerat: illum per pedes capiens:& attollens: in dolium demisit. atq; hec quidē antiqua sunt.nunc cum eolicis urbibus ege sunt assumende.& temnus unde Hermagoras fuit is:qui dedicendi arte conscripsit. He urbes secus montanam regionem iacent.que cumano:& phocensi: & Smyrneo agro imminent.iuxta quam Hermus labitur.nec procul ab his urbibus magnesia sub Sipylo ē ciuitas a Romāis libera iudicata. Hanc terremotus nuper labefactarunt. Ex aduerso sunt ea:que in caicum uergunt. a Larissa Hermum transeunti: usq; cumam:stadia sunt.lxx. hinc usq; myrinam.xl.& totidem hinc usq; Grynium: & inde usq; Eliam:ut Artemidorus uult. Post Cumam sunt Ade:deinde post stadia.xl.promontorium nomine Hydra. quod ad aduersum promontorium Hermatuntem elaiticum sinum efficit. oris latitudo est.lxx. fere stadiorum. Intra sinum est Myrina ad stadia.lx.Eolica ciuitas: que portum habet.deinde achiuorum portus:ubi sūt duodecim deorum are.deinde gryneum myrineorū oppidū:& Apollinis fanum:& per uetustum oraculū:& templū cādido lapide sumptuosum: usq; ad eam stadia sunt.xl.deinde.lxx.usq; Eleam:que portum habet:& nauale regum Attalicorum:Menesthei opus:& athenensium:qui cum eo apud ilium militarunt.De sequentibus autem scilicet Pitana:Atarneo:ac ceteris:que sunt in ea regione dictum est. Eolicarum urbium maxima:& optima est cuma:& fere ea metropolis est:& lesbos ceterarū ciuitatum. que numero sūt circiter triginta q̄q̄ non pauce sint delete.Carpuntur cumani:ut homines insulsi:& hebetes: ob hanc causam ut quidā putant:quod.ccc.annis post eius urbis edificationē:portus uectigalia exegerunt:cum antea populus eiusmodi prouentum non haberet.quare obtinuit opinio:quod hi homines sero sentirent:cū urbem ad mare habitarent.dicūt etiam aliter:quod publica pecunia mutuo accepta porticus construxerunt.postea cū pecuniam constituta die:non reddidissent: a deambulatione arcebantur. Sed quū pluuie essent:in dedecus quoddam creditores edictum mittebāt:ut cumani porticus subirēt. & cum preco ita inclamaret:porticus subite:ductum esse prouerbium:quod cumani non sentiant:quod in pluuia porticus subeunda sit:etiam si nemo p preconē admoneat. Vir sine controuersia clarus ex hac urbe est Ephorus Isocrati oratori familiaris.q & historiā conscripsit.& de inuentionibus tractauit. & añ hūc etiā Hesiodus poeta.nā ipse dicit patrē suū relicta eolica:cumam in Boetiam migrasse:ut

Atq; inopem coluit uillam que iuncta heliconi:
Nec per frigus erat cuiq̄ opportuna:nec estum.

Homerū uero hinc esse:non satis constat.Multi enim de eo disceptant.nomen urbi ab Amazone quadam inditum putant quenadmodum & Myrine:ab ea que sub batia:in troiano campo iacet: Vt

Hunc homines ipsi batieam nomine dicunt.
Ast immortales:uolucris monumenta myrine.

Carpitur etiam Ephoruſ qui quum patrie facinora non haberet: que cum aliſ geſtiſ
dinumeraret: nolenſ tamen eam ſilentio preteriri: ſic inclamat. Ea tempeſtate cumãi
quietem agebant. poſtq̃ troianam & eolicam oram perſecuti ſumuſ: mediterraneam
deincepſ percurramuſ: uſq; ad Taurum: eodem peregrinationiſ ordine conſeruato. in
hiſ lociſ principatum quendam obtinet Pergamum inſigniſ ciuitaſ: que diu ſub atta/
liciſ regibuſ fuit fortunata. Sequẽtiſ itaq; peragrationiſ initium hinc faciendum eſt.
ac primo de regibuſ: unde profecti ſunt: & quo tandem euaſere: breuibuſ aperiendũ.
Pergamũ theſauroſ ſeruabat Lyſimachi Agathocliſ filii: qui unuſ fuit ex ſucceſſo/
ribuſ: Alexandri id montiſ promontorium habitatum habebat. mõſ uero turbineuſ
eſt: in acutum apicem deſinenſ. Munitioniſ huiuſ cuſtodia: & pecuniarũ: que erant
nouem milia talentoꝝ: commiſſa erat Philethero tyanenſi: qui a puero ſpado fuerat.
Contigit enim in funere quodam cum ad ſpectaculum multi adeſſent: nutricem que
Phileterum infantem portabat: deprehenſam opprimi: adeo ut puer etiã affligeretẽ.
Erat igitur Eunuchuſ. Iſ cum optime eſſet educatuſ: dignuſ uiſuſ eſt: cui hec crede/
rentur. Tandem caruſ Lyſimacho erat: ſed quum ab Arſinoe: illiuſ uxore diſſideret:
propterea quod eũ accuſauerat locum ad defectionem ꝑduxit. & ut tempora erãt:
ita ſe gerebat. uidenſ ea ad nouitatem apta. nam propterea quod Lyſimachuſ a maliſ
familiaribuſ coactuſ fuerat Agathoclem filium ĩterficere: Seleucuſ nicator reuerſuſ
illum ſuſtulit. & ipſe a Ptolemeo cerauno ſublatuſ eſt. ac dolo interemptuſ. Dum reſ
ita tumultuarentur Eunuchuſ ſeſe in arce continebat: & pollicitando ſemper ualidi/
oribuſ: ac propioribuſ obſequẽdo uiuebat. hoc pacto caſtellum ac pecuniã poſſedit
anniſ uiginti ei erant fratreſ duo: Eumeneſ natu grandior: & Attaluſ iunior ex Eu/
mene natuſ eſt Eumeneſ: de patriſ nomine. Iſ pergami ſucceſſionem habuit. Et iam
loca circumcirca tenebat. unde apud Sardiſ Antiochum Seleuci filium ſuperauit:
cum eo congreſſuſ. obiit autem quum uiginti & duobuſ anniſ imperaſſet: Attaluſ ex
Attalo & Antiochide: Achei filia: natuſ: ſucceſſit in impio. & ꝑmo rex eſt nũcupatuſ.
Hic Galataſ prelio maximo ſuperauit. & Romanoꝝ amicuſ fuit. & cum eiſ aduerſuſ
Philippum pugnauit in claſſe rhodiorum. obiit iam ſenior cũ anniſ. xl. & tribuſ reg/
naſſet. filioſ quattuor reliq̃t ex Apollonide Cyzicena. Eumenem: Attalũ: Phileteꝝ:
& Atheneum. e quibuſ iunioreſ priuatum ſtatum duxerunt. Eumeneſ natu grãdior
regnauit. Hic cum Romaniſ aduerſum Antiochum magnum: & aduerſum Perſem
bellum geſſit. a Romaniſ totam eam regionem accepit: que ſub Antiocho circa tauꝝ
erat. Pergamum enim in initio regionẽ attalici habebat non multam. uſq; ad elaitici
& adramyttini ſinuſ mare. iſ urbem muniuit & lucum Nicephorium ſeruit. templorũ
quoq; dona: & bibliothecaſ: & tantam pergami habitationem: quanta nunc eſt: ille
diligentiſſime curauit. Regnauit autem anniſ quadraginta nouem. imperium Attalo
filio reliquit. qui ex Stratonice ariarathi cappadocum regiſ filia: natuſ erat. Filii ad/
modum iuueniſ: & imperii tutorem: fratrem attalum reliq̃t. Iſ cum anniſ. xx. & uno
regnaſſet: multiſ rebuſ geſtiſ: iã ſenior: mortuuſ eſt. Nã aduerſum Demetriũ Seleuci
filium cum Alexandro Antiochi filio bellũ geſſit. Romanoꝝ cõtra pſeudo Philippũ:
ſociuſ fuit. Diegylim quoq; regẽ cepit ducto in thraciam exercitu. Pruſiã interemit.
prefecto illi filio Nicomede: imperium Attalo qui ſub tutela erat reliquit. Iſ Philo/
mator cognominatuſ: cum ãniſ quinq; regnũ tenuiſſet morbo abſumptuſ eſt. heredeſ
Romanoſ inſtituit. qui poſtea eam regionẽ prouinciam fecerunt. & aſiam uocauere:
eodem nomine: quo & continentem. Caicuſ pergamum preterfluit: per campum: qui
caicuſ appellatur. regionem ualde opimam: & totiuſ fere myſie optimam percurrenſ.

uiri clari pgameni etate nostra fuere: Mithridates Menodoti filius & adoborgion: qui ex tetrarchica stirpe galatarum fuit. hunc quum Mithridatis pelice congressū dicunt. unde & puero nomen impositum est: fingentibus amicis eum ex rege natū. Hic contracta diui cesaris amicicia: ad id bonorum peruenit: ut materni generis tetrarcha: & cum aliorum tum bosphori rex efficeretur. Sublatus est a Lysandro: qui Pharnacem regem occidit. & Bosphorum occupauit. Hic quidem magnū nomē assecutus est. Item Apollodorus orator: qui artes conscripsit. & apollodoriā sectam introduxit: si qua tandem ea est. Nam multa olim obtinuerunt: que maius iudiciū habuere. q̄ nūc habent. e quibus est Apollodoria secta & Theodoria. Sed plurimū Apollodorum extulit Augusti cesaris amicicia: cuius magister fuit. Discipulū me/moratu dignum habuit: Dionysium ciuem suum cognomīe Atticum. qui & bonus Sophista fuit & Historicus. & Sermonum cōscriptor. Progredienti a campo & ab urbe orientem uersus: est urbs Apollonia: in loco edito imposita. austrum uersus est montanum iugum: quod transgressi sardis eunt a sinistris est urbs Thyatira: mace/donum habitatio. quam nōnulli: myso rum ultimam dicūt. a dextris est Apollonis que a pergamo distat stadiis triginta totidem ab urbe Sardana. Ea idem nomen habet quod Apollonis cyzicena. Postea sequitur Hermi campus & Sardis. Septē/trionales pergami partes magna ex parte a mysis tenentur. que a dextris: eorum sunt: qui Abliti nominantur. quibus iungitur ea que Epictetus dicitur: usq; in Bi/thyniam. Sardis urbs magna est. posterior rebus troianis: antiqua tamen: que promontorium munitissimum habet. Ea lydorum caput fuit: quos poeta maonas uocat. posteriores Meonas dixerunt. Hos quidam diuersos a lydis dicunt. quidam eosdem. sed prestat ut eosdem dicamus. Huic urbi Tmolus imminet: mons felix: qui in uertice speculam habet. exedram albi lapidis: quam per se cōdiderunt. ex ea cir/cunstantes spectantur campi. presertim Caystrianus. circumcirca lydi: & mysi: & macedones: habitāt Pactolus a Tmolo fluens olim multa auri ramenta deferebat. Ex quo preclaras illas Croesi & maiorum diuitias ferunt. Nunc eiusmodi stricture prorsus defecerunt. defertur Pactolus in Hermem: in quem etiam Hyllus: qui nūc Phrygius appellatur: immittit. Hi tres: & alii ignobiliores concurrentes in phoca/icū mare exeunt: ut Herodotus ait. Hermus mysie initiū est. & e mōte Didymene sacro: per exustam: in Sardianum agrum defertur: secundum continuos campo: ut dictum est: usq; in mare. urbi autem Sardiana planicies subiacet. & Cori: & Hermi: & Caystri campi: qui continui sunt. & campoꝝ omniū optimi: quadraginta stadiis ab urbe lacus distat: qui a poeta gygeus appellatur. postea mutato nomine dictus est Colous. ubi Coloene Diane templū est: qđ in religione maxima habetꝰ. hoc in loco diebus sollēnibus Simias saltare dicunt. num uero inopinabilia an uera dicāt: mihi quidē incertum est. Sed quum uersus ita apud Homerum iaceant.

Antiphus: & Mesthles: genuit quos maximus olim
Ad perfusa lacu gygeo rura Pylemon:
Maonas egerunt: Tmoli in radicibus ortos.

addunt etiam hunc quartum uersum

Pinguis ubi hyda iacet: Tmolo supposta niuali.

Cum nulla Hyda apud Lydos inueniatur. quidam uolunt Tychium hinc esse: qui a poeta dicitur.

Cerdonumq; optimus hyde

Addūt etiā: ꝑpterea qđ locus siluosus est: & fulminibus tangitur: hic arimos eē. ut

Ex arimis: ubi stratum dicunt esse typhea.
inferunt etiam.
Siluosos per agros: hyde: prepinguis ubi gens.
Quidam hanc fabulam in cilicia fingunt: quidam pithecusis: ii presertim: qui simias dicunt arimos: ab etruscis uocitari. nonnulli Sardis Hydam uocant: nonnulli eius arcem. Scepsius uerisimilius eos dicere arbitratur: qui arimos i exusta mysie ponūt. At Pindarus: cum iis: que sunt in cilicia: pithecusia coniūgit: que sunt ante cumanū agrum. ac etiam sicula. Nam sub Etna Sicilie Typhonem esse dicunt.
Quem cilicie celeberrimum edidit antrum:
Nunc circunfluus maris occulit fluctus:
Eius Sicilia lanigerum pectus premit. Et rursum
Illum Etna uinculis fortissimis coartat. Et rursum
Immensum pater centimanumq; Typhonem
Vis deum Iuppiter: apud arimos excruciat.
Quidam Syros pro Arimis accipiunt. quos nunc aramos uocant: ac cilicas: q apud troiam erant: in Syriam commigrantes: Syris eam regionem ademisse: que nunc cilicia nominatur. Callisthenes auctor est: Arimos prope calycadnum esse: & Sarpedonis Promontorium iuxta Antrum Corycium: a quibus uicini montes arimi uocantur. Circum lacum Coloum sunt antiqua regum monumenta. apud Sardis est Alyatis ingens tumulus: super crepidine excelsa: & ut Herodotus inquit factus a multitudine ciuitatis. cuius maximam partem ancille perfecerunt: que ut ille ait: omnes meretricantur. nonnulli hanc sepulturam meretricis monumentum dicunt. Sunt qui tradant lacum Caloum manufactum esse ad excipiendas eas mundationes: que ex fluminibus auctis fiunt. Hypepa ciuitas est: ex Tmolo in Caystri campum descendenti. Callisthenes dicit: Sardis prius a Cimmeriis captas: postea a Treribus ac Ciliciibus: quod etiam Callinum elegie poetam significare arbitratur. Postea a Cyro & Croeso. cum Callinus dicat Cimmeriorum impetum in Esionēses eo tempore factum fuisse: quo Sardis capte sunt. Scepsius Esionenses pro Asionēses Ionice proferri putat: nā fortasse inqt maonia asia dicebatᷣ unde Homerus ait.
Asia prata super circunq; fluenta Caystri.
Postea hec ciuitas incredibiliter ob loci uirtutem: instaurata est. ut nulla finitimarū inferior sit. Nuper uero multa eius edificia ex terremotibus corruerunt. sed Tiberii prouidentia: qui per nostra tempora imperat: & hanc & multas alias suo benefitio reparauit: quecunq; eo tempore eiusdem calamitatis participes fuerunt. Viri memorabiles ex eodem genere fuerunt duo Diodori oratores: quorum natu grādior Zonas uocatus est: uir qui multa certamina pro asia concertauit. Sed quo tempe Mithridates inuasit: accusatus: quod ciuitates que apud se erant: ad defectionem duceret: habita excusatione: omnes calumnias diluit. Iunioris Diodori q nobiscum amicicia coniunctus est: historie extant: & carmina: & alia opera: que satis antiquū scribendi genus exprimunt. Xanthus antiquus rerum scriptor Lydus quidem dicitur. Num uero Sardianus sit: nobis incertum est. post Lydos sunt Mysi. & urbs Philadelphia terremotibus concussa. Non enim cessant parietes rimam ducere alia atq; alia urbis parte labefacta. Quapropter pauci eam incolunt. maxima eorum pars in agris degunt: agriculturam exercētes. terram enim fertilem habent. & profecto mirandum est tam paucos agris studere: cum edificia tam ruinosa habeant. immo eos admirari possumus: qui eam urbem condiderunt. Post hec est regio: que

exusta dicitur: quingentorum stadiorum longitudine: latitudine quadringentorū. siue ea mysia: siue meonia nominada sit. nam utroq; mō dicitur. Ea tota arboribus caret preter uitem: que exustū uinū fert: ita elegās: ut nulli cedat. summa camporū facies cinerulenta est. montana petrosa: & nigra: tanquam ex adustione quadam. Quidam putant hoc ex crebro fulminum: atq; fulgurum ictu contingere. nec du/bitant: que de Tiphone dicunt hoc in loco fabulari. Xanthus scribit arimū quēdā horum locorum regem fuisse. sed nequaq̄ uerisimile est tantam regionem: propter eiusmodi causas: ex toto deflagrare. sed potius propter ignem subterraneum: cuius ortus nunc defecerunt. Monstrantur tamen fosse tres: quas folles uocant. hec inter se ad stadia q̄draginta distant. imminent colles asperi: quos par est: ex efflatis lamis eē accumulatos. quod autem huiusmodi regio uites optimas ferat: ex catania scilicet deprehendi potest: que quanq̄ cinere operta sit: nunc tamen optimum uinum: et largum: gignit. Vnde quidam perurbane atq; elegāter Bacchum ignigenam dicūt: ex eiusmodi locis coniecturam capientes. que Austrum uersus sequuntur: cum his locis implicantur ad taurum usq;. Quapropter & Phrygie: & Carie: & Lydie: pre/terea Mysie loca difficulter distingui possunt: cum inter sese coeant. Ad hanc con/fusionem non parum facit: quod Romani ea diuiserunt: non per nationes: sed alio quodam modo: per administratiōes: in quibus fora fiunt: & iura reddunt. Tmolus quidem satis coactus est: & ambitum mediocrem habens. & in ipsis Lydie partibus terminatur. mediterranea uero ad partem aduersam pertendit: ad mycalē usq;. que pars ut Theopompus uult a Celenis incipit. quapropter quedam eius loca Phryges obtinent. que sunt Celenas & Apamiam uersus. Quedam Mysi: ac Lydi: quedam Cares: & Iones. sic etiam flumina: presertim Meander. Nam gētes quasdam dister/minant. Earū autem: per q̄s media feruntur: efficiunt: ne facile exq̄sita distinctio capi possit. De campis: qui ex utraq;: & mōtane & fluuialis regionis parte sunt: eadē ratio est. Sed nobis forsitan: non adeo curandum est: ut nunc loca metiamur: sed id tantum describendum est: quantum & maiores nostri tradiderunt. Caystriano campo: qui inter mediterraneam cadit: & Tmolum: continuus est orientem uersus Cilbianus campus: multus: & bene habitatus: qui regionem optimam habet. postea Hyrcanius: cui a Persis nomen impositum est. qui & inde incolas deduxerunt. Eo/dem modo Cyri campus: quem per se nominarunt. postea Peltinus q iam Phrygius est. & Cillanius: & Tabinus: qui oppida semiphrygia habet: Pisidicum qddam ob/tinētia: a quibus ea nominata sunt. superantibus uero mediterraneam: inter Caras: & nyseum agrum: qui transmeandrum est usq; in Cybirensem: & Cabalensem regi/onem. Sunt urbes mediterraneam uersus: contra Laodiceam Hierapolis: ubi calide aque scaturiūt. & ubi plutonium est. que utraq; non paruam admiratione prestāt. Nam aqua adeo faciliter in tofum duratur: ut qui aqueductus deducunt: integra septa ex eo aquis conficiant. Plutonium est os in paruo quodam imminentis mōtis supercilio: ita cōmensuratum: ut hominē suscipere possit mira profunditate. Huic propositum est uallum quadratum: ambitu fere semiiugero: quod nebulosa & crassa caligine plenum est: ut uix solum discerni possit. Ad septum appropinquantibus: aer innoxius est. purus ab illa caligine: in tranquillitate uentorum. Nam caligo intra ambitum manet. si uero animal introrsum progrediatur statim morit̄. Qua/propter Tauri introducti cadunt & mortui educuntur. Nos passeres immisimus. qui subito mortui ceciderunt. Galli uero execti illesi accedunt. ut etiam usq; ad os appropinquent: & introspiciant. & immergantur quousq; possint spiritū continere.

Videbamus enim ex aspectu estuose cuiusdam passiōis indicium. siue quod omnes id experiantur. siue soli sacerdotes. siue diuina prouidentia: queadmodū uerisimile in iis est qui niuem sunt afflati: siue quod hoc uiribus quibusdam reluctantibus contingat. quod autem aque quedam lapidescant: dicūt id in fluminibus cōtingere apud Laodiceam: licet potulente sint. Nam & apud Hierapolim aqua quedam adeo tingendis lanis idonea est: ut ex radicibus tincta cum his decertent: que ex uermiculo purpuraq; tinguntur. Et adeo exuberat aquarum uis: ut regio: balneis sponte nascentibus: plena inueniatur. Post Hierapolim: sequūtur loca: que transmeādrum sunt. Nos que ad Laodiceam Aphrodisiademq; pertinent: & que carura usq; pertendunt: diximus. Sequentia sunt: occidentalia quidem: Antiochia ad meādrum: que iam ad Cariam pertinet. Australia: Cybira: ea que magna est. & Sinda: & Cabalensis ager: usq; ad taurum ac lyciam. Antiochia mediocris urbs est: ad meandrum sita: Phrygiam uersus. Ea ponte iuncta est: & regionem multam habet ex utraq; fluminis parte: totam fertilem: & Caricam multam fert: que Antiochica uocatur. Eandem Triphyllon uocant: Hic locus facile concutitᵉ. Ex hac Sophista clarus est Diotrephes: quem Hybreas maximus nostri temporis orator: audiuit. Credunt Cabalenses Solymos esse. unde collis: qui Termesi promontorio imminet: Solymus uocatur. & ipsi Termesenses Solymi dicuntur. proximum est Bellorophontis uallum. & Pisandri eius filii sepulchrū: qui in bello cecidit: contra Solymos gesto. hec plane cum iis cōcordāt que a poeta dicuntᵉ: nā de Bellorophōte sic ait.

Hic Solymis iterum prestantibus intulit arma.

De eius autem filio sic.

At natum occidit Pisandrum Bellorophontis:

Pugnantem Solymos contra: in certamine mauors.

Termesus Pisidica urbs est: que proxime ac plurimum Cybire imminet. Cybirei a Lydis dicuntur profecti. qui Cabalensem agrum tenuerunt. Postea Piside finitimi eam habitauere atq; in alium locum transtulerunt. munitissimam quidem: ambitu: cētum fere stadiorum. Ea propter equitatem plurimum creuit. & uici propugnati sunt a Pisidia: & finitimo Mylie agro: usq; in Lyciam: & ulteriorem Rhodiorum regionem: additis tribus urbibus finitimis. Bubone. Balbura & Oenoandro. quarum conuentus Tetrapolis dictus est. Harum singule singula suffragia habebant. Cabyra uero duo: Nam ea triginta peditum milia mittebat: equitum duo milia: semp Tyrannis subdita. temperanter tamen. qui status in Moageto finem habuit. Nam eam Tyrannidem Murena sustulit. Balburam & Bubonem Lyciis adiecit. Nichilominus Cybirensis administratio inter maximas totius Asie censetur. Cybirei q̄ttuor linguis utebantur. Pisidarum: Solymorum: Grecorum: ac Lydorum. Proprium apud Cybireos est: ferrum facile extornari. Mylia montana est. que ab angustiis Termesi: & a transitu qui per eas fit ad citeriora Tauri: ad Sindam pertendit usq; ad Apameorum regionem & Sagalasum.

Vartus decimus liber circa Cycladas insulas uersatur: & ulteriorem regionem in qua est Pamphylia. Isauria. Lycia. Pisidia. Cilicia usq; Seleuciam Syrie & Asiam que proprie Ionia appellatur.

R

Eliquum est: ut de Ionibus Caribusq; dicamus: & de ora que transtaurum est: quam Lycii habent. & Pamphylii. & Cilices. Nam hoc modo tota Cheronnesi peragratio ad finem perducta erit. cuius Isthmum diximus transitum: qui ex pontico mari fit in Issicum. Ionie circunnauigatio secus terram: est mille fere: & quadringentorum & triginta stadiorum: propter sinus: & propterea quod regio multas peninsulas efficit. Longitudo uero in rectum non sane multa. Quare ab Epheso Smyrnam usq;: recto itinere stadia sunt tricenta ac uiginti. Nam usq; in Metropolim centũ ac uiginti reliqua sunt Smyrnam usq;. Circunnauigatio autem paulominus q̃m duo milia et ducenta a Milesiorum itaq; & Caricorũ montium posidio Phoceam usq; & Hermum est Ionice ore terminus. Pherecydes dicit Miletum & Miuntem ad hanc orã pertinere: & Cares prius Mycalensia & Ephesia habuisse. Sequentem uero oram Leleges: usq; Phoceam: & Chium: & Samum: cui Anceus imperauit. & utrosq; ab Ionibus electos in reliquas Carie partes euasisse. Addit etiam Androclum Codri Atheniensium regis legitimum filium: primo Ionum colonie: postea Eolice imperasse. atq; Ephesum condidisse. unde Ionum regiã ibi constitutam dicunt. & adhuc qui ex eo genere sunt reges nominantur: & honores quosdam habent: in certaminibus quidem presidentiam: & purpuram regii generis insigne: & Scipionem pro sceptro. & cereris eleusinie sacra. Miletum Neleus condidit: qui genere Pylius fuit. Mesenii: ac Pylii quandam inter se cognationem fingunt. quapropter posteriores poete Nestorem mesenium dicunt. & multos ex Pyliis cum Melantho Codri patre Athenas concessisse. ac totam hanc gẽtem cum Ionibus coloniam misisse. Ara uero quã Neleus condidit: in Posidio ostenditur. Cydrelus Codri filius nothus Myuntẽ condit. Andropompus Lebedum: loco quodã occupato: nomine Arta. Colophonem Andremon Pylius: ut Mimnermus in Nanno dicit. Prienem Epytus Nelei filius. posterius etiam Philotas: gente ex Thebis deducta. Teum prius quidẽ Athamas. quapropter Anacreon eam Athamantida uocat. In Ionica colonia Nauclus Codri filius nothus. & post eum Poegnas & Damathus Athenienses: nam ex boetia fuit Erythras Gnopus. atq; hic etiam Codri filius nothus. Phoceam Athenienses cum Philogene: Clazomenas. Paralus. Chiũ Egertius: mixtam multitudinẽ ducẽs. Samum Tymbrion: ac deinde Patrocles. Nam he sunt duodecim Ionie ciuitates. postea ad Ioniam Smyrna assumpta est: Ephesiorum opera. Nam cum eis olim habitabant: cum Ephesus Smyrna uocaretur. Nam & Callinus eam sic in quodã loco nominauit. quum Ephesios in oratione ad Iouem: Smyrneos uocat. ut Smyrneorum miserere. Smyrna Amazon fuit: que Ephesum tenuit. Ab ea & homines: & urbs dicitur. sicut a Sisyrba quidam ex Ephesiis Sisyrbei dicebantur. & locus quidam Ephesi Smyrna uocabatur. quod Hipponax significat. ut pone urbem in Smyrna habitabat. inter Tracheam: & Lepramactam. Lepraacta dicebatur rupes que noue urbi imminet. & partem muri urbis habet. Quapropter agri qui pone rupem sunt: adhuc in OpisthoLepria dicuntur. Trachea uocabatur regio pretermontana: que ultra coressum est. antiqua urbs iuxta Palladis templum erat.

quod nunc est extra urbem: apud eam que Hypeleus uocatur. quare Smyrna iuxta gymnasium fuit: qd nunc pone urbem est. inter Tracheam & Lepráactá. Smyrnei uero a Milesiis secedentes exercitum in eum locum ducunt: in quo nunc Smyrna est. quum Leleges eum tenerent. quibus eiectis antiquam Smyrnam condidere: distantem ab ea: que nunc est: ad stadia uiginti: postea ab Eolibus pulsi Colophonem aufugerunt. & cum Colophoniis contra eos exeuntes: regionem suá occupauere ut Mimnermus ait in Nanno: cum Smyrne mentionem facit: quod ea semper fuerit bellis infestata: ut

Nos pylo: & excelsa Nelei ex urbe profecti
Oram Asie optatam: nauibus attigimus.
Ac primo ad Colophonem instructi uiribus urbem
Auctores cladis sedimus: atq; duces.
Inde per asteenta egressi protinus amnem:
Sponte deum Smyrnam uidimus eolida.

Ac de his hactenus. nunc rursum singula percurrenda sunt: initio a principalibus sumpto: a quibus alia condita fuere. de Mileto inquá atq; Ephesо. He nanq; optime urbes sunt: atq; clarissime. Post Posidium Milesium est oraculum: Apollini Didymeo sacrum: apud Branchidas: ad decem & octo stadia ascendenti. id a xerxe incensum est: quenadmodum cetera templa omnia: Ephesio excepto. Branchide autem: dei thesauris per se traditis: cum eo fugiente abscesserunt: ne proditionis & sacrilegii penas penderent. Postea Milesii templum construxerunt omniú maximum. quod propter magnitudinem: remansit sine tecto. Huius fani ambitus uici habitationé recipit. & súptuosus interius: & exterius lucus é. alia uero fana & oraculú & sacra cótinent. hoc in loco de Brancho & Apollinis amore cóficta fabula est. Templum uariis antiquarum artium donis sumptuosissime ornatum est. Hinc ad urbem: nec uia: nec nauigatio: permulta est. Ephorus scribit Cretenses prius eam supra mare cóndidisse: ubi nunc antiqua Miletus est. atq; habitatores ex Mileto Cretensi a Sarpedone deductos: & urbi nomen impositum esse: de nomine eius: que ibi est: cum prius Leleges hunc locum tenerent. postea Neleum cóndidisse: que nunc est noua. quattuor portus habet. quorum unus classis est capax. Multe sunt huius ciuitatis res geste. maxima est etiam coloniarum ab ea profectarum multitudo. Nam totus Euxinus pontus ab his est habitatus. Item propontis: et alia complura loca unde Anaximenes Lampsacenus dicit: Milesios Icarum insulá ac lerum habitasse. Circa Hellespontum etiam in Cheronneso Lymnas. in Asia Abydum: Arisbam. Pesum. In Cyzicenorum insula Artacem Cyzicum. In mediterranea Troadis Scepsim. Nos quum de singulis tractabimus alias addemus: que ab eo sunt pretermisse. Quidam Apollinem Vlion uocant: ut Milesii: ac Delii id est Salutiferum & Peonicum. Nam Vlo: idem est: qd ualeo ex Vla cicatrix dicitur: & illud tamq; Vale & Salue. Apollo enim salutifer est. & Artemis ex eo dicitur: quod integros faciat. Sol quoq; & luna his similes sunt ac pares. quod causa sint temperiei aeris: & pestes & spontanee mortes his applicentur. Ex Mileto fuere uiri memoratu digni. Thales unus ex septem sapientibus. qui primus Physiologie ac mathematice auctor fuit: íter Grecos & Anaximander eius discipulus & Anaximandri Anaximenes. Item Hecateus: qui historiam scripsit per nostra tempora: Eschynes orator: qui assumpta nimia erga Pompeium magnum licentia missus est in exsilium. Hec ciuitas aduersitate pressa est. quum Alexandrum excluderet.

Nam ui capta est: quenadmodum Halicarnassus. Ac etiam prius a Persis. Vnde Callisthenes dicit: Phrynichium tragicum mille dragmis ab Atheniensibus mulcta/ tum: quod actum quendam fecisset: Miletum a Dario captam. Ante eam in prox/ imo iacet Lada insula: circa Trageas insulas. que stationes piraticas habēt. deinceps est Latinicus sinus: in quo est ea: que Heraclia dicitur: oppidulum sub latino: qđ stationes habet. id prius Latinus dicebatur: eodem nomine: quo & imminens mons. quem Hecateus putat eum esse: qui a Poeta pediculorum mons appellatur. Dicit enim ultra Latinum urbem: pediculorum montem esse. Quidam eum Grium di/ cunt: quod is eq; atq; Latinus progrediatur: a Milesiorum agro orientem uersus tendens: per Cariam Euromum & Chalcetorem usq;. imminet autem illi in alto. nō procul hinc fluuiolum quēdam pertranseunti: apud Latinum montem: Endymi/ onis sepulchrum positum in spelunca quadam ostenditur. Deinde nauigatio ab Heraclia in oppidum Pyrram centum fere stadioꝝ: paulo plus a Mileto Heracliā si quis se ī sinum inferat. recta nauigatio ex Mileto pyrram est stadiorum. xxx. adeo longum iter habet littoris preternauigatio. Sed opus est: ut huiusmodi geo/ graphie excursus in locis claris paululū immoretur. a Pyrra usq; ad Meandri ostia quinquaginta qui locus stagnis & paludibus plenus est. Subministratoriis uero scaphis adnauiganti stadia triginta est Myus: una ex duodecim Ionie urbibus: que nunc propter hominum paucitatem: a Milesiis habitatur. Hec Themistocli dicitur a Xerxe in opsonium data. Magnesia in panem. Lampsacus in uinum. Hinc ad stadia quattuor Thymbria est: Carie uicus. iuxta quem ē Auernus: specu sacrum: quod Charonii dicitur. Id pestiferas exhalationes habet. ulterius est mag/ nesia: Meandrum uersus: Magnegnetum Tessalicoꝝ colonia: & Cretensium: de qua mox dicemus. Post Meandri ostia est Prienensium littus. ultra quod Priene est: & micale mons feris: & arboribus plenus. Is Samie regioni adiacet. & ad eam quasi octo stadium Isthinum facit. ultra Strogilium promontorium. Priene a quibus/ dam Cadme appellatur. quoniam Philotas eius cōditor e boetia uenit. e Priene fuit Bias: unus ex septem sapientibus: de quo Hipponax sic inquit. Et disceptari q̄m Bias. Prienensis melius. ante Trogilium parua insula iacet eodem nomine. Hinc Sunium breuissimus transitus est: mille & sexcentorum stadiorum. principio Sa/ mum: & Icariam: & Corsias ad dextram habenti: ad sinistram uero Melanthios scopulos. Reliquum autem per medias Cycladas. Trogilium promontorium pes quidam est: qui a Emycale percurrit. Alius mōs: Mycale ipsi adiacet: qui Ephesii agri est: nomine Pactias. ad eum mediterranea deflectit. A Trogilio Samum usq; stadia sunt quadraginta. Ea ad austrum spectat. & portus eius: qui nauale habet. Maxima eius pars in plano est. & mari alluitur. Pars in imminentem montē ascē/ dit. Ad dextram nauiganti: urbem uersus: est Posidiū: qđ promontorium: mycalē uersus: septem stadium fretum efficit. Id Neptunni templum habet. ante qđ nar/ thecis iacet: parua insula. Ad sinistram est suburbāum Hereum uersus: & imbrasus amnis: & Hereum antiquum fanum. & edes: que nunc tabularum armarium est: Sed preter tabularum multitudinem: que hic sunt: alia armaria & Sacella antiqs artibus plena. similiter locus sub Diuo optimis statuis plenus est. quarum tria co/ lossica opera Myronis sunt: super una Basi sita. Que cum Antonius abstulisset: Augustus cesar: duo in eandem Basim reposuit: Palladem: & Herculem. Iouem autem transtulit in Capitolium. & Sacellum ei construxit. Sami circūnauigatio est stadiorum tricētorum ea prius Parthenias dicebatur: dum Cares eā habitarēt.

postea Anthemus postea Melamphylus: postea Samus: postea a quodam indigena Heros. colonis ex Ithaca & Cephalenia deductis. quoddam eius promontorium Ampelus uocatur: ad Icarie Drepanum spectans. Immo totus mons: qui totam insulam montanam efficit: eodem nomine dicitur. Ea uino infelix est: cum cetere circumuicine uino optimo abundent. & tota fere continens: que propinqua est: uina optima ferat. ut Chius: Lesbus. & Cos. Atqui & Ephesium & Metropolitanū optima sunt. Mediterranea uero & Tmolus & Exusta: & Gnidus: & Smyrna: & alia ignobiliora loca optimo uino: & ad iocunditatem: & ad medicam uictus rationem: excellunt. Samus itaq; uino non ualde fortunata est. in ceteris uero ferassima. quod ex eo maxime perspici potest: quod bellis infestatur. unde laudātes non dubitant: illud ei prouerbium accommodare: quod etiam fert galline lac: quenadmodum Meander inquit in quodam loco que res ei Tyrannidum causa fuit. & inimicitiarum cum Athemensibus. Sed Tyrannides plurimum Polycratis: & Sylosontis fratris eius: tempore uiguerunt. quorum alter & fortuna & opibus clarus fuit: adeo ut etiam mari dominaretur. maximum felicitatis argumentum ducunt: quod annulo deindustria in pelagus proiecto: gemma & sculptura preciosio: paulopost: piscator quidam piscem eduxit: qui eum deuorauerat. quo ceso annulus inuentus est: quod quum Egyptiorum Rex intellexisset: diuinitus locutum ferunt. Quod qui eiusmodi prosperitatibus uteretur: uitam clauderet fine non fortunato. quod & ita est factum. nam a Persarum Satrape dolo captus. suspensusq; est. Eius tempore fuit Anacreon Lyricus. quapropter tota eius poesis illius mentione plena est. Huius tempore Pythagoram fuisse in historiis tradiderunt. qui quum iam Tyrannidem nasci uideret: urbem deseruit. & in Egyptum: & Babylonem: discendi studio abscessit. quum uero reuersus esset: & adhuc perdurare Tyrannidem inuenisset: in Italiam nauigans: ibi uitam contriuit. ac de Polycrate quidem hec. Syloson uero priuatus relictus est. Is cum Dario: Hystapis filio: uestem quam ferebat aliquando largitus esset. Nam ille quum nondum Rex eēt: eam magnopere concupiuerat: quum uero regnaret dono Sylosonti Tyrannidē dedit. qui acerbe imperauit. Quapropter urbs hominibus uiduata est. Vnde ductum est prouerbium: Sylosontis opera locus amplus est. Sed Athenienses prius misso Pericle imperatore: & Sophocle poeta cum eo: Samios non obtemperantes graui obsidione affecerunt. postea duo municipum milia ex suis miserunt: in qbus fuit Neocles Epicuri pater: ludi magister. quem & hic: & in urbe Teo: educatum ferunt. Adolescentiam uero Athenis egit. quo tempore Menāder Comicus adhuc Ephebus esset: ex Samo etiam Creophylus fuit. quem aliquando tradūt: suscepto in hospitium Homero: accepisse ab eo donum: inscriptionem poematis: qđ Oechalie captiuitatem uocant. Sed Callimachus: per Epigramma quoddam contrarium ostendit. quod quanq̄ Creophylus opus composuerit: Homeri tamen dicatur: propter dictum hospitium. ut

Sum Samii labor: accepit qui dion Homerum:
Hospitio. seuis ignibus uro duos.
Euryton atq; Iolem. nunc scriptum dicor Homeri.
Ante Creophyli Iuppiter at fueram.

Quidam hunc Homeri magistrum tradunt. quidam non hunc: sed Aristeum proconnesum. Adiacet Samo: insula Icaria: a qua Icarium pelagus nominatur. ea nomen habet ab Icaro Dedali filio: quem dicunt paterne fuge comitem: quum

ambo pennati e Creta aufugissent: Hoc in loco cecidisse: uia non seruata. Nam quum celsus se ad solem extolleret. liquefacta cera penne effluxerunt. insule am/bitus est: stadiorum tricentorum ea portũ non habet. sed stationes: quarũ optima Histi appellantur. In hac insula est promontorium ad Zephyrum porrectum. Inest etiam Diane templum: quod Tauropolium uocatur. & oppidulum Oenoe: Item aliud: de nomine Dracani promontorii in quo situm est. & stationem ha/bet. Hoc promontorium: distat a promontorio Samiorum: quod Cantharium appellatur: stadiis octoginta qui traiectus minimus est intermediorum. Nunc quidem: cum ea hominibus effecta sit: Samii magna ex parte incolunt: pascen/dorum pecorum gratia. Post Samium fretum: quod Mycalem uersus est: Ephesũ nauigantibus: est Ephesiorum ora: ad dextram. & panionia. que tribus stadiis supra mare est. ubi Panionia communia oĩm Ionum festa Neptunno Heliconio: & sa/crificium celebratũ. Sacrificant autem prienenses: de quibus in rebus Pelopõnesiacis dictum est. deinde est Neapolis. quod autem prius erat Ephesiorum: nunc San/norum est: qui cum Marathesio agro permutauerunt: propinqua scilicet cum longinquis. deinde Pygella oppidum: quod Diane Munychie templũ habet Aga/memnonis opus: a parte quadam gentium illius habitatum. Nam quidam Pygallii nominati: iam calamitatibus defatigati: ibi remanserunt. Vnde locus nomen ab illis accepit. postea portus est nomĩe Panorinus: qui Diane Ephesie templum ha/bet: deinde est ciuitas ipsa. in eadẽ ora paulo supra mare est Ortygia. Lucus omĩs generis materie pulcherrimus presertim Cyparisso. Per eum Cenchrius amnis fluit: in quo dicunt Latonam ex partu lotam. Nam hoc in loco fabulantur: & partum eius: & nutricem ortygiam: & adytum in quo peperit. & proximam oleam: ad quã tradunt eam primo post partũ quieuisse. Mons Luco imminet nomine Solmissus: ubi dicunt curetas armorum sonitu Iunonem obtudissẽ ex emulatione insidiantẽ. quo auxilio: Latone partus eam latuit. Sed complurima templa sint in eo loco: alia uetusta: alia posterius facta: In antiqs antique insunt statue. in posterioribus praua opera: ut Latona que sceptrum gerit. & ortygia que manu puerum tenet. Hic quotannis sollennia celebrantur. Sed anno quodam iuuenes splendidissimis epulis student. Curetum autem palatium conuiuia: & quedam mystica sacrifitia percipit. urbem Cares & Leleges habitauere. Sed quum maximam eorum partem Androclus eiecissẽt: eam ex iis suppleuit: qui ad se circa Atheneum & Hipeleũ cõ/uenerant: assumpta etiã pretermõtana Coresso proxima. Ea itaq; usq; ad Croesi tempora: hoc modo fuit habitata. postea a pretermontana descendentes: circa tem/plum: quod nunc est: habitauere usq; ad Alexandri tempora. Lysimachus condita urbe: que nunc est: cũ homines non libenter inde cõmigrarent: uehementi hymbre obseruato subuenit fossas & canales obstruxit. unde urbs submersa est. & illi perli/benter traducti transmigrauere. Lysimachus urbem de uxoris nomine Arsinone appellauit. Veruntamen antiquum nomẽ obtinuit. In ea erat Senatus cõscriptus: cum quo etiam conueniebant ii: qui uocati dicebãtur: & omnia administrabant. Diane templum primus Archiphron mire fabricatus est. postea aliud fecit maius illo. Sed quum Herostratus quidam id incendio consumpsissẽt: aliud prestantius construxerunt: mulierum ornamentis & multis opibus ad id collatis. refectisq; pri/oribus columnis. quarũ rerum testimõio sunt decreta tunc facta: que Artemidorus dicit Timeum tauromenitanum ignorare: & inuidum esse: & calumniatorem. unde

& Carpcorē fuiſſe uocitatum: ꝙ ex Perſarū depoſitiſ: templi ſtructuram finxerit. Cum nulla tunc depoſita eſſent. & ſi erant cum templo combuſta ſunt. Nam cum poſt incendium tectum deletum eſſet: quiſ uoluiſſet in templo detecto depoſitum tenere? Addit etiam Alexandrum & factaſ: & futuraſ impenſaſ pollicitum: dummodo ipſe titulum haberet. Illoſ autem noluiſſe. multo magiſ noluerunt ex ſacrilegio: & templi ſpoliiſ: infameſ fieri. laudat preterea Epheſium quendam: qui regi dixit: non decere deum: diſ quicq̄ dedicare. Poſt templi conſummationem: quod dicit Chinocratiſ opuſ eſſe: qui Alexandriam conſtruxit: eundem pollicitum fuiſſe Alexandro: ſeſe montem Atho in eiuſ formam fabricaturum: ut tanquam ex guto quodam: aqua in phialam effunderetur. facturumq; duaſ urbeſ: alteram ad montiſ dextram. alteram ad ſiniſtram. ut ab altera in alteram amniſ efflueret. Poſt templum itaq;: aliarum rerum dedicatarum multitudinem ingentem inueniri: artificum eſtimatione. Edem uero totam fere Praxiteliſ operibuſ plenam. nobiſ Thraſoniſ nonnulla monſtrata ſunt: cuiuſ eſt Hecateſium: & fonſ Penelope: et anuſ Eurychia. ſacerdoteſ Eunuchi erant qui Megalo byzi dicebantur. Ac ſemp aliqui accerſebantur: digni tali prefectura: & in honore maximo habebantur. cū hiſ uirgineſ aliquaſ ſacraſ eſſe oportebat. Nunc earum conſuetudinum quedam ſeruantur: quedam minime. Templum & nunc: & olim: Aſylum erat. cuiuſ libertatiſ termini ſepe ſunt immutati. Alexāder ad ſtadium extendit. Mithridati uero: dimiſſā ab angulo cerami ſagitta: uiſum eſt: paululum ipſum ſtadium tranſcēdere. Antoniuſ huic proxime acceſſit. & cum eo termino urbiſ partem comprehendit. Poſtmodum Ceſar Auguſtuſ cum id damnoſum exiſtimaret: & nihil aliud eſſe: q̄m multiſ malefaciendi cauſam exhibere: id irritum fecit. Hec ciuitaſ & naualia habet. & portum: quem Architecti: ore perbreui effecerunt: pariter cum rege decepti. Iſ Attaluſ fuit Philadelphuſ: qui ratuſ ingreſſum nauibuſ onerariiſ profundum fore: ſi terra apponeretur. Et cū portuſ priuſ ſtagnoſuſ eſſet: ex aggeſtiōibuſ: a Cayſtro factiſ: ori: quod quidem amplum erat: terram apponi iuſſit. Sed cōtra: q̄ ratuſ erat: euenit. Nam limuſ introrſum impulſuſ: fecit ut totuſ portuſ Oretenuſ ſtagnaretur: priuſ autē affluxuſ & refluxuſ pelagi: ſatiſ per ſeſe limum auferebāt. & extrorſum retrahebant. Ac portuſ quidem taliſ eſt. Ciuitaſ loci opportunitate quotidie creſcit. & maximum citerioriſ Aſie Emporium eſt. In ea fuere uiri memoratu digni: ex antiquiſ Heraclituſ: cui cognomento fuit Scotinuſ. Item Hermodoruſ: de quo hic idem inquit. Dignoſ eſſe Epheſioſ omneſ ſtrangulari qui Hermodorum uirum inter eoſ frugi: eiecerunt: dicenteſ: nemo noſtrum frugi eſto. Alioquin cum aliiſ eiiciatur. Hic uir legeſ quaſdam uidetur Romaniſ cōſcripſiſſe. Ex Epheſo fuit Hipponax poeta. & Paraſiuſ pictor. & Apelleſ. Ex iunioribuſ Alexander orator: qui Lychnuſ eſt cognominatuſ. Iſ in Republica uerſatuſ eſt. & hiſtoriam conſcripſit. & carmina reliquit: in quibuſ & de celeſtibuſ pertractat. & terraſ continenteſ deſcribit. in quaq; edenſ poemata. Poſt Cayſtri oſtia eſt lacuſ nomine Selinuſiuſ ex pelago refuſuſ. poſtea eſt aliuſ: qui in eū confluit. Hi magnoſ prouentuſ habent: quoſ: cum dee ſacri eſſent: regeſ abſtulerunt. poſtea a Romaniſ ſunt reſtituti. Rurſū Publicani facta uiolentia: uectigalia ſibi uendicauere. Artemidoruſ Legatuſ miſſuſ: & lacuſ dee recuperauit. & Heracleotim: que deſciuerat: euicit. Rome iudicatuſ. pro quibuſ rebuſ ciuitaſ Auream ei imaginem in fano erexit. In concauiſſima autem parte lacuſ: regiſ fanū eſt. quod Agamemnoniſ opuſ

dicũt. postea est Gallesius mons. & Colophon ciuitas Ionica. & ante eã Apollinis clarii Lucus. Tradunt Chalcantem augurem: cum Amphiloco Amphiarai filio: e troiano bello redeunte: terrestri itinere huc peruenisse. Cunq; apud clarum: in Mopsum incidisset: augurẽ prestantissimum: pre merore mortuum esse. Hesiodus dicit Chalcantem mopso huiusmodi quiddam proposuisse.

Mirabor sane: poteris si dicere: ficus
Quot numero hec caprificus habet: perparua licet sit.
Mille quidem decies modius mensura. superq;
Vna fit. hanc nullo poteris comprehendere pacto.
Dixit. & inuentus numerus: mensuraq; certa: est.
Continuo mortis chalcanti somnus obortus.

Pherecioles dicit: pregnanti sue oblata: Chalcantem interrogasse: quot porcos haberet. hunc uero respondisse: tres. Atq; ex iis unam feminam. & cum mopsus uera locutus esset: illum predolore mortuum. Sunt qui dicant Calchantem suem proposuisse: illum uero Caprificum. ac mopsum uera dixisse. Chalcantem uero minime & pre merore mortuum. & in quodam loco Sophocles scribit cum Helena reposcitur: quod tunc Chalcanti fata mortem decreuerunt: quum prestantiorẽ augurẽ offendet. Sed hic Chalcantis mortem transfert in Ciliciam. Atq; hec quidem antiq̃ sunt. Colophonii aliquando nauales opes satis amplas habuere: & equestribus tantum excelluerunt: ut ubicunq; difficulter bella componi poterant: Colophonii equitatus auxilio dirimebantur. qua ex re ductum est prouerbium: Colophonem addidit: cum summa operi manus imponitur. Viri ex Colophone memorabiles fuere. Mimnermus tibicen: & Elegie poeta. Item Xenophanes Physicus: qui poemata de Sillis fecit. Pindarus etiam dicit. Polymnastum quendam in musica doctum: Vt

Nosti quicquid dixit Polymnastus uir Colophonius

Sunt qui Homerum hinc faciant. Ab Ephesо Colophonem: recta nauigatione: sunt stadia septuaginta in sinum se inferenti centum & uiginti: post Colophonem est Coracius mons. & insula Diane sacra. in quam ceruas perituras tranare crediderunt. Postea est Lebedus: que centum ac uiginti stadiis abest a Colophone. Hoc in loco artificum liberi patris conuentus est. & Ionum habitatio: usq; in Hellespõtum: in qua sollennia: & certamina libero patri quotannis celebrantur. Prius autẽ Teo habitabant: que consequens Ionum ciuitas est. Sed orta Ephesi seditione aufugerunt. Quum uero Attalus eos in Myonneso collocaret: inter Teo ac lebedum: mittuntur Teii Romam oratum ne patiantur Romani Myonnesum sibi admuniri. quare ii in Lebedum migrauere. Lebedus perlibenter eos suscipiẽtibus propter hominum paucitatem: qua detinebantur. Teos a Lebedo distat stadiis centum ac uiginti: inter eas est insula quedam: Aspis nomine: nonnulli eam Arconnesum uocant. & Myonnesus quidem in loco excelso habitatur: qui peninsulam facit. Teos quoq; in peninsula sita est. & portum habet. Hinc est Anacreon Lyricus. Cuius tempore Teii: relicta urbe: Abdera Thracum urbem: migrauerunt: cum Persarum contumelias ferre non possent. unde illud dictum est Abdera optima Teiorum colonia. Rursum posteriore tempore nonnulli ex eis redierunt. De apelicone dictum est qui Teius fuit. Ex eadem urbe fuit Hecateus historicus. Est

aliuſ qdã portuſ: nomine Gereide: diſtanſ ab urbe ſtadiiſ triginta: deinde Calcideſ: qui eſt Cheronneſi Teiorum: & Erythreorum Iſthmuſ. Intra Iſthmum itaq; ii habitant. Iuxta Iſthmum Teii: & Clazomenii. Nam auſtrale Iſthmi latuſ id eſt Chalcideſ: Teii habent. Boreale Clazomenii: ad quod Erythreorum agro coniunguntur. In Iſthmi initio eſt locuſ preceps. Interiuſ Erythreorum: exteriuſ Clazomeniorum agrum comprehendenſ. Chalcidibuſ Lucuſ imminet: Alexandro Philippi filio dicatuſ. Hoc in loco certamen: Alexandria nuncupatũ: ab uniuerſa Ionia celebratur. Iſthmi tranſituſ: ab Alexandrio: & Chalcidibuſ: uſq; ad pcipitiũ: eſt ſtadiorum quinquaginta: circunnauigatio plurium q̃ mille. Ad mediam fere circunnauigationem ſunt Erythre ciuitaſ Ionica: que portum habet: & quattuor in fronte paruaſ inſulaſ: que Hippi dicuntur. priuſq̃ Erythraſ perueniatur primum eſt oppidulũ Gerre. poſtea Teium. poſtea Corycuſ monſ excelſuſ. & portuſ Caſyſteſ: ſub eo. Item aliuſ portuſ: qui erythraſ appellatur. ac deincepſ compluteſ alii. Dicunt totam Coryci preternauigationem latronibuſ plenam: qui Corycei dicuntur. Hi nouum inſidiandi genuſ adinuenerunt. diſperſi enim per portuſ accedunt ad mercatoreſ: qui applicuerint: auſcultanteſ quid rerum ferant: & quo nauigent. poſtea quum illi ſoluerint: & in altum ſe receperint: congregati eoſ adoriunt̃ ac diripiũt. Ex quo om̃eſ curioſoſ: & occulta ac ſecreta auſcultare conãteſ: Coryceoſ appellamuſ. & in prouerbio dicimuſ hũc ergo Coryceuſ auſcultauit: quũ quiſ aliquid dicere: uel facere ſecreto uideatur: quod minime lateat: propter eoſ q ſpeculantur: & ſcire ſtudent: que non cõuenit. Poſt Corycium eſt inſula Halõneſuſ. deinde Argenum promontorium: agri Erythrei: quod Chioꝝ poſidio pximũ eſt. Id fretum quoddam efficit ſexaginta fere ſtadiorum. inter Erythraſ: atq; precipitium: eſt mimaſ monſ altiſſimuſ. & feriſ & arboribuſ plenuſ. deinde uicuſ cybelia & promontorium nomine Melena. ubi mole effodiuntur. ex Erythriſ eſt Sibylla quedam: niuem afflata: & diuinatrix: antiqua ſane mulier. tempore Alexandri. Alia quedam fuit eodem modo diuinatrix: nomine Athenaiſ. Ex eadem ciuitate: etate noſtra fuit Heraclideſ Herophiluſ medicuſ: Apollonii condiſcipuluſ: eiuſ qui Muſ eſt cognominatuſ. Chiuſ circunnauigationem habet ſtadiorum nungentoꝝ: ſi quiſ ſecuſ terram deferatur. ea urbem & portum optimum habet. & nauale: nauium octoaginta In circunnauigatiõe habenti inſulam ad dextram: primum ab urbe eſt poſidium. deinde Phane: portuſ profunduſ: & Apolliniſ templum: & palmarum lucuſ: poſtea littuſ auſtrale qđ ſtationeſ habet. poſtea Leuſ: & hoc littuſ ſtationeſ habet. Hinc ad urbem eſt fretum ſtadiorum ſexaginta: Circũnauigatio autem tricentorum & ſexaginta quam ipſi peregimuſ. Deinde Melena promontorium: contra quod eſt Pſyra: inſula excelſa: diſtanſ a promontorio ſtadiiſ. lx. ea urbem habet eiuſdem nominiſ inſule ambituſ ſtadia quadraginta: deinde Ariuſia locuſ aſper: & importuoſuſ: ſtadiorum tricentorum quod uinum fert: grecanicorũ optimum. Poſtea Pelineuſ monſ: omnium: qui in hac Inſula ſunt: altiſſimuſ. in hac inſula marmor effoditur. Viri e Chio eleganteſ fuere. Ion Tragicuſ. & Teopõpuſ hiſtoricuſ. & Theocrituſ Sophiſta. Hi inter ſe aduerſati ſunt. Chii etiam de Homero ambigunt. atq; eoſ in teſtimonium adducunt: qui Homeride uocantur: ab illiuſ genere profectoſ: quorum etiam Pindaruſ meminit. ut

Vnde & Homeride: rhapſodie cantoreſ optimi.

Chii olim classem habuere. & maris imperium: & libertatem: sibi uendicauerunt. E Chio in lesbum uento austro sunt stadia circiter quadraginta: Post precipitium est Chytriū locus: in quo prius Clazomene site erant: Deinde Clazomene posterius condite que insulas octo habitatas in fronte habent. Vir Clazomenius preclarus est Anaxagoras Physicus: Anaximeni milesio familiaris. Eius auditores fuere Archelaus Physicus: & Euripides poeta. Post Calozomenas est Apollinis fanum: & aque calide. & Smyrneorum sinus: & ciuitas. deinde alius sinus: & antiq̄ Smyrna: distans a noua stadus uiginti. Quum Lydi Smyrnam euertissent: circiter ānos quadringentos in uici modum mansit habitata. postmodum Antigonus eam suscitauit. deinde Lysimachus: & nunc omniū pulcherrima est. Eius pars in monte sita est. pars maxima in campo: preter portum: & gymnasium. & matronarum locum. uie sunt in rectum pro uiribus distincte. & lapidibus instrate. porticus magne: quadrate: plane: & alte. habet etiam bibliothecam: & Homerū: & porticum quadratā: cum Homeri templo: & statua. Nam & hi maxime hūc poetā sibi uendicant. unde & nummus quidam Eneus apud eos: Homerus uocatur. urbis menia Melas amnis preterfluit. ad ceteram structuram: etiam portum clausum habet. Sed nō paruus error fuit Architectorum: qui cum uias insternerent: cloacas non fecerunt. quapropter excrementa fluitant presertim hymbrium tempore: euasis dimissa. Hoc in loco Dolabella: Trebonium obsidione cepit: unum ex iis qui Diuum Cesarem dolo occiderunt. & multas urbis partes diruit. Post Smyrnam sunt Leuce: oppidulū: quod Aristonicus post Attali Philomatoris obitum: ad defectiōem p̄duxit. qui putans se esse e regia stirpe: imperium sibi uendicare cogitauit. Quare abeo excidit: circa Cumanum agrum ab Ephesiis nauali prelio superatus. Ascendens uero in mediterraneam: hominum inopum: ac seruorum: ad libertatem uocatorum: quos Heliopolitanos appellabat: tumultuariam manum congregauit. primumq; Thyatira aggressus est. Deinde capta Apollonide: alia castella capiebat. Sed non diu restitit. Nam continuo ciuitates exercitum miserunt. Nicomedes quoq; Bithynus: & Cappadocum Reges: auxilium tulere. Postea quinq; Legati a Romanis missi. Deinde exercitus & consul. P. Crassus: deinde. M. perpenna: qui capto Aristonico: & Romam misso: bellum absoluit. Aristonicus ipse in carcere mortuus est. Perpenna morbo absumptus. Crassus cū quidam eum apud Leucas adorirent̄: in prelio occubuit. Postea Manlius Aquilius consul: cum decem Legatis missus: prouinciam in eam gubernationis formam composuit: que adhuc perdurat. Post Leucas in sinu est Phocea: de qua tunc diximus: quum mentionem de Massilia faceremus. postea sunt Ionum: atq; Eolum fines: de quibus ante dictum est. in mediterranea ore Ionice: restat uia: que ab Epheso usq; in Meandrum: & Antiochiam tendit. Hec loca: & Lydis: & Caribus: & Grecis admixta sunt. Post Ephesum prima est Magnesia: Eolica ciuitas: que ad Meandrum dicitur. Nam ei proxima est. Sed multo uicinior est Lethéus: qui in Meandrum influit: ortum habens a pactyo Ephesiorum mōte. Est alius Lethéus apud Cortynam. alius circa Triccā: apud quem natus dicitur Esculapius. Alius etiam apud Libes Hesperios. Vrbs ipa in campo iacet: iuxta montem: qui Thorax appellatur. in quo dicunt crucifixum fuisse Daphitam grammaticum: propterea q̄d reges uersibus incesseret. ut

Purpurei stimuli: fex ultima diuitiarum

Lysimachi: Lydos subditis: atq; Phrygas.
Ex quo illud tractum e Caue a Thorace. Magnetes a Delphis uidentur pfecti: qui Didyma: montes in Thessalia: habitauerunt. de Didymis sic Hesiodus ait.
Qualis in Antamyri: fecundo uicibus: agro:
Boebiados stagnante lacus: se lauit in unda:
Que sacrata colit: precelsaq; Didyma uirgo.
Hoc in loco erat Didymene: matris deum: fanum: cui nónulli Themistoclis uxorem: nonnulli filiam eius sacram dicunt. Nunc fanum non stat: propterea: qđ urbs in alium locum sit translata. In noua urbe Diane Leucophryene fanum: quod & edis magnitudine: & multitudine rerum dedicatarum: ab Ephesio superatur. artifitio uero & structure concinnitate: circa edem: longe prestat. Magnitudine omnia Asie fana excellit: preter Ephesium: & Didymenum. Contigit Magnetas a Treribus olim funditus deleri. que gens Cimmerica: diu secundis rebus usa est. postea Milesii eum locum occupauere. Callinus Magnetum meminit: ac si adhuc secundis rebus uterentur: & in bello contra Ephesios recte se haberent. Archilochus uero iam eorum calamitatem sciens: uidetur flere Magnetum mala. Ex quo coniectari licet ea posteriora esse Callino. Callinus enim antiquoris cuiusdã Cimmeriorũ expeditionis meminit: cum inquit.
Gens bello aduentat fortissima Cymmeriorum.
in quo Sardis captas significat: uiri ex Magnesia clari extiterũt: Hegesias orator: qui Asiatici stili auctor fuit: Attico more: qui tũc uigebat: immutato. Item Simon modulator: qui & ipse superiorum modulatorum more corrupto: Simodiam introduxit quenadmodum etiam Lysiodi: & Magodi. Item Cleomachus pugil: qui in Cinedi cuiusdam: & ancille amore incidens: que a Cinedo alebatur: Cinedorum & orationem: & mores est imitatus. Cinedice orationis auctor primus fuit Sotades: postea Alexander Etolus. sed hi in pura oratione: Lysis uero etiam adhibito cantu: & ante hũc Simus. Anaxenorem Citharedum permultum quidem theatra extulerũt. Sed multo magis Antonius: q quattuor ciuitatũ tributa ei legẽda exhibuit. Concessit etiam milites auxit illum patria non parũ. que ei Iouis Sosipolidis purpuram dedit: quenadmodum imago inscripta: que in foro est declarat. Alia Enea imago est in theatro hoc Epigrammate insignita.
Est opere precium: tales audire canentes:
Qualis hic est: qui uoce deos exequat: & ode. ωδηι
Vbi: qui Epigramma inscripsit: quum non satis cõsiderate animaduerteret: ultimã secundi uersus litteram pretermisit: cum Basis latitudo non sufficeret que res ciuitatem ignorantie cõdẽnari exhibuit. propter ambiguitatem: que orit̃ ex scriptura Num ultima dictio in nominatiuo casu: accipienda sit: an in datiuo. Nam multi datiuos sine id est scribunt. & consuetudinem reuciunt: que naturalem causam nõ habet. Post Magnesiam: est uia: que Trallis fert: habentibus mediterraneam ad sinistram. In ipsa uia: & ad dextram: est Meandri campus: qui a Lydis simul: & Caribus: & Ionibus: & Milesiis: & Myusis habitatur. pterea ab Eolibus q in Magnesia sunt. Eadem locorum ratio est Nyssam & Antiochiam usq;. Trallianorum urbs sita est in uertice quodam plano: qui promontorium natura munitum habet. cuius circuitus satis bene septus est. ea optime habitatur. & ab omnibus opulentis: si

qua alia asiaticarum urbium. Semper aliq ex Trallianis principales sunt in prouintia: quos Asiarchas uocant. e quibus Pythodorus fuit: uir ab initio Nyssaensis: postea propter claritatem eo commigrauit. & singulari cum Pompeio amicicia iunctus fuit. Is regales opes: supra duo milia talentorum: possidebat. quas a Diuo Cesare uenundatas: propterea quod Pompeii amicus fuisset: postea redemit. & filiis non minores reliquit. Huius filia est Pythodoris ponti regina: qua de in superioribus dictum est. Hic etate nostra uiguit. item Menodorus: uir doctus: alioquin: & honestus: & grauis: qui Iouis larissei sacerdotium habet. Hic a seditionibus amicorum Domitii Anybarbi uexatus fuit. Atq; ab illo interemptus: quum delatores: prodite classis eũ insimularent. Hinc clari oratores fuere Dionysocles. & postea Damasus Scombes: Trallis Abargiuis conditas dicunt: & thracibus quibusdam: a quibus etiã nomen urbi inditum est. Contigit Trallis aliquandiu sub Tyrannide esse filiorum Cratippi: circa Mithridatis tempora. Nyssa ad mediterraneam iacet. & maxima ex parte monti accumbit. & quasi biurbs est. Nam torrens quidam urbem diuidit: conuallem efficiens. Eius pars pontem impositum habet. quo ambe urbes coniunguntur: pars amphitheatro exornata est: qđ occultum torrentis excursum habet. Theatro duo insunt extrema. quorum alteri gymnasium subest iuniorum. Alteri uero forum & senaculum Campus ad austrum urbi subiacet: quenadmodum Trallibus. In uia inter Trallis: atq; Nyssam: uicus est nyssaensium: non procul ab urbe: nomine Acharaca. ubi Plutonium est: luco sumptuoso circundatum. Item Plutõis: ac Iunonis delubrũ. & antrum Charonium natura admirabile: qđ luco imminet. Tradunt egrotos: qui horum deorũ curis uacant: eo proficisci. atq; in uico Specui uicino: apud sacrorum peritos immorari: qui pro eis indormientes: curas ex insomnis captant. Hi deorum remedia inuocãtes: sepe illos in antrum ducunt. ubi tanq̃ in cauerna manentes: multos dies: & ieiuni: & quieti exudant. nonnunq̃ egrotãtes propriis insomniis intendunt: ductu & consilio sacerdotum. Locus hic ceteris pestifer est. & inaccessibilis. Acharacis sollennia quotannis fiunt. & tunc maxime: hec talia: ex iis intelligi: & audiri possunt: qui eo proficiscuntur. Tunc enim iuuenes: & ephebi: ex gymnasio nudi: & uncti: taurum quẽdam festinanter in antrũ ducũt. qui dimissus paululũ progredit̃. postea mortuus ad terram cadit. Triginta stadiis ultra Nyssam: tmolum montem superanti: in mediterraneam: ad partes australes: locus quidam: pratum uocatur: quo nyssaenses & finitimi ad festa exeũt. non procul hinc os quoddam est iisdem diis sacrum: qđ Acharaca usq; dicitur penetrare. Hoc pratum putant a poeta nominari quum dicit. Asia prata super. ostendunt Caystri & Asii cuiusdam Heroica monumenta: & Caystrum proxime fluentem. Tradunt preterea tres fratres: Athymbrum: Athymbradum: & Hydrelum: e Lacedemone profectos: urbes de suis nominibus condidisse. postea hominibus imminutis: ex illis Nyssam esse habitatam: quapropter nunc quoq; Nyssaenses Athymbrũ generis auctorem existimant. Circunstant habitationes memoratu digne. transmeandrũ quidẽ: Coscinia: & Orthosia. Citra uero Boeula: Mastaura: & Acharaca. ultra urbem in mõte sunt: Aroma: o littera correpta: unde uinũ aromẽse ex mediterraneis optimum est. uiri e Nyssa illustres fuere. Apollonius phũs Stoicus: Panetii familiaris. & Menecrates Aristarchi discipulus. & Aristodemus eius filius: quem nos in extrema eius senectute: admodum iuuenes: audiuimus. Item Sostratus Aristodemi

frater. & alius Aristodemus eius consobrinus: q magnum Pompeium erudiuit. Hinc Grammatici memorabiles fuere. At noster etiam orator fuit: qui & Rhodi: & in patria: duas scholas habebat: Mane rhetoricam: meridie grammaticam. At Rome etiam: quum magni Pompeii filios institueret: grammatice schole satisfaciebat. iam uero que transmeandrum restant: omnia ad Cariam pertinent. quo in loco Cares nō amplius immixti sunt Lydis. Sed iam per sese sunt: nisi Milesii sint: uel Myusii: qui ab ora Maritima seiunguntur. Ore initium est: Transmarina Rhodiorum regio. finis uero: posidium Milesiorum. In mediterranea autē tauri extrema: usq; ad meandrum. Nam tauri initium montes quidā dicuntur: qui supra Chelidoneas sunt. que insule in Pamphylie ac Lycie confinio iacent. Hinc enim iam taurus in altum consurgit. & reuera totam Lyciam: montanum tauri iugum: ad ulteriora: & australem partem: a Cibyraticis seiungit: usq; ad transmarinam Rhodiorū regionē. Hoc in loco montana perpetua sunt. & multo humiliora. nec amplius tauri pu/tantur. nec alia citra. alia ultra. eo qđ montiū elationes ac depressiones sparse sint. & regionis latitudo longitudini coequet. & nihil sit in edificiis simile. Tota circū/nauigatio: in sinum se inferenti: est stadiorum quattuor milium: & nungentorū. Circunnauigatio uero transmarine Rhodiorum: mille fere: & quingentorū. Rho/die initium est: locus nomine Dedala. finis uero mōs: qui Phoenix appellatur. Atq; is etiam ad Rhodiorū attinet transmarinā. In fronte iacet Eleusa insula: a rhodo distans stadiis. c. ac. xx. Inter hec a Dedalis nauiganti: ad occidentem: in rectū ore: Cilicie: & Pamphylie: ac Lycie: est sinus: sine portu: nomine glaucus. postea Arte/misium promontorium: & templum. postea Latone lucus. supra quem: & mare: ad sexaginta stadia est ciuitas Calymna. postea Caunus ciuitas & ī proximo Calbis amnis profundus: per quem res inuehuntur. Inter hec est Pisilis. urbs autē naualia habet: & portum clausum. urbi castellum in alto. imminet nomine imbrus. cū regio ualde felix sit: omnes tamen confitentur: urbem & estate & autumno grauem esse: propter estus: ac pomorum copiam. unde huiusmodi quedam narrantur: qđ Stra/tonicus Citharedus: uidens Caunios colore admodum uiridi: dixit: hoc illud esse: quod poeta inquit.

Tale quidem genus est hominum: quale est foliorum.

Quum uero illum incusarent: qđ urbem: ut morbidam: carperet: Ego inquit eam morbidam dicere ausim ubi mortui ambulant? Caunii aliquando a Rhodiis desci/uere. sed iudicantibus Romanis recupati sunt. Extat adhuc Molonis oratio cōtra Caunios. dicunt eos & Cares eandem linguam habere. uenisse autem ex creta. & p/prius uti legibus. Deinceps est Physcus oppidum: qđ portum habet. & Latone lucū. Deinde Loryma ora aspera. & mons Phoenix: omnium: qui in ea regione sunt: altissimus. in cuius summo castellū est: eiusdem nominis. ad quattuor stadia: in frōte est insula Eleusa: que octo stadium fere ambitum habet. Rhodiorum urbs super orientali promontorio sita: & portibus: & uiis: & menibus: & cetera fabrica: tantum alias excellit: ut nullam ei equalem: nedum prestantiorē: proferre ualeamus. Mira est eius iustitia: & diligentia: cum circa reliquam Rei Publice gubernationem: tum circa res nauales: qbus multo tempore mari dominata est. & piratas sustulit. & Ro/manis amica fuit. & regibus Romanorum ac grecorum amicis. Nam per eos libera mansit. & multis donis fuit exornata. quorū pars maxima in templo liberi patris:

& in gymnasio posita est. pars aliis in locis. Sed optima sunt: Iouis Collossus: quẽ qui iambum composuit: dicit: a Charete Lindio septuaginta cubitorum factum fuisse. nunc ex terremotu fractis genibus collapsum: rhodii ex causa quadam pro/hibiti: non erexerunt. hoc est ex omnibus dedicatis: optimum. & unum ex septem miraculis. item prothogenis picture: ialisus scilicet ac Satyrus: iuxta uolumnã stãs. super columna perdix erat ad quem ita homines hiabant: cum nuper tabula esset posita: ut illum solum admirarentur. Satyrum uero contemnerent: q̃q̃ perfectis/simum opus. Augebant admirationem perdices mansueti: qui a nutritoribus allati: & contra pictos appositi: canebant ad picturam. & congredi gestiebant. Proto/genes uidens rem p̃ter opinionẽ euenisse: edituos rogat: ut se auem delere p̃mittãt. qđ & ita est factum. Rhodii plebis curam habent. non tamen a plebe gubernant̃. sed retinere pauperũ multitudinẽ uolunt. Plebs itaq; ab eis nutritur. Nã diuites patria quadam consuetudine pauperes accipiunt. Pauperes uero ab illis enutriti: munera quedam ciuitatis peragunt. Vnde simul & ipsi uictum habent. & ciuitas necessariis ministeriis non fraudatur. presertim ad res nauales. Naualium quedam multitudini occulta sũt: & secreta: qđ siquis introspexerit: ingressusue fuerit: capite plectitur. Hoc in loco: quenadmodum massilie: & Cyzici: summum studium fuit circa architectos: & instrumenta: & armorum: & aliarum rerum: armamentaria. Rhodii aũt sũt dores: queadmodum Halicarnassei: & Gnidii & Coi. Nam ex do/ribus: qui post Codri obitum magna condiderunt: alii ibi remãsere. alii cum Althe/mene argiuo Colonie in cretam misse participes fuerunt. Alii in Rhodum sunt dispartiti. atq; in eas urbes: quas pauloante memorauimus. Sed hec q̃dẽ posteriora sunt iis: que ab Homero traduntur. Gnidus enim & Halicarnassus nondum erant. Rhodus autem & Cos erant. & ab Heraclidis habitantur. Quare Tlepolemus in uirum adultus:

Mox patris ipse sui carum interfecit auunclum:
Iam Senio affectum: longoq; Lycimnion euo.
Hinc populis secum iunctis: & classe parata:
In rhodon aufugit: magnis erroribus actus.
Vrbibus ex illo iam culta est insula ternis.
& urbes nominat: que tunc erant. ut
Lindon: Ialysonq; dein: claramq; Camiron.

Cum Rhodiorum urbs ita fuerit habitata: nusq̃ Dores nominat. sed eoles ac bo/etios innuit. Siquidem ibi erat Herculis: & Lycimnii habitatio. quod si ut nõnulli autumant: Tlepolemus e Tirynthe: & argis p̃fectus est: hoc modo non est eolica colonia que inde uenit. nam ante Heraclidarum reditum: id factum est. item

Antiphus at Coos ducit: cum fratre Phidippo
Thessalici generis: natiq; Heraclidis: ambo

Nam hi potius ex eolico genere uidentur esse: q̃m dorico. Rhodus prius dicta est Ophiusa: & stadia. postea Telchinis. eo qđ Telchines insulam incolerent: quos nõ/nulli fascinatores: & maleficos dicunt: qđ stygiam aquam animalibus & stirpibus: perniciei gratia: inspergerent. nonnulli contrarium sentiunt. qđ artibus prestantes: a similibus artificibus inuidia haberentur. unde hanc infamiam sũt assecuti. & p̃mũ: ex creta in Cyprum uenerũt. postea in rhodum. & primi ferrum: & es operati sũt. Nam & Harpem Saturno fecerunt. Sed quanq̃ de iis prius dictum est: idcirco tñ

fabulosa repetimus: ut siquid pretermissum est: suppleatur. post Telchinas: dicunt Heliadas insulam hanc habitasse. ex quorum uno Cercapho scilicet ac Cydippe: filii procreati sunt: qui urbes de suis nominibus condidere.
Lindon: Ialysonq; dein: claramq; Camiron.
Quidam Tlepolemum putant eas condidisse. nomina uero nonnullis earum de nominibus filiarum Danai imposita fuisse. Noua autem urbs circa tempora rerum Peloponnesiacarum condita est ab eodem: ut fertur architecto: a quo pireus factus est. quanquam is nunc non manet: a Lacedemoniis labefactus: qui prius crura eius destruxerunt. & a Sylla Romanorum imperatore. De Rhodiis quoq; hec tradunt. quod non solum ex quo noua urbs habitata est: in mari fortunati fuerunt: Sed etiam multis annis ante quam olympica instituerentur ad hominum salutem nauigabant. unde & usq; in Iberiam profecti: ibi rhodum condiderunt: postea a Massiliensibus occupatam. apud opicos uero Parthenopem. apud Daunios cum Cois Elpias. quidam post captam troiam dicunt insulas gymnasias ab eis habitatas. quorum maiorem Timeus ait maximam esse post septem. Sardiniam. Siciliam. Cyprum. Cretam. Euboeam. Cyrnum. & Lesbum. sed nequaquam uera dicit. Nam alie inueniunt longe maiores. dicunt exercitantes a phoenicibus balearidas appellari. unde & gymnasias: balearidas dictas esse. ex rhodiis nonnulli circa Sybarim habitauerunt, prope Chaoniam. Poeta testari uidetur Rhodios ab antiquo felices fuisse. Iam inde a prima trium urbium origine: ut
Vrbibus ex illo iam culta est insula ternis
Cara Ioui tellus: hominum regi: atq; deorum.
Quiq; & opes illi multas effudit. & amplas.
Quidam hunc uersum ad fabulam reduxerunt: dicentes aurum in insula pluisse: quum Pallas: e Iouis capite nata est: ut Pindarus inquit. Hec insula ambitum habet stadiorum nungentorum ac uiginti: nauiganti ab urbe: & insulam a dextris habenti: prima est Lindus: que in monte sita: ad meridiem spectat: presertim Alexandriam uersus. Ibi Palladis Lindie insigne templum est: danaidum opus. Lyndii in initio per sese erant: quenadmodum Camirenses: & Ialysii. Postea omnes Rhodum conuenerunt. e Lindo fuit Cleobulus unus ex septem sapientibus. Post Lindum est locus quidam nomine Ixia. & Mnasyrium. deinde Atabyris mons omnium: qui in ea sunt: altissimus. Ioui Atabyro sacer. deinde Camirus: deinde Ialysus uicus: supra quem arx est nomine Ochyroma. Deinde ad stadia octoaginta est Rhodiorum ciuitas. Inter hec est Thoantium acta: in cuius fronte sunt Sporades insule: circa Chalciam iacentes. de quibus antea fecimus mentionem. Hinc multi memoratu digni exciterunt: & imperatores: & pugiles: e quibus sunt Panetii philosophi progenitores. Circa res ciuiles autem & philosophiam: & artes liberales Panetius ipse: & Stratocles: & Andronicus: peripateticus. & Leonidas Stoicus. Ac prius etiam Praxiphanes: & Hieronymus: & Eudemus. Possidonius: quanquam Rhodi uixit: & Sophisticam exercuit: fuit tamen Apamiensis ex Syria: quenadmodum Apollonius Malacus: & Molon: Nam hi alabandenses fuere. & Meneclis oratoris discipuli. Sed prius Apollonius rhodum profectus est: tandem etiam Molon. ad quem ille inquit. tandem Molon: id est profectus es. Item Pisander: qui Heracliam scripsit: poeta rhodius. & Simias grammaticus. & Arostocles qui nunc est. item Dionysius Thrax: & Apollonius qui argonautas composuit: Alexandrini quidem fuere. rhodii tamen uocati

sunt. De rhodo satis dictum est. rursum Carie ora que post rhodum est: ab eleűte & Lorymis: flexum quendam habet: ad aquilonem. deinceps recta nauigatio est: usq; in proponticidem: quasi quandam meridianam lineam faciens quinq; milium fere stadiorű. Hic est reliqua Carie pars. & Iones: & Eoles: & troia. & que ad Cyzicum Byzantiumq; pertinent. Post Loryma: est Cynosema: & Syma insula. postea gnidus: que portus duos habet. quorum alter clausus: est triremibus aptus. Item nauale nauium uiginti: In fronte est insula: que septem stadium ambitum habet: Theatralis: & alta. & aggeribus iuncta continenti. faciens Gnidum: quodã modo biurbem. Nam maxima eius pars insulam habitat: ambos portus contegẽtem. iuxta eam est Nisyrus in pelago. Viri e gnido memorabiles fuere: primum Eudoxus mathematicus: Platonis sodalis. postea Agatharchides peripateticus: uir historicus. etate nostra Theopompus Diuo cesari familiaris. & qui apud eum maxime potest. Item Artemidorus eius filius. Hinc Ctesias fuit: qui Xerxem medicatus est. & res Syriacas: & Persicas conscripsit. Post Gnidum est Ceramus: & Bargasa: oppida supra mare. deinde Halicarnassus: principum Carie regia: que prius zephyra dicebatur. Hoc in loco est Mausoli sepulchrum: unum ex septem spectaculis: quod illi Artemisia uxor construxit. item Salmacis fons: nescio q̃mobrem calumniatus: tanq̃ emolliens eos: qui inde bibant. hominum enim mollicies uidetur ab aere: uel ab aqua causam trahere: cum ea minime sint causa mollitiei. sed diuitie & uictus incõtinentia. Halicarnassus arcem habet: & in fronte Arconnesum. Halicarnassum cum alii habitauere: tum etiam: Anthas cum Troezeniis. ex ea fuere Herodotus historicus: quem postea Thurium uocauerunt: eo q᷑ particeps fuisset Colonie in Thurios misse. Item Heraclitus poeta Callimachi sodalis. etate autem nostra Dionysius historicus. Hec ciuitas aduersa fortuna usa est: ut ab Alexãdro capta. Nam Hecatomnus Carie rex: tres habuit filios: Mausolum: Idryeum: et Pyxodarum. & filias duas: e qbus Artemisia grandior: Mausolo ex fratribus grandiori nupsit. secũdo uero id ẽ Idryeo altera soror data est: nomine Ada. Mausolus itaq; regnauit. quo mortuo: uxor imperiũ habuit. que illi sepulchrum construxit. Artemisia tabe consumpta: propter luctum: quem ex uiro susceperat: Idryeus imperauit. atq; huic etiã ex morbo absumpto: uxor successit. At Pixodarus: q reliquus erat ex filiis Hecatomni: hanc eiecit. Et quum Persicarum partium esset: Satrapẽ ad imperii communicationem acciuit. Eo uita functo: Satrapes Halicarnassum tenuit. & aduentantis Alexandri obsidionem sustinuit. Hic Adam que filia erat Pixodari: ex Aphnide muliere Cappadocissa: in uxorem habebat. Ada uero Hecatomni: quam Pixodarus eiecerat: Alexandrũ orat: simulq; exorat: ut se in amissũ regnum restituat. pollicita se ad ea opitulaturam: que defecerant. dicens eos: qui ea tenebant: sibi domesticos esse. simulq; Alexandro Alinda tradit: ubi ipsa immorabatur. Alexander rem probat. atq; eam reginam facit. Capta autem urbe arcem mulieri obsidendam dat. Erat enim duplex. paulopost arx capitur: quum iam obsidio in tedium: indignationemq; uenisset. Deinceps est Termerium Myndiorum promontorium. cui opponitur Candaria Coum promõtorium: distans a cõtinẽti stadiis quadraginta: supra Coum promontorium. est locus quidam: nomine Termerum. Coorum urbs antiquitus Astipalea uocabatur. & ĩ alio loco habitabatur: ad mare. postea propter seditionem inde migrauere in urbem: que nunc est: iuxta Scandalium. & mutato nomine eam Con: sicut insulam appellauerunt. Hec urbs

non magna est: sed optime oim habitata. & aspectu iocundissima usq eo nauigāt. Insule magnitudo est: ad quingenta & quinquaginta stadia: tota fertilis. & quē/admodum Chius: & Lesbus: optimo uino abundans. Ad austrum est promōtoriū nomine Laceter: a quo in Nisyrum sunt stadia sexaginta: iuxta Laceteriū locus est quidam: Halisarna. Ab occidente est Drecanum: & uicus: nomie Stomalimna. hoc distat ab urbe stadia ducenta. Laceter uero trigintaquinq; stadiorum longi/tudinem nauigatione comprehendit. In suburbano est Esculapii templum: ualde insigne. & multis donis opulentum. In quibus est Antigonus Apellis. Inerat. etiam uenus nuda que nunc Diuo cesari Rome dicata est. Nam Augustus eam patri posuit: ut generis parentem. Dicunt pro ea pictura: remissa etiā Cois centum ta/lenta: ex imperato illis tributo. Dicunt etiam Hippocratem ex curis sibi dedicatis: exercuisse que ad medici uictus rationem pertinent. Viri Coi illustres fuerūt. hic ipse: de quo diximus. Item Simus medicus. Philetas poeta simul: ac iudicialis. etate autem nostra Nicias. q Coorum Tyrannus fuit: & Ariston peripatetici: auditor: & eius heres. Hinc fuit Theomnestus uir clarus i administranda Rei Publice nicie emulus. in ora continentis: prope Myndium agrū est Astypalia promontoriū: & zephyrium. Deinde Myndus: que portū habet. deinde Bargylia ciuitas. Inter hec est Caryanda lacus: & insula: eodem nomine. quā Caryandenses habitauere. Hinc fuit Scylax antiquus, rerum conscriptor. Prope Bargylia est Diane Cindyadis tē/plum: qd circūplui credunt. fuit olim etiam locus quidam Cindya nominatus. Ex Bargyliis fuit uir clarus: Protarchus Epicurius: preceptor Demetrii: qui Lacon appellatus est. Deinde est Iassus: in insula: que cōtinenti adiacet. ea portum habet. qui hinc sunt: magna ex parte: uictum ex mari captant. Ea enim regionem ste/rilem quidem habet. at piscosam. unde & huiusmodi quedam de ea narrant. quod quum Citharedus quidam: artem ostentaret: audirentq; eum Iassii omnes: qprimū tintinnabulum increpuit uendendorum piscium signum: illico omnes relicto Ci/tharedo: ad pisces dilapsi sunt: preter unum surdastrum. Citharedus itaq; propius ad illum accedens: o homo inquit gratias tibi ingentes habeo: cum propter musice studium: tum propter honorem erga me. Nam ceteri qprimum tintinnabulum in/crepuit: omnes abierunt. Ille: quid ais inquit: num iam tintinnabulum sonuit? qui quum affirmaret: At tibi bene sit inquit: & surgens ipse etiam digressus est. Hinc fuit Diodorus dialecticus: cognomento Cronus: in initio quidem falso. nam Apol/lonius eius preceptor Cronus dicebatur. sed propter ueri Croni obscuritatē: nomen in Diodorum translatum est. Post Iassum: est Milesiorum posidium. in mediter/ranea sunt tres urbes: memoratu digne. Mylasa. Stratonicia: Alabāda. Cetera uero: uel harum: uel Maritimarum sunt castella. e quibus est amizon. Heraclia. Euro/mus & Chalcetor. sed de his parua mentio. Mylasa in campo iacent admodū fertili. Ei supra uerticem mons imminet: in quo albus lapis effoditur. nō parua profecto utilitas est: cum ad cetera edificia: tum ad templorum: & aliorum publicorum ope℞ fabricas: lapidatiam copiam habere. Hec enī urbs & porticibus & templis pulcher/rime instructa est: si qua alia. Sed mirandum profecto est: quomodo urbem tam temere: erecto & accliui precipitio subiecerunt. Vnde dux quidam rem admiratus: dixisse traditur: qui hanc urbem condidit: si non semper metuebat: nec etiam eru/bescebat. Mylasii duo Iouis templa habēt. eius qui Osogo: & eiusq Labrundenus uocatur. sed alterum quidem in urbe. Labrunda est uicus in monte: procul urbe

iuxta transitum: qui ex Alabandis Mylasa est. in hoc uico est peruetustum Iouis militaris templum: ac statua: a circũuicinis: & a Mylasiis cultum: uia ẽ p sexaginta fere stadia: usq; ad urbem instrata: nomine sacra: per quam sacrorum pompa mitti/tur. Sacerdotes nobilissimi ex ciuibus eliguntur. Iiq; per totam uitam. Atq; hec quidem ad urbem pertinent. Tertium est templum Iouis Carii. Caribus omnibus commune: quo etiam Lydi: ac Mysi: tanquam fratres participant. Tradunt eam olim uicum fuisse: patriam ac regiam Carũ. & Hecatomni. Hec urbs iuxta Phys/cum est: mari proxima: in quo Mylasii portum habent. Ea etate nostra uiros ha/buit memoratu dignos: Rhetores simul: & oratores: Euthydamum. & Hybream. Euthydamus cum ingentes opes a maioribus suis accepisset: ipse & dicẽdi facultatẽ: & gloriam addidit. & non solum in patria magnus fuit. sed etiam in Asia primos honores adeptus est. Hybree uero: ut ipse narrare in schola solebat: & ciues id cõ/fitebantur: pater mulum lignarium: & mulionem reliquit: A quibus aliquandiu enutritus est. postea Diotrephe Antiocheno audito: reuersus est. atq; sese edilitati tradidit. in qua quidem aliquandiu inuolutus: & non multa lucratus: ad gubernã/dam Rem Publicam sese contulit: ac forum secutus: cito creuit: & in admiratione maxima habitus ẽ. uiuente adhuc Euthydamo. sed maxime mortuo illo: ciuitatis compos fuit. Nam ille dum uiueret multum amabat: cum simul: & potens esset: & utilis in Re Publica ut etiam siquid in eo tyrannici inesset: id Rei Publice utilitate compensaretur. Quare illud Hybree dictum uehementer laudatur. qđ ipse ex/tremo in contione dixit. Euthydame malum es ciuitatis: pernecessarium. Nam nec tecum uiuere possumus. nec sine te. Quum itaq; plurimum creuisset: & optimum se ciuem: & oratorem exhibuisset: ad extremum errauit: contra Labienum: cõtraria: atq; alii in Re Publica sentiens. Nam ceteri illi cum armis: & perthorum sotietate aduentanti: cesserunt: Iam perthis Asiam obtinentibus: utpote inermes: & pacati. Zeno autem Laodicenus: & Hybreas oratores: non cessere. sed ciuitates suas ad de/fectionem perduxerũt. Hybreas quoq; adolescentem stultitia plenum: & irritatu facilem: dicto quodam instigauit. Nam quum ille se perthicum imperatorem ap/pellaret: Atqui & ego inqt: meipsum Caricũ imperatorẽ dico. quo dicto Labienus impetum in urbe fecit. quum iam legiones: que in Asia erant: instructas haberet. Ipsum tamen non cepit: cum rhodum secessisset. domum uero eius demolitus est: fabrica sumptuosa instructam. atq; diripuit. Vrbem quoq; totam labefactauit. Sed quũ Asiam reliquisset: Hybreas reuersus: se atq; urbem reparauit. ac de My/lasis qdem hactenus. Stratõicia est Macedonum habitatio. ea sumptuosis fabricis a regibus fuit exornata. In agro Stratonicensi sunt duo templa. apud Langina templum Hecates nobilissimum: ubi festa maxima quotannis celebrantur. Prope urbem est Iouis Chrysaorei templum: Caribus omnibus commune: quo illi sacrifi/caturi: & de cõmunibus rebus deliberaturi: cõueniunt. qui conuentus Chrysaoreus uocatur: ex uicis constans. ubi qui plures uicos afferunt: ii in suffragiis antecellunt: quenadmodum Ceranulenses: Stratonicenses quanq̃ non sunt Caici generis: con/uentu tamen participãt. Ex Stratonicia uir fuit memoratu dignus: tẽpore patrũ nostrorum: Menippus orator: cognomento Catocas: quem supra omnes Asiaticos oratores: a se auditos: Cicero laudat. Vt ipse in quodam loco refert: quum eum Xenocli comparat: & iis: qui illius etate floruerunt. Est aliud oppidum nomine Stratonitia: tauro monti adiacens. Alabanda urbs duobus montibus subiecta est:

ita dispositis: ut Ciste inuerse aspectum exhibeant. Vnde Apollonius molocus: ob hoc: & multitudinem Scorpionum: ciuitatem carpens: dixit: eam esse cistā inuersā: Scorpionibus plenā. Nā ea: & Mylasia: ac tota intermedia montana regio huius/modi bestiis abundant. Alabanda homines molles: & suffitos habet: & psalterias multas. hinc uiri memorabiles fuere: duo fratres oratores: Menedes: cuius paulo añ mentionem fecimus. & Hierocles. Item Apollonius & Molon: qui rhodum migra/uerunt. Sed cum multa de Caribus dicta sint: id quod inter omnes constat: est: qđ ipsi sub Minoe fuerunt. & tunc leleges dicebantur. & insulas habitabant. Postea facti sunt continentis habitatores. multumq; maritime ore & mediterranee occu/parunt. Ea prioribus habitatoribus adimentes: qui & ipsi magna ex parte leleges erant. & pelasgi. Rursum iis greci partem abstulerunt: iones scilicet ac Dores. quod autē circa rem militarem fuerint studiosi: inditiū capiūt: Lora: Cristas: & insignia cetera. omnia enim Carica dicuntur. unde & Anacreon ait.

Nectite bene compactum Carie Lorum.

Manum insertantes. Alceus quoq; dicit.

Caricam quatiens Cristam.

sed quum poeta sic dicat:

Barbarici Caras Mesthles sermonis agebat:

Ratione caret. quomodo enim solos Cares: barbari sermonis dixit: cū tot barbaras nationes nosset. barbaros autem nunquam. sed nec Thucydides recte: qui ait: ideo non dici Barbaros: quia nondum Greci illis contrarii uno nomine respondebant. Tunc enim nondum greci uocabantur: quod tamen Poeta ipse falsum esse con/uincit: cum dicat

Huius apud grecos: mediumq; & clara per argos

Fama uiri. Item

Si te per grecos: si te oblectare uel argos

Per medium uelis.

Quod si barbari non dicebantur quomodo bene poterant barbarici sermōis dici? quapropter nec hic recte: nec Apollodorus grammaticus: qđ communi nomine ꝓ/prie: & contumeliose: contra Cares utebantur. & maxime Iones: qui eos oderant: propter inimicicias: & continua bella. Hoc enim modo barbaros dici oportebat. Sed nos querimus quare eos barbarici sermonis appellat. Barbaros uero nunquā. Quia plurale inquit in metrum non uenit: Idcirco barbaros non dixit: hic pro/fecto casus in uersum non uenit. at nominatiuus ingreditur: quenadmodum apud Homerum: Dardani: & Lycii: & Troii: ac talia permulta. nec quia Carie lingua breuissima sit: quod nō est. Nam ea ꝑmulta greca nomina admixta habet: ut Phi/lippus testatur: Caricarum rerum conscriptor. Sed ego arbitror ab initio cōficto nomine: eos barbaros appellatos: qui difficulter: aspere ac duriter loquerentur: ut blesos: balbosq; dicimus. Sumus enim ad confingenda cognata rebus nomina inge/niosi. qualia apud nos ꝑmulta sunt. ut murmur: Clangor: Strepitus: Crepitus. uox quorum plurima iam proprie proferuntur. Omnes itaq;: qui crasse loquuntur: Barbari dicuntur. quales sunt nationes omnes preter Grecos. quare illos proprie barbaros appellauit. ac in initio quidem per conuitium quasi duriloquos: & crassi/lingues. postea uero eo nomine abusi sumus tanq̄ communi: ac gētili: distinguētes eos a grecis. Nondum enim multa consuetudo & commertium erat cum Barbaris:

quod ex crassitudine linguę: & quadam uocalium instrumentorum ineptitudine: & nõ ex linguarũ uernaculis prouenie bat. Alia quedam: & quasi barbara loquẽdi prauitas: in lingua nostra uidebatur: siquis non perfecte greca pronuntiaret: sed ita nomina proferret: quenadmodum barbari solent: qui ad Grecam dictionem introducti: expedire linguam non possunt: quenadmodum nec nos illorum orationem: quod apprime Caribus contigit. Nam alii non multum cum grecis diuersabantur. nec grece uiuere: nec eorum dictionem ediscere: pertẽtabant: nisi parari admodum: ac fortuito uir uiro congredientes. Nam Cares per totam greciam errauerunt: stipendia merentes. quare barbari ex illo sunt appellati: ex quo in gretiã militarunt. ac postea q̃m apud insulas habitarunt: id multũ in eis eminuit. Inde in Asiam profecti: nec ibi sine grecis uiuere potuerunt. Nam Iones cum eis ac Dores traiecere. ab eadem quoq; causa barbarismus dictus est. eum enim in his dicere cõsueuimus: qui male grecissitant. non autem in iis: qui Carice loquuntur. Sic etiam barbariloquos: & barbari sermonis homines: eos accipere debemus: qui male greca pronuntiant. Carico autem more barbarismum ad grece orationis artem transtulerunt. & Soloecismum: siue id nomen a solis ductum sit: siue alio modo. Scribit Artemidorus a Physco: que est transmarine Rhodiorum regionis: usq; Langina: Ephesum euntibus: esse stadia octingenta. & quinquaginta: usq; Trallis centum ac uiginti: Alie Trallis sunt Meandrum transeunti: in medio fere itinere: ubi sũt carie fines. Atq; a Physco in Meandrum: secundum uiam: que Ephesum fert: eueniunt omnia mille & centum & octoaginta stadia. Rursum deinceps a Meandro Ionie longitudo est: eandem uiam peragenti a flumine quidem usq; Trallis: octoginta. Inde Magnesiam usq; centum & quadraginta: Ephesum usq; centum ac uiginti. Smyrnam usq; tricenta & uiginti Phoceam usq;: & Ionie fines pautiora ducentis quare recta Ionie longitudo erit hec: uel paulo supra octingenta. Sed quoniam communis quedam uia trita est omnibus ex Epheso in orientem proficiscentibus: Atq; hac itur Carura Carie confinium: Phrygiam uersus: per mediam Magnesiã: ac Trallis: & Nyssam: & Anthiochiam: septingẽtorum & quadraginta stadiorum: De hinc Phrygia est: per ipsam Laodiceam: & Apamiam: & Metropolim: & Chelidonias. quare ex Caruris usq; in pretermontane initium est Holmos: sũt stadia circiter nungẽta ac uiginti: usq; in pretermontane finem: qui est Tyriarium: Lycaoniam uersus: per ipsum Philomeliũ: paulo plura quingentis. Postea e Lycaõia: Coropassum usq;: per ipsam Laodiceam ex uste octingenta & quadraginta: Ex Coropasso Lycaonie usq; Garsaura oppidum Cappadocie: in finibus eius situm: centum ac uiginti hinc usq; Maxaca Cappadocũ Metropolim: per loca Soandũ: & Sandacora sexcenta: & octoaginta. Hinc ad Euphratem usq; Tomisum: Sophine locum: per oppidum Erpha: mille & quadrigenta & quadraginta: que uero e directo his sunt: usq; in Indiam: eodem modo apud Artemidorum se habent: quo & apud Eratosthenem. Polybius autumat de his que ibi sunt: illi credendum esse. Incipit autem a Samosatis Commagene: que iuxta transitum: ac pontem iacet. a Cappadocie uero finibus: qui circa Tomisum sunt: taurũ superanti: usq; Samosata: dicit esse stadia quadringẽta & quinquaginta: deinceps post ulteriorẽ rhodiorum transmarinam: cuius confiniũ sunt Dedala: ad origentem solem nauiganti: Lycia est: usq; in Pamphyliam. postea Pamphylia: usq; in Ciliciam Tracheam. Postea hec regio: usq; in alteram Ciliciam que circa Issicũ sinum est. He sunt Cherõnesi p̄tes:

cuius Isthmum diximus esse iter ab Isso Amisum usq; uel Sinopem: ut quibusdam placet. Regio uero extra taurum in angusta ora est: que a Lycia tendit usq; ad loca solis uicina: que ciuitas nunc Pōpeiopolis dicitur. postea Issici sinus ora: a Solis & Tarso incipiens: iam in campos pāditur. quare quum hanc lustrauerimus: tota nimirum Cheronnesus erit peragrata. postea ad alias Asie partes ultra taurum ꝓgrediemur. postremo Libyca exponemus. post Dedala itaq; Rhodiorum mons est Lycie que etiam Dedala nominatur. Ab eo sumit initium tota Lycie preternauigatio: que est mille & septingentorū ac uiginti stadiorum. aspera sane: ac difficilis. sed bene portuosa: & ab hominibus temperantibus habitata. Quoniā huius regiōis natura. Pamphylis: & Cilicibus Trachiotis proxima est. Sed illi his locis ad latrocinia usi sunt: Piraticam exercentes: uel portus: & uendende prede forum Piratis exhibentes. apud Sidā Pamphylie urbem: Cilices nauigia faciebant. ibiq; captiuos sub hasta uenditabant. non diffitentes eos liberos esse. Lycii adeo ciuiliter & continenter uixerunt: ut cum feliciter usq; in Italiam mari dominarent̄: tamē in nullo unquam turpi lucro sese extulerūt: secundum patrie morem: in Lyciaci cōuētus administratione permanentes. Sunt autem uiginti & tres urbes: que in suffragiis dandis participant. & ex quaq; ciuitate in commune collegium conueniunt. Id decernentes qd̄ pars maxima comprobarit. maximarum ciuitatum unaqueq; ferre pōt tria suffragia. medie duo: Cetere unū. Sic etiam ꝓportione tributa pendunt & alia muniere Artemidorus auctor est sex esse maximas. Xanthum. Patara. Pinara. Olympum. Myra. Tlon secundum situm Cibyrorum iacentem. In collegio primum eligitur Lycie prefectus. Post alii urbium magistratus. Iudicia in communi fiunt. Hi prius de bello: de pace: de sociis: consultabant. nunc id eis non licet. sed in Romanorum situm est potestate. nisi illi permiserint. uel illis ipsis expediat. Eodem modo & iudices: & magistratus: proportione suffragiorum: ex unaquaq; ciuitate capiuntur. Hi cum adeo iuste uiuerent: liberi apud Romanos fuerunt. & patria habuere. & piratas uiderunt funditus deletos. primum a Seruilio Isaurico: quo tempore ille Isaura cepit. postea a Pompeio magno: qui supra mille & tricēta nauigia concremauit. Eorum uero habitationes excidit. ex hominibus qui in ꝑlio superfuere: alios in urbem solos deduxit habitatum: quam ille Pompeiopolim appellauit. alios Didymenam hominibus effetam: que nunc: Romanorum ē colonia. Sed poete: maxime tragici: nationes confundunt. qui quenadmodum & Troes: & Mysos: & Lydos: Phrygas appellant: ita & Lycios Cares. Post Dedala Lyciorum montem: in proximo sequitur Telmesus oppidum Lyciorum: & Telmesis promōtorium: quod portum habet. hūc locum Eumenes in bello Antiochico: a Romāis accepit. Sed sublato regno: Lycii eum locum receperūt. Deinceps est Anticragus mons erectus. in quo est Carmylesus: locus in cōualle iacens. Post hunc ē Cragus: qui promontorio octo habet. & urbem eiusdem nominis. Hic fabulas de Chimere montibus confingunt. est etiam non procul hinc conuallis quedam nomine Chimera a littore porrecta. in mediterranea Crago subiacent Pinara: una ex maximis Lycie ciuitatibus. Hoc in loco Pandarus colitur: eodem nomine fortasse quo et Troianus: Ut

Qualis Pandarei Chloreis pulchra puella.

Nam & hunc ex Lycia dicunt. deinde est xanthus fluuius: quem priores Sirbim uocabant. Ad decem stadia lembis nauiganti: est Latone templum: ultra quod ad

sexaginta stadia: est Xanthus una ex maximis Lycie ciuitatibus. Post Xanthum: est Patara. & ipsa maxima ciuitas. Patari opus. que portũ habet: & tẽpla plurima. Ptolemeus Philadelphus: eam augens: Lyciacã Arsinone nominauit. sed antiquũ nomen obtinuit. Postea ad stadia uiginti supra mare est Mycra: in sublimi colle sita. postea Lorymi fluminis ostia: ascendenti stadia uiginti pedestri itinere: ẽ Limyra oppidũ. in ipsa preternauigatione sunt portus: & insule multe: quarũ maxĩa est Cisthene. & urbs eiusdem nominis. in mediterranee sunt loca Phellus: & Antiphellus: & Chymera: de qua supra fecimus mentionem. Postea. Hiera ꝓmontoriũ. & Chelidonie insule tres: aspere sane: & magnitudine equales: ad stadia qnq; inter se distantes. a terra autem stadiis sex distant. earum una stationem habet. sunt qui putent taurum initium capere hinc: propterea qđ promontorium altum est. & a pisidicis montibus Pamphylie imminentibus descendit. & ꝓpter insulas que in frõte site: insigne signum in mari habent: in fimbrie modum. Sed reuera a Rhodiorum transmarina: Pisidiam uersus: montana regio perpetua est: que etiam Taurus appellatur. Chelidonie autem ad Canopum uergere uidentꝰ. traiectus ipse quattuor milium stadiorum dicitur. ab Hiera uero promõtorio: olbiam usq;: reliq̃ stadia sũt tricẽta & sexagintaseptẽ in his est Crambusa: & Olympus ciuitas maxima. & mõs eiusdem nominis: q Phoenicus uocatur. Postea Corycus littus. postea Phasilis: que portus tris habet. ciuitas insignis. & lacus. imminet ei mons: nomine Solyma. & Telmisus pisidica ciuitas angustis adiacens: per quas in Milyadem transitur. propterea Alexander quum angustias aperire uellet: eam cepit. Ad mare circa Phasilidẽ sunt angustie: per quas Alexander exercitum duxit. Est etiam mons nomine Climax: Pamphylio pelago adiacens. is transitum arctum in littore relinquit: q mari tranquillo nudatur adeo: ut iter facientibus peruius sit. pelago autem affluente undis contegitur. Transitus per montem cum arduus est: cũ etiam prolixus. quapropter in tranquillitatibus littore utuntur. At Alexander in hyemem incidens: & maximam partem rerum suarum fortune permittens: prius q̃ fluctus redierit: mouit. et tota die contigit: ut iter in aqua faceret: tenus umbilico. Hec urbs etiam Lyciaca est: in montibus sita: qui Pamphyliam spectant. ea cum Lyciis non communicat. sed per se est. Poeta Solymos diuersos facit a Lyciis. Nam Bellerophontes a rege Lyciorum missus:

Hic Solymis iterum prestantibus intulit arma.

Quod uero Lycios prius Solymos uocatos dicũt: postea Termilas: ab iis qui cum Sarpedone ex creta uenerũt: postea Lycios a Lyco: Pandionis filio: qui cum a propria terra exisset: in regni partem a Sarpedone acceptus est: cum Homero nõ concordant. At qui dicunt eos a poeta Solymos dici: qui nunc Milies appellantꝰ: melius sentiunt. Sed de his iam diximus. Post Phasilidem est olbia: Pamphylie initium: ingens sane munitio. postea est is qui Cataractes appellatur. Amnis multus: & torrentis more impetuosus: ab alta petra descẽdens: adeo ut longissime strepitus exaudiatur. Postea urbs Attalia de nomine Philadelphi dicta: qui eam condidit. & in Corycum oppidum transtulit: habitationem finitimam: & paruo ambitu cõprehensam. Dicunt inter Phasilidem: & Attaliam: Thebam: Lyrnessumq; ostẽdi. Nam ut Callisthenes refert: troiani Cilices ex Thebano campo in Pamphyliam exierunt. Postea est flumen Cestrus: quem ad stadia sexaginta nauiganti: perga ciuitas est. cui proximum est in loco edito Pergee Diane fanum. ubi quotannis

festa celebrantur. Deíde ad stadia q̄draginta supra mare: est urbs alta: que a pgeis
conspici potest. deinde lacus ingens: nomine Capria. deinde Eurymedon flumen.
qd' adnauiganti stadiis sexaginta est urbs Aspendus satis populosa: quam argiui
condiderunt. Vltra eam est Petruli fluus: postea alius fluuius: & multe in fronte in/
sule. Postea Sida Cumanorum colonia: que Palladis templum habet. proxima ē
minorum Cibyrensium ora. postea Melas amnis: & statio. Postea Ptolemais urbs.
Postea Pamphylie fines: & Coracesium Cilicie trachee initium. Tota Pamphylie
preternauigatio est. vc. & quadraginta stadiorum. Herodotus auctor est Pam/
phylos ex sociis esse Amphilochi: & Calchantis: mixtis sane hominibus: qui ex troia
sunt t secuti. atq; ex iis alios hic remansisse. alios in alia loca fuisse dispersos. Callinus
dicit Calchantis obitum: apud Clarum fuisse. Gentes uero: que cum eo erant: tauꝝ
cum mopso transgressas: partim in Pamphylia remansisse. partim in Ciliciam: Si/
riamq; usq; in Phenitiam dispartitas. Cilicia que extra taurum est: diuidit̄ i Ciliciā
Tracheam: & Campestrem. Trchea oram maritimam perāgustam habet. & nullū
uel raro locum planum. Ei taurus imminet male habitatus: usq; ad latera Borealia:
que circa Isauria sunt: & Homonades: usq; in Pisidiam. eadem trachiotis dicitur. &
incole Trachiote. Campestris uero: a solis: & Tarso: Issum usq; pertendit. Ei ad Bo/
reale tauri latus Cappadoce adiacent. Hec regio: magna ex parte: campis & locis
optimis abundat. Sed quoniam ex his quedam intra taurum sunt. quedam extra:
de interioribus deíde est. de exterioribus admodo dicemus: a Trachiotis incipiētes.
primum itaq; Cilicie castellum est Coracesium: in perra prerupta positū: quo Dio/
dorus cognomento: Tryphon receptaculo usus est: quo tempore Syriā a regibus
desciré fecit: aduersum quos bellum gerebat: interdum secundo aduentu: interdum
aduerso. Hunc Antiochus Demetrii filius: in quodam loco inclusum: ad sui ipsius
internectionem compulit. Vt autem Cilices pirate fierent: causa fuit Tryphon &
regum ignauia: qui tunc Cilicie: ac Syrie: ex successione imperabant. Nā ad illius
nouitatem: & alia permulta innouata sunt. & fratres inter se dissidentes: regionem
adorientibus subditam effecerunt. Sed maxime lucrifica mancipiorum exportan/
dorum licentia: ad malefitium adhortabatur. que & facile capiebantur. Ac Delus:
que nō admodum procul aberat: Emporium magnum: & pecuniosum exhibebat.
Ea. n. multa mācipioꝝ milia: & recipere: & emittere eadē die poterat. ex quo pro/
uerbiū factum est: Mercator nauiga: & expone. iam omnia uenūdata sunt. Causa
erat quia Romani post Carthaginis & Corinthi euersionem: diuites effecti: multis
seruis utebantur. quapropter pirate & predandi: & uendēdi: opportunitate oblata:
mirum in modum coaluerunt. Permulti Cypri & Egypti reges adiuuabant: Syris
scilicet inimici. Sed cum nec illis Rhodii beniuoli essent: nihil auxilii afferebant. ad
hec cum Pirate continue alia corpora caperent: malefitium perpetuum faciebāt.
Romani uero quanq̄ nondum eos: qui transtaurum erant: multum curarent: mi/
serunt tñ Scipionem Emilianum: qui populos: & urbes: & alios quosdā inspiceret.
Intellexerunt itaq; id ex improbitate principū euenire: a Seleuco Nicatore: per
successionem profectorum. Pudebat enim Romanos regnum abolere: quod ipsi
constituissent. que res parthos: qui Transeuphratem erant: postea regionis eius do/
minos fecit. postremo etiam Harmenios: qui regione transtaurina: usq; in Phenitiā
occupata: reges: & genus eoꝝ uniuersum funditus sustulerunt. mare autē cilicibus
concessere. Demū Romani illos opibus auctos: & bello: & exercitu deleuere: quos

ne augerentur: non prohibuerunt. sed eorum profecto negligentiã condemnare difficile est. Nam rebus uicinis: & in conspectu sitis: occupati: longiqua prospicere non ualebant. Hec nobis: ut per digressionem: breui attingeremus: uisum est. Post Coracesium: est urbs Arsinoe. deinde Amaxia in colle sita. que habitatio statione͂ habet. huc materies ad fabricandas naues deducitur: maxima ex parte Cedrus: nã hec regio huiusmodi arboribus abundat. Idcirco Antonius eam Cleopatre dedit qđ esset fabricandis nauibus idonea. Postea est Laertes castellũ: in Tumulo quodam situm: qui mamille speciem prebet. id statiõem habet. postea est Selenus ãnis. postea Crangus petra prerupta ad mare: postea Charadrus municio cum statiõe. Vlterius est mõs Andriclus: & aspera quedam preternauigatio: nomine Platanistus. postea est Anemurium promontorium: ubi continens Crommyo Cypri promontorio appropinquat: ad stadia tricenta & quinquaginta quare a Pamphylie finibus Anemuriũ usq;: est cilicie preternauigatio: octingẽtorũ ac uiginti stadiorum. Reliqua nauigatio: usq; Solos: est ad stadia quingenta. Post Anemurium primo ẽ Agidus ciuitas. postea Arsinoe: que stationem habet. postea locus nomine Melania. & Celenderis ciuitas: que portum habet. Sunt qui hanc Cilicie initium faciant: & non Coracesium. e quibus est Artemidorus: qui ab ore Pelusiaco: usq; orthosiã: dicit esse stadiorum tria milia & nungenta. usq; ad orontem flumen. mille & centũ & triginta: usq; ad portas deinceps quingenta ac uigintiquinq; usq; ad Ciliciã fines duo milia & ducenta & sexaginta postea est Holmus quam prius habitarunt ii: q nunc Seleucenses appellantur. Sed condita Seleucia in Calycadno: eo cõmigrarunt. nam deflectenti ꝓmontorium: nomine Sarpedonem: quod littoreã regione͂ facit: mox sunt Calycadni ostia: cui proximum est Zephyrium promontorium. per hunc fluuium: Seleuciam nauigatur: urbẽ bene habitatam: & a Cilicio & Pãphylio more plurimũ discrepantem. Hinc etate nostra fuere uiri ex peripateticis philosophis memorabiles: Atheneus: & Xenarchus: Sed Atheneus in RePublica uersatus: aliquandiu in patria populũ duxit. postea contracta cum Murena amicicia: & cum illo fugiens: captus est: quum insidie cõtra cesarem Augustũ deꝓhẽse essent. Sed quum insons esset inuentus: a Cesare dimissus est: rediens autẽ Romam multis eum salutantibus: & interrogantibus: illud Euripidis respondit.

Aduenio ab imis: atq; cecis inferum

Tenebris.

Sed breue tempus superuixit: a ruina domus: ubi habitabat per noctem oppssus. Xenarchus uero: quem nos audiuimus: non diu domi permansit. Sed Alexandrie & athenis: postea etiam Rome electa docendi uita. Is primum Arii: postea Cesaris Augusti amicicia usus: usq; ad senectutem: in honore habitus est. Sed pauloante obitum uisu orbatus: morbo uitam cõsummauit. post Calycadnũ est petra nomĩe Picoela. ea scalam habet ui excisam: qua Seleuciam itur. postea est Anemurium promontorium: eodem nomine quo & superius. Item Crambusa insula: & Corycũ promõtorium. ultra qđ ad stadia uiginti: est Corycum Antrũ: in quo crocus optimus nascitur. Id autem est ingens quedam concauitas: in orbem ducta: cui labrũ petrosum ac satis altum: circũiacet. Quum descẽderis: solum est inequale. & magna ex parte petrosum. & fruticosa: & semper uirenti: ac domestica materie plenum. Adiacens uero solum orocosatum est. ibi Specu est: quod fontem ingentem habet: pure ac nitentis aque: in flumen exeuntẽ. qđ mox a terra absorptũ: & insolubiliter

delatum:exit in mare. idq; aquam amaram uocant. Postea est Eleusa insula: post Corycum continenti adiacens. Hanc Archelaus habitauit: & regiam fecit. Tota Cilicia Trachea assumpta: preter Seleuciam: eo modo: quo ab Amynta: ac prius etiam a Cleopatra: habita est. Nam cum locus & terra: & mari: idoneus esset: ad latrocinium: Terra quidem propter montium magnitudinem: & ulteriores gentes: que campos & agriculturas latas: & excursionibus faciles habent: Mari autē ꝓpter materiem fabricandis nauibus opportunam: & propter portuum: & munitionum & locorum copiam: que subiri possunt: uisum est: ad omnem rerum euētum satius esse: ut loca sub regibus essent: q̄ sub ducibus Romanorum: qui & ad iudicia mitterentur: & non semper adeē cum armis possent. Hoc modo Archelaus ad cappadociam: etiam Ciliciam Tracheam assumpsit. cuius fines inter Solos & Eleusam sunt. Latinus fluuius & uicus eiusdem nominis in excelsis Tauri partibus est Olympus: Zeniceti pirate sedes. & mons: & castellū eodem nomine: a quo tota Lycia & Pāphylia & pisidia cernitᷣ. zenicetus capto mōte isaurico: se cū tota domo cōcremauit. Eius erat Corycus: & Phasilis: & multa Pamphylie loca: que omnia in Isaurici uenerunt potestatem. Post Latinum sunt Soli: ciuitas insignis: alterius Cilicie initiū: que circa Issum iacet. ea Achiuorum opus est: & Rhodiorum: qui ex Lindo uenerunt. Pompeius magnus in hāc hominibus exaustam: reliquos piratas transtulit: presertim quos & salute: & prouidentia: dignos intelligebat. & mutato nomine Pōpeiopolim appellauit. hic fuere uiri memoratu digni: Chrysippus philosophus Stoicus: ex patre Tarsensi ortus: q inde migrauit. Item Philemon poeta comicus: & Aratus qui de astris uersu cōscripsit. Postea est zephyrium: eodem nomine: quo & id: quod est Calycadno proximum. Postea est Anchiala: paulo supra mare sita: Sardanapali opus: ut Aristobulus scribit. ubi Sardanapali monumentum est: et lapidea statua: que dextre manus digitos committit & quasi complodit. quidam dicunt ibi Epigramma esse. Assyriis litteris insculptum huiusmodi: Sardanapalus Anacyndaraxis filius: Anchialem: & Tarsum una die cōdidit. ede: bibe: lude. &

Cum te mortalem noris: presentibus exple
Deliciis animum: post mortem nulla uoluptas.
Namq; ego sum puluis: qui nuper tanta tenebam.
Hec habeo que edi. queq; exaturata libido
Hausit. at illa manent multa: & preclara: relicta.
Hoc sapiens uite mortalibus est documentum.
Choerilus horum meminit: atq; hi uersus circunferuntur.
Hec habeo que edi. queq; exaturata libido
Hausit: at illa manent: multa & preclara relicta.

Vltra Anchialam: est munitio: nomīe Quinda: in qua olim Macedones thesauros seruabāt. Eumenes uero ab Antigono deficiens: pecunias abstulit. ultra hec & Solos sunt montana: in quibus Olbi ciuitas est: que Iouis templū habet: Aiacis fratris Teucri opus. Huius sacerdos: etiam Trachee dominatus est. postea multi Tyranni eam adorti: latrocinia constituere. quibus sublatis: adhuc etate nostra eam Teucri principatum: & Sacerdotium uocant. & maxima ex parte Sacerdotes: Teucri: uel Aiaces dicuntur. Aba uero Xenophanis filia: unius ex Tyrannis: per cognationem in hanc domum ingressa: principatum obtinuit: quē pater antea procuratorio nomine acceperat. Postea Antonius & Cleopatra cum illi cōcesserūt: obsequiis & cultu

delimiti. Sed Aba sublata principatus ad eos peruenit: qui ex eodem genere erant. Post Anchialam sunt Cydni fluminis ostia: iuxta locum Rhegma appellatum. Id autem est stagnū: qđ antiqua naualia habet. In hoc Cydnus exit: Tarsum pfluēs: qui ortum a Tauro habet: ultra urbem. Tarsi uero nauale est lacus. Hucusq; tota ora a Rhodiorum transmarina incipiens: ad eqnoctiales ortus: ab occasu: eiusdem nominis extenditur. Postea ad hyemalem ortum conuersa: Issum usq;. Iam hinc fluxum quēdam sumit: austrum uersus: usq; in Phoeniciam. Reliquū ad occidētē finit: usq; ad columnas. q̄re uerus lustrate Cherōnesi Isthmus est a Tarso: & Cydni ostius usq; Amisum. Hec enim minima est: ex Amiso: in Cilicum fines: distantia. nā hinc Tarsum usq; sunt centū ac uiginti stadia. inde ad Cydni ostia nō plura qnq;. Nulla enim Issum usq;: & eius mare: breuior uia est ex Amiso: q̄ per ipsam Tarsū. nec ex Tarso Issum usq; propior: q̄ in Cydnum. Quapropter manifestum est hūc eē uerum Isthmum. q̄q̄ a predōibus ille uerus dicatur: qui est usq; in Issicum sinū: propter signa que habet. Propter hoc ipsum etiam lineam: quam ex Rhodia in Cydnum usq; deduximus: eandē esse asserentes: que Issum usq; pertendit: nihil p̄ter hoc faciētes & taurū dicimus: e directo huic linee: usq; in Indiā penetrate. Tarsus in campo iacet: argiuorum opus q ion querentes: cum Triptolemo errauerunt. hāc Cydnus mediam perfluit. iuxta gymnasium iuniorum. Eius ortus non procul est. Alueus uero per profundam uallem illatus: recta in urbem egreditur. aqua est rapidissima: & frigida. q̄propter hominibus ac bestiis auxiliatur: que neruos crassiores habēt. tantum Tarsensibus studium circa philosophiam fuit: & alias disciplinas: que in corona uersantur: ut Athenas: & Alexandriam superarent. Et siquis alius locus dici potest: in quo schole: & phīe exercitationes fuerint. Sed hoc uno plurimū excellit: qđ hic indigene discunt. peregrini uero non multi huc adueniūt. At nec illi ipsi hic manent: sed foris perficiuntur. & perfecti libenter peregrinanē. detinenē autem perpauci. At ceteris ciuitatibus: quas modo dixi: omnibus contrariū euenit: excepta Alexandria. Nam multi in eas proficiscuntur: & libenter immoranē. Indigenas non multos admodum uideas: nec extra discendi studio proficisci. Nec ibi circa hoc studere. Alexandrinis utrunq; contingit. nam & multos peregrinos suscipiunt. Et ex suis emittunt non paucos. Alexandria omnium liberalium artium scholas habet. & ante alias populosa est. & multum potest. & metropoleos sermonē retinet. uiri ex ea illustres fuere: ex Stoicis Antipater: Archelaus: & Nestor: & duo Athenodori: quorum qui Cordylion dictus ē: cum. M. Catone uixit. & apud eū mortuus est. Alter uero Sandonis filius: quem a uico quodam Cananitam dicunt: Cesaris preceptor fuit. & in honore maximo apud illū habitus est. iam uero Senior in patriam reuersus eam Rei Pu. gubernationem sustulit. Cum ciuitas partim ab aliis. partim a Boetho quodam malo poeta: & malo ciue: perperam tractaretur. Is plurimum apud plebe ualebat. extulerat eum Antonius ab initio: quum carmen in uictoriam: ī Philippis habitam: ab illo compositum accepisset. sed multo magis eius facilitas: que apud Tarsenses maxima uidebatur: adeo ut ex tempore: & uno īpetu ad omnē datam materiam diceret. Simul Antonius gymnasiorū prefecturam tarsensibus pollicitus: hunc in gymnasiarche locū constituerat: ac omnem ei gymnasii impensas crediderat. Sed dep̄hensus cū alia surripe: tum etiā oleū: apud Antonium ab accusatoribus conuictus est: cuius irā: cū aliis: tū hoc maxime declinauit: dicens: qđ quēadmodū Homerus Achillē & Agamēnonē & Vlyxē decantauit: ita & ego

te. quare iniquũ est: ut huiusmõi apud te calũniis agar. qđ excipiens accusator: At Homerus inqt oleũ Agamẽnoni nõ furabať: nec Achilli: tu uero furatus es. qua/ ppter penas dabis. quũq; iram obseqis: & cultu a se auertisset: nihilominus & ferre: & tractare ciuitatẽ: usq; ad Antonii exitiũ pseuerauit. q̃re cum Athenodorus huius/ mõi ciuitatis statũ reppisset: pmo illũ: & eius cõplices uerbis traducere aggressus est. Sed ubi nihilominus ab iniuria abstinebant: ea auctoritate usus est: quã a Cesare acceperat. eos itaq; exsilio dãnatos eiecit. hi uero ĩ illius ediũ pariete cõscripserũt. res iuuenũ. cõsulta uirũ. crepitus seniorũ. qđ ille in iocũ accipiẽs: ascribi iussit: tonitrus senioꝝ. Quodã eius humanitatẽ contemnẽs: quũ uentrẽ lubricũ haberet: & noctu pter eius domũ transiret: totũ hostiũ: ac parietẽ respsit. ille quũ seditionẽ acriter in cõtione repheenderet: urbis inqt morbus: et malus habitus: cũ ex multis rebus: tum ex excremẽtis. pspici põt. Sed historici fuerunt. Nestor uero Academicus: qui etate nostra: Marcellũ Octauie sororis cesaris filium instituit. Atq; hic etiã post Athe/ nodoꝝ ciuitati pfuit & apud duces & apud ciues: in honore maxĩo habitus ẽ. alioꝝ quoq; phõrũ noĩa quos noui: multoꝝ dicere possẽ: sed ex iis q p urbes pegrina/ rentur: & optime scholas regerent. Plutiades fuit: & Diogenes. at Diogenes etiam poemata in adolescẽtia cõposuit: maxĩa ex parte tragica: grãmatici fuere: quorũ scripta extẽt Artemidorus: & Diodorus. optimus tragedie poeta: ex iis q memorãť: fuit Dionysides. sed pcipue Roma maximã eruditoꝝ hoĩm multitudinem afferre põt: q ex hac urbe sunt. tarsensibus. n. & alexandrinis plena est. ac Tarsus qdem est huiusmõi. Post cydnũ pyramus sequitur: ex cataonia fluẽs. de quo añ fecimus mẽ/ tionẽ. scribit Artemidorus: hinc solos: recta nauigatione: eẽ stađ. l. pxima ẽ mallus in edito quodã loco sita. opus Amphilochi: & mopsi auguris apollinis: & latone: de quibus ualde multa conficta sũt: & nos añ mentionẽ fecimus: quũ de Calchante di/ ceremus: & cõtrouersia q̃ calchas & mopsus de diuinatiõe habuisset. hãc cõtrouersiã nõnulli in Lyciã transferunt: ut Sophocles. q eã tragico more: Pamphyliã uocat. queadmodũ & Lyciã: Cariã. & Troiã: Lyciã: ac Phrygiã. & cũ alii: tum etiã So/ phocles calchãtis obitũ hic tradũt. & nõ solũ de diuinatiõe: sed de impio: cõtẽtionẽ sũt fabulati. Dicũt. n. mopsũ & amphilochũ ex troia pfectos mallũ cõdidisse. pos/ tea Amphilochũ argos digressum: cũ argiuis non placuisset: illo redisse. sed a regni cõmunicatiõe exclusum: singulari certamĩe cũ mopso cõcurrisse. & quũ simul ceci/ dissent: sepultos eẽ: inter se tñ distãtes. & adhuc sepulture ppe pyramũ: circa mar/ garsa ostẽdunť. Hinc fuit Crates grãmaticus: cuius discipulũ Panetiũ dicũt. Vltra hãc orã: est halenius cãpus: p quẽ philotas. Alexãdri eqtatũ duxit: quũ ille Pha/ langẽ: p oram maritimam: & mallensẽ agrũ: Issum uersus: & Darii copias ex solis duceret. Tradũt Alexandrũ ppter cognationẽ cũ argiuis amphilocho sacrificasse. Hesiodus dicit amphilochũ ab Apolline apud solos interẽptũ qdã apud halenium cãpũ. qdã in Syriã. quũ ppter cõtentionẽ ab halenio discederet. post mallum sunt egee oppidũ: qđ stationẽ habet. postea sũt amanides porte: que stationẽ habẽt. in q̃s amanus mõs desinit: a tauro descẽdẽs: q ultra Ciliciã est: orientẽ uersus: semper a Tyrannis occupatus: loca munitissima obtinẽtibus. etate nostra his oĩbus potitus est Tarcodemẽtus: uir memoratu dignus. & ob pclara facinora rex a romãis nun/ cupatus. q posteris suis successionẽ tradidit. post egeas est Issus oppidũ: qđ stationẽ habet. & pindus ãnis. hoc ĩ loco Alexãder cũ Dario conflixit. itẽ Issicus sinus: ĩ quo rhosus ciuitas ẽ. & myriandrus ciuitas: & alexãdria. & nicopolis & mopsi domiciliũ.

& que porte appellant: Cilicū & Syrorū confiniū. in Cilicia est Diane Sarpedonie fanū: & oraculū. ubi numīe pciti: respōsa dant. Post Ciliciā prima Syrorū ciuitas est Seleucia in pieria. pxime oronte s emittit. Ex Seleucia Solos usq; recta nauigatiōe sūt circiter mille stad. Sunt q dicāt Cilicas troianos: quoꝝ Homerus meminit: Cilicū qui trans taurū sūt auctores fuisse. q̄q̄ ab illis plurimū distēt. & quedā loca ibi ōndūt: queadmodū in Pamphylia Thebā: & Lyrnessū. q dā e contra: atq; etiā campū quēdā Halenū ibi mōstrant. Nūc trāstaurinis ptibus dicte Cherōnesi pagratis: hec adduci/ ēda sūt. nā Apollodorus ī nauiū dinumeratiōe hec etiā dicit. omēs Asianos: troianoꝝ sotios: a poeta dinumerari. q qdē Cherōnesū habitant. Cuius angustissimus Isthmus est: interuallū inter Sinopensē recessum: atq; Issū. exteriora uero latera: cū Cherōne/ sus Triquetra sit: esse ineq̄lia. Nā ex iis aliud a Cilicia usq; in Chelidonias pgreditur. aliud uero citerius: usq; ad Euxini os. aliud iā citerius Sinopē usq; q̄re illud: solos eos: q sunt in Cherōneso: p eadē cōuincemus falsū eē: p que pus cōuicimus: nō Solos eos q sūt intra Halym. nā loca Pharnacie pxima: in qbus Halizonos diximus: queād/ modū ea sunt extra Halym: ita & extra Isthmū. siqdē & extra angustias: que inter Sinopē sūt: atq; Issū: & nō modo has: sed etiā ueras angustias: inter Amisū atq; Issū. Ille. n. non recte Isthmū: & eius angustias definiuit: cū illas pro his poneret. & qd omniū stultissimū est: dixit Cherōnesū Triquetrā eē: & tria eē latera exteriora. Nā q exteriora latera dicit: id latus excipe uidet: qd circa angustias est. q̄si & hoc etiā sit latus: sed non exterius: nec ad mare. Si igit angustie adeo coacte essent: ut & latus ad urbē Issum: & latus ad ipsā Sinopē uergēs: pene inter se iungerent: dici posset Che/ ronnesū triquetrā esse. nūc uero cū angustie: que ab eo dicunt: tribus milibus stadioꝝ inter se distēt: inscitia est dicere: tale q̄drilaterū triquetrū esse & nō Chorographicū. Is etiā q metrocomico Chorographiā edidit: de terre situ inscribens: in eadē ē inscitia. q̄q̄ Isthmū ad minimū interuallū reducat: q̄ntū dixerūt: q dimidiū totius sūt mētiti & quantū Artemidorus: q eū dixit eē mille & qngentū stadioꝝ nondū. n. hoc in tri/ quetram figurā cohibet. sed nec exteriora latera recte distinxit: dicens unum esse ab Isso: usq; in Chelidonias. tota. n. Lyciaca ora: que restat: in rectū tendit: & rhodiorū transmarina physcū usq;. hinc uero cōtinēs flexū quēdā accipiēs: iā secūdi & occidē/ talis lateris initium facit: usq; in ppontidē. & byzantiū. Sed quū Ephorus dicat. xvi. nationes hanc Cheronnesū incolere: tres grecas reliq̄s barbaras: pter mixtos homines. Ad mare qdē Cilicas: Pamphylos: Lycios: Bithynos. Paphlagonas Mariandynos & Troas & Cares: Pisidas uero ac mysos & chalybos: & mylias in mediterranea. Apollo/ dorus hec diuidēs decimā ac septimā natiōe addidit galataꝝ: que iunior ē Ephoro. ex his aūt dicit grecos nōdū troiano tempe colonos misisse. barbari uero magnitudīe tēporis multā cōfusionē habēt. dinumerari aūt a poeta & troes: & eos q nūc Paphla/ gones nominant. & mysos: & phryges & Cares & Cilices: maōes uero pro lydis. & alias incognitas gētes. ut halizōas: & cauconas. itē extra dinumeratione eē cetios. solymos: & cilicas: q ex thebano sūt cāpo. & lelegas. pamphylos uero: & bithynos: & marian/ dynos: & pisides: & calibes: et milyes: & cappadoces: nequaq̄ nominari. tū qd hec loca nōdū ab eis incolerent. tū qd in aliis comprehenderent nationibus: ut hidryenses: & Termile: in caribus. dolioēs: & bebryces: in phrygibus. Sed nec ephori sentētiā uidet bn̄ hec trāsigere. poete aūt dicta pturbat: et falso adducit. nā hoc pmū ab Ephoro querendū fuit: cur calybes intra cherōnesū ponat cum a Sinope et Amiso tam lōge distent: oriente uersus. nam q huius cheronnesi isthmum dicunt eē lineam: ab Isso in

Euxinũ ductam: eam quasi meridionalẽ faciũt. Quidã putãt eam eẽ: que ad urbem Sinopẽ tẽdit. qdã eã que ad amisũ ẽ. eã autem que ad Chalybes est nullus. cũ ea oĩo sit obliq̃. nã chalybũ meridiãus: per minorem harmeniam describeret & p euphratẽ: qui totã intra se Cappadociã cõprehendit: & cõmagenã & amanũ: & Issicum sinum. Quare si Isthmũ ab obliq̃ linea terminari concederemus: maxima pars horum: & p/ sertim Cappadocia: interius comprehenderetur. atq; is etiam qui proprie nunc põtus appellatur: q est Cappadocie pars: euxinũ uersus. quare si Chalybes Cherõnesi pars dicendi sũt: multo magis Cataones & utriq; Cappadoces: & Lycaones: qui etiã ab eo sũt pretermissi. Sed quare Chalybes in mediterranea posuit: qui a poeta Halizones dicti sunt? quenadmodũ nos supra demonstrauimus. Rectius enim erat: ut eos diui/ deret: & partim ad mare collocaret: partim in mediterranea: quenadmodum de Cap/ padocia: Ciliciaq; faciendum est. Ille uero ne eam quidem nominauit. De Cilicibus solum fecit mentionem: qui ad mare habitant. qui itaq; sub Antipatro derbita erant: & Homonades: & alii complures Pisidis finitimi

Qui mare non norunt: nec salsas equoris escas:

Quem locum capient? Sed nec Lydos: nec maonas commemorauit. Siue iidem sint: siue diuersi: siue per se: siue in alia gente comprehendantur. Nequaq̃ enim tã insignis natio occultari potest. nec si nihil de ea dicat: uidetur nihil necessarium p̃termittere. Mixti autem quinam sunt? nulla enim loca proferre possumus: uel ab eo nominata: uel pretermissa preter predicta: que quidem mixtis tribuamus: nec ex iis ullos: quos dixit: uel pretermisit. Nam si immixti sunt: cum alii preualerent: uel greci effecti sunt uel barbari. Tertium uero mixtum genus nullũ scimus. preterea quomodo tres grece nationes sunt: que Cheronnesum habitãt? Nam si hoc ideo est: quia Iones: & Athe/ nienses olim iidem erant: Dicentur etiam iidem Dores: & Eoles: ita q̃d due nationes tantum fient. Si uero propter posteriores mores sunt distinguendi: quenadmodum p̃pter linguas: nationes q̃ttuor erũt: quenadmodũ & lingue. Sed hanc Cheronnesũ ex Ephori definitione: non solũ Iones incolunt: ueꝝ etiã Athenienses: ut in particu/ laribus declaratũ est. at huiusmõi quedã aduersũ Ephorum dubitanda erant. sed hec Apollodorus non multũ curauit. xvi. uero nationibus ipe. x. ac. vii. addidit galataꝝ: q̃d & si utile est: tamen ad eoꝝ pertractationem: que ab Ephoro dicunt̃: uel preter/ mittuntur: nequaq̃ est necessarium. ipse enim causam affert: q̃d scilicet hec omnia post illius etatem fuere: quum uero ad poetam transit: id recte ait q̃d post troiana tempa multa barbarorum cõfusio facta est: propter mutationes. Nam quedam aucta sũt: quedam imminuta. quedã distracta: quedã in unum coacta. Sed nõ bene dicit du/ plicẽ causã esse: quare poeta quorundã non meminit. q̃d scilicet uel nondũ hec natio inhabitaret: uel q̃d ab alia comprehenderet̃. nã Cappadociam cũ Cataoniã & Ly/ caoniã nõ nominat: ob neutram tñ haꝝ causaꝝ. nullã enim huiusmõi historiã de his habemus: p̃terea curare respõdere: q̃re Homerus Cappadocas & lycaões p̃termisit. q̃d uero Ephorus preterit: & ipsũ p̃terire: & ad hoc illius sententiã afferre: quũ id p̃scru/ tat̃: & ptractat: ridiculũ est. itẽ docere quare Homerus maones p̃ lydis posuit: quare uero Ephorus: nec lydos nec maones nominauit: nõ declarare: stultũ est. & quũ dicat poetam: ignotorũ quorundã mentionem facere: de Cauconibus quidem & Solymis: & cetiis: & lelegibus: & cilicibus: q ex Thebano campo erant: recte dicit. Halizonas uero ipse fingit. immo ipsi primo Halizonas ignorauerunt. & multis modis scripturã mutauerunt: argenti uenam fingentes: atq; alia permulta: & magna occurrunt: que

iam defecere. Ad hanc ambitionē illos etiam historias contulerunt: qs Scepsius ponit a Callisthene accipiens: & ab aliis quibusdam: qui false Halizonū opinionis non sunt immunes: qđ scilicet Tantali & Pelopidarum diuitie a metallis prouenere. que circa Phrygiam: & Sipylum erant. & quod Cadmi opulentia: a Thracia fuit: & Pangeo monte: & priami ex auro qđ circa Abydum effodiebatur: cuius nunc uix ulla uestigia apparent. multa tamē antiquoū metallorum signa: loca effossa exhibent. Myde quoq; opes ex metallis fuere que circa uermiū montē erāt. Gygis: & Alyatis: & croesi: ex iis que apud Lydium oppidum desertum: inter Atarneum ac Pergamum: qđ qdē loca effosa habet: propter metallorum inquisitionem. preterea Apollodorus merito in hoc reprehendi potest: qđ cum ceteros reprehendere solitus sit: qui multa: preter Homeri sententiam: innouarūt: in hoc non solum negligens fuit. uerū etiā cōtraria in unum collegit. que non eodem modo dicuntur. Nam cum Xanthus lydus dicat post res troianas Phryges in europam: & leua ponti uenisse: & Scamandrium eos ex berecyntia & Ascania duxisse. addit Apollodorus Homerum eius ascanie meminisse. cuius etiam Xanthus.

Phorcys: & Ascanius Phrygias duxere cateruas
Longe ex Ascania.

Quod si sic habet: transmigratio certe: post res troianas: facta est. In bello autē troiano: auxilium a poeta commemoratum: ex ulteriore uenit regiōe. ex berecyntibus scilicet & Ascania. qđ nā ergo erant Phryges?

Qui prope Sangarii ripas tunc castra tenebant.

Quum priamus auxiliator dicit: cum quibus electus eram. quomodo priamus ex Berecyntibus Phrygas accersisset: quū quibus conueniētiam nullā habebat? finitimos autē: & eos quibus ipse prius auxiliatus est: pretermisit. & cum sic de Phrygibus dicat: de Mysis etiam addit non admodum coherētia. Ait. n. mysie uicum quendā: Ascaniā uocari: circa lacū eiusdē nominis: ex quo & Ascaniū amnē decurrere facit: cuius meminit Euphorion: Ascanium ꝑpter mysum & Alexander Etolus inquit.

A quibus Ascanie circumhabitantur aque.
Ascanii per labra lacus: quibus ante dolion
Sileni mansit filius ac melie

Vocant inquit Dolioniā: & Mysiā: regionem eam: que circa Cyzicū ē: Miletopolim uersus. qre si hec ita se habēt: & ex poetaꝝ testimonio comprobanť: & ex iis que nūc mōstrata sūt. qd ꝓhibebat Homeꝝ: huius Ascanie meminisse: & nō eius que a Xātho cōmemoratˀ. sed quoniā de hisañ dictū est: quū de mysis: ac phrygibus tractaremus: idcirco q̄ntū ad hāc partē: finē faciamus. Reliquum est ut cyprū pagremus: que huic cherōneso ad austrū adiacet. & quoniā ut añdiximus mare cōprehēsū ab egypto: & phoenicia: & Syria: & reliqua ora: usq; in transmarinam rhodi regionē: Compositū est ex egyptio pelago: & pamphylio: & eo qđ Issico sinui ꝓximū est. in hoc cyprus iacet. que partes septentrionales Cilicie Trachee contiguas habet. quibus etiā cōtinēti proxima est. orientales Issico sinui: occidentales a Pāphylio pelago allutas: australes autem ab egyptio. Hoc itaq; ab occidente libyco: & carpathio pelago permiscetˀ. ab austro atq; oriente est egyptus: & sequens ora: usq; Seleuciam atq; issum. a septētriōe Cyprus: & Pamphylium pelagus. Hoc enim ab Aquilone: a Cilicie Trachee: & Pamphylie: ac Lycie extremis comprehenditur: usq; in Rhodiam regionem. Ab occidēte Rhodiorum insula. ab oriente Cypri parte: que Paphum uersus & Acamantē iacet.

a meridie egyptio pelago cōfunditur. Cypri ambitus est triū miliū: & q̄dringentorū ac uiginti stadiorum: in sinum se inferenti. Eius longitudo est a Clidibus in Acamā/tem pedestri itinere mille & quadringentorum stadiorum: ab oriente in occidentem progredienti. Sunt autem Clides insule due ante Cyprum ad orientales eius partes site. He a Pyramo distant stadiis septingentis. Acamas promontorium est siluosum: quod duarum mamillarum speciem prebet. & in occidentalibus insule partibus situm: tendit ad aquilonem. id Selenuntem uersus Cilicie Trachee proximum est. mille sta/diorum transitu Sidam uersus. Pamphylie mille & sexaginta Chelidonias uersus mille & nungentorum. Tota insule figura est parte altera lōgior. ea Isthmus facit: ad la/tera: que latitudinem terminant. Singule eius partes: ut breui comprehendamus: ita se habent: a signo continenti proximo incipientes. Diximus alibi Cromyi extremū: quod est Cypri Promontorium: ad Anemurium Promontorium Cilicie Trachee opponi: per tricentorum & quinquaginta stadiorum interuallum. Hinc iam insulam ad dextram: & continentem ad sinistram habentes: ad aquilonē: & orientem: & clidas nauigant recta nauigatione stadiorum septingentorum. in quo spatio ē Lapathus ciuitas: que stationem habet: & naualia: Laconum & Paxandri opus. iuxta quā erat Agidus. Postea est Aphrodisium: ad qd̄ insula perangusta est. Nam septuaginta sta/diorum interuallo Salamina transitur. Postea Achiuorum acta: quo primū Teucer applicuit: is qui in Cypro Salamina condidit: a patre: ut fertur: Telamone pulsus. Postea est Carpasia ciuitas. que portum habet: circa Sarpedonem promontorium sita. Isthmi transitus ex Carpasia est stadiorū triginta uersus insulas Carpasias: & aus/trale pelagus. Postea est mons & promontorium. Montis summum olympis dicitur. ubi Veneris acree templum est: quod nec uidere: nec adire: mulieribus licet. in fronte sunt Clides: & alie complures insule. Postea Carpasie. post quas est Salamus: unde Aristus fuit rerum conscriptor. Deinde Arsinoe ciuitas: & portus. deinde alius portus nomine Leucola. deinde promontorium Pedalium: cui collis altus & asper imminet: mense cuiusdam figuram prebens: Veneri sacer. Hinc in Clidas sunt stadia sexcenta: & octoginta. Postea est Sinuosa quedam & aspera preternauigatio. ea Cetium itur. que ciuitas portum clausum habet. ex hac Zeno fuit. stoice secte auctor. & Apol/lonius medicus. Hinc usq; Barutū: sunt stadia mille & quingenta. Deinde ē Amathus ciuitas. intermedio spatio est oppidum nomine Palea: & Olympus mons: qui mā̄mille speciem prebet. Deinde curias peninsularis que a Thronis distat stadiis septingentis. Postea est Curium urbs: que stationem habet. Hanc Argiui condiderunt. Quare iā licet eius otium perspicere: qui elegiam composuit: cuius initium est

Nos ceruę phoebo sacre: dum tela per undas
Effugimus: cursu uenimus huc celeri.

Siue ea delus sit: siue quecunq;. Dicunt enim ceruas ex Corycio iugo delapsas: e cilicio littore in curiada actam tranare. & addit.

Res dictu mira est: quonam nos in uia pacto
Maria: per aerios transiimus zephyros.

A Coryco enim in Curiada actam circumnauigantes nec zephyrum: nec insulam a dextris habent: nec transitum ullum a sinistris. Initium itaq; occidentalis circumna/uigationis Rhodum respicientis Curium est. Postea est promontorium: unde iaci/untur: qui Apollinis aram contingunt. Postea est Tetra: & Boosura: & Palepaphus: ad decem stadia supra mare sita: que stationem habet: & antiquum Veneris Paphie

templū. postea ē Zephyria pmōtoriū: qđ stationē habet. & altera Arsinoe: cū statiōe: & tēplo: & luco. nō pcul a mari est Hierocepia: postea Paphus: ab Agapenore cōdita. que portū habet: & tēpla optime structa. ea pedestri itinere distat a Palepapho sta/ diis. lx. p eam uiā que Palepaphū it: quotannis festa celebrant: ad que uiri simul ac mulieres ex aliis urbibus confluūt. Quidā dicūt Paphū ab Alexandria distare p tria milia & sexcēta stadia. Deinde post Paphū ē Acamas. Post Acamātē: orientē uersus nauigat in urbē Arsinoē: & i Iouis lucū. Postea ē Solus: que portū habet: & flumē: & Veneris & Isidis delubrū. Eam Phalerus & Acamas Atheniēses condiderūt. incole solii dicunt. Hinc fuit Stasanor: Alexādri sodalis: uir q pncipatū. meruit. ulterius ē Limenia ciuitas in mediterranea. postea est Crommyi pmontoriū. Sed qd opus est poetas admirari: eos presertim: q omne studiū ponūt in elocutione. Si Damasci dicta cōsideremus: qui insule longitudinē a Septentrione facit ad meridiē: ab Hierocepia scilicet in Clidas. At nec Eratosthenes recte: hūc. n. repbendens: non a septentrione Hierocepiā ponit: sed ab austro: que pfecto nō ab austro est sed ab occidēte. Siqdē in occidētali latere iacet: ubi & Paphus ē: & Acamas. ac Cyprus qdē situ talis ē. uirtute aūt nulla insularū inferior: nā & uino abūdat. & oleo. frumēti quoq; satis habet. eris metalla apud Tanassum abūdant: in qbus uitreolū: & rubigo eris nascit ad medicīe usum idonea. Auctor est Eratosthenes: quū olim cāpi adeo siluis essent occupati: ut coli non possent: parū ad hoc metalla pdesse. quū uero arbores ad eris & argenti de/ coctionē exciderent: accessisse etiā classium edificationē: quū mare iam intrepide ac potenter nauigaretur. sed quum nulla ui euincere siluam possent: permissum est uo/ lentibus: ut eam exciderent. & purgatam peculiarem atq; immunem sibi haberent. in initio Cyprii Tyrannos per urbes habebant. Sed postquam Ptolemaici reges potiti sunt egypto: Cyprus in eorum ditiōem concessit: fauentibus Romanis. Sed ubi pos/ tremus Ptolemeus Cleopatre patruus: nūc regnantis: deliquit: & aduersum bene de se meritos ingratum se prebuit: & ipse sublatus est. Et insula a Romanis occupata: & pretoria prouintia per se facta est. Sed maxime collēdi regis auctor fuit. P. Clau/ dius pulcher: qui in piratas incidens: quo tempore Cilices uigebant: imperato sibi re/ demptionis precio: misit ad regem orans ut se redimeret. Rex enim precium misit sed perexiguum adeo ut pirate id accipere erubescerēt. quare pecuniam regi remiserūt. P. Claudio sine precio dimisso. qui liberatus utrisq; gratiam retulit. Nam Tribunus Plebis creatus euicit: ut. M. Cato in Cyprum mittatur: eam ab rege ablaturus. Ptole/ meus re intellecta prius q̄ ille aduentasset: seipse interemit. Cato insulā accepit. & regis opes uenū dedit: pecunia omni in publicū erariū relata. ex illo cyprus ptoria puintia fuit. & nūc est. q̄q̄ paruo tempe interiecto Antonius eā Cleopatre & sorori eius arsi/ noe tradidit. quo sublato oīa eius acta rescissa sūt.

Quintusdecimus circa Indiam Persiamq; uersatur

X Asia restāt ea que transtaurū sūt. pter Ciliciā: Pamphyliā: ac Lyciā. & que ab India ī nilū usq;: inter tauz: & exterius australe mare cōprehēdunt. post Asiā: ē Lybia: de q̄ postmodū dicemus. Nūc ab India est incipiendū. Ea. n. & maxima est. & ad orientē exposita. Sed equo animo audiendū est. Nā & longissime abest. & nō multis ex nostris uisa. & siq uiderūt: partē uiderūt. Pleraq; aūt narrant ex auditu. q̄q̄ etiā ea que ab eis pspecta dicuntur: in

transitu quodam militari: & pro discursu deprehēsa sunt. quapropter nec eadē semp referuntur: ab iis etiam: qui quasi accuratius perquisita conscribūt. ex iis etiā nōnulli: quanq̄ simul: & in exercitu: & in peregrinatione fuissent: queadmodū qui cū Alexā/dro in asia militarunt: persepe quisq; cuiq; contraria dicunt. quod si de uisis tantopere inter se discrepant: quid de iis putandum est: que sciūtur ex auditu? Sed nec q multo tempore post de iis conscripserunt: nec qui nunc eo nauigant: quicq̄ exacte dicunt. Apollodorus qdē parthicaꝝ reꝝ cōscriptor: quū mētionē de grecis facit: q bactrianā ceperunt: ac de Syriacis regibus a Seleuco Nicatore profectis refert eos: quū admodū aucti eēnt: Indiā inuasisse. de ꝑoribus aūt rebus nihil oīo explicat. immo pugnantia dicit. scribēs: plus indie illos: q̄ macedōas subegisse. eucratidā. s. mille urbes habuisse. ma/cedōas uero: gētes eas omēs que inter hydaspē sūt atq; hypanim. numeꝝ urbiū qnq; milia: ac nouē. q̄ꝝ nulla minor eēt eo meropide. atq; omnē hāc regionē Alexādrum poro tradidisse. ꝑterea mercatores: q p nilū & Arabicū sinū: ex egypto in Indiā na/uigāt: pari admodū: i gangē usq; ꝑueniūt. atq; hi qdē ꝑuati hoīes: & ad locoꝝ histo/riā minime idonei. Īn tñ ex uno loco: & ab uno rege Pādiōe: & alio Poro: legati cum muneribus ad cesarē Augustū uenerūt. Icē sophista indus: q igne consūptus: tale de se spectaculū exhibuit: q̄le Calāus Alexādro. q̄re si qs rebus his omissis ad ea īspiciat: que añ Alexādri memoriā gesta sūt: multo obscuriora īueniet. sed par ē Alexādꝝ huius/mōi ꝓsperitatū ambitiōe ꝑmotū: fidē his adhibuisse. unde Nearchus ait: eū cōcēdisse p Gedrosiā cū exercitu ꝓficisci. quū intelligeret Semiramim: ac Cyrū exercitū ī indiā duxisse. & illā cū. xx. hōibus: Cyrū cū. vii. aufugisse. maximāq; eē Alexādri gloriā: q p eadē loca: & gētes: uictor cū exercitu seruatus fuerit. Ille qdē credidit. Nos uero quomō de rebus indicis certā fidē habebimus? Cui dicto Megasthenes cōcordat dicēs: antiqs Indoꝝ historiis fidē nō eē adhibendā. Dicit. n. nec ab Indis unq̄ emissam ex/peditionē. nec extrinsecus in Indiā quenq̄ cum exercitu ꝓfectū eē: aut uicisse: preter Herculē: & liberū patrē: & nup macedonas. Nam Sesostrim egyptiū. & Tearconem ethiopē: usq; in Europā ꝓcessisse ait. Nabocodrosoꝝ aūt: q magis a Chaldeis ꝓbatur: q̄ Hercules: usq; ad Colūnas peruenisse: quousq; etiam Tearconē. Illū uero exercitum ex Iberia in Thraciam pontumq; duxisse. Idanthyrsum Scytham Asiam excurrisse usq; in egyptum. Indiam eorum neminem attigisse. Semiramim: prius q̄ egrederetur: obiisse. Persas uero Hydracas ex India mercede accersisse. Illos autem copias suas in Indiam duxisse nunquā. prope tamen accessisse: quum Cyrus duceret in Massagetas. Herculis & Bacchi resgestas Megasthenes cum paucis quibusdā credit. Alioꝝ magna pars: e quibus est Eratosthenes: fabulosa & minime credenda arbitrantur. ut greca. Nam liber pater apud Euripidem in Bacchis: iuuenum more: ita inquit:

Aurifera adiui & culta Lydorum loca.
Et Phrygiam. & ustos sole Persarum campos.
Bactraq;. rigentemq; hyeme medorum terram.
Felicem Arabiam: atq; Asiam permeaui omnem.

Est etiā quidā apud Sophoclem q Nyssam decantat: ut montem Baccho sacrum.

Vnde ego conspexi debacchatam mortalibus claram nyssam
Quam corniger Iacchus iocundam sibi obstetricem colit.
Vbi ales non clangit.

Et cetera dicunt etiā Bacchum ad femur educatū. Poeta de Lycurgo Edono sic ait.

Qui quondam altricem Bacchi sacramq; ruebant.
Per Nyssam.

Ac de baccho quidem hactenus. Herculem uero quidam tradunt in aduersa parte tantum fuisse: usq; ad occidētis fines: Quidam in utraq;. Ex his autem Nysseos gentē quandam nominarūt: et Nyssam urbem a Baccho conditam. et montem urbi immi/nentem nomine femur: allegantes ederam ibi nasci: & uites: q̄q̄ fructū ad maturitatē non pducant. Nam racemus prius q̄ grandescat: effluit, ppter hymbriū exuberātiam. Dicūt preterea Oxydracas a baccho profectos: propter uites: que apud eos nascūtur: et uictum sumptuosum: & propterea q eorum reges castrensem apparatum: et ceteros exitus: cum tympanis et stola colore infecta bacchico more faciunt. qđ etiam apud Indos ceteros: percelebre est: Quum Allexander petram quandam nomine auernum primo adortu cepisset: cuius radices Indus: nō procul a fonte suo: perfluit: gloriabūdi dixerunt: Herculem ter petram adortum: ter inde repulsum fuisse: Ab iis autem: qui cum eo militauerant: profectos uolunt Sibas: generis signum seruantes: qđ pellibus amiciantur: queadmodum hercules. et qđ clauas gerant: easq; bobus et mulis inurant. Hanc fabulam ex iis confirmant: que de caucaso: ac prometheo memorantur. que a parua qdem causa huc ex ponto translata sunt. Nam quum Sacram q̄dam speluncā apud Paropamisadas uiderent: in ea dixerūt uinctū fuisse, pmetheum: atq; Herculē: ut illum liberaret: huc uenisse: et hunc esse caucasum: ī quo greci uinctū prometheū tradiderunt. que omnia eorum figmenta esse: qui Alexādro adulari studebant: certū est: ex eo maxime: qđ scriptores non concordant. sed alii mentionem de hoc faciunt. alii minime. Non enim par est res adeo illustres: et ambitione plenas: nō esse auditas: etsi sunt audite: nō uidetur uerisimile: nō fuisse existimatas: dignas memoratu fuisse. presertim a fidelissimis eorum: Tum ex eo: qđ ii: per quos herculi et baccho trāseundū erat: nullum signum habent: quo ostendāt illos per eam terram transiuisse. Preterea eiusmodi herculis stola: multo posterior troiana memoria: figmētum eorum uidetur: qui heracliam condiderunt: siue is pisander fuerit: siue alius. Antique enim statue talē ornatum non habent. Quare in his id tenendum est: qđ ad fidem proxime accedit. Nos et in superioribus Geographie libris: hec digessimus: q̄tum fieri potuit diligēter. et nunc etiam digeremus. Illis enim ad manum utemur: et alia adiiciemus: q̄tum ui/debitur ad euidentiā opportunum. Sed ex digestiōe que tunc facta fuit. ea p̄sertim certissima uidebant̄: que summatim ab Eratosthene tradita erāt: ī tertio geographiæ libro: de ea scilicet que tunc India putabatur: quum eam Allexander peragrauit: et Indus flumen eius confinium erat. et Ariane. quam deinceps: ad orientem sitam: per se tenuerunt: postea magnam eius partem Indi occupauere macedonibus ademptam: Atq; hec ab Eratosthene traduntur. Indiam a septentrione tauri extrema termināt: Ab Ariana: usq; in orientale: mare. que indigene pticulatim nominant. popamisum. Emodū. Imaum. et aliis nominibus. Macedones uero caucasum uocant. Ab occidēte Indus fluuius: Australe et orientale latus: que sunt longe aliis maiora: in athlāticum pelagus procurrunt. unde regio Rhombi figuram prebet. Nam utrumuis maiorum laterum: cōtrarium sibi latus: tribus milibus stadiorum exuperat: q̄tum est cōmune ori/entalis et meridionalis ore promontorium: qđ extra in utrunq; equaliter excurrit: ad aliam littoris regionē. Quare occidētalis lateris a caucasiis mōtibus: in Australe mare xiii. milia stadiorum colliguntur: secundū Indum flumē: usq; ad eius hostia. q̄propter ex contrario orientale latus: assumptis promontorii tribus milibus: erit. xvi. milium stadiorum. Atq; hec est: et maxima: et minima regionis latitudo: Lōgitudo uero est: ab occidente in oriētem: qđ de ea parte: que usq; Palibothra pertēdit: certius dici pōt. Nam Schoenis mensurata est. et uiam regiam habet: stadiorum. xx. milium. Vlteriora

uero: coniectura deprehenduntur: per nauigationes: que ex mari fiunt per gangem Palibothra usq; que sunt stadiorum sex miliũ. Tota uero uel breuissima est stadioꝝ xvi. milium: ut ex certa diurnorum itinerum descriptione: deprehendisse se Erato/sthenes affirmat. cui etiã Megasthenes assentit. Patrocles uero mille stadia detrahit. Rursum si huic distantie: ꝓmontoriu distantia addatur: presertim que adortũ uergit: scilicet tria milia stadiorum: Longitudo maxima conficietur: que est ab Indi hostiis secundum littoris regionem: usq; ad dictum ꝓmontorium: et orientales eius terminos. Hoc in loco ii habitant. qui coniaci uocantur: ex his perspici potest: q̃cum aliorum sententie sint diuerse. Nam ctesias dicit Indiam non esse minorem reliqua Asia Oni/sieritus dicit: eam esse tertiam orbis partẽ. Nearchus quattuor mensium iter p cãpum. Megasthenes: et Deimachus moderatius. Nam supra. xx. milia stadiorum eam ptem ponunt: que ab australi mari: in caucasum tendit. Deimachus secundum quedã loca: supra. xxx. milia: contra quos in superioribus est a nobis disputatũ. Nunc hoc tantũ dicere sufficiat: qđ id ueniã petẽtibus plurimum opitulatur: quũ que de rebus indicis dicunt: non affirmãt. Tota india fluminibus irrigatur. quoꝝ quedã: in duo maxima irrumpunt: Indum atq; gangem: quedam propriis hostiis in mare emittunt. et omnia ortum habent a caucaso: primo ad meridiem delata. postea alia in eodem permanẽt cursu: presertim que in Indum influunt. alia flectuntur ad orientem: quenadmodum ganges: qui a montibus descendens: quũ in planiciem peruenerit: ad orientẽ cõuersus: et Palibothra: ciuitatem maximam: preterfluens: in eius mare progreditur. et unum hostium habet. quanq̃ omnium Indicoꝝ flumen maximũ sit. Indus duobus hostiis in mare ad meridiem emittet. Patralerinam complectens: egyptio delta persimilem. Ex horum fluuiorum uaporibus: et etesiis: stagnãtur campi. Nam et Eratosthenes dicit Indiam estiuis hymbribus madere. et eo tempe linum serit: et miliũ: et Sesamum: Oriza et Bosmorus. Hiberno autem tempore seritur triticum. ordeum legumina: et alie fruges esculente: quarum nos ignari sumus: et fere eadem nascũtur in India: que in ethiopia: et in egypto. Indici fluuii oĩa ferunt: preter Hippopotamum. quanq̃ onisierit dicat: eos etiã ĩ India ꝓcreari. Ex hominibus meridiõales: colore ethiopibus: aspectu et capillatura: aliis ꝑsimiles sunt. Nam propter aeris humiditatẽ: nõ crispanẽ. At boreales egyptiis sunt similes. Taprobanem. Pelagiam insulam: distare dicunt ab australissimis partibus: que sunt apud Coniacos meridiẽ uersus septẽ dieꝝ nauigatiõe: eius longitudinem esse ad. viii. milia stadiorum ethyopiam uersus. In ea elephantos gingni. Hec quidem ab Eratosthene tradũtur. qbus ea sunt addenda que a nõnullis qui propriam scripturam componunt: exquisite dici existimantur. Vt ab Onisierito qui huius insule magnitudinem facit stadiorum. v. milium. Longitudinem uero et latitudinem nullam distinguit Distare eam a continenti. xx. dierum nauigatione: sed naues uelorum: uitio: male nauigare: que etiã aliis non mitratis sint fabricate. Inter eam: atq; Indiam: alias insulas eẽ: Ipsam uero omnium australissimam. Circa eã gigni cete uite ancipitis: alia bobus: alia eqs: alia aliis terrestribus aĩalibus similia. Nearchus de fluuioꝝ effusione: hec affert exempla. qđ dictũ est: Hermi: et Caystri: et meandri: et caici: campos: similes esse: propter limum: q e montibus delatus: campos auget: immo facit. Deferre aũt flumina eum: qui mollior sit: et pinguior: ex quo campi fiunt. Idq; recte dici: qđ tale est: q̃le illud: qđ Herodotus de nilo ait: atq; eius terra. qđ ea: illius donum sit. Et propterea Nearchus putat Nilum recte eodem nomine uocari: quo etiam egyptus. Aristobulus dicit: Solos mõtes: et montium ima: pluuiã et niues sẽtire. Campos uero tum hymbrium eẽ expertes: tum niuis. ex incremento fluminũ regionẽ

mundari: in montibus per hyemem ningere. uere incipiēte hymbres incipere ac semp magis augeri. A fianis et die: et nocte: iugiter et copiose flumia effūdi: usq; ad arcturi exortum: ea niuibus: et hymbribus aucta: campos irrigare. Que omnia: & a se: et ab aliis deprehensa dicit: quum ex paropamisadis In Indiam contenderēt: post Pleadū occasum. et in montibus immorarentur. et Hypasioꝝ & musicam terram hyeme per/mearent. Vere autem incipiēte: quum in campos: & Taxilam urbem maximam: atq; hinc in hydaspem: ac Pori regionem descendissent: Hyeme quidem aquam nō uidisse: sed niues solum. et primo Taxilis pluisse: ac postq̄ in Hydaspem uenissent: et porum superassent: iter in Hypanim facietes: orientem uersus: atq; inde in hydaspē rursum: continue pluisse: et presertim flantibus etesiis: Arcturi autem exortu cessasse: & quū circa nauiū fabricationem: ad Hydaspem immorati essent: et non multis diebus ante pleadum occasum nauigare cepissent: totū autumnū: & hyemē: & uer: & aduētantem estatem in nauigatione occupantes: circiter canis exortum: in Pattalenā peruenisse: quumq; menses. x. nauigassent: nunq̄ aquam sensisse: uigētibus etiā etesiis. ex fluminū uero excrescentia campos inundari: mare propter contrarios uentos intractabile esse. & nullū flatum a terra inseq. qđ etiam Nearchus affirmat. de estiuis aūt hymbribus non concordat. sed estate dicit in campos pluere: Hyeme uero nequaq̄. De fluminum excrescentia conuenit inter eos. Nearchus cum prope Acesinem castrametatus esset: dicit se coactum fuisse ut locum aliū ascensu arduū immutaret: idq; circiter estiuale solstitium contigisse: Aristobulus excrescentie mensuram cubitorū. xl. tradidit: quoꝝ xx. alueum implerent: supra priorem profunditatem: usq; ad labrum. reliqui aūt. xx. in campos effunderētur. Sed in hoc potissimū concordāt: qđ contingit urbes insulas effici: cum supra aggeribus cōstitute sint: quenadmodū in egypto cōtigit: & ethiopia. Post arcturum iam aqua subsidente cessare inundationem. Addit etiam terram semi/gelatam & frigore fissam seri: & fruges optimas gigni. Aristobulus dicit Oryzā in aqs clausis stare: factis areolis quibusdam: eamq; eē altitudine cubitorum quattuor: multi fructus multarumq; spicarum. meti circiter pleados occasum. emundari ut speltam. Nasci etiā in battriano agro: et ī babylonio: et in Susio: & ī inferiore syria. Megillus scribit eam ante pluuias seri. consitione tamen et irrigatione indigere. et clausis aquis irrigari. Bosmorus: quem Onisicritus ait in ueneratione esse: minor est tritico. & inter amnes nascitur. Torretur autem quum in area excutitur. sed iurāt: ne prius eum ex area moueāt: q̄ igni concoxerint: idcirco ne semen exportet̄. Hanc regionē egypto: et ethiopie similē dicit. Rursū Aristobulus cōtrarietate allata: cū nilus ex hymbribus crescat: Indie uero flumina ex septētrionalibus: querit q̄re ītermedia loca hymbribus carent. Nam nec in Thebaica: usq; in Syenem: et loca Meroe proxima: nec in Indiæ partibus a Pattalena: usq; in Hydaspem pluit. Vlteriorem uero regionem: in qua et pluit et ningit: perinde excoli dixit: atq; aliā que est ultra Indiā: Cū ab hymbribus ac niuibus irriget̄. Atq; ex iis: que cōmemorat: uerisimile ē: terrā facile a terremotibus cōcuti: ab humiditate laxatam. et facile rumpi: ut etiam fluminum aluei immutenē. Vnde ad negotia quedam missus: uidisse se ait: pluriū mille urbium et uicoꝝ regionē desertam: cum Indus proprium alueum reliquisset: et ad sinistram conuersus esset in alium longe profundiorem: et quasi abrupisset: adeo ut regio ad dextram relicta nō amplius effusionibus irrigaretur. cum non modo alueo sublimior esset: sed etiam omni fluminis inundatione: qđ autem flumina excrescant: et qđ uenti a terra non spirent: id concordat: qđ ab Onisicrito dictum est. Is enim maritimam oram dicit: palustrem esse: presertim ad fluminum hostia. propter limum: et maris affluxum. et propterea

qđ marini uenti preualeāt. Megaſtheneſ Indie fecunditatē ex eo maxime declarat: qđ eam biſ fructum ferre dicit: et bifariam nominat: quenadmodū et Eratoſtheneſ: qui inquit alteram hybernam ſemētem: alteram eſtiuam quomodo et hymbrē. Nullū enim annum inueniri dicit utroq; tempore ſine pluuia: quapropter contingit annum feracem eſſe: cum ſemper terra ſit fecunda. fructuſ autē arboreoſ multoſ gigni. Arboꝝ radiceſ: preſertim magnarum arundinum: et natura & decoctione dulceſ eſſe: aqua a ſolibuſ tepefacta: tam celeſti: q̄ fluuiali. quaſi dicat: qđ ea que apud alioſ: et fructū: et ſuccorum maturitaſ dicitur: apud illoſ cōcoctio eſt. que tantū ad dulcedinē opatur: quantum ea que per ignem fit: quapropter dicit ramoſ: ex quibuſ rote fiūt: flexibileſ eſſe: ob eandem cauſam: in quibuſdam lanam innaſci: ex qua Nearchuſ ait Sindonaſ texi: et macedoneſ ea pro tomēto uſoſ: ſagula cōfeciſſe. et ſerica huiuſmodi eſſe: Byſſo ſcilicet ex corticibuſ quibuſdam excarminata: Dixit etiam arūdineſ mel ſine apibuſ gignere: et cum non ſit arbor fructifera: Ex fructu tamen ebriū facere. India multaſ quidem arboreſ admirabileſ fert. E quibuſ una ramoſ ad terram pronoſ habet: frōdeſ uero nō minoreſ clipeo. Oniſicrituſ: qui curioſiuſ ea perſequitur: que ſunt in muſicani terra indie auſtraliſſima: refert arboreſ quaſdam ingenteſ eſſe: quarum rami cum ad duodenoſ cubitoſ creuerint: reliquum incrementum pronum faciunt: deflexi quouſq; terram cōtingant: deinde terram ingreſſi: radiceſ agūt: ueluti ꝓpagineſ: deinde rurſuſ in trūcum exeūt a quo poſtq̄ aucti fuerint inde flectūtur: et aliā propaginē efficiūt: deinde aliam: et ſic deincepſ: ut ab una arbore umbraculum fiat: tabernaculo multi/colomnio ſimile: Narrat preterea miraſ arborum quarundam magnitudineſ: quarum ſtipitem: uix quinq; homineſ complecti queant. Ariſtobuluſ ubi Aceſineſ hyarotidi permiſcetur: de arboribuſ dicit: que ramoſ deflexoſ habēt. et de earum magnitudine: ut ſub una arbore quinquaginta equiteſ meridiari poſſint. Ille uero quadringentoſ ait. Refert etiam Ariſtobuluſ arborem eſſe: nō magnā: que magnaſ ſiliquaſ habeat: ut faba: denorum digitorum longitudine. melliſ plenaſ. quaſ qui ederint non facile euadant. Qui dixerunt tranſ hyarotidem uiſam fuiſſe arborē: que umbram in meridie faceret: quinq; ſtadiorum: cunctoſ exupant de arborum magnitudine. Hic quoq; ait lanigerarum arboꝝ florem: nucleū habere: quo detracto: reliquū: ut lana: carminetᷣ. In muſicani regione frumentum ſponte naſci: tritico perſimile. Item uiteſ uiniferaſ: cum ceteri uino carere Indiā dicant. adeo ut nec ibi tibia ſit: ut Anacariſiſ inquit: nec ullum aliud muſicum inſtrumētum: preter cymbala: et tympana: et crotala: quibuſ uti preſtigioneſ ſolent. et qđ India multa medicamenta habeat: et multaſ herbarum radiceſ: tū ſalutareſ: tum noxiaſ: quenadmodū et multoſ coloreſ: et hic: et alii dixerūt. Addit: legem eſſe: ſiquiſ perniciosum aliquid excogitarit: et remediū non adinueniat: morte plecti: qđ ſi adinuenerit: honore premioq; a regibuſ affici. habere Indiam: que auſtraliſ eſt cinnamomū: nardum: et alia aromata: quenadmodū: Arabia: & ethiopia: cum hiſ ſole perſimiliſ ſit. differat autem aquarum abundantia. Vnde aer uduſ eſt: et fecunduſ: et ualde nutritiuuſ. Eodem modo et terra: et aqua. quapropter animalia tū terreſtria: tum aquatilia: apud Indoſ: q̄ ceteroſ: magna ſunt: et niluſ ceteriſ fecundior eſt. et magna ꝓducit: cum alia: tū ea que ancipitiſ ſunt uite: Egyptie quoq; mulliereſ interdum quattuorgeminoſ pariūt. Auctor eſt Ariſtoteleſ: quādam ſeptemgeminoſ peperiſſe. qui etiam Nilum fecundiſſimum uocat. et nutritiuum propter moderatam ſoliſ decoctionem: relinquentiſ nutrimentum: et ſuperfluum euaporantiſ. Ex eadem cauſa uериſimile ē id cōtingere: qđ hic dicit: qđ nili aq̄: dimidio minore igne excoqtur: q̄ cetere aque. Quāto magiſ inquit nili aqua: multam et anguſtam regioēm in rectū

permeat: et multos aeres: et mundi plagas permutat: Indica uero flumina in maiores latioresq; effunduntur campos: diu in eisdem regionibus immorantia: tanto illa: hoc magis nutriunt. unde et cete plura generant. et maiora. Dicunt preterea aquam iam decoctam enubibus effundi. qđ Aristobulo non placet. qui negat in campis pluere. Onesicrito autem uidetur. Item aquam causam eẽ ꝓprietatum in animalibus: cuius signum affert: qđ peregrina pecora ex hoc potantia: colores suos ad alienũ immutãt colorem. qđ profecto recte dictum est. qđ autem ethiopes nigri sunt: et crispi: neq̃q̃ in meris aquis causam ponendam esse. qđ uero Theodectem criminetur: qui causam referat ad solem quum sic ait:

Quibus propinquam phoebus admouens rotam:
Atra fauilla corpora infecit uirum:
Caloribusq; adurens prepotentibus:
Retorridas crispauit illorum comas:

Rationem aliquam habet: dicit enim solem non esse uiciniorem ethiopibus: q̃ alus: sed magis perpediculare: et propterea magis adurere. unde nõ benedici solem ꝓpinquum: quum ab omnibus equaliter distet: nec calorem esse nigredinis causam: Nam nec us:q in uentre sunt matris: quos nondũ Sol attigit. sed melius dicũt: q causam soli tribuũt: et eius adustioni per uehementem quandam summi humoris attractationem: q̃obrem diximus indos non crispari: nec eorum colorem aduri: cum talia non patiantur. quia humido aere participãt. In utero autem per seminalem dispositionem iam tales fiũt: quales fuere q eos genuerunt. Hoc enim modo et passiones a generatione contracte: et alie similitudines dicuntur. Quod autem Sol eq; ab omnibus distet: hoc ad sensum dictum est: non autem ad rationem. Atq; ad sensum: non quomodocũq;. sed ut terrã dicimus ad Solis speram puncti rationẽ obtinere: quoniã ad talẽ sensum: quo calorem percipimus de proximo quidem magis: de longinquo uero minus. non autem equalẽ. Et hoc mõ Sol ꝓpiquus ethiopibus dicitẽ: nõ ut Onesicrito uisum ẽ: atq; illud ex usẽ: que cõceduntẽ & similitudinẽ ad egyptũ seruãt: et ethiopiã: qđ cãpi: q nõ inundantẽ: ꝓter siccitatẽ: sterilescũt. Nearchus primã de nilo questionẽ: unde scilicet augeatur: ait Indica flumina edocere: quoniam ex estiuis hymbribus id cõtingit. et Alexandrũ quum crocodelos in Hydaspe uidisset. et egyptias fabas ĩ acesinoe inuenisset: putasse id esse nili initium. et propterea classem in egyptum parasse tanq̃ ꝑ hoc flumẽ in nilũ nauigaturũ: paulopost intellexisse: qđ sperabat: effici nõ posse. Nã magna flumina interiacent: et difficiles alueι: et in primis oceanus: in quẽ oĩa indie flumina emittũt. postea Areana: et persicus et Arabicus sinus: et in ipsa Arabia et Troglodytica: ac de uentis qdem et hymbribus: et fluminũ incrementis: et campoꝝ inundatione: hactenus. Nunc opus est: ut de singulis fluminibus dicamus: quecũq; ad geographiã utilia sunt. et quorum nos historiam accepimus. Nam flumina ĩ primis ad totã presentẽ materiã conducunt: cum ea magnitudines: et figuras regionũ: naturaliter determinent. Nilus et Indie flumina: aliqd plus ceteris habẽt: ꝑpterea qđ sine ipsis: regio ẽ inhabitabilis. nam et colitur simul: et nauigatur: et aliter adiri: et habitari non potest: Nos itaq; ea historie mandamus: que in Indum emittunt. & que memoratu digna existimamus: & loca: per que deferuntur. Cetera uero ex parte maxima ignorantur: Allexander qui hec plurimum illustrauit: In initio: quum ii: qui Darium dolo occiderant: ad capiendã Arianam impetum fecissent: optimũ fore existimauit: si eos persequeretẽ: et aboleret: quare in loca uenit indie proxima: per arianam. q̃ ad dextram relicta: paropamisum ad borealia bactrianamq; transcendit: atq; omnibus subiectis: que persis parebant: ac

etiam pluribuſ:iam Indiam appetere cepit:cū multi de ea quanq̄ nō certa p̄dicarent.
Quare iiſdem montibuſ per uiaſ breuioreſ exuperatiſ:reuerſuſ eſt:habenſ Indiam a
ſiniſtriſ:poſtea rurſuſ in eā rediit:ad occidētaleſ eiuſ fineſ:et cophē flumē:et choaſpē:
qui in cophem immittit:& apud Plagyrium urbem fluenſ preter gorydi urbem:& Bā/
dobinā et gandaritim permeat. Intellexit apprime habitabilem:& fructiferam eſſe:
montanam:& borealem regionem. Auſtralem uero ptim ſiti uaſtam:ptim fluminibuſ:
et omnino exuſtā:et beſtiiſ q̄ hominibuſ conuenientē. priuſ itaq; laudatū aggreſſuſ
eſt. ſimul exiſtimabat: flumina que traiicienda erant:tranſitu faciliora eſſe:cum non
procul ab eorum fontibuſ abeſſent:et terram: quam permeabat:tranſuerſa ſecarent.
ſimul audierat plura in unum conuenire. atq; id ſemper eo magiſ effici: quo ulteriuſ
procederetur:quare et tranſitu difficiliora:preſertim in nauigioꝝ inopia. hoc metuēſ
cophem traiecit·& montana omnia ſubegit. que ad orientem uerſa erant. Poſt cophē
erat Induſ. Poſtea Hydaſpeſ. poſtea Aceſineſ. et Hyarotiſ:poſtrēo hypāiſ. Vlteriuſ
progredi cauit. tum propter oracula. tum propter exercitū iam laboribuſ defatigatū:
Sed in primiſ continua pluuia laborabat: Ex orientalibuſ itaq; Indie partibuſ:ea
nobiſ innotuere que ciſ hypanim ſunt. et ſiqua hiſtorie ſunt mandata ab iiſ:qui poſt
illum tranſ hypanim uſq; in gāgem:et palibothra proceſſere. poſt Cophē itaq; Induſ
fluit. Regionem inter hec duo flumina mediam habitant Aſtaceni:Muſiani·Nyſſei:
et Hypaſii:de hinc ſequitur Aſſacani regio:in qua eſt Maſoga:ciuitaſ:regiōiſ huiuſ
caput:deinde iam ad Indum eſt alia ciuitaſ nomine pericolaitiſ:ad quam Allexander
facto ponte traiecit exercitum. Inter Indum et hydaſpē eſt Taxila:magna ciuitaſ:
et iuſticie ſtudioſa. Circunſtanſ uero regio frequēſ:et ualde ferax:iam campiſ uicina.
Huiuſ urbiſ incole:et Taxiluſ eorum rex perhumaniter Alexandrum ſuſceperunt.
Vnde et plura ſunt ab illo conſecuti:q̄ ipſi prebuere: adeo ut macedoneſ ex inuidia
dicerent:quaſi Alexander non haberet quibuſ benefaceret:priuſq̄ Indum traiiceret.
Sunt qui dicant hanc regionem maiorē egypto. Vltra hanc in montibuſ eſt Abiſari
regio:apud quem legati ab eo miſſi nuntiauerunt duoſ draconeſ nutriri:alteꝝ. lxxx.
cubitorum longitudine:alterum. c. et. xl. ut Oneſicrituſ refert:qui nō Alexandri:ſed
potiuſ ad mirabilium deſcriptor eſt appellanduſ. Nam omneſ:qui de Alexādro. per/
tractant:miracula pro ueritate habent. Hic autem omneſ mōſtriſ uidetur exupare.
Dicit tamen quedam uериſimilia:et memoratu digna. que etiam:qui non credit:non
preteriret. Sunt et alii:qui dicant draconeſ in emodiſ montibuſ capi. et in ſpeluncíſ
enutriri. Inter Hyſdapem et Aceſinem eſt pori terra:multa ſane:et opulēta. ccc. fere
ciuitatum. Item ſilua prope emodoſ monteſ: ex qua Alexander multam abietem:et
pinum:et Cedrum:et uariaſ aliaſ arboreſ:in hydaſpem deduxit. Ex quibuſ claſſem
conſtruxit:iuxta urbeſ:in utraq; fluminiſ ripa ab eo conditaſ:ubi porum uicit. quaꝝ
alteram bucephaliam nominauit:ab equo:qui ī eo prelio cecidit. Iſ Bucephalaſ a la/
titudine frontiſ dictuſ eſt:quo ſemper Alexander in certaminibuſ utebat̄. Erat enim
bellator optimuſ: Niceam uero a uictoria appellauit. Dicūt eſſe in ea ſilua maximā
ingentium circopithecorum multitudinem:adeo ut quū macedoneſ aliquādo multoſ
in collibuſ quibuſdam apertiſ uidiſſent in aciem inſtructoſ:nam id animal ad humanū
accedit ingeniū:non minuſq̄ elephanteſ:caſtra putaſſe. et in eoſ:tanq̄ ī hoſteſ irruiſſe.
Sed quum a Taxilo:qui cum Alexandro erat:rem agnouiſſent:ceſſaſſe. Hoc animal
duobuſ capitur modiſ:nam quum imitatiuum ſit:et in arboreſ fugiat:uenatoreſ quū
eoſ in arboribuſ inſidere animaduertunt:catinum aqua plenū in conſpectu ponunt:
oculoſ ſibi ex ea abluenteſ. poſtea uiſco:pro aqua poſito abeunt:a longe inſidianteſ.

Quũ animal ex arbore descẽderit: et sese uisio illiuerit et cõniuenti palpebre implicate fuerint: accedentes uiuũ capiunt. Atq; hic unus est modus: alter est: Postq̃ Culleolos quosdam in subligaculi modum induti fuerint: abeũt. aliis ibi relictis interius uillosis: & uisco illitis: Simie in hos ingredientes facile capiũtur. Sunt qui cathean: Sopithis regionẽ: q unus fuit ex Nomarchis: Inter hos amnes locauerint. Quidã trans Acesinẽ: et hyarotidem: finitimam terre pori: consobrini alterius pori: q ab Alexãdro captus fuit. Regionem uero que sub hoc est gandaridem uocant. Sed mirum in modũ pul/chritudinem in cathea excoli dicunt. ut equorum et canum. et Onesecritus autor est: apud eos regem pulcherrimum eligi. Puerum uero: post duos menses q̃ natus fuerit: publice iudicari: utrum legitimam formam habeat: et uita dignã: nec ne: eumq; quũ ab eo iudicatus fuerit: qui rei preest: uel uiuere: uel interimi. Tingi etiam mentum eius multis uariisq; coloribus: ornatus gratia: & multos ex Indis id studiosius facere. regio/nem colores admirabiles: et capillis & uestibus tingẽdis ferre. homines ceteris in rebus frugales esse: circa ornatum autem curiosos: Catheorum ꝓprium esse dicit: ut sponsus et sponsa se mutuo eligant. Item ut uxores cum uiris defũctis comburantur. ob hãc causam: qđ quum aliquãdo adolescẽtulos adamarẽt: a uiris secedebãt: uel eos ueneno interimebant. ut ergo ueneficia tollerentur: hanc legem conditam esse. que profecto lex et causa mihi nõ satis probabilis uidetꝰ. Dicunt in terra Sopithis: in mõte quodã: sales effodi: qui toti Indie sufficiant: Item auri & argenti metalla: non longe in aliis montibus dicuntur: ut gorgus tradidit: metallorũ gnarus. Indi et metallorũ et fusilium imperiti: quibus abundent nesciunt. idcirco rem simplicius tractant. In eadem terra canes optimas narrant. atq; Alexandrum. c. et. l. canes a Sophite accepisse. ut periculũ faceret duos leoni amisisse: quibus illũ tenentibus: alios duos soluisse: qui quum iam in certamine cõsisterẽt: Sopithes iussit: ut unus ex canibus crure appꝛehensus abstraheretꝰ a morsu. et nisi obtemperaret: crus amputaretur: qđ Alexander primo non concessit: cani uidelicet parcens: Sed cum Sopithes diceret: se q̃ttuor pro uno daturũ: cõcessit. Canis uero prius sibi crus incidi profũdo uulnere passus est: q̃ morsum dimitteret. Iter itaq; usq; ad hydaspem magna ex parte erat ad meridiem. Citerius uero ad orientem: usq; ad hypanim: magis montibus: q̃ campis uicinũ. q̃re quum Alexander ab hypani ad hydaspẽ: et nauale reuersus esset: classem coniunxit: postea ꝑ hydaspẽ nauigauit. Oĩa predicta flumina in unum intrant: scilicet Indum Sed postremus est hypanis: quindecim dicuntur esse uniuersa mentione digna: que in Indum influunt. ex quibus omnibus auctus est: ubi ad. C. stadia dilatatur: ut tradunt: qui nõ moderate locuntur. ut uero moderatiores ad. L. et multe gentes: et urbes: circa eum sunt: postea duobus hostiis in australe mare immittit. et Pattalenam insulam facit. ea mente Alexander orientales partes omisit. primo qđ prohiberetur hypanim transire: & qđ experientia intelligetur: falsam esse priorem famam: quod campestris regio exusta esset. & bestiis q̃ hominũ generi habitabilis: quapropter illis partibus omissis: has aggressus est. Itaq; hec illis sunt prelata. Regionem que inter hypanim est: et hydaspem nouem natiões habere dicuntur. Ciuitates uero ad. v. milia: non minores. Co. Meropide: que ꝑfecto multitudo: per excessum dici uidetur. que autẽ inter Indum est et hydaspẽ: et a q̃bus habitetur memoratu dignis: fere dictum est. Consequẽter deorsum habitant Silbe: de quibus ante dictum est: & Malli: et Cydracẽ: maxime nationes. Malli sunt apud quos Alexander mortis periculum adiit inexpugnatione oppidi cuiusdã uulneratus. Ox/ydrace sũt: quos bacchi cognatos diximus. Iam uero iuxta Patalenã musicãi terram dicunt: et sabutas indonaliam: ac etiam porticani terram: et gẽtes alias quas Alexãder

superauit: fluuialem indi regionem habitātes. Vltima est Pattalena quā Inaui facit: in duas partes diuisus. Aristobulus ait mille stadiis eos inter se distare. Nearchus addit octingenta. Onesicritus unumquodq; latus cōprehense insule: que figuram triangulā habet: duum milium stadiorum dicit fluminis latitudinem: ubi in ora scinditur ad. cc. stadia. quam insulam delta nominat. et egypto delta equalem facit. qđ minime uerū est. Nam egyptum delta: mile et. ccc. stadiorū basim habere dicit̄. latera uero: utrūq; minus basi. In Pattalena urbs est insignis: nomine Pattala: a quibus insula nominatur. Onesicritus dicit: finitimā oram magna ex parte palustrē esse. p̄sertim circa fluminū hostia: propter lutum: qui defertur. et maris affluxum: et qa a terra flatus nō spirāt. nam hec loca a maritimis uentis occupantur. Multus est etiam in musicani terra commendanda. cuius nonnulla cum aliis rebus indicis memorantur. ut de lōgitudine uite: qđ. c. et. xxx. uiuāt annos. Nam et Seres his longeuiores dicuntur. Item de uite frugalitate. & de salubritate. quanq; regio rerum omnium copiam habeat. proprium eis esse: laconicas cōesationes in publico celebrare. Item opsonium ex uenatione querere: et auro: et argento non uti. quanq̄ metallis abundēt. et iuuenibus pro seruis uti: dum adolescunt. quenadmodū cretenses Epharmiotis: & lacones helotibus utebantur. Item nullas artes exquisite discere: preter medicinam. In quibusdam nimium exerceri: ut in bellicis: ac similibus: maleficium putari. Ius non esse: nisi cedis & contumelie: cum non sit in se ipso: hec non pati. cū uero que in contractando consistunt: in unoquoq; sint: ferendum esse: siquis fidem uiolarit. Sed cauēdum: cui credatur: et nō implendā esse urbem controuersiis. Hec ab iis traduntur: qui quū Alexandro militarunt. efferē etiam epistola quedam crateri ad matrem Aristopatram scripta: que cū alia permulta admirabilia narrat: & cum nullo cōcordat: tum etiam refert Alexādrum: in gangem usq; processisse: et ipse: uidisse se id flumen affirmat: et cete in eo. Idq; et magnitudine: et latitudine: et profunditate: remotius q̄ iunctius ueritati. Nā qđ maximū sit omniū fluminum que in tribus continētibus memorantur: et qđ post id Indū ponāt. & tertiū histrum. et quartum Nilum satis conuenit. eorum uero singularia alii aliter tradūt. Quidam minimam eius latitudinem. xxx. stadioꝝ dicunt. qdam trium. megasthenes quum moderatus est: ad. c. eum stadia dilatari existimat. Minimā uero profunditatē xx. passuum. In huius et alius fluminis concursu: sita esse palibothra que octoginta stadiorum longitudinem habeat latitudinem. xv. in figura quadrata: cincto ligneo: et perforato circundata. ita ut per transennas sagittent. propositam esse etiam fossam tutele gratia: et recipiendorum purgamentoꝝ ex urbe affluentium. Gentem: in qua ciuitas est: Prasios uocari. ab omnibus differentes: eorū regem ultra p̄prium eius nomē a generatione impositum: de nomine urbis palibothrum appellari: quenadmodum & Sadrocottum: ad quem missus Megasthenes fuit. Idem apud parthos fit. omes enim Arsace nominantur: priuatim uero alius Herodes: alius Phraates: alius aliter. Totam regionem que trans hypanim est: optimam esse consentiunt: que omnia: non exacte a quoq̄ tradūtur: Sed propter ignorantiā: et locoꝝ distantiam: in maius ac miracula extolluntur. ut que de formicis perhibentur: aurum effodientibus. et de bestiis aliis: et hominibus: qui proprias q̄sdam formas et uarias uires habent. Nam et Seres tam lōge dicuntur uite: ut ducentesimum annum excedant. Referunt quendam optimatum ordinem ciuitatem gubernare: ex. v. milibus consiliariorum constantem: quoꝝ quisq; elephantem. reipublice prebet. Megasthenes auctor est. Tigres apud Prasios gigni: magnitudine duplos fere ad leonem. adeo ualentis: ut unus ex mansuetis a quattuor hominibus ductus: si mulum posteriore pede apprehēderit: ad se trahit. Circopithecos

uero maximis canibus maiores: et totos albos: preter faciem: que nigra est: apud alios uero econtra. Caude longitudinem supra duos cubitos: preterea mitissimos et circa adortus: et furta: nõ malignos. Lapides quoq; effodi thureo colore: ficu et melle dul/ciores. Quibusdam in locis: serpentes esse: binorum cubitorum: membranaceis alis: ut uespertiliões. eos per noctem uolare. et lotii: et sudoris: stillas demittere. que incautos tabe offẽdunt. Item Scorpios pennatos magnitudine admirabili. Nasci etiam ebenũ. canes esse ualentissimos. qui non ante morsum dimittant: q̃ aqua naribus infundatur. nõnullis prestudio in morsu oculos distorqueri: nonnullis etiam excidere. Leonem & taurum a cane detineri. Taurum mori rictu comprehensum: priusq̃ dimittatur. In regione montana Siliam flumen esse: in quo nihil innatet: quanq̃ id Democritus non credat: qui multum Asie peragrauit. Sed nec id Aristoteles concedit. Etsi aeres quidã sint adeo tenues: ut nulla in eis uolatilia inuehantũ. Nõnulli uero: uapores: exhalatos ad se trahunt. et ita quodammodo subuolantia absorbent: quenadmodum electrum paleam: et Siderites ferrum: et fortassis alique eiusmodi uires in aqua sunt: sed hec ad physiologiã pertinent. et ad ea que de rebus inuectis tradũt: q̃re ĩ illis ẽ pspiciendum: nunc ea assumenda sunt: que ad Geographiam attinẽt. Dicunt totam Indorũ mul/titudinem in septem genera dispartiri: quoꝝ: philosophi honore antecedunt. numero uero paucissimi sunt. utuntur eorum unoquoq; priuatim: qui mactãt et sacrificant: publice uero reges: in eo cõuentu: q maximus apud eos fit: quum nouo ãno incipiẽte: philosophi omnes cum rege ad uenationem exeũt: et quicquid quisq; composuerit: uel obseruauerit eo anno: de fructibus: de animalibus: de republica: in medium proferũt. ubi qui ter mendax deprehensus fuerit: ei per totam uitam ex lege silentium indicitũ: qui uera dixerit: immunis: et omni tributo exemptus censetur. Secundum genus est agricolaꝝ: qui plurimi sunt. et pacatissimi: in maxima opandi licentia. & immunitate militie. Hi nec ciuitatem: nec publicum negotium: nec ullum aliud munus attingunt. q̃obrem eodem tempore: et eodem loco: alii pugnant: & cum hoste periclitantur. Alii arant: uel fodiunt: sine ullo periculo: cum illos propugnatores habeant. et cum regio tota sit regis: ipsi eam conducti operantur: in quarta fructuum parte. Tertiũ genus est pastorum: ac uenatorum: quibus solis et uenari: et pascere pecora: et uendere: et iumenta locare: licet. pro eo autem q̃d terrã bestiis liberant: et ab auibus: que semina legunt: salario a rege cõpensantur. et uagi: errabundiq; uitã in tuguriis agunt. ꝑuato homini equum: et elephantem alere non licet. Vtrunq; enim regis possessio censetur: suntq; eorum curatores. Elephantum uenatio hoc modo fit. locum aliquẽ purgatum quattuor aut quinq; stadiorum: profunda fossa circundãt. tum ingressum ponte an/gustissimo iũgunt. Deinde tres quattuor ue elephãtes feminas ex mansuetis immittũt: ipsi in tuguriis occulti insidiãtur. ꝑ diem siluestres nõ accedũt. Nocte aũt singillatim introeunt: quibus ingressis uenatores clam aditum occludunt. postea nonnullos ex domesticis certatoribus fortissimos inducentes: cum illis pugnãt: simul etiam fame eos macerant. Quum uero iam defessi fuerint: aurigaꝝ audacissimi: clam descendẽtes: q̃sq; sui elephantis uterum subeũt. atq; hinc subito siluestrium uterum subeuntes: cõpedes illis iniciunt. quo facto domesticos exhortãtur: ut uinctos uerberent: quousq; in terrã cadãt: postq̃ ceciderint: bouillis loris eoꝝ colla cum domesticis alligãt: et ne ascẽssores excutere possint colla circũcidentes: in cesuris uincula imponũt: ut pre dolore uinculis cedant. et quietem agant. Ex captis seliguntur quicũq;: uel senio: uel iuuenta inutiles sunt: reliqui in stabula ducũt. & pedibus inuicem uinctis. et collo ad columnam bene cõpactam: fame domãt: deinde herba: uel arũdini uiride reficiũt. dehinc obtẽperare

docent: alii oratione: alii cantu aliquo uel tympani sonitu deliniti: Rari sunt qui nõ
facile mansuescãt. Sũt enim a natura mites: et mãsueti: ut ad ratiõale animal ꝓxime
accedant. quidam aurigas suos: qui in certamine ceciderint: ex prelio eximunt. Quidã
anterioribus pedibus utero subiectos seruauerũt. q̃d si quẽ ex magistris curatoribusue
per iram interfecerint: adeo illum desiderant: ut pre merore: a cibo abstineãt. interdũ
etiam ad mortem obdurent. Elephantes coeunt: et pereunt: ut equi plurimum uere.
Mas etiam purgationes quasdam habet: quum domi detentus fuerit: et seuierit. Tunc
enim pingue quiddam emittit: per spiramentum: q̃d ei secundum tempora est. Temine
quum hic idem meatus apertus fuerit edunt partum. maiore ex parte: post octauum
mensẽ: q̃ cõceperint. nõnunq̃ post sextũ ac decimũ. senis mensibus a matre nutriũt.
Viuunt quantum longeui homines. Quidam etiam ad ducentesimũ ꝑueniunt annũ:
morbidi sunt et incurabiles: egrotantibus: oculis remedium est bouillum lac infusum.
complures morbos uinum atrũ epotum curat. Vulneribus butyrum auxiliatur: ferrũ
enim extrahit. ulcera Suillis carnibus inuruntur. Onesicritus dicit eos ad tricentesimũ
annum uiuere. raros ad quingentesimũ: circiter ducẽtesimũ robustissimos eẽ. concipe
autem. x. anno. et tum ipse tum alii dixerunt libycos et maximos esse & ualentissimos.
qui rictu propugnacula deiiciant: et arbores radicitus euellant: in posteriores pedes
erecti: Nearchus autor ẽ: casses ĩ cõpitis q̄busdam a uẽatoribus disponi: & a mãsuetis
in eas agi: qui prestantes sunt: et ab auriga ducuntur: Atq; adeo mãsuescere: ut lapidẽ
ad intentionẽ iacere: et armis uti: et optime natare ediscant. ut maxima possessio ex-
istimetur elephãtis currus. Duci etiã sub iugum: et uincula. Atq; mulierẽ eam ꝑstare:
que munus ab amante elephantẽ accipiat. Hic quoq; uidisse se ait formicaꝝ auriferarũ
pelles: pardalis pelli ꝑsimiles. Megasthenes de formicis ait: apud derdas: que maxima
natio est indorum montanorum: adorientem expositorum: collem quendam esse: triũ
miliũ stadioꝝ ãbitu: et sub eo aurifodinas q̃s formice effodiãt: uulpibus magnitudine
non minores: mira celeritate: uictum ex uenatione comparantes: fodere autem terram
per hyemem et ad hostium accumulare quẽadmodum talpe. Talis auri strigilis: ꝑua
decoctione eget. eã uicini iumentis clam rapiũt. aperte enim nõ possunt. ꝓhibẽtibus
formicis: que et pugnant: et fugientes insectantur quos quum deprehenderint: cum
iumentis interimunt. Vt ergo illas lateant: ferinas carnes per loca plurima disponũt.
q̄bus distractis auri strigilem asportãt. et fusiõis ignari cuicũq; mercatori diuendunt.
Sed quoniã in hoc sermõe quem de uenatoribus ac bestiis habemus: meminimus eoꝝ:
que a Megasthene et ab aliis referuntur. Hec etiam sunt addẽda. Nearchus et mul-
titudinem & malitiam serpentum admiratur: qui ex campis: in eoꝝ cauernas refugiãt
que in fluminum inundationibus operiuntur. atq; ea impleant. et propterea cubilia
alta esse dicit. nõ nunq̃ etiã emigrare cum ualde fuerint multiplicati. & nisi multitudo
maxima ab aquis extingueretur regio deserta eẽt. Dicit etiam et paruitatem eorum
ꝑiculosam esse. & nimiam magnitudinem: Alteram q̄a nõ facile possit euitari: Alteram
quia sit uiolenta. Visam etiam esse uiperam feminam. xvi. cubitorum circunuagari
incantatores qui medicari creduntur. et solam fere hanc medicinam esse. Nam ꝓpter
uite frugalitatem: et uini abstinentiam: aut morbi non sunt: aut siq; sunt eos Sophiste
curãt. Aristobulus negat uidisse se ullam fulgatarum magnitudinum: preter solã nouẽ
cubitoꝝ: & palmi uiperam. Nos in egypto uidimus eiusdẽ fere magnitudinis uiperam:
inde allatam. Viperas autem mares cõplures uidisse se affirmat: multo tamẽ minores:
Item Scorpios ingentes. & nihil horum tam infestum esse homini: q̃ paruos serpentes
palmari longitudine qui & in uasis: & in tabernaculis: & in sepibus occulti inueniant.

a quibus icti sanguinis pro fluuium ex omni meatu cum dolore maximo patiantur. deinde pereant: nisi cito subueniatur. remedium propter indicarum herbarũ: & medi/camentorũ uim facile esse. Addit in indo flumine: nec multos Crocodelos inueniri. nec hominibus infestos. Cetera uero animalia: que plurima sunt: eadem in eo gigni: que in nilo: preter hyppopotamũ. Onesicritus & eum in Indo nasci affirmat. Tradit etiã Aristobulus: nullum ex marinis piscibus in nilum recurrere: preter Alosam: mugilem: et Delphinũ: propter crocodelos. In Indũ uero multitudinẽ maximã. ex locustellis: pua usq; ad mõtes ascẽdere. magnas usq; ad Indi & Acesine cõcursum: Ac de bestiis quidem hactenus nũc ad megasthenem redeũtes reliqua explicemus. Post uenatores ac pastores: quartum genus ponit eo℞ qui artes exercent. Itẽ cauponarios: & q̃cunq; corpore operantur. quorum alii tributa pendunt: statuta munera exhibẽt: alii uero: ut sunt: qui arma: & naues fabricant: alimenta & stipendiũ ab rege habent: cui et soli operantur. Nam tribunus arma militibus prebet. et classis p̃fectus naues nauigãtibus: et mercatoribus: precio locat. Quintum genus est bellatorum: qui reliquũ tẽpus ociosi agunt: in locis ab rege constitutis. ut cum opus sit cito exeant nihil de suo afferentes preter corpora. Sexti autem presides quorum munus est ut que aguntur: inspiciant. et regi omnia clam renuncient. Hi in urbe urbanas meretrices adiutrices adhibent. in castris uero castrẽses. Hi sunt uiri optimi: ac fidelissimi. Septimi sunt consiliarii: et regi assidentes a quibus et magistratus: et iudicia: et rerum omnium administratio fit. nec licet cum alio genere connubia cõtrahi: nec studiũ nec artẽ immutari: nec eundẽ plura exercere: nisi philosophus sit. huic enim ob uirtutem conceditᷓ. ex magistratibus alii ãnone: alii urbi: alii militibus p̃sunt: Ho℞ alii curant flumina: alii agrũ metiunᷓ. ut in egypto. et clausis aquis presunt. ut ex equo omnes earum usum habeãt. Iidem uenatorũ curam gerunt. et premii: et supplicii pro meritis potestatẽ habent. et tributa legunt. et artes inspiciunt que ad terram attinent: ut eorum qui ligna: uel domos: uel es: uel metalla operantur. Curant etiam uias: et p̃ dena stadia lapidẽ locãt: diuerticula distantiasq; indicantẽ. Vrbis prefecti in sex q̃nterniones sunt diuisi: Nam alii opificia inspiciunt. alii hospitantur. Nam hospitia distribuunt: hominum uitam insequentes: et illis assectas dant: et eos premittũt. uel defunctorum bona: egrotantium quoq; curã habent. et mortuos sepeliunt. Tertii natiuitates et mortes perscrutantur. et quãdo. et quomodo facte sint. idq; tributorum gratia. et ne bone: maleue natiuitates: et mortes lateant. Quarti circa cauponarias et commertia uersantur. Hi mensuarum frugumq; curam habent: ut signata uendantur. In quo nõ licet eundem plura commutare: nisi duplex uectigal persoluat. Quinti operibus uendendis p̃sunt ea obsignata uẽdentes: seorsum noua: a ueteribus que qui miscuerit damno afficiᷓ. Sexti et ultimi uendita℞ rerum decimam exigunt. et qui uectigal furatus fuerit: capite plectitur. Ac priuatim q̃dem singuli hec curãt. publice uero: et propria: et ciuilia. et publicam suppellectilem: et precia: et forum: et portus: et sacra. Post urbis prefectos: est tertium collegium: qđ circa rem militarem uersatur. ad eundem modum in quinterniones sex diuisum. quo℞ unum cum classis prefecto ponũt: alium quũ eo: qui bobus preest: quibus instrumẽta et cibaria et alia militie necessaria portantur. Hi etiam ministros p̃bent q̃ tympanis ac tintinnabulis utuntur. Item stratores: et machinarum fabros: et horum famulos: quos pabulatum ad tintinnabulum emittunt premio celeritatem: tarditatem supplicio rependentes: tutela illis adhibita. Tertii peditum curam habent. Quarti equorũ: q̃nti curuum. Sexti elephantum. equis ac ceteris bestiis regia stabula fiunt. fit etiã regium armamentarium: ĩ quo arma conseruantur. Nam miles armaturam in armamentario

reponit· et equum et beſtiam eodem modo in regiſ ſtabulo. utuntur illiſ infrenibuſ. Curruſ a bobuſ in itinere trahuntur. equi per capiſtrum ducuntur ne pedeſ: labore incendantur. et animoſitaſ ſub curribuſ obtundatur. Curruſ: preter aurigam: ſeſſoreſ duoſ habet: Elephaſ uero aurigã et treſ ſagittarioſ. Indi ĩ uictu frugaleſ ſũt. ꝓ̃ſertim in caſtriſ: nec multa turba gaudẽt. ornatu plurĩo utunẽ: A furtiſ magnope abſtinẽt. Vnde Megaſthenes refert: quum in Sadrocotti caſtra ueniſſet: in qbuſ erãt hominũ xl. milia: nullam diem uidiſſe in qua ultra. cc. digmarum preciũ furta eſſent allata: etiã quum legibuſ uterentur non ſcriptiſ: litteraſ enim non norunt: ſed memoriter omnia adminiſtrant· Et propter ſimplicitatẽ: ac uite perſimoniã: omnia eiſ ꝓſpere ſuccedũt. uinum: non niſi in ſacrificiiſ bibunt: potum ex oriza conficiunt: ſicut ex ordeo. cibuſ magna ex parte oryza: ſorbiliſ eſt. In legibuſ et contractibuſ maximam ſimplicitatẽ eſſe: uel ex eo argui poteſt: ꝙ non multum ſint litigioſi: Nam nec cõmiſſi: nec depoſiti iura ulla habent: nec teſtibuſ indigent: nec ſigilliſ: ſed ſimpliciter credunt. Domum frequentiuſ incuſtoditã habent. que profecto omnia ſunt continẽtie. Cetera non facile quiſ admittat. ut ꝙ ſoli degant. et ꝙ non una omnibuſ et cenandi: et prandendi horaſ ſit: ſed ut cuiq; libitum eſt: Nam et ad ciuilem ſocialemq; uitã illa ſũt accõmodatiora. Exercitium precipue frictionem probant. et maxime ſtrigilibuſ ebeni leuibuſ: corpa expoliũt. In tumuliſ et ſepulturiſ faciendiſ perparci. In cultu corporiſ nimii. Nam & aurum geſtant. et lapilliſ ornantur. et Sindonem cãdidiſſimum induunt. et umbellaſ ſecum portant. nam pulchritudinem excolenteſ: omnia faciunt: que ad decorandam faciem pertinẽt. Veritatem perinde recipiunt: atq; uirtutem. etati ſenum prerogatiuã nullam tribuunt: niſi prudentia excellant. Multaſ nuptaſ habent: quaſ a parentibuſ accipiunt pari boum emptaſ. aliaſ obedientie gratia: aliaſ proliſ: ac uoluptatiſ: et niſi caſtaſ eſſe cogant: phornicari licet. Nemo ex indiſ coronatuſ ſacrificat: nec adolet. nec libat. Victimam non iugulant. ſed precluſo ſpiritu necant. nequid mancum deo offeratur. ſed integrum. Qui falſuſ teſtiſ deprehenditur extremiſ decurtatur: q mẽbro aliquo quempiam orbauerit: non mõ talioniſ penam ſubit: ſed etiã manum truncatẽ. ꝙ ſi quiſ artifici manum oculumue ademerit capitale eſt. Idem dicit: neminem indoꝝ ſeruiſ uti. Oneſicrituſ id proprium eorum ait: qui ſub muſicano ſunt. et quaſi eorum officium. quenadmodum et alia permulta eiuſ regioniſ officia commemorat utpote iuſtiſſime: Regiſ corpuſ empticie muliereſ curant. Qui regem cuſtodiunt: et reliquuſ exercituſ: manent extra portaſ. Siqua mulier regem ebrium occiderit: munuſ habet: ut cum illiuſ ſucceſſore iungatẽ. Succedunt aũt filii. Regi interdiu dormire non licet. nocte cogitur cubilia per horaſ mutare: Idq; propter inſidiaſ: quum in caſtriſ eſt: ſepe exit: nã et ad iudicium exit. per diem audienſ: etiã ſi hora ſit: ut corpuſ curet. Id autẽ fit: ſtrigilum perfrictione. Nam ſimul et audit: et a tribuſ perfrictoribuſ ꝑfricatur: exit etiam ad ſacrificia. Tertio ad uenationem: ubi bachico more: maxima mulierum caterua circunfunditur. Stipatoreſ exteriuſ manent. Nam uia funibuſ obtexitur qđ ſi quiſ interiuſ ad mulieres preuaricauerit: capite plectitur: precedũt eum tympana et tintinnabula. Quum ĩ lociſ ſeptiſ uenatẽ: e ſolio ſagittat: aſſiſtũt ei due: treſue mulieres armate. quum in lociſ nõ clauſiſ uenatur: ſagittat ab elephante. Ex mulieribuſ alie in curribuſ ſedent: alie in equiſ. alie in elephantiſ. quenadmodum et militãt omĩbuſ armiſ exercitate: que profecto multum a noſtriſ diſcrepant. id maxime qđ de caucaſi habitationibuſ dicitur: qđ in propatulo cum mulieribuſ coeant: et qđ parentum carnibuſ ueſcantur. Addit autem circopithecoſ ibi eſſe: qui per precipitia uadenteſ: petraſ cõtra inſequenteſ deuoluant. Animalia que apud noſ inuitia ſunt apud illoſ magna ex parte

siluestria esse. equos ibi unicornes esse: ceruinis capitibus. Ex arundinibus erectas esse tricenum passuum longitudine: humiles quinquagenum. Tanta crassitudine: ut quibusdam diametros sit ternum cubitorum: quibusdam dupla. Sed ad fabulas rediens: ait homines quosdam esse quinque palmos: quosdam tripalmos: quorum nonnulli naso careant. et duo tantum spiramenta supra os habeant. Cum tripalmis grues pugnare. quod et homerus significet. Item perdices anserum magnitudine. Illos gruum oua legere. atque abolere. nam ibi nidificant: nec alibi earum oua: nidique reperiuntur. Sepe etiam grus cecidit: que eneum spiculum habebat: a rebus ibi gestis. Similia sunt: que de enotocoetis: et siluestribus hominibus: ac monstris ceteris dicunt. Sed siluestres homines ad Sadrocotum non esse delatos. cum ad mortem obdurent: atque eos calcanea anterius: digitos et pedis dorsum posterius habere: Adductos fuisse quosdam carentes ore: mites homines: qui circa gangis ortum habitent. & uaporibus assarum carnium: et fructuum: ac florum odoribus enutriuntur. et pro ore spiramenta quedam habeant. Rebus fetidis oppido grauari: adeo ut uix superuiuant: presertim in castris. De aliis etiam permultis philosophos narrare. ut de ocypodibus qui cursu equos preuertant. de enotocoetis qui aures ad talos usque dependentes habeant: ut super eis indormiant: adeo fortes: ut arbores euellant & neruum frangant. Alios esse unoculos: caninis auribus: crinibus erectis: pectore hyspido: habentes oculum in media fronte. qui naso carent. omnia et cruda edere. et paruo tempore uiuentes ante senectutem extingui. et superiorem oris partem eminentissimam habere. De hyporeis: qui mille annos uiuunt: eadem scribit: que simonides: et pindarus: et alii poete: atque illud fabulosum est: quod a Timagine dicitur: quod eneis guttis pluerit: et quod ea pluuia tractus fuerit. propiquior ueritati est megasthenes: qui ait: flumina auri micas deferre. ex quibus regi tributum aduehebatur. id quod etiam in Iberia contingit. De philosophis dicit: quod qui sunt montani: bacchum celebrant: signa quedam ostendentes: quod solum apud eos agrestis uitis nascatur. et edera. et laurus. et myrtus: et buxus: & alia seperuirentia quorum nullum sit transeuphratem preter pauca quedam in hortis irriguis et multo cultu conseruata. Bacchicum est etiam Sindonem: et mitras gestare: & unguentis uti. et floribus tingi. et tympana: et tintinabula: exeuntem regem precedere. Campestres uero Herculem colunt. que profecto fabulosa sunt. et a multis redarguta. presertim de uino ac uitibus: nam regio transeuphratem et harmeniam uineas habet. Mesopotamia quidem tota: et media: usque in persiam: et carmaniam: magna ex parte uitibus & uino abundant. De philosophis quoque diuisionem aliam facit. quorum duo genera dicit: nam alios bragmanas uocat: alios germanas sed precipue bragmanas probat. quod cum grecis in opinionibus concordent. Hi quamprimum concepti sunt: uiros doctos curatores habent. qui & matri: et concepto accedentes: quedam canunt in plurimis felicitatem: sed reuera quedam continentie precepta dant: matres libenter eos audientes: felices in prole existimantur. postquam uero nati sunt: alios: atque alios curatores sortiuntur: nam quo magis etas adolescit: elegantiores magistros habent. Refert et philosophos ante urbem in luco exerceri. intra compositum quendam circuitum frugaliter uiuentes: super toris: ac pellibus. et ab animalibus: ac uenere abstinere seriis sermonibus intentos. et cum uolentibus audire communicantes. Auditori autem non licere: nec loqui nec sternutare. nec etiam excreare. uel die illa a cetu explodi: ut in continentem. et cum. xxx. & . vii. annos sic uixerint: in sua secedere. et laxius licentiusque uiuere. sindonem induere. aurum in manibus et auribus moderate gestare. et carnibus uesci animalium: que hominem ad opera non adiuuant. ab acribus: et condimentis abstinere. et uxores multas capere propagande prolis gratia. Nam a pluribus plura eueniunt bona. Dicit etiam bragmanas cum uxoribus non philosophari. ne: si improbe sint: aliquid:

qđ efferri nefas sit: in pfano sefferant: si probe ne uiros relinqnt. Nam q uoluptate: ac dolorem: uitam ac mortem eq: contemnit: subditus esse non patitur. huiusmodi aūt sunt probus et proba. Item multa eos de morte dicere: et hanc uitam putandam esse: quasi quēdam uiuidum hominum conceptum: mortem uero natiuitatem: ad ueram illam: et felicem uitam: iis qui recte philosophati sunt. Idcirco eos multa exercitatione uti: ad mortis preparationem. Nihilq: eorum: que hominibus accidere dicuntur: bonū eē. uel malum: nec iisdē rebus: alios angi. alios letari: ac si in somniantiū imaginatiōes habeant. nec eosdem iisdem interdum angi interdum immutatos letari. Eorum uero: que ad naturam pertinent: partim dicit stultitiam ab eis significari. qui in operibus meliores sint: q̄ in uerbis. et multa per fabulas persuadeāt. ptim uero cū grecis sentire: ut qđ mūdus sit creatus. et corruptibilis. et sphericus. et qđ cōditor: et admīstrator oīm deus uniuersum peruadit. Vniuersarum rerum primordia diuersa esse. faciendi autem mundi initium aquam. et preter quattuor elementa: quintam quandam naturam eē: ex qua celum astraq: constent. Terram in medio sitam uniuersi: de semine: de anima: aliisq: compluribus: similia dicunt. Inserunt fabulas quasdam: quēadmodum Plato: de immortalitate anime. et de iudiciis: que apud inferos fiūt. et alia huiusmodi nō pauca: Ac de Bragmanis quidem hactenus: ex germanis eos honoratissimos ait: qui siluicolæ appellantur. ex eo: q in siluis degant: ex frondibus et siluestribus fructibus uiuentes. uestes ex arborum corticibus habere. uini et ueneris expertes. Cum regibus: de causis rerum interrogantibus: per nuntios colloq. et per illos diuina a regibus coli: et placari. Post siluicolas in honore medicos esse. ut qui circa hominem philosophentᵉ. frugales quidem: non tamen rusticātes. oryza et ordeaceis uiuentes. que nemo rogatus illis nō irrogat. nemo hospitio non libenter suscipit. posse eos et fecundos facere. & marium & feminarꝫ pcreationē p medicamēta pstare. Medicinā plurimū p cibos pfici: nō aūt p medicamēta: ex medicamētis maxīe unctiōes pbari. & cataplasmata. cetera malefici nō eē expertia: Atq: tā hos: q̄ illos: et in laboribus: et tolerātia: cōstantiā exercere. adeo ut quottidie in eodē gestu immoti pseuerēt. Alios eē quorꝫ qdam diuinatores: incāta/toresq: sint. & cōsuetudinū: et dictorꝫ circa defūctos. nō ignari. Errantes per uicos et urbes. qdam uero his elegātiores: atq: urbāiores. nec ipsi abstinētes ab iis: que de inferis memorantᵉ. quecūq: ad pietatē sanctimoniāq: ptinent. Cū horꝫ etiā nōnullis mulieres philosophari: a ueneréis abstinētes. Aristobulus uidisse se dicit Sophistas duos ex Tax/ilis: utrosq: Bragmanas alterum seniorē tonsū: alterū iuniorem comatum: quos discipuli sequebantᵉ. Eosdē interdum in foro uersari. et ut cōsiliarios honorari. auctoritatem habētes: qcquid ex rebus uēalibus uoluerint: gratis auferēdi. & ad quencūq: accesserint Sesamino pingui perfundi. ut usq: ad oculos flueret. et multo melle: ac Sesamo psente panem conficientes: gratis enutriri. Cumq: ad Alexandri mensam accederet: assistētes cenare: et patientiam docere. Postea in locum quendam pximum secedentes: seniorē supinū et solem et hymbres tolerare. Iam enim pluebat uere incipiēte. Iuniorē uero in altero pede stantem: lignum tricubitale ambabus manibus sublatum sustētare: pede autem iam defesso nissum: in alterū immutare. atq: ita quottidie perseuerare. Ex his continentiorem uisum fuisse iuniorem. qui cum aliq̄diu regem secutus fuisset: domum reuersus est. et eo relicto: iussit: si quid uellet: ad se ueniret: alterum usq: ad extremum secutum: et uestem: et uitam apud regem immutasse. et cum a quibusdam increparetᵉ: respondisse: q xl. exercitationis annos complesset: quos promiserat. Alexandrū filius eius dona plurima dedisse. De Taxilorꝫ consuetudine noua quedā refert: et inusitata. qđ qui filias pre inopia locare non possunt. In ipso etatis flore: in forum producūt:

cum turba et classis: quibus bellica significari solent. Tum multitudine conuocata: puella accedenti primum posteriora humerotenus detegit. postea uero anteriora: que quũ placita fuerit: et approbata: q̄buscũq; uester nubit. Item ꝙ mortui uulturibus proiiciuntur. Plures autem uxores habere cũ multis est cõmune. Dicit etiã audiuisse: apud nonnullas gentes: uxores sponte cum uiris comburi. que uero id non ferant: in/glorias eẽ. que et alibi a nobis dicta sunt. Onesicritus missum se scribit: ut cũ Sophistis colloqueretur: ꝙ Alexander audiuisset: nudos eos incedere. et tolerantiam exercẽtes: in hõre maximo haberi: Ad alios aũt: nec uocatos ire. sed iubere: ut alii ad se uenirẽt: siquid assequi uellent: quod ab eis ageretur: et diceretur: et cum tales essent: nec decoꝝ uideretur. ut Alexãder ad illos accederet: nec etiam inuitos cogeret: ut quicq̃ facerẽt: preter patria instituta: se missum inquit: et. xv. homines. xx. stadiis ab urbe inuenisse: alium in alio gestu: uel stantem: uel sedentem: uel iacẽtem nudum: et usq; ad uespam immotum. postea in urbem discedere. Sed omĩum difficillimum esse: solem ꝑpeti: adeo calidũ: ut nemo alius nudis pedibus sĩ meridie per terram ire: Facile ferret. locutũq; cũ. uno eorum nomine Calano: qui postea usq; in persiam Alexãdrum secutus: secundũ patriam legem: mortuus est in rogum impositus: tunc autem super lapidibus iacebat. Quũ itaq; accessisset: et eum appellasset: dixit se missum ab Alexandro eoꝝ sapientiã auditurum. et regi renũtiaturum quare nisi inuidia esset: se paratum audire dixit: At Calanum: quũ chlamydem indutum uidisset: et pileatum: et crepidatũ: risu permotũ: dixisse. Olim omĩa plena erant triticea: et ordeacea farina: ut nunc puluere. et fõtes: alii lacte: alii aqua fluebãt: nõnulli melle: nonnulli uino: nõnulli oleo ibant. homines ob sacietatem: ac delicias: in contumeliam exciderunt. Iupiter modum exosus: omnia aboleuit: et uitam per laborem constituit. Tunc continentia: et uirtutibus ceteris in medium prodeũtibus: rursum bonorum copia facta est. Nũc iam res ad saturitatem cõtumeliamq; rediit: et rerum omnium interitus fieri periclitatur. que quum dixisset: iudisse: si quid uellet audire: ut eo habitu deposito: super iisdẽ lapidibus nudus iaceret: Onesicrito autem addubitante: Mãdanim qui senior erat: et ceteros anteibat sapiẽtia: Calanũ: tanq̃ cõuiciatorem obiurgasse. et a cõtumelia deterruisse. Postea Onesicrito ad se uocato: dixisse: se summope q̄dem Alexandrũ laudare: q̄d in tanta administrãdi imperii mole: sapientiam cuperet. et solum eum in armis philosophantẽ uidisse. et rem fore omnium utilissimam: si ii saperent: q̄bus potestas adesset. ut spõtaneis continentiã persuaderent. Inuitos autem cogerent. Postea ueniam postulasse: si per tres interp̄tes colloquens: qui nihil nisi meram uocem perciperent: nõ plus utilitatis efficeret: q̃ unus aliq̄s e uulgo. ꝙ ꝑinde essẽt: ac siquis diceret. limpidam aq̄m per cenum delabi. Omnia itaq; dicta: ad hoc pertinebant: ꝙ is esset optimus sermo: qui uoluptatem: meroremq; ex animo adimeret. et ꝙ meror et dolor differreret. q̄d alter eis eẽt ĩimicus: alter uero inimicissimus. Et q̄d corpora ad laborem exercerent: ut mentes confirmarentur: q̄bus motus sedarent: et bona omnibus consulerẽt: et publice. et priuatim. et quomodo nũc Alexandrum suscepturi essent: nam si bene illum susciperent: bene sibi futuꝝ. si male: bene alteri facturos. Post hec interrogasse num talia apud grecos dicerẽt: cui affir/manti: q̄d eadem Pythagoras diceret: et iuberet ab animalibus abstinere: et Socrates: et Diogenes: quẽ ipse audisset: respõdisse: q̄d prudẽter eos ĩ ceteris sẽtire existimaret. In uno autem errare: q̄d legem anteponerent nature. Nequaq̃ enim inquit pudere se: ut ip̄m: nudos degere: frugaliter uiuẽtes. cũ ea optĩa domus sit: que minime suppel/lectilis indigeat. Addidit multa se de natura: de signis de hymbribus: de siccitatibus: de morbis deniq; esse perscrutatos. Abeuntes uero in urbẽ: per fora dispergi: et quencũq;

offenderint ficus uel uuas ferentem: ab eo gratis capere. Si oleum fuerit eum pertūdi: et inungi. et omnem domū: et diuitias sibi patere usq; in mulierū cōclauia. Ingressos autem: et in cena: et in sermōibus cōmunicare. Turpe apud eos putari corpis morbū. quem siquis ueretur: se ipse per ignem effert. Nam constructa pyra super ea perūctus sedet: et accendi iubens immotus comburitur. Nearchus quum de Sophistis mētionem facit: Bragmanas in ciuitatibus uersari dicit. et reges sequi: et eorum consiliarios esse: Ceteros uero que ad naturam pertinent cōtemplari. et ex his Calanum fuisse: et cum eis mulieres philosophari. et omniū uitas durissimas esse. De institutis uero quibusdā: hec ait. legū alias esse nō scriptas: alias cōmunes: alias ꝓprias: que ab alioꝝ legibus lōge sint diuerse. ut qđ apud nonnullos uirgines premium proponantur: pugnis uincenti: et qđ indotate nubāt: et qđ alii quidam: per cognationes communiter operentur: et quum fructus colligunt: quisq; onus suum tollat in anni alimenta. Reliquum uero excoquant: ne uacui sint: sed habeant unde opentur. Armaturā esse arcū et sagittas tricubitales. uel hastam: et peltam: et gladium latū tricubitalem: et capistris ꝓ frenis uti que a paruis camis non differant. Item labia clauis perforari. ostendens preterea Indos ualde studiosos esse circa artes. Dicit qđ quū spongiā apud macedonas uidisset: mox eam sunt imitati: pilos: et funiculos subtiles: et licia: in lanam consuentes: et quū ea perfecissent: partim traxisse: partim coloribus tinxisse. Item subito multos strigilū: et lecythoꝝ magistros effectos esse. epistolas ī Sindōibus scribere: bene fullatis: alienis litteris non uti. ere fuso uti: percusso nequaq̄. causam uero non dixit: cum absurditatē consequenter dixisset: qđ uasa fictilium more frangerentur: quum cadunt: ex his que de India memorantur: illud est: qđ apud eos mos est: et reges: et omnes: qui in ptāte aliq̄ sunt: adorari: non autem uenerari. Hec regio lapides preciosos fert. ut Crystallū: et uarios carbunculos. et margaritas. Quod autem scriptores inter se non concordēt: ea sint indicio: que de Calano referunt. Nam qđ cum Alexandro fuerit: et per ignē sponte interierit: conuenit inter eos: modum uero non eundem omnes dicūt: nec eisdē de causis. sed alii tradunt eum tanq̄ regis cōmendatorem: secutum fuisse: extra indiæ fines. preter communem aliorum philosophorum consuetudinem: qui indie regibus assistunt: ea curantes: que ad deorum cultum pertinent: ut magi persis: Quūq; apud Pasargadas egrotaret: nam tum primum eum morbus inuasit: seipsum extulisse: anno uite sue. lxxiii. regis preces minime exaudientem. Facta enim pyra: et aurea lectica: superimposita: illum in ea cubuisse. et stramentis opertum: combustum fuisse: Sunt qui dicant eū in lignea domo frondibus plena: et pyra sup tecto cōstructa inclusum: post pompam: cum qua erat: se ut trabem ī ignem iniecisse. et cum domo deflagrasse. Megasthenes putat nullum philosophis decretum esse: ut sese efferant: Immo qui id fecerit: puerilem iudicari. Et natura qdem duros: ī uulnus uel precipitiū ferri. doloris impatientes in profundum maris. doloris pacientissimos strangulari. Igneos in ignem detrudi. de talem Calanum fuisse: incontinentem sane hominem: et mense Alexandri obnoxium. Hunc itaq; uituperari. Mādanim summopere laudari: qui quū Alexādri nuntii: eum ad Iouis filium uocarēt: et obedienti dona pollicerenē: Inobedienti uero minarentur cruciatum: Respondit: nec illum Iouis filiū esse. nec magne parti terrarū imperare: nec se illius donis permoueri: cui nulla facietas esset: nec minas extimere: cum uiuens satis ab India nutriretur. Mortuus uero: ab attrita iam senio carne liberaretē: in meliorem purioremq; uitam immutatus. unde et ab Alexandro laudatum dicit. et uenia donatum. Atq; hec etiam a rerum scriptoribus dicūtur. qđ Indi iouē pluuialē: et gangem flumen: et indigetes genios colunt. Et cum eoꝝ rex capillos abluit sollēnia

celebrant: et maxima dona mittunt: diuitias suas certatim ostentantes. Addunt etiam nonnullas ex auriferis formicis pennatas esse. et flumina auri strigmēta deferre: ut in Iberia. In sollemnibus pompis multos elephantes mitti: auro et argento ornatos. et multas quadrigas: et boum paria. deinde exercitum instructū seq. et ingentes lebetes deauratos: et magnos crateras: et mēsas ex Indico ere: et Sellas: et Pocula: et labra: que omnia maxima ex parte Smaragdis: et beryllis: et carbunculis incrustata sint. Item uestem uariā: auroq; intertextā: et pardales: et leones mites: et uariaꝝ & concinnentiū auium multitudinem. Clitarchus refert: magnarū frondiū arbores in plaustris q̄ternaꝝ rotarum deportari: et ab eis aues mansuetas arceri. q̄rum canorissimum dicit orionem: aspectu pulcherrimum. atq; uarium. Catreum specie pauoni persimilem. Cetera uero imaginis pictura ab illo sumēda ē. Bragmāis Pramnas Philosophos opponūt: argutos sane homines et cōtentiosos. Bragmanas etiam physiologiam et Astronomiā exercere: et ab illis ut stultos et ostentatores derideri. atq; hoꝝ alios montanos: alios gymnetas: alios ciuiles: ac domesticos appellari. Rursumq; montanos pellibus ceruoꝝ uti. et peras radicibus & medicamētis plēas gestare. et cū magica et carmībus et ligaturis medicinā affingere. Gymnetas nudos degere. ꝙ etiā nomē significet. et magna ex pte sub diuo tolerātiam: quam prius diximus: usq; ad. xxx. & septimum annum exercere: mulieres cum eis uiuere: non tamen permisceri: Atq; hos in admiratione maxima haberi. quos uero ciuiles diximus Sindonem gestare. et in urbe: uel in agro degere. nebridas uel damarum pelles induere. Et ut breui dicamus: Indi ueste cādida: et Sindōibus cādidis: et Carbasis utuntur contra q̄ ab his perhibeatur: q eos dicūt uestes coloribus infectas gestare. Comam et barbam nutriunt. et crinem intricātes mitranṫ. Artemidorus autor est gangem ex emodis montibus ad austrum deferri: et cum ad gāgem urbē puenerit: cōuerti ad auroram usq; polibothra: atq; in mare egredi. Item oedanem unum ex iis esse: qui in eum influunt. Nutririq; in eo crocodelos: et delphinas. addit et alia quedā incassum: et cōfuse: et minime curāda. His ea addi possūt que a Nicolao Damasceno dicuntur. refert enim se Antiochie que apud daphnē est Indorum legatos uidisse: qui ad Cæsarem Augustum uenerant. qui quidem plures ex epistola significabantur: sed tres tantum seruati erant: quos uidisse se ait. Ceteri longitudine uie: magna ex parte perierant. Addit etiam epistolam grecam fuisse: in membrana scriptā: in q̄ significaret: porum esse: qui scriberet. et cum sexcentis regibus imperaret: Cesaris tamen amiciciam multi facere. et paratum se quocūq; uoluerit aditum exhibere. et in qbuscunq; rectū fuerit opitulari. Hec dicit in epistola contineri. Allata preterea eē dona: octo seruos nudos in subligaculis: aromatibus delibutos. esse autē dona mercuriū a puero brachia ab humeris exertum: quē nos uidimus. Item uiperas ingentes. et serpentem. x. cubitoꝝ: et testudinem fluuialem trium cubitorum: et perdicem uulture maiorem. Aderat etiā is qui se athenis concremauit. qđ alii in rebus aduersis facere dicuntur: ut p̄sentia mala effugiant: alii in rebus secundis: quemadmodum hic. Nam quum omnia ex sentētia huiusq; fecisset: abeundum sibi erat: nequid: qđ nollet: ingrueret immoranti. Nam et ridentē eum: et nudū: et unctū in rogū isse affirmat. et inscriptum fuisse in sepulcura. Hic iacet Larmanochagas Indus: ex bargosa qui secundū patriā indoꝝ cōsuetudinē se immortalem fecit. Post indiam est Ariana: prima regiōis pars: que post indū persis obtēperat. et superioꝝ Satrapiarum: que extra taurū sunt: Ab austro et septētrione eodem mari: et eisdem montibus terminata: quibus india et eodem flumine Indo qui inter eam fluit: atq; Indiam. Citerius uero ad occidētem porrecta: usq; ad lineam que a Caspiis portis in Carmaniā describitur: ut q̄drilatera sit figura. Australe itaq; latus:

ab Indi et pattalene hostiis incipit: finit autem Carmaniam uersus: et persici sinus os: habens promontorium ad austrum satis expositum. postea in sinum deflectit: usq; in persiam. In ea primum Arbies habitant: eodem nomine: quo Arbis flumen appellati. qd eos a sequētibus oritis determinat mille fere stadiorum oram habentes: ut Nearchus uult. que et ipsa Indorum pars est. postea sunt Orite gens libere conditionis: quorum preternauigatio mille et octingentorum stadiorum est: postea Ichthyophagorum ora. vii. milium: et quadringentorum. Postea Carmaniorum triū miliū: & septingentorū: usq; in persiam. quare uniuersa stadia sunt. xii. milia & nungēta. Ichthyophagorum regio secus mare est. et magna ex pte arboribus caret. Raritas in ea palmarum: Acāthi: myrice: aquarum: et domestici: cibi: maxima est. Vescuntur piscibus: tum ipsi: tum eorum pecora: et aquas pluuiales: ac fossiles potāt: pecorum carnes piscibus prebent. domicilia ex ossibus cetorum: et ostreorum conchis: magna ex parte faciunt. Nam Trabium: & fulcrorum usum coste prestant. portas maxille. ex uertebris fiunt mortaria: in quibus pisces subiguntur: ad solem assantur: postea ex his panē conficiunt: frumenti paululū admiscentes. Nam et molas habent. quanq̄ ferrum non habeant. qđ nequaq̄ mirandū est: id enim aliunde afferri potest: Concidunt eas cum attrite sunt: lapidibus iis: quibus et sagittas: et missilia preusta exacuunt. pisces partim in cupis panariis assant. partim: qđ frequenter fit: crudos edunt. Capiūt eos retibus: ex cortice palmarum factis. Vltra hec est Gedrosia: minus q̄ India exusta. q̄ reliqua Asia magis. Ea fructuū & aq̄rum inopia laborat: nisi estate: nec multo melior est q̄ regio Icthyophagorum. fert tamē aromata. precipue nardum: et myrram. ut Alexādri exercitus: his protecto: et stratis uteretur. odoratiorem simul: ac salubriorem aerem habēs. ac de industria quidem sub estiuum tempus ex India discessere. Tunc enim Gedrosia hymbribus abundat. et flu/mina: et aque augentur. hyeme deficiūt. Cadunt hymbres in supioribus septentrionis partibus: in locis montanis. unde fluminibus auctis: campi mari proximi irrigantur. & aquis abundant. Alexander aquarum inquisitores in deserta premisit. et eos: qui sibi et classi mansiones pararent. Nam copiis trifariam diuisis: ipse cum exercitus parte: per Gedrosiam profectus est: remotus a mari quingentis stadiis: per plurimum. ut simul & classi oram commodam pararet: et ipse nōnunq̄ mari appropinq̄ret. qđ difficiles q̄dem et asperas actas habebat. exercitus uero partem: cum cratero premisit ī mediterraneā: ut et Arianam caperet. et in eadē loca pcederet in que ipse iter erat facturus. Classem autem naro tradidit. Onesicrito nauium prefecto iubens: ut ordinate sequerentur: et eius itineri preternauigarent. Nam et Nearchus refert: iam rege iter peragēte: ipsum in autunno sub uespertinum exortum: Pleados: nauigationem incepisse: quū nondū apti flatus spirarent. barbaris eos adorientibus: atq; urgentibus: Iam enim abeūte rege libertatē et audaciā ceperant. Craterus ab hydaspe mouens: per Arachotos: & drāgas: in Carmaniam profectus est. Alexander per sterilem terram toto itinere penuria la/borauit. e longinquo tamē parua quedā: et rara ueniebāt. ut exercitus fame pmeret. et iumenta deficerent. et in uiis: et in castris impedimenta relinquerentur. Palmarum fructus: et medulla multos seruauere. Dicunt Alexandrum summopere contendisse: cum difficultates sciret: ex fama: que obtinebat: Semiramim cū. xx. incolumē euasisse: cyrum uero cum. vii. Si posset ipse uictor per eadem loca tātum exercitū incolumē educere. pter ceteras difficultates grauis erat estus. et arene pfūditas. et ardor: nōnullis in locis arene cumuli muniebantur. unde difficulter pedes referri poterant: tanq̄ ex aliquo profundo. accliuia quoq;: ac decliuia frequentia erant. Ad hec diurna etiam itinera lōga fieri oportebat: propter aquarum inopiam: ducentenū q̄drīngentenūue

stadiorum. nonnunq̃ etiam sexcentenum· frequentius noctu iter agebãt. Castra ꝓcul ab aquis ponebant: sepenumero in tricenis stadiis. ne propter sitim nimis implerentur. Nam multi aquam nacti: cũ armis bibebãt: in eam se immergẽtes. unde intumefacti exanimes fluitabant. quapropter aque omnes cum breues essent contaminabantur. Alii siti perditi: in media uia ad solem iacebant: deinde tremuli: cum manuum: ac pedũ concussu: moriebantur: ac si ab rigore atq; horrore detinerentur. Contigit etiam ut nõnulli iter deflectentes: consopirent̃ somno: & lassitudine superati: unde postea uiarũ errore: et omnium difficultate: et æstu deperibant. fuere qui post multas erumnas seruarentur. Diluuium quoq; torrentis per noctem ingruẽtis: multa corpa: et utẽsilia obruit. et maxima pars regie suppellectilis deleta est. Sepe uiarum duces: ob locorum imperitiam in mediterraneam diuerterunt. adeo ut nõ amplius mare appareret: quod Rex ĩtelligẽs: mox ad querendũ littus ꝓperauit. In quo postq̃ effodiẽti aq̃ potulẽta inuenta est: exercitum propere accersit: ac deinceps usq; ad diem septimum ꝑ littoreã regionem profectus est: aquis abundans: postea mox in mediterraneam secessit. Erat arbor lauro similis: qua gustata: iumẽta omnia: cũ spuma: in morẽ comitialis morbi: emoriebãt. Spĩa quedã fructibus ĩ terrã fusis queadmodũ cucumeres erat succo plẽa: cuius aspergines in quodcũq; animal incidissent id oculis excecabãt capiebant. Crude palmule: multos enecabant. a serpentibus etiã piculum aderat: Nã in arene cumulis herba quedam innata: serpentes occultabat: a quibus icti illico moriebantur. Dicunt apđ Oritas: letiferis uenenis sagittas ꝑfusas illini. Quũq; ptolemeus saucius piclitaret̃: ferunt quẽdam Alexãdro in somno astitisse: atq; ei radicem cum ramo ostendisse: quã cõtritam saucio imponi iussit. Experrectum a somno et uisi memorem quesitã radicẽ inuenisse. que multa aderat. Atq; et ipsum: et alios usos fuisse: Ac barbaros quũ inuẽtũ remedium uidissent se Alexandro dedidisse. Verisimile profecto est aliquẽ eam regi indicasse. sed adulatiõis gratia adiuncta fabula est: die sexagesimo: in Gedrosiorum regiam ab oritis ueniẽs: cum exercitus paululum quieuisset: in Carmaniam profectus est. Australe Ariane latus huiusmodi situm ore habet: et ulterioris gedrosioꝝ & oritarũ terre: que proxime imminet. Multa enim est gedrosia: et in mediterraneam recedit: quousq; Drangas contingat. et Arachotos. & Paropamisades. de quibus Eratosthenes sic ait: nihil enim habemus quod quidem melius de ipsis dicamus. Dicit ergo Arianam ab Oriente Indo terminari: Ab austro mari magno: Ab aquilone Paropamiso: & se/quentibus montibus: usq; in caspias portas. Ab occidẽte iisdem montibus quibus: pthia mediam uersus: Carmanea uero Paretacinam: & Persiam uersus terminata est. Regiõis latitudo: est Indi longitudo: a Paropamiso usq; ad hostia. xii. milia stadiorum. sunt q xiii. milia faciãt. et lõgitudo a Caspiis portis duplex ẽ: ut ĩ Asiaticis itineribus descriptũ est. Nã Alexãdriam usq;: que apud arios est: A caspiis portis: per parthiã: una eadẽq; uia est: postea est que recta it per bactrianam: et montis transcensum: q in orospana fit p er triuiũ: quod ex bactris est apud Paropamisadas: Altera paululũ ab Aria austrũ uersus deflectit: ꝓphthasiam Drangiane postea rursum: usq; ad Indie mõtes: et Indũ flumen. quare ea: que per drangas it: et Arachotos uniuersa: longior est. xv. milibus stadioꝝ: et. ccc. Si q̃s autem mille et. ccc. detrahat: habebit reliq̃m regiõis longitudinẽ in rectum. xiiii. milia: que non multo minor est: q̃ maritima ora: etsi nonnulli ad. x. milia Carmaniã addant: sex milium eam ponentes. Aut enim cum finibus ponere eam uidebunt̃. Aut cum ora Carmanica: que intra persicum sinum est. Ariane nomen usq; ad partem quandam persarum: et medoꝝ: et septentrionaliũ battrioꝝ: ac sogdianoꝝ extẽditur. Sunt enim quasi eiusdẽ lingue. Gentiũ ordo est huiusmodi. Secus Indum

sunt Paropamisade: quibus paropamisus mons imminet. Postea Arachoti ad austrum. deinceps ad austrũ: gedrosini: et alii q oram habẽt. omibus enim ad locoꝝ latitudines Indus adiacet. eorũ que secus Indum sunt: partẽ habent Indi: cũ prius essent persarũ. Ea Alexander Arianis ademit. et per sese constituit. Postea seleucus nicator ea dedit Sadrocoto: contracta cũ eo affinitate: ac pro iis. L. elephãtes accipit. Paropamisadis ad occidentem Arii adiacẽt. Aracothis et gedrosiis drange. Arii et ad aquilonem: et ad occidentem drangis adiacent: aliquantum quodammodo circundati. Bactriana ad sinistram Arie adiacet: et paropamisadis. per quos Alexander caucasum transcendit: in bactrianã. Deinceps ad occidentem tẽ Arii sparthi adiacent. et loca caspiarũ portarũ. Parthis autem ad Austrum Carmanie deserta: postea reliqua Carmania: et gedrosia. Sed pdicta montana maxime cognoscentur: si quis iam norit q̃ usus est Alexãder: quum bessum ex parthia in bactrianam persecutus est. Nam i Arianã uenit. postea in drangas: ubi philotas deprehensis insidiis: Parmenionis: filium interemit. Patris autẽ interfectores: qui eum: ut consilii conscium: interemerant: misit ecbatana. Dicunt eos camelis Dromodariis. xxx. xl. ue dierum itinere: in diebus. xi. peracto: rem confecisse. Drange: alioquin persice uiuentes: uini copiã nõ habẽt. Nascit̃ apud eos Cassiteros. deinde ex Drangis Alexander uenit in Euergetas: quos Cyrus sic nominauit. et in Arachotos: per paropamisadas Pleade occidente: nam ea regio montana est: et in ea tunc ningebat. quare difficulter adibatur: sed frequentes uici: et rerum omniũ copiosi: preter oleum: eorum molestias leuabant. Ad sinistram: summa montium habebant. Ad meridionales paropamisi ptes: indica sunt. et Ariana. Ad septẽtrionales: et occidẽtales bactriana. Hyeme ibi peracta: et urbe condita: habẽs Indiam ad dextram: trãsiuit in bactrianã: per iter arboribus nudũ: preterq̃ Terminthos eoq; nõ multo: fructicoso tamen in summa frumenti inopia: ut iumentorum carnibus uescerẽtur. atq; iis crudis: propter lignorum penuriam. sed ad hanc cruditatem concoquendam: Silphii copia aderat. Quintodecimo die ab hibernaculis: et urbe quam cõdiderat: Adrapsa puenit bactriane urbẽ. Circa has partes: que Indis sunt cõtermĩe: est choarina: ex omĩbus: que sub parthis sunt: Indie pxima. Distat ab Ariana per Arachotos: & dicta mõtana x. et. viii. milibus stadiorum. Hanc regionem Craterus omnem permeauit: subigẽs eos qui perere recusabant: ut cum. Alexandro iũgeretur. et profecto sub idem fere tẽpus utriq; exercitus pedestri itinere in Carmaniam concurrerunt: paulopost Nearchus in Arabicũ sinum nauigauit. multa et propter errores et erumnas et cetoꝝ magnitudinẽ perpessus. et quanq̃ uerisimile est nauigantes multa garrire: uerum tamen mala sibi imminuisse significarunt. etsi magis metus: q̃ periculum affuit. plurimum eos turbabãt: physeterum magnitudines: fluctum maximum & accumulatum & caliginem tantam reflatiõibus excitãtes: ut que ante pedes erãt: cõspici nõ possent. Sed quũ nauigatiõis duces: illis timentibus: et causam ignorantibus: indicassent: beluas esse que facile tubaꝝ sonitu et plausu exaudito discederent: Nearchus naues in fluctum eget: qua maxime arcebatur: ac tubis beluas exterruit. Ille undas subeuntes: nauale certamen a pupi minabantur. uerum subito cessauere. Quod nunc in Indiam nauigant beluarum quidẽ magnitudines referunt: que nec gregatim: nec sepius se offerant. sed discedãt clamore ac tubis repulse. Dicunt eas terre nequaq̃ appropinquare. ossa uero iam dissolutarum a fluctibus: facile enici: et materiam faciẽdarum tegetũ Ichthyophagis suppeditare. Nearchus cetorum magnitudinem: uicenũ et ternum passuum refert: quod autẽ pro uero ab iis habebatur: qui in classe erant: Nearchus falsum redarguisse dicit: q insula quedam esset in transitu: que accedẽtes quousq; aboleret. Nam quum lembus quidam:

prope insulam nauigasset: nunq̃ amplius uisus est: unde homines ad inquirendú missi quum in insulã exire non auderẽt: sed preter nauigantes clamore amissos reuocarẽt: nemine exaudiẽte reuersi sunt. quum itaq; omnes crimen in insulã cõferrent: nauigasse se dicit. et adacta naui cum parte nauigantium egressum: insulam omnẽ collustrasse. quumq; nullum quesitoꝝ uestigium inuenisset: re desperata redisse. atq; docuisse falso insulã criminari. nã et sibi: et sociis idẽ fuisset interitus: sed alius profecto exitii modus esse lembo debuit: cum infinita accidere possint. Carmania ab Indi hostio ultima est: At primum quidem eius promontorium ad Austrum in mare magnum expositum ẽ. quum uero persici sinus os fecerit: ad promontorium felicis Arabie: quod in cõspectu est: psicũ sinũ uersus: inflectitur. quousq; persie coniungat̃. multũq; in mediterraneã: inter gedrosiam persiamq; porrigitur. plus tamen gedrosie preuaricat ad aquilonem: quod fecunditas declarat. Parthia enim omnia fert. et magnas arbores gignit: preter oleã. et fluminibus est irrigua. Gedrosia uero parum differt a terra Ichthyophagoꝝ: ut sepe eam sterilitas opprimat. quapropter anni fructus: in plures annos recondunt. Onesicritus tradit flumen esse in Carmania: quod auri strigilem ferat. Item argenti fossilis: et eris: et rubrice minii uenã. et montes duos: alterũ arsenici: alterũ salis. Habet etiam deserta quedam: que iam quum parthia et Paretacina coniungunt̃. Item agri/culturas psicis similes: pcipue uitem carmanicã a nostris uocitatã: que sepe bicubitalẽ racemum facit: magnis acinis ac densis. Par est enim eam ibi fecundiorẽ esse. Hi ppter equorum inopiam: asinis in bello plurimum utuntur: et Asinum Marti sacrificãt. quẽ solum perse ex om̃ibus diis colunt. et bellicosi sunt nemo uxorẽ ducit: nisi prius hostis caput amputatũ ad regẽ ptulerit. Rex caluaria ĩ regia collocata: linguã minutatim secans pane permiscet: postea degustatã ei qui attulit: et familiaribus: edendã prebet. Atq; ille preclarus est: cui multa capita sunt allata. Nearchus refert Carmanitarum mores: ac sermonem maxima ex parte persarũ esse: ac medoꝝ. Os persici sinus: maius est: q̃ una die transfretari possit: Post Carmaniam persia est: multa sane: in ora sinus qui ab ea nominatur. Sed longe maior in mediterranea: presertim in lõgitudine: que ab Austro et Carmania in septentrionẽ et medicas gentes pertẽdit: et tertia est natura et aeris temperie: Nam ora maritima estuosa est: ac uẽtosa: et fructuum inops: pterq̃ palmarum. Ea in quattuor milibus: et quadringentis stadiis: uel in. ccc. censetur. et in flumen deflectit: quod ibi oroates appellatur. Regio uero ultra hanc campestris est: et omnium ferax: et optima pecorum nutrix. fluminibus et lacubus plena. Tertia est hyemalis: ac montana aquilonem uersus. In extremis eius partibus sunt Camelorum pastores. Longitudo est: ut Eratosthenii placet: in sepẽtrionem et Caspias portas ad viii. milia stadiorum: secundum promontoria quedã occurrẽtia. Reliq̃ est in caspias portas non plurium duobus milibus stadioꝝ. longitudo uero: in mediterranea: a Susis usq; per sepolim stadioꝝ quattuor milium et. cc. Atq; hinc usq; in carmanie fines: sunt mille et sexcẽta. Nationes incolunt regionem: que Patischores appellant̃. Item Ach/emenide: et Magi qui honestum quoddã uiuẽdi genus sectant̃. Item Cyrtii: et marai quorum alii predatores sunt: alii agricultores: et fere susia persie pars est inter eam et babyloniam posita: et Susa urbem clarissimam habet. Nam perse ac Cyrus superatis medis: quũ propriam terrã in ultimis sitã uiderent: Susiam uero interius: & babylonie et aliis gentibus propinquam: in ea imperii sedem locauerũt: simul & regiõis confiniũ ostendẽtes ut urbis dignitatem. et qđ maximum est: Susii nunq̃ ex sese magnis rebus insidiati sunt. sed semper subditi fuere: in parte maioris consuetus collocati: nisi heroũ tempore. Susa enim a Tithono condita dicuntur: Memnonis patre: ambitu. c. et. xx.

stadiorum: figura oblonga: cuius arx Memnonum uocabatur. Susii etiam Cissii sunt appellati. Nam eschylus memnonis matrem Cissiam uocat. Memnon ipse sepultus dicitur circa Paltũ Syrie: iuxta flumen bandan: ut Simonides ait ĩ memnone dithy/rambo deliacorum. Urbs menia et templa et regie structura erãt babyloniciis similia: ex coctili latere: et bitumine: ut quidam ediderũt. Polycletus dicit eam sine menibus fuisse. cc. stadiorũ ambitu. Quũ regias apud Susa maxime exornassent: nihilominus persepolitana et Pasargadia magnopere coluerũt. Nã et gaza: et thesauri: et persarũ monumenta ibi erant. ut in locis progenitorum munitioribus. Erant etiam regie alie Gabis: in superioribus persie partibus: et in ora iuxta eam que Oca dicebatur: Atq; he quidem quum per se imperarẽt. Posteriores autem aliis: atq; aliis usi sunt tenuioribus: ut uidet': utpote persia iam diminuta: et a macedõibus ac pthis plurimum labefacta: nam etsi adhuc perse regnant: proprium regem habentes: uiribus tamen longe sunt inferiores: et parthoꝝ regi adherescũt. Susa itaq; in mediterranea iacẽt: trans choaspẽ flumen: iuxta pontẽ. Regio usq; ad mare descendit. Eius ora est a finibus persice ore: usq; ad Tigris hostia: trium milium fere stadiorum: Choaspes per regionem fluens in eandẽ oram desinit: ortum habens ab uxiis. Inter susa enim ac persiam mõtana quedã aspera et prerupta interiacent: que angustias habẽt difficulter puias. et om͂es ꝑdatores: qui mercedem a regibus exigebant: apud ingressum qui ex Susis est in persiam. Addit Polycletus Choaspem: & Eueleum: et Tigrim in lacum quendã influere: postea inde in mare emittere. Iuxta lacum Emporiũ esse: Cum flumina maris merces nõ recipiãt. nec emittant: propter Cataractus de industria factos: pedestri itinere ad mercatum proficiscuntur: quidam dicũt octingenta stadia esse usq; ad urbem Susa: quidã uolũt flumina omnia: que Susiam peruadunt in Tigris flumen influere: ac etiam euphratis cannales qui intermedii sunt. et propterea ad hostia pasitigrim nominari. Nearchus cum Susie preternauigationem palustrem dicat: addit terminum eius esse euphratem: et in ore uicũ habitari: qui merces ex Arabia suscipiat. ac deinceps Arabum oram ori euphratis: et pasitigrios cõiungi. Loca media omnia: a lacu quodã occupari: q tigrim in se recipit. c. et. l. stadiis: Pasitigrim adnauiganti ratem esse: que ex Susis in persiam ducit. Eamq; a Susis abesse stadiis. lx. Pasitigrim uero ab oroatide duobus milibus fere stadiorum nauigationem per lacum in os Tigris stadiorum. lx. esse. Ad os Susianum uicum habitari quingentis stadiis a Susis distãtem. Ab ore euphratis usq; babylonem. nauigationem esse per loca bene habitata: supra tria milia stadiorum. Onesicritus autor est Euphratem: tegrimq; ĩ lacum emittere: rursumq; euphratem e lacu egressum proprio ore ad mare iungi. Sunt et alie complures angustie uxios transeunti iuxta persiam: quas Alexãder ui permeauit: ad persicas portas et loca alia transiens regionẽ: et uidere properans principales eius partes: et thesauros: qui per tot tempora congesti erant: quibus perse Asiam tenuissent: et multa flumina traiecit: que regionem rigant': et in persicum sinum deferuntur. Nam post Choaspem Copratas est: et pasitigris: qui etiam ex uxia fluit. Item Cyrus: qui circa Pasargadas per cauam persiam fluit. Ab eo: Rex appellatus est. nam ꝓ Agradaton: cyrus dictus est. Iuxta Persepolim Alexãder Araxem traiecit. ꝑsepolis magnificas regias habebat: et fabrica sumptuosas. In Araxẽ ex Paretacis descendentem: Medus influit: ex media delatus. Hi per conuallem rerũ omnium feracem: et Carmanie iunctam deferũtur: et orientalibus regionis partibus quenadmodum & persepolis. Alexãder Persepolitanis regiis cõcrematis: ulcus ẽ grecos quoꝝ et illi sacra: et urbes ferro igniq; uastassent: deinde in Pasargadas uenit: ubi erat antiqua regum sedes. Hic Cyri sepulturam in hortis uidit: turrim non sane magnam

arborum densitate occultam. a parte inferiore solidam : a superiore tecto & Sacello exornatam: qđ per angustum aditum habebat: per eum Aristobulus introisse se ait iubēte rege. atq; sepulturam exornasse: et aureā lecticā uidisse. et mensam cū poculis: et aureum alueolum. et uestem plurimam. et ornatum lapillis incrustatum. atq; hec uidisse affirmat quū primo accessisset. postea direptā fuisse. ac cetera qdem asportata: lecticam uero cōfractam. et alueolum transpositū. mortuū autem: et nusq̄ apparere. qđ non Satrape sed predatoꝝ opus fuerat: q ea reliquerant: que asportare nequerūt. que quidem contigerunt cum Magorum custodia imposita esset: qui quotidie ouem accipiebant in alimenta. quot mensibus autem equum. Nam Alexandri absentia in India et bactris: ꝑmulta innouari ꝑbuit. e qbus hoc unū ē. Sic. n. Aristobulus refert. & huius epigrāmatis mentionē facit. O homo: ego Cyrus sum Asie rex: q ꝑsis imperiū cōstitui. Ne igit̄ mihi sepulturā inuideas. Onesicritus ait turrim. x. tabulatis excelsam fuisse: et ī supiore tabulato Cyrū iacere. Cū greco epigrāmate ꝑsicis litteris insculpto. Cyrus ego: Rex olim regum conditus hic sum.
Iuem alio epigrammate persico in eandē sententiā. Onesicritus quoq;: et epigrāmatis illius meminit: qđ in Darii sepultura erat hoc mō. Amicus Amicis fui. et eques et Sagittator optimus: uenatores superaui. et oīa facere potui. Aristus Salaminius multo his iunior: refert turrim magnā fuisse. duo tabulata habuisse. et in successione persarū cōditam fuisse. sepulturam uero asseruari: in q̄ grecū epigrāma inerat: ut audiximus. et aliud persicum: in eandem sentētiam. Idcirco Cyrus pasargadas habuit in bonore. qđ ibi Astyagem medum ultimo prelio superauit : et Asie imperium in se transtulit: urbe condita: et regia constructa: in memorie monumentum. Pecunias uero omnes: que in ꝑsia erant: Susa exportauit. que quanq̄ et ipsa thesauris: et suppellectile plena erant: non tamen eam regiam existimabat: sed babylonem: quam in animo habebat illis omnino anteferre: atq; hic etiam thesauri seruabantur. Tradunt preter ea quæ babylone: et in castris erant: que ad hoc sumpta non fuere: in persia et Susis inuenta fuisse talentorum. xl. milia. Sunt qui dicant. L. Nonnulli omnia undiq; Ecbatana comportata dicunt fuisse. c. et. lxxx. milia talentorum. viii. milia uero que cū Dario e media fugiente exportata sunt ab iis direpta qui eum occidere: Alexāder itaq; babylonē longe oībus āponebat. uidens eā: et magnitudine: & rebus ceteris excellere. Nam Susiana: quanq̄ opulenta sit: torridum tamē et estuosum aerem habet. ꝑsertim circa urbem ut ille dicit: adeo ut lacerte et serpentes: per estatem: dū sol est in meridie urbis uias transire non possint: sed in mediis intercepte concrementur. qđ nusq̄ in tota persia cōtingit: q̄q̄ australior est. lauacra quoq; frigida proposita subito ex calefieri. ordeum in sole sparsum: ita conteri quenadmodum milium in mortariis: quapropter ad duo cubita terram tectis imponunt: domus ipse ꝑpter onus angustie fiunt & lōge. Cum longis trabibus careant. & magnis domibus indigeāt: propter estum. Palmaceas autem trabes peculiare quiddam pati. Nam quum solide sint: cum inueterascunt non cedūt in partem inferiorem: sed in supiorem pandunt̄ ꝑpter onus: unde melius tectū sustinēt. estus causa dicitur: qđ septentrionem uersus montes qdam altissimi imminēt: qui omnem borealem flatum excipiunt. Elati enim et sublimes a montibus spirantes: campos non attingunt. sed in australiora Susie perferūtur. ea a uentis tranquilla est. tunc precipue: quum reliquam terram estu exustā Etesie refrigerant: frumēto adeo abūdat: ut et ordeum: et triticū: in planitie centuplū ferat: nōnunq̄ etiā ducētuplū: Idcirco non crebras porcas faciunt: nam crebre radices germen impediunt. Cum uites in ea non nascerentur. macedones ibi et babylone eas conseuerunt. Hi non scrobes

faciebant. sed palos quosdã: in extremo ferratos: in terram defigẽtes: postea educẽtes pro eis palmites demittebant. In mediterranea uero plurimum: nostroq; tempore sepe aliter atq; aliter contigit. Dicit Nearchus nec tunc uie duces indigenas habuisse: cum ex india ĩ babyloniã classe nauigaret: qđ nec statiões habere poterat. nec hominibus abundaret qui perite ducerent. Subsidi autem babylonicæ uicina est Sitacena: quæ postea Apolloniatis est appellata. Ambabus a septemtrione orientẽ uersus elymei im/minent: et paresitaceni: homines latrones: et asperis montibus freti: sed magis paretaceni Apolloniatis imminent. unde eos plurimum infestãt. elymei autem illos et Susios. cum elymeis uero Uxii pugnant. quanq̃ nunc quidem minus: propter parthoꝝ potentiã. ut ego existimo: quibus parant omnes: qui loca ea incolunt: quare his bene habẽtibus: et omnes bene habent: qui illis parẽt. dissidentibus uero: qđ sepe fit: etiã nostro tempe: sepe aliter atq; aliter euenit. Sed nõ eadem omnibus: qbusdam enim tumultus ꝑdest: quibusdam preter sententiam euenit: ac persica quidem: et Susiana regio talis est. Ora maritima palustris est: et importuosa. Idcirco persici mores: et his et medis: et aliis cõ/pluribus: iidem sunt. de quibus: etsi permulti dixerunt: tamen dicenda nobis uidẽtur: que ad rem attinent. Perse nec statuas: nec aras erigũt. sacrificãt in loco excelso. Celũ iouem putant. colunt Solem. quem mithram uocant. Item lunam et uenerem: & ignẽ et tellurem: & uentos: et Aquam: Sacrificant in loco mundo: cum imprecationibus: et coronatam hostiam statuunt. Cum uero Magus qui sacrificio preest: membratim carnes in quenq; diuiserit: abeũt nulla parte diis relicta. dicũt enim deum nihil uelle: ꝑter hostie aĩam. nõnulli ut ferũt: ꝑcordioꝝ ꝑtem igni imponũt. ꝑcipue Igni: & aque sacrificant. igni arida ligna imponẽtes: adẽpto cortice: et aruina super iniecta: deinde infuso oleo: succendũt nõ inspirantes: sed uẽtillantes. qđ siqs inspirarit: aut mortuum qcq̃: coenumue in ignem immiserit: morte plectitur. Aqua sacra peragũt: hoc mõ: In lacum: uel flumen: uel fontem: uenientes: scrobem faciũt. ibiq; hostiã iugulãt. Cauẽtes ne quid proxime aque sanguine contingatur. tanq̃ omnia polluturi: postea carnibus sup myrto: lauroue ĩpositis: eas magi subtilibus uirgis cõburũt. & factis imꝑcatiõibus quibusdam: oleum lacte ac melle mistum inspergunt: nõ in ignem: nec in aquam: sed in terram. Imprecatiões per multum tempus faciunt. fasciculum uirgarũ myricinaꝝ tenuium tenentes. In Cappadocia ubi maxima est magorum multitudo: qui pyrethi uocantur: et multa persicorum deorum templa: nõ cultro: sed stipite quodã mactãt: tanq̃ malleo uerberantes. Suntq; Pyrethia septa quedam ingentia. in quorum medio ara est. In ea magi et cinerem multum: et ignem inextinguibilẽ seruãt: quo quottidie ingressi imprecationes faciunt: per horam fere: ante ignem: uirgarũ uasculũ tenẽtes: filtraceis infulis uelati: ex utraq; parte dependentibus: adeo ut uitte labia contegant. Hec in Anaitidis: et Amani: delubris fiũt. Nam et horum ibi delubra sunt. et Amani statua in pompam ducitur. hec nos uidimus. Illa et sequentia in historiis tradũtur: qđ in flumen perse non micturiunt. nec lauantur: nec abluuntur: nec mortuũ iniciũt. nec alia: que immunda esse uideantur. Cuicũq; deo sacrificẽt: primũ igni imꝑcationes faciunt. Reges habent ex eadem stirpe. qui nõ paruerit: capite: et brachio amputato: proiicitur. Ducunt uxores q̃plures. et multas pelices alunt: propagãde sobolis gratia. Reges quotannis premia proponũt: iis: qui plures filios ediderint: pueri ante quartum annum in patris conspectum non ueniũt. Nuptie in initio uerni eqnoctii celebrantˀ. Spõsus in thalamum procedit comesto prius malo: uel cameli medulla. preter id nihil eo die. A quinto usq; ad uigesimum quartum annum discũt sagittare: iaculari: eqtare: et in primis uera dicere. Disciplinarum magistris cõtinentissimis utuntˀ. qui fabulas ad

utilitatem reductas inserunt: cum cantu: et sine cantu: deorum: et clarorum uirorum. facta referentes. Congregāt eos in unum locum: eris sonitu ante lucē excitatos: tanq̄ ad arma: aut uenationem. Preficiunt eis ducē aliquem: ex regis filiis: aut Satrape: per quinquagenos: quem currentem sequi iubēt: loco. xxx. xl. ue stadiorum determinato: deposcūt etiam rationem eorum: que illi didicerint. simul et uocem et latus & spiritum exercētes: ad estū: ad frigus: ad hymbres: et torrentiū transitus. Docēt arma et uestes immadidas seruare. et pascere. et rusticari. et fructibus siluestribus uesci. ut Termitho: glandibus: piris agrestibus. Atq; hi cardaces uocantur: ex furto uiuentes. Nam carda uirile ac bellicosum signat. Quotidianus eoꝝ cibus: post exercitiū: ē panis durissimus et Cardamum: et salis granum. et carnes asse uel elixe: potus est aqua. uenantur autē: pila et sagittas ab equis mittentes: et funda utentes. In antemeridiano tempore: his exercētur. aut arbores serūt. aut radices effodiūt: aut arma faciūt. aut lino et retibus student: pueri uenationem non attingunt. sed mos est eam domum referre. Cursus et ceterorum que in quinquentiis exercentur premia ab rege proponuntur. Pueri auro exornantur. Pyropū in honore habent: q̄re nec eū mortuo apponūt quenadmodū nec ignem: ob honorē: quem ei deferunt. Militant: et magistratus obeūt: a. xx. anno: usq; ad q̄nquagesimum: et pedites et equites. Forum non attingunt. Nam nec emūt nec uendunt. Armantur Cetra in rhombi figuram facta preter pharetras. Sagarim et Sicas habent. circum caput pileum turritum. circum pectus thoracem squamosum. Principes anaxyridem triplam habent. et tunicam manicatam duplam genu tenus: cuius suffultura candida est. exterior uero pars colore infecta. Amictum estate pur/pureū: uel uarium. hyeme autem uarium. Tiaras magoꝝ infulis similes. calciamētum altum: ac duplum. Multitudo tunicā duplā gerit. ad mediam usq; tibiā descendentē. Circum caput Sindonii panni uolumē. quisq; arcu et funda utitur. Perse laute cenāt: integra: et multa: et uaria apponentes. lecti et poculoꝝ ornatus splendidissimus: auro et argento refulget: De rebus maximis inter uinū consultāt. quas ipsi firmiores putāt: q̄ que in sobrietate fuerint deliberate. Si notis et eq̄libus in uia occurrāt: eos osculanē, si humilioribus malam offerentes: osculū excipiūt: q rursum humiliores sunt: adorāt solum: sepeliunt corpora cera oblinentes. Magos insepultos auibus edendos dimittūt. hi cum matribus ex patrio more congrediūtur: Ac persarum quidem mores sunt hu/iusmodi illa forsitan addenda sunt que a Polycrito dicūtur. Quod regum quisq; suas edes in mōte faciāt. et thesauros: et tributa: que exigūt: ibi recōdāt bene administrate rei monumentū. Exigere eos ex ora maritima argentū. ex mediterranea: que queq; regio ferat: ut colores: medicamēta: lanam: uel aliud tale. eodē mō et pecora. Tributa instituisse. Darium longimanum: qui omnium hominum pulcherrimus fuit: excepta brachiorum: et ulnarum longitudine: que tanta erat: ut genua cōtingeret. Maximā auri atq; argenti partem in edificiis esse: in nummis perexiguam. Cum gratiora illa ad thesauri conseruationem existimentur. nummorum uero tantum esse: q̄tum satis sit ad usum: et tantum auri percutere: quantum impensis sufficiat. persarū mores magna ex parte temperati sunt. & si ob opulētiam: reges im delicias: luxūq; defluxerint: adeo ut triticum ex asso eolica afferri uellent. Vinum autem ex Syria q̄d Chalybonium dicitur: aquam ex euleo q̄d ea omnium eēt leuissima: ut atticum Acetabulū dragma minus appenderet. Ex omnibus autem barbaris: persas clarissimos effici apud grecos contigit: q̄d nulli grecis imperauerunt: qui Asiam tenuere: preter eos: nec ii grecos nec greci illos antea nouerāt: nisi perparum admodum: q̄tum fama percepissent. Nam nec Homerus medorum: Syrorum ue imperium nouit. Nam cū egyptias thebas: & earū:

et phoenicum diuitias nominet: nequaq̄ babylonis: et ecbatanorum: opes cōticuisset. Ac p̄mo quidem grecis perse imperauerūt. Lydi uero: nō toti asie: sed parti pexigue: solum eis halym sunt dominati. Idq; non diu. Croesi et Alyatis tempore. Sed si quam famam habebant: eam amiserūt: a persis superati. perse q̄ primū medoꝝ res euerterūt: Lydos subegere. et greci: q in Asia erant: illis paruerūt. postmodū ī greciā traiiciētes: sepe multisq; certaminibus uicti sunt. Asiam tamen usq; ad mare tenuerunt: donec a macedonibus sunt debellati. Cyrus eos primum in imperio constituit. Cuius successor Cambysses filius: a magis sublatus est. septem uero perse qui magos interemerūt Dario hystaspis filio: imperium tradidere. Cuius successores in narsem desierunt quem cum bagous: eunuchus interfecisset: Darium regem fecit: quāq̄ e stirpe regia nō erat. Sed quum Alexāder hunc euertisset: ipse. x. xi. ue annis regnauit. Postea Asiæ imperium in complures successores: et ab eis profectos diuisum: euersumq; est. Permansit tamen annis. cc. et. l. nunc iam per sese sunt: Ac Reges: qui olim Macedonibus paruere: nunc parthorum Regibus subiectos habent.

Extus decimus circa Assyriā uersatur: ī q̄ Babylon est: & Nisibis: urbes maxime. Item circa Adiabenam: et Mesopotamiā: et Syriam: & Phoeniciā: & Palestinā: et Arabiam omnem: et quecunq; indica Arabiam cōtingunt. Itē Saracenoꝝ regionē: quam Scenetim uocat: et omnem rubro mari: et mortuo adiacentem.

Ersiæ ac Susianæ iūcti sūt Assyrii. Sic. n. Babyloniam: & maximā circunstantis regionis partem uocāt. Cuius etiam Aturia est. In qua sunt Ninus: Apollōiatis: elymei: Paretacæ. et charonetis: Zagro monti p̄xima. Item cāpi Nino uicini: & Dolomena: & Calachena: et Zachena: et Adiabena: et Mesopotamiæ gentes. Gordyæis: et Mygdonibus iis proxime qui circa Nisibim sunt. usq; ad euphratis pontem: et ad multam transeuphratem regionem: quam Arabes tenent. et qui proprie nunc Syri appellantur: usq; ad Cilices et Phoenices: et libes: et egyptium pelagus: et Issicum sinum: Syrorum nomen tendere uidet: A Babylonia: usq; ad Issicum Sinum. & ab hoc olim usq; ad euxinum. Quare utriq; Cappadoce: tū qui ad taurum. tum qui ad pontum iacent. ad hoc usq; tempus leucosyri appellantur: ac si sint aliqui Syri nigri. Hi autem extra taurū sunt: taurū dico eū: q ad Amanum usq; nomen extendit. qui de Syrorum imperio scribunt: cum medos a persis euersos dicunt: Syros autem a medis: nullos alios Syros intelligūt: q̄ qui babylonem: ac Ninū regni caput effecerunt: q̄rum alterā ninum scilicet ninus in Aturia cōdidit. cuius uxor Semiramis regno succedens condidit babylonē: atq; ii Asiam tenuerunt. Semiramidis opera: preter ea: que apud babylonem sunt: multa per uniuersam fere hāc continentē ostenduntur: ut aggeres: qui Semiramidis uocantur. et moenia. et munitionū fabrice. et aqueductus: et Scale: et fosse ī fluminibus: et lacubus: et uie: et pōtes. Posteris uero suis imperium reliquerunt usq; ad Sardanapalum: et Orbacum. qđ postea in medos trāslatum est. Sed Ninus post euersos syros: extemplo deleta est. ea multo maior erat babylōe: in Aturie campo sita. Aturia similis est iis locis: que circa Arbela sunt. & lycū flumen intermedium habet. Arbela enim ad babyloniā pertinent. et iuxta eam sunt. Trans lycum uero Aturie cāpi: Ninū circumiacēt. In Aturia quoq; uicus ē nomine gaugamela: apud quem: Darius superatus: amisit imperiū. quare hic locus insignis est. eius nomen Cameli domus interpretatur. Sic enim eū Darius hystaspis filius noīauit:

quum poſſeſſionem hanc camelo defeſſe in alimentum daret. preſertim in uia: qua ꝑ deſerta i Scythiam cum oneribuſ itur. In quibuſ regi etiā alimentū erat. Macedoneſ quum hunc uicum tenuem uiderent. Arbela uero habitationē admirabilē ab Arbelo: ut tradūt: Athmonei filio cōdita: circa Arbela et pliū: et uictoriā fuiſſe diuulgarūt: Atq; ſic ſcriptoribuſ tradiderūt. poſt Arbela: et Nicatoriū montem: quē ſic Alexāder nominauit: uicto apud Arbela prelio: eſt flumen Caper: in tanta diſtantia: in quāta lycuſ. Regio ipſa Artacena dicitur. Circa Arbela eſt urbſ Demetriaſ. poſtea eſt fonſ q naphtha fluit: poſtea igneſ: et Anee templū. et Sadrace Darii regia eiuſ: q hyſtaſpiſ filiuſ fuit: et Cupreſſetum: et locuſ ubi caper tranſitur: iam cum Seleucia et babylone conuictuſ. Babylon in campo iacet: muri ambitum habet. ccc. et lxxxv. ſtadiorum. eiuſ craſſitudinem pedum. xxx. duoꝝ: Altitudinem inter turreſ cubitoꝝ qnquagenū. turrium ipſarum ſexagenum. uiam ſuper menibuſ tam latam: ut quadrige occurrēteſ facile pertranſire poſſint. unde et hoc ex. vii. ſpectaculiſ unum dicitur. Item horti pēſileſ: in figura quadrata: quoꝝ latuſ quodlibet q̄ternum eſt iugeꝝ. Hi fornicibuſ continentur ſeſe in forcipiſ modū intercidentibuſ ſitiſ ſup piliſ in aleatoriarū tabellaꝝ formā: aliuſ ſuper alia poſitaꝝ. Pile concaue ſunt et terra plene: ut arboreſ maximaſ conſitaſ recipere poſſint: ex lapide coctili: et bitumine ſtructe: tam ipſe q̄ forniceſ: et fornicum interſectioneſ: ſupremum tabulatum aſcenſuſ ſcalareſ habet: & cochliaſ ipſiſ adiacenteſ. per quoſ continue aqua ex euphrate in hortoſ afferebatur ab hominibuſ: ad hoc ipſum conſtitutiſ: Nam flumē mediam urbem interluit: eiuſ latitudo ſtadium occupat. horti ſuper flumine ſunt: ubi etiā beli ſepultura eſt: nunc eruta: quā xerxeſ eruit ut fert̄. Ea pyramiſ quedā erat q̄drata: ex latere coctili ſtructa: ſtadii altitudīe: cuiuſ quodq; latuſ ſtadium obtinebat. hanc Alexander reparare uoluit: ſed cum multi laboriſ eſſet: et multi tēporiſ: Nam ſolū ad expurgandā terram. x. milibuſ hominum duobuſ menſibuſ opuſ erat: qđ inceperat: perficere non uoluit. Illico enim morbuſ et morſ conſecuta eſt. Id poſteriorum nemo curauit quin etiam reliqua neglecta ſunt. et urbiſ partē perſe diruerunt: partem tempuſ conſumpſit: et macedonū negligentia: preſertim ubi Seleucuſ nicator Seleuciam ad Tigrim cōdituſ: ad ſtadia. ccc. babyloni proximam. Nam et ille et poſteri omneſ: circa hanc urbem maximopere ſtuduerūt. et regni caput effecerunt. & nunc babylone maior eſt: quanq̄ magna ex ꝑte deſerta: ut id facile de ea dici poſſit: ꝙ de magniſ urbibuſ: que in Arcadia erāt: a quodā dictū eſt. Magna ciuitaſ magna ſolitudo eſt. In ea: propter lignoꝝ inopiam: ex palmaceiſ trabibuſ et columniſ edificia faciunt. Circum colūnaſ funeſ: ex torta ſtipula cōfectoſ: ponunt: poſtea illinenteſ coloribuſ pingunt. Porte bituminate et alte ſunt tam ipſe: q̄ domuſ: que omneſ propter lignorum penuriam fornicātur. Nam regio magna ex ꝑte nuda: nihil habet: ꝑter fructicoſ: et palmā. que et i babylōia: et Suſiana: et in ora ꝑſie: & in carmania ꝑmulta ē. Imbrice aūt nō utunt̄: cū hymbribuſ careāt. ſuſiana ſi/ tacene ſimiliſ ē. Cōſtituta ē habitatio quedā i babylōia philoſophiſ indigēiſ: plurimū circa philoſophiam uerſātibuſ: qui chaldei appellant̄. Sunt ex eiſq genethlialogiam ſimulent. ſed a ceteriſ non recipiūtur. Eſt alia chaldeorum natio et babylonie regio: ab eiſ habitata: Arabibuſ et mari proxima: qđ perſicum appellatur. chaldeoꝝ Aſtro/ nomicorum genera multa ſunt: Nam quidam Orcheni dicuntur. quidem Borſiſpeni. et alii cōpluresꝫ qui tanq̄ per ſectaſ: eiſdem de rebuſ aliaſ atq; aliaſ opinioneſ ſequunt̄. et mathematici quoq; de nonnulliſ eorum mētionem faciunt. quenadmodū decidena: et Naburiano: et Sudio. Nam et Seleucuſ ex ſeleucia chaldeuſ eſt: atq; alii cōplureſ: illuſtreſ uiri. Borſippa ciuitaſ eſt Diane et Apollini ſacra. In ea maximum linificiū eſt:

et maxima uespertilionum multitudo: q longe maiores sunt q̃ in ceteris locis. capiunt: et in esum condiuntur. Babyloniorum regio: ab oriente complectit a Susiis: & elymeis: & paretacenis: Ab occidente ab Arabibus Scenetis: usq; in Adiabenam: et Gordyeam. A septentrione ab barmeniis: ac medis: usq; ad zagrum montem: et gentes: circa eum habitantes. Regio a multis fluminibus irrigatur. quorum maximi sunt Tigris: et eu/phrates. hec enim flumina secunda sunt: post Indica: ad australes Asie ptes defluẽtia: et per alterum: O pim nauigatur. et in eam: que nũc Seleucia dicitur. Opis aũt uicus est: circunstantium locorum emporium. per alterum uero babylonem: supra tria milia stadiorum. Sed perse uolentes de industria nauigationẽ phibere: Canales manufactos construxerunt: extrariarum inuasionum metu. Alexãder quũ aduentasset: quotquot potuit: restituit. eos pſertim q opim deferebant: et fossas maximas duci curauit. exũdat enim euphrates in estate: a uere incipiens: Quum iam niues in barmenia liquefiunt. ut necesse sit stagnari arua. atq; obrui. nisi quis ingruẽtem fluxum: et aquarum uim per fossas et Canales diuertat: quenadmodum nilum in egypto. Atq; ob hoc quidem canales deducti sunt: sed opera multa opus est. Nam cum terra profũda sit: & mollis: ac facile cedat. facile ab aquis trahitur: et campos nudat. et limus fossas implet. et eorum ora obstruit. Vnde rursum aquarum effusionem fieri contingit: que in cãpos egressa: lacus et paludes ad mare efficiunt. et arundineta. e quorum arũdinibus uaria contexunt uasa. quorum que liquida suscipiunt: bitumine illinunt. Cetera nuda et liture expertia relinquuntur. fiũt etiã uela arũdinea storeis et cratibus similia. Hec inũdatio omnino prohiberi nõ potest. afferri autem aliquod remedium potest. qđ optimorum principum opus est. Remedium est multam aquarum effusionem obstruendo prohibere: fossarũ uero repletioẽm quam limus efficit eas expurgando et ora apiendo. Purgatio facilis est. obstructio laboriosa. Nam cum terra facile cedat: et mollis sit: aggestum limum non sustinet: sed cedendo et ipsa trahit: et os effossu difficile reddit. Nã et celeritate opus est. ut cito fosse claudantur: et ne omnino ab eis aqua elabat: fosse enim p estatẽ arefacte. flumen arefaciunt: qđ humile factum: deriuationes ad tempus prebere non potest: quibus regio perusta: et estuosa per estatem plurimum eget. Nam nihil refert siue aq̃rum multitudine obruantur fruges: siue siti depeant. Preterea cũ nauigatiões ualde utiles sint: ab antedictis causis impedite: aptari nõ possunt: nisi fossarum ora cito aperiantur: et cito claudantur: ut semper fosse mediocritatem seruent: ne in eis aqua redundet. neue etiam deficiat. Refert Aristobolus Alexandrum ipsum nauigantem: et Scapham gubernãtem operi pfuisse. et cum cetera multitudine fossas emundasse. et ora obstruxisse. et nonnulla aperuisse. Quumq; fossam q̃ndam ad paludes & lacus qui sunt arabiã uersus tendere animaduerteret: habentẽ os intractabile: et obstructu difficillimum: propter cedẽtem et mollem terram: aliud nouũ os apuisse. xxx. stadiorum capto loco petroso atq; traducto Alueo. Idq; tũ puidendi gratia fecisse: tũ ne Arabia omnino difficilis esset ingressu: propter lacus ac paludes. cum pper aque multitudinẽ iam effecta insula uideretur. habebat enim in animo regionem eam adipisci: simulq; & classẽ et receptacula parauerat. nauigia quoq; ptim in phoenicia cyproq; cõstruxerat: tum p'icatilia: tum compacta: que stadiis. vii. Thapsacum portata: postea babylonẽ flumine deferretur. partim in babylonia edificauerat: ex hortorum: et lucorum cyparissis. Nam in eo loco materiei inopia est: Apud cosseos uero: et nonnullos alios: mediocris copia. hoc pretextu maxime moturum bellũ dicũt: qđ soli Arabes: ex omibus gẽtibus legatos ad eum non misissent: sed reuera cupientem omnibus dominari: et quoniã duos tantum deos ab illis coli audisset Iouem scilicet ac bacchum: qui que ad uitam pertinẽt:

principalia dant: se tertium existimasse cultum iri: si uicisset: et patriam ubertate: quã prius habebant: illis permisisset. Atq; hec alexandrum circa canales effecisse. & regum & principum sepulturas: quarũ plurime in lacubus erãt: reparasse. Eratosthenes lacuũ mentionem faciens: qui apud Arabiam erant: dicit cum aqua exitum non haberet: subterraneos meatus aperuisse: ac per illos usq; in celosyriam deferri: et in ea flumina erumpere: que circa rhinoco rura: et casium montẽ sunt: atq; ibi et lacus et uoragines efficere: que haud scio an uerisimilia dixerit. Nam euphratis effusiones: que arabiam uersus: et lacus: et paludes efficiunt: mari persico proxime sunt. Isthmus autem qui ea dirimit nec sane multus est. nec petrosus. Quare uerisimilius erat aq̃m in mare impelli: siue sub terram: q̃ ultra sex milia stadiorũ siccam et aridam regionem pmeare: pssertim quũ Libanus: et Antilibanus: et Marsyas mõtes medii eẽnt: Atq; hi qdem hec dicũt. Polycletus negat euphratem inundare: cum per campos maximos feratur: montium uero nonnullos duobus milibus stadiorũ abesse. Coseos ad mille distare. nõ admodum altos: nec ualde niuibus pressos: nec confertam niuium liquefactionẽ inducẽtes: Nam maxime montiũ altitudines in borealibus partibus sũt: ultra ecbatana. In australibus uero scissos ac dilatatos plurimum depmi: simulq; maximã aque ptem a Tigri excipi: quod itaq; ultimo dicitur aperte absurdum est. In eosdem enim campos descendit: et sic montium altitudines: que inundare dicuntur: inequalitatem q̃ndam habent: ptim quod borealia magis attolluntur. partim qđ meridionalia dilatantur. Sed nix non modo altitudine montium: sed climatibus iudicatur. Et eiusdem montis boreales partes magis niuibus tanguntur: q̃ australes. et diutius ille niuem retinent: q̃ he. Cum itaq; Tigris: ex supremis harmenie partibus: que sunt babylonie pxime: niualem aq̃m suscipiat: non sane multam: utpote ab australi latere descendentem minus inundabit. euphrates uero ex utrisq; partibus aquam recipit: nõ ex uno mõte solũ: sed ex multis: ut in peragratione harmenie declarauimus: addita etiam fluminis lõgitudine: quãtum in magna et in parua harmenia percurrit: et q̃tum ex pua harmenia p cappadociã et taurum uadens Tapsacum usq; defertur: Inferiorem Syriam: et Mesopotamiam disterminans: et q̃tum reliquũ est usq; ad hostia: et babylonem que summa est. xxx. et. vi. milium stadiorum: Que quidem apud canales attinẽt: hec sunt. Regio ordeũ fert: q̃tum alia nulla: Nam modios tricẽtenos affert. ut dicitur. Cetera uero ex palma prebet. Ex ea enim et panis: et mel: et uinum: & acetũ fit. et textilia uaria. nucleis pro carbonibus fabri ferrarii utunẽ. Qui in aq̃ macerati: bobus & ouibus in pabulũ danẽ. Dicunt esse carmen quodam persicum: in quo. ccc. et. lx. palme utilitates nuerentur. Oleo frequentius Sesamino utuntur. Cetera loca huius arboris penuriam habẽt. In babylonia etiam bitumẽ multum innascitur de quo Eratosthenes dicit: liquidum: qđ naphtham uocant: in Susiano agro nasci: aridum uero qđ cõgelascere potest: In babylonio. cuius fons est: prope ipsum Naphtham. Hoc aũt inundãte ex liquefactiõe niuium: et ipse augetur. et effusioẽm in fluuium facit. Hic glebe maxime concreanẽ: ad edificia idonee: que ex coctilibus lateribus fiunt. Sunt qui liquidum etiam in agro babylonio innasci dicant. De arido quidem dictum est: quod preseruim ad edificia ualet. dicunt etiam nauigia cõtexi que bitumine illita cõstipentur. At liquidũ: qđ naphthã uocant: admirabilem quandam naturam habet: Nam igni admotũ: eum corripit: etsi corpus eo illitum igni admoueris: deflagrat. nec aqua ullo pacto extingui potest: sed magis ardet: nisi ualde multã supinfuderis. Ceno: et aceto: et alumĩe: et uisco: oppssum extinguitur. Vnde Alexandrum tradũt: experientie gratia puero cuidam in balneo Naphtham inspersisse: ac lucernam admouisse. ut prope puer totus deflagraret: nisi

circunstantes multa aqua flammas euicissent. ac puerum seruassent. Possidonius dicit ex fōtibus naphthe Babylonii quosdam nigrum naphthã: quosdam albũ producere: atq; ex iis alios esse liquidi sulphuris: eos scilicet qui albũ naphthã habẽt: q & flãmam arripiant. Eos uero q nigri bituminis sint liqdos esse. et p oleo in lucernis uti. Babylon olim Assyrie fuit metropolis. nũc Seleucia est: que ad tigrim dicitur: prope eam uicus maximus est nomine Ctesiphon: i quo parthorum reges hyemabant: seleucie parcẽtes: ne a Scythica: et militari natione opprimerentur. Hic uicus ciuitatis potentiam: ac magnitudinem habet: adeo ut parthorum multitudinem: et apparatũ omnẽ recipiat. ac uenalia: et necessaria artificia illis suppeditet. In eo parthoꝝ reges in hyeme ꝓpter aeris temperiem degere solent: estatem uero in hyrcaniam et ecbatanis agũt: propter ea que antiqua fama obtinet. et quenadmodum babyloniam regionem uocamus: sic indigenas babylonios dicimus: nõ ab urbe: sed a regione: A Seleucia uero nequaq̃. etsi illinc sint: ut Diogenem philosophum stoicum. Est autem Artemita insignis ciuitas: quingentis stadiis a Seleucia distans: plurimum ad orientem exposita quenadmodum Sitacena: Nam et ea multa: & opulenta: inter babylonem et susianam iacet. quare ex babylone: Susa euntibus: totum iter per Sitacenam est. Ad orientem uero: ex Susis: in persie mediterraneam euntibus: iter est per uxiam. quenadmodum iis: qui ex persia in medios carmanios proficiscuntur. Carmaniam igitur a Septentrione persia circundat. que multa est: cum paretacinis et cosseis coniuncta: usq; ad Caspias portas montanis sane gentibus ac latrociniis. Susie coniungitur Elymaitica: que magna ex parte aspa est. et latrõibus refecta. Elymaitice media: et que zagro sunt proxima. Cossei magna ex parte sagittarii sunt: quenadmodum et montani: eis finitimi: qui semper latrocinia exercent. Paruam enim ac sterilem regionem incolentes: ex alieno uiuere: et ualẽtes esse oportet: omnes enim bellaces sunt. et cum elymei cum babyloniis: susiisq; bellum gererent: illos in societate habuerunt. xiii. hominum milia conferentes: paretaceni: q̃q̃ magis agriculturam exerceant: q̃ Cossei: nec ipsi tamen a latrociniis abstinent. elymei plus terre possident: q̃ hi: et magis uariã. Quecũq; itaq; ferax est: incolas agricultores habet: mõtana uero milites nutrit: magna ex parte sagittarios: et cũ multa sit: multũ exercitum emittit. Vnde cum rex eorum potentiam maximam habeat: non patitur parthorum regi obtemperare: quenadmodũ alii. eodẽ mõ se erga macedonas habebãt: qui postmodum Syrie imperauerũt. Anthiochum quidem magnũ: eum q Beli tẽplum spoliare conatus est: finitimi barbari: ex sese adorti interemerunt. Parthus ex iis: que illi euenerant: edoctus: tempore post audiens templa esse apud eos opulenta: uidensq; minime obtemperantes: ui magna iuasit. et Palladis templũ ac Diane qđ azara dicit: cepit. x. milibus talentoꝝ ablatis. Capta est etiã prope flumen hedyphontẽ: Seleucia magna ciuitas: que prius Soloce uocabat. Tres sunt in eã regionẽ aptiores ingressus. ex media quidem: et locis zagro uicinis: per Massabaticam. ex Susia per gabianam. Gabiana et Massabatica elymeorum sunt prouintie. Tertius ingressus est ex persia: est etiam Cyrbiana elymeorum prouintia. Iis finitimi sunt Sagapeni: et Silaceni: qui sane principatus. Atq; he sunt gentes: que orientem uersus ultra babyloniam habitãt. Ad septentrionem mediam diximus: et harmeniam. Ad occidentẽ est Adiabena: et mesopotamia. maxima Adiabene pars planicies est: ea ꝑsertim: que ptinet ad babyloniã: quanq̃ proprium principẽ habeat. nõnunq̃ harmenie adherescit. Nã medi harmenii ac babylonii preter omnes alias gentes: que hic sunt: ita erant ab initio constituti: ut seinuicem adorirentur: ut cuiq; opportunum uidebatur. rursumq; conciliarentur: qđ usq; ad parthorum imperiũ permansit. a medis itaq;: atq; babyloniis parthi imperant.

barmenius autem nunq̃. Inuasiones tamẽ sepe facte sunt. omnino autem capti nunq̃. Immo tigranes: ut i rebus harmeniacis dictum est: fortiter restitit. Adiabena quidem est huiusmodi. Adiabeni etiam Saccopodes uocantur. De Mesopotamia: et gentibus: que ad meridiẽ uergũt: deinceps dicemus. Si ꝑus pauca de moribus assyrioꝝ fuerimus persecuti. Hi itaq; in ceteris persarum similes sunt: proprium uero habent: q̃d cuiusq; tribus tres uiros integros ac ṗncipales ꝑficiunt: q puellas nubiles in mediã multitudinẽ producentes: eas per preconem locandas significant. ac primo eas: que digniores sunt. Sic enim coniugia apud eos conficiunt. quotiens uero coierint: surgunt: q̃sq; seorsum suffici. lauantur mane: priusq̃ quicq̃ attingant. et perinde eis lauacrum in morem est a coitu: atq; a mortuis. Omĩbus babyliorum mulieribus mos est: ex causa quadam: in aliqua re uenerea cum hospite permisceri: cum turba: et cultu plurimo: ad illum uenientibus. quelibet nestro aliquo coronatur. qui uero ad eam admittitur: posito sup eius genibus argento q̃tum sibi uidetur: coit: longe ea a fano abducta. Id argentum ueneri sacrum est. Tres sunt magistratus eorũ: q iam militia sunt emeriti: & nobilioꝝ: et senũ: seorsum regio posito: ꝑmi est uirgines collocare: et de adulteriis iura reddere: Secundi de furtis: Tertii de rebus uiolentis. Hi egrotos in uiis exponentes: interrogãt pretereuntes: num quisq̃ morbi huius remedium norit: nam nemo pretereũtium adeo malus est: qui occurrens: non admoneat: siq̃d salutare habet. uestes gerunt. Interiorẽ tunicam ex lino: Talarem. Exteriorem ex lana. Amictum album. Coma eis parua ẽ. Calciamentum nõ sane magnum: gestant etiam Sigillum et Sciptonem: nõ frugalẽ: sed insignẽ. In superiore parte malo uel rosa. uel lilio: uel aliqua eiusmodi re ornatũ. unguntur Sesamo: lugent mortuos ut egyptii: et alii permulti. sepeliunt in melle. cera cadauer oblinunt. Tres sunt nationes que frumento carent. Elii: et Ichthyophagi: qui ita uiuunt quenadmodum gedrosii. Mesopotamia ab euentu rei nominata est. Dictum est enim eam inter euphratẽ ac Tigrim iacere. et Tigrim oriẽtale eius latus alluere: occidẽtale uero et australe euphratẽ. ad septentrioẽm ẽ taurus: q harmenios dirimit a mesopotamia. q̃re maxima distãtia qua inter se absunt: ad montes: est duoꝝ milium et quadringẽtorum stadiorum: que eadem est: q̃m Eratosthenes a Thapsaco dixit: iuxta quam antiquus euphratis pons erat: super tigris transitu: ubi Alexãder cũ exercitu traiecit: minĩa uero distãtia paulo supra. cc. Iuxta Seleuciã fere ac babylonẽ labitur tigris: per lacum: qui Thopetis dicitur: per mediam eius latitudiẽm. In alteram uero ripam perueniens: cum multo sonitu: ac: flatu: sub terram ingreditur. et longe inuisibilis delatus: Rursum exoritur non procul a gordyea. atq; adeo uehementer lacum permeat: ut Eratosthenes ait: ut quanq̃ lacus salsus sit: et piscibus careat: tamen hac in parte dulcescat: et fluat: et piscibus abũdet. Mesopotamie coartatio in magnã sane lõgitudinem exit. et quodammodo nauigio persimilis est: maximam ore partem euphrates efficit. Distãtia a Thapsaco usq; Babylonẽ: ut Eratosthenes uult: ẽ stadioꝝ q̃ttuor milium: et octingentoꝝ. A põte uero: qui est iuxta commagenam: ubi Me/sopotãia incipit: usq; Thapsacũ: sũt nõ pauciora duobus milibus stadioꝝ. ꝑtermõtana quidem regio satis ferax est. partem eius ad euphratem expositam et pontem qui nunc iuxta cõmagenam est: & eum q olim iuxta Thapsacũ erat: ii habẽt: q a macedõibus mygdões sunt appellati: apud quos est nisibis: q̃m Antiochiã mygdoniã appellarũt: sub Masio monte sitã: et Tigrano certa: et loca que sunt circa caras: et Nicaphoriũ: et chordi raza et Sinnaca: in qua Surena parthorum imperator Crassum dolo captũ interemit. ad Tigrim sunt parthorum loca. quos antiqui Cardulchos appellabant. et urbes quedam e quibus est Sarisa: et Satalca: et Pinaca. munitio optima: que arces tres

habet: quanq; suo muro cinctã. ut quasi triurbs uideatur. Verum tamẽ ea barmenio paruit: et Romani eam ui ceperunt: etsi gordyei excellentes architecti uidebantur. & eoꝝ instrumẽtoꝝ gratiari: qbus urbes obsideri solẽt: ũde & tigranes eis ad hec utebaẽ. Reliq̃ quoq; Mesopotamia romanis paruit. cuius magnã partẽ Põpeius tigrani dedit. quecũq; pcipua erat. Nã regio fecũda est. et maxime pascẽdis bobus idonea: fert que semp uirẽt. et aroma amomũ. Alit etiã leões: gignit napbthã: et gangetim lapidẽ: quẽ serpẽtes fugiunt. Dicunt gordym Triptolemi filium gordynam habitasse: postea ere/tbriẽses: quos p se rapuerũt. De Triptolemo mox ĩ rebus Syriacis dicemus. mesopotãie partes ad meridiem uergentes: et a montibus remotas: siccas et steriles: Arabes scenete incolũt. latrocinii sane homines: et pastorales. qui faciliter in alia loca demigrant. cum preda eis et pascua deficiunt. quare contingit ut pretermontani ab his infestentur: et ab barmeniis: qui desuper imminentes: propter potentiam uim eis afferunt: et tandem uel illis parent: uel parthis: qui ad latera sunt: Mediam: atq; babyloniam habitantes. Inter eupbratẽ atq; tigrĩ fluit aliud flumẽ: qđ Basilius appellaẽ. et circa Anthemusiã aliud: nomine Aborras. mercatoribus ex Syria Seleuciam: et babyloniam eũtibus: iter est per eos qui a maliensibus Scenete appellantur. et per eoꝝ deserta. Euphratis itaq; transitus est eis iuxta Anthemusiam Mesopotamie locũ. quattuor schoenorũ spatio trans flumen est bambyca: quam edesam: et sacram urbem uocant. In ea Atargatam Syriam deam colũt. transeuntibus uero iter est p deserta: usq; Scenas: urbẽ memoratu dignam: sitam super fossa quadã in babylonie fines: A fluminis transitu Scenas usq;: est iter dierum. v. &. xx. hic sunt Camelite q diuersoria habẽt: partim cisternarum: ptim aqueductuum aquis abundãtia. Scenete pacem eis prebẽt. et pendendoꝝ uectigaliũ mediocritatem. cuius gratia illi per deserta fugientes: parapotamiã ꝑtereunt: relicto a dextris flumĩe triũ feredierũ itinere. Phylarchi uero: q ex utraq; pte flumẽ accolũt: cum regionem habeant: nõ ualde feracẽ: ac minus sterilem colant: suũ qsq; dominatũ exercens: suum etiam uectigal exigunt. idq; non moderatum. Difficile enim est apud homines intractabiles: communem aliquam mensuram definiri mercatoribus utilem. Scene a Seleucia distant Schoenis. x. et. viii. parthici imperii fines: sunt eupbrates: et ulterior regio. Citeriora Romani tenent: et Arabom pbylarchi. usq; in babyloniam. quorum quidam illis adberescunt: quidam Romanis. quibus etiam finitimi sunt. ac minus qdem Scenete Nomades: q fluuio sunt ꝓximi. magis autẽ qui sunt remotiores. et ad felicem Arabiam accedunt. Parthi prius romanorum amiciciã colebant. postea Crassum: qui belli initium fecit: ulti sunt. quanq̃ nec ipsi nõ paria inuenerunt: quum bellum accendissent Pacoro in Asiam misso. Antonius uero barmenii consilio ꝓditus: male pugnauit: At pbraates qui illi successit: tantum circa cesaris Augusti amiciciam studuit: ut etiam illi trophea remitteret: que parthi de romanis erexerãt. et uocato in colloqo Tito: qui per id tẽpus syrie preerat: q̃ttuor ei filios legitimos: obsides tradidit. Sarospadem. Cerospadem. Phraanem et boonem: et duas eorum uxores. et filios. iiii. seditionem metuens. et ne sibi insidie struentur. Intelligebat enim neminem aduersum se preualiturum: si nullum ex Arsacio genere assumpsisset. propterea ꝙ parthi ualde Arsaciorũ sunt amãtes. filios itaq; eminus ablegauit: uolens eam spẽ maleficis auferre: quare eius filii: quicũq; supersunt: rome publice: ac regaliter curantur: Ac reliqui etiã reges: et legatos miserũt: et in colloquium uenere. Syria septentrionem uersus: Cilicia et Amano terminatur. A mari ad eupbratis pontem: stadia inter sunt. ab Issico sinu: usq; ad pontem: qui est iuxta commagenam: dictum latus terminantia: nõ pauciora quadringentis. orientẽ uersus terminaẽ eupbrate. et Arabibus scenetis: q cis Eupbratẽ

sunt. Austrum uersus felici Arabia: et egypto. occidentem uersus egyptio pelago illum usq;. Syrie partes a Cilicia et Amano incipientes: ponimus commagenam: et eam que Seleucis Syrie appellatur. postea Coelosyriam: et phenitiam: in ora ultimam. In me/diterranea ponimus iudeam: Nonnulli totã Syriã in Coelosyros: et phenicas diuidũt. dicentes quattuor nationes his esse immistas. Iudeos. Idumeos. Gazeos. & Azotios. agricultores quidem ut Syros et Coelosyros: mercatores ut phenices. atq; hec quidem in uniuersum. Sigillatim uero commagena perparua regio ẽ. et urbem habet natura munitam: Samosata: regni caput: nũc prouincia facta est. Circumiacet regio: quãq̃ parua: fecũda tamẽ. Hoc in loco nunc est eupbratis pons: apud quẽ sita est Seleucia Mesopotamie Castellũ: Commagene a Põpeio adiectũ: in quo Tigranes Cleopatrã: cui luna fuit cognomento: interemit: ea aliq̃diu coercita: quũ a Syria excidit. Seleu/cenlis ager: portionum: quas diximus: optima est. uocatur etiam Tetrapolis. & est ex insignibus urbibus: que ibi sint. etsi cõplures sint: maxime tamẽ q̃ttuor sũt. Antiochia apud Daphnẽ. et Seleucia in Pieria: et Apamia: et Laodicea: que propter concordiã sorores dicebantur. Eas Seleucus Nicator condidit. Maxima ab eius patre dicta est: munitissima ab eo: Apamia uero ab eius uxore. Laodicea autẽ a matre nominata est. proprie Tetrapolis in quattuor Satrapias diuisa erat. Seleucis: ut Possidonio placet: in quot Coelosyria: Mesopotamia uero: i unã: Antiochia etiã Tetrapolis est: ex q̃ttuor partibus constituta. Ea publico. et priuato muro secũdum quanq; partẽ munita est. primam partem Nicator habitauit. habitatoribus ex Antigonia traductis: quã paulo prius: Antigonus philippi filius: prope construxerat. Secunda pars est multitudinis habitatorum. Tertia Seleuci Callinici. Quarta Antiochi Epiphanis: atq; hec quidem metropolis Syrie est. et qui regiõi imperant: Hic regiam habent. potentia quidem ac magnitudine non multo a Seleucia superat: que ad tigrim ẽ. et ab Alexãdria egypti: Huc Nicator eos traduxit: q de genere erant Triptolemi: de quo paulo ãte fecimus mentionem. quapropter Antiochenses eum: ut heroem: co'unt: et in Casio mõte circa seleuciam sollennia celebrant. Tradunt eum ad inquirendam Ion ab argiuis missum. quum illa apud Tirum primo euanesceret: per ciliciam errasse: et Argiuos quosdã: qui cum eo erant: facta discensione ibi Tarsum cõdidisse. Ceteros uero secutos in reliquam oram: peruestigatione desperata: apud Orontem flumen cũ eo remãsisse. Gordym: Triptolemi filium: quum quosdam patris populos haberet: in Gordyeam Colonos deduxisse. Ceterorũ autẽ posteros: cũ Antiochensibus habitasse. Vlterius est Daphne ad stadia. xl. mediocris habitatio. et lucus ingens: et opacus fontanis aquis irriguus: in cuius medio est fanum Asylum: et Apollinis: ac Diane delubrum. in quo Antiochẽses finitimi festa celebrare consueuerunt. Luci ambitus est stadiorum octoginta: prope urbem orõtes labitur. quod ex celosyria ortũ habens: postea sub terram illatus: iterũ emergit. et per Apamiensem agrum: et prope Antiochiam procedens: in mare Seleucie proximum: defertur: et quum prius Tiphon diceretur: mutato nomine ab illo: qui in eo pontẽ fecit: orontes ẽ appellatus. Hoc i loco de Tiphõis fulminatiõe fabulant. et de Arimis: de q̃bus a nobis antea dictũ est: dicũt eum dracone fuisse: et fulminibus percussum: dum fuge latebras quereret: tactibus terram secuisse: et ut fons erumperet effecisse. Atq; ex hoc flumini nomen inditũ fuisse. Mare itaq; ad occidentẽ Antiochie subiacet: apd Seleuciã: ad q̃m orõtes hostia effecit. Seleucia ab hostiis distat stadiis. xl. ab Antiochẽsium urbe. c. ac. xx. A mari Antiochiam nauigiis uno die itur. Ad oriẽtem Antiochie adiacẽt Euphrates: Bãbyca: Berrea. & Heraclia: oppida. Dionysio tyrãno Heraclionis filio olim subiecta: distat heraclia: a Minerue Cyristidis templo: stadiis

xx. postea est Cyrrhstica regio: usq; in Antbiocbensem agrũ. A septentrione est mons Amanus: non procul etiam commagena: quibus Cyrrhstica coniungitur: eousq; extẽta. Hoc ĩ loco est Tindarus ciuitas: Cyrrhstice regiõis arx: et aptũ latrõibus receptaculũ. et quoddam nomine beradium. Circa bec loca pacorus: q erat natu grandior: ex ptbi filius: ducto in Syriam exercitu: a uentidio deletus est. Tindaro Pagre coniungunt. Locus antiocbẽsis agri munitissimus: iuxta Amani transcensũ: ex Amanidibus portis in Syriam positus: quare Antiocbie campus Pagris subiacet. p eum Arceutbus amnis: et Orontes: et labotas fluũt. In boc campo est meleagri uallum: et Oenoparas flumẽ: apud qđ ptolemeus pbilomator Bala Alexandro pugna superato: ex uulnere obiit.] His imminet collis Trapezon: a similitudine appellatus. apud quẽ uentidius cũ Pbra/nicate: partborum imperatore: decertauit. His ad mare est Seleucia: et Piceria mons: Amano continuus: et Rbossus: inter Issum: et Seleuciam posita. Seleucia prius aque flumina dicebatur: ea insignis munitio est: que uim omẽm exuperet: q̃propter obsesso Tigrane: Pompeius eam liberam iudicauit. Antiocbensibus ad austrum Apamia est: in mediterranea sita. Seleucensibus uero casius mons: et Anticasius. Item primo post Seleuciam sunt Orontis bostia: postea Nympbeum: specu quoddam sacrum. postea casius: deinceps Posidium oppidulũ: et beraclia. Deinde laodicea optime ad mare sita: et portuosa: locum babẽs preter ceteram feracitatem: uino aptum: q̃propter maximã uini partem Alexandrinis prebet. cum montem babeat: sibi imminẽtem: uineis plenũ: usq; ad uertices fere: q lõge absunt: paulatim ab ea ascẽdentes. Apamie uero imminẽt: in erectam altitudinẽ euecti. Hanc dolobella non mediocriter labefactauit: in eam fugiens. et usq; ad interitum a Cassio obsessus: multas urbis partes secũ traxit. Apamia urbem babet: magna ex parte optime septam: Est enim collis quidam ĩ campo bene munitus: quem orontes: et ingẽs quidam lacus circumpositus: et late paludes peninsulã faciunt: Tum prata pascendis eqs: et bobus: excellenti magnitudine diffundunt. urbs in tuto iacet. eaq; cberonnesus: e re ipa uocata est. Regiõe et multa et ubere abũdat. per quam orontes fluit: et multa in ea oppidula sunt. Hoc in loco Seleucus Nicator quingentos elepbantos alebat. et magnam exercitus partem: sic etiã posteriores reges. ea olim Pella dicebatur: a primis macedõibus. propterea qđ maxima macedonũ pars: qui in Asia militauerant: bic babitauere. Pella uero Macedonum: metropolis fuit pbilippi. et Alexandri patria. Hoc in loco milites recensebantur. et equi alebantur. & regis eque: numero supra. xxx. milia. Harꝝ emissarii. ccc. Hic erãt equoꝝ domitores: bic bellici ludi magistri cõducebãtur: et quicũq; rei militaris erant piti. quã potentiã: Trypbonis incrementum: cui cognomento fuit Diodorus: plurimũ declarat. Is enim binc mouens: Syroꝝ regnũ adortus est. natus Cosianis: castello Apamiensiũ. educatus uero Apamie. et regi et eius familiaribus commendatus. et quoniam nouas res mouere orsus est: ab bac circunuicine urbes in nouandarum rerum causas accepere. ut larissa: & Casiani: et Megara: et Apollonia. ac cetere omnes: que cũ Apamia erant: ac ille qdem: regiõis buius rex effectus est. et diu regnũ tenuit. Bassus Cecilius cũ duabus legiõibus Apamiam capiens: adeo obstinate duorum romanoꝝ exercituũ obsidionẽ sustinuit: ut non prius in illorum potestatem deueniret: q̃ quibus uolebat conditionibus seipse tradidisset. Nam et exercitum regio alebat. et socius abundabat pbylarcbis: qui loca munita in proximo babebant: e quibus est lysias: ultra lacum: qui iuxta Apamiam et Aretbusam iacet. Item Sampsicerami: et Iamblicbi: eius filii regio: q pbylarcbe gẽti emessine preerant. Non procul est beliopolis: et cbalcis sub ptolemeo posita: Mennei filio: qui marsyam et Itureorum mõtana obtinet. Ex bassi sociis fuit balcbedamn us

Rhambeorum Rex: qui Nomades cis euphratem habitant. Is romanorum amicus fuerat. sed quũ se iniuria affectũ a principibus existimaret: egressus in Mesopotamiã: cum basso stipẽdium merebat. Ex hac urbe est Possidonius stoicus: uir philosophorum nostri tempis erudiditissimus. Apamiensium regiõi ad aurorã finitima ẽ. Phylarchorum Arabum ea: que Parapotamia dicitũ. & chalcidica a Marsya monte descendens: & tota ea: que Apamiensibus ad austrum iacet: hominum magna ex parte Scenetarum: qui Mesopotamie Nomadibus sunt psimiles. Nã quo Syris magis magisq; appropinqnt: eo mitiores sunt: et minus Arabes: et Scenete. et ordinatiores principatus habẽt: quẽ/admodum Sãpsicerami: Arethusa: et que gambari ẽ: et Themella: et alie huiusmodi: Atq; Seleucensis quidem mediterranea est huiusmodi. Reliqua uero preternauigatio: a laodicea incipiens: sic se habet. Nam hec oppida laodicee appropinquãt: Posidium: Heraclium: et Gabala: deinde antiqua Aradiorum regio: Paltus. Balanea. & Caranus: Aradiorum portus. Postea Enhydra: et Marathus: antiqua phoenicum ciuitas: nunc diruta: Regionẽ uero Aradii tenẽt. deinceps est Taximyra. His cõtinua ẽ orthosias: et eleutherus amnis: quem quidem Seleucidis terminum faciunt: phenicíã et Celosyriã uersus. In fronte iugose cuiusdam: et importuose ore: Aradus iacet: inter eius portum scilicet atq; Marathum. distãs a terra stadiis. xx. Ea est petra quedã: a mari circũfusa septem fere stadiorum ambitu: habitationibus plena: tanta hominum multitudine: ut adhuc domos multis tabulatis sublimes inhabitẽt: opus: ut ferũt: quorundã ex Sydõe profugorum. Aquarum copiam: partim ex cisternis habent: partim ex transmarina regione. In bello autem paulo ante urbem aquatum mittunt. Nam abundãtis aque fontem in medio freto habẽt. in quem cupa quedam extorquetur a Scapha aquaria demissa: plumbea: ore lato: in angustum fundum coacta: fundum mediocre foramen habet: quo fistula ex chorio: siue utriculum dicere malumus: astricta est: que aquam ex fõte per cupam exhaurit: Prima itaq; aqua: que exhauritur: salsa est. expectãtes uero pure et dulcis aque cursum: in uasis ad id paratis excipiunt. atq; in urbẽ deferũt. Olim Aradii p sese reges habebãt. ut cetere phoenicum ciuitates: postea partim perse partim Macedones: partim Romani. in hunc ordinem redegerunt. Aradii itaq; cum cetera phoenicia: Syriacis regibus: ut amicis: obtemperabant. postea duobus fratribus dissidentibus Calinico Seleuco: et Antiocho: qui Hierax cognominatus est: callinico adherentes in has conditiones conuenerunt: ut ad se ex regno confugientes recipere liceret: nec tradere inuitos. sed nec etiã quicq̃ iniussu regis: enauigare permittere: qbus ex rebus amplissime eis diuitie contigerunt. Confugiebant enim ad eos non quicunq;: sed hi precipue quibus grandia credita erant: et qui de rebus maximis extimescebãt: qui suscepti: beneficium ab illis: ac salutem recognoscebant: simulq; gratiam referebãt: tum presertim: quum in patriam reuertissent. qua ex re multum ulterioris regionis adepti sunt. et nunc partem maximam tenent. et ante omnes beniuolam. cui felicitati: et prouidentiam addiderunt. et studium circa rem naualem. & quum uiderẽt uicinos Cilicas piraticã exercere: nunq̃ cum eis in eo studio cõmunicare uoluerunt. Post Or/thosiam: et eleutherum est Tripolis: que nomẽ a re ipsa accepit. tres enim urbes habet. Tyrum: Sidonem: et Aradum. Tripoli continua est ea: que dei facies appellatur. in quam libanus mons desinit. Inter hec est locus quidam nomine Trieris. Hi duo mõtes sunt qui eum faciunt: q concauus angulus dicitur. quasi inter sese pares: libanus: & An/tilibanus: paulo ultra mare incipientes. Libanus ultra Tripolitanum mare: circa dei faciem. Antilibanus ultra mare Sidonium. desinunt ad Arabie montes: qui sunt ultra Damascum. et eos: qui ibi Trachani dicunẽ: in alios quosdã fructiferos colles. In medio

cõcauum campum relinquunt. Cuius latitudo mari ꝓxima est: stadioꝝ. cc. longitudo a mari in mediterraneã dupla. Irrigatur autem a fluminibus: per regionem fecundã: et omnia ferẽtem: delabẽtibus: presertim a Iordane lacum habet: q aromaticũ iuncũ: et Calamum fert. habet etiam paludes. lacus quidam gennesareticus uocatᷣ: gignit etiã balsamum. Inter cetera flumĩa Chrysorroas ab urbe et regiõe damascenoꝝ incipiẽs: totus fere in deriuationes consumitur: multa enim loca: et reposta irrigat. Lycum et Iordanem merabus nauigant: presertim Aradii pars campoꝝ: prima a mari macras uocatur: et macra campus. in quo possidonius scribit uisum fuisse serpentem mortuũ: iugeri longitudine. Crassitudine tanta: ut equites ex utraqꝫ parte astantes: se inuicem intueri nõ possent. Hiatu aũt tanto: ut homine equo insidente reciperet. Exuuiaꝝ squamam quamlibet: clipeo maiorẽ. Post macram est massyas: habens mõtana quedã: in quibus est chalcis tanq̃ Massye arx. Eius initium est laodicea: que apud libanum est. Montanam regionem Iturei et Arabes habent: malefici omnes: qui uero campos habitant agriculturã exercent: et ab illis lesi sepe alieno indigent. auxilio receptacula munitissima habent: quenadmodum qui libanum incolunt. In mõte quidem Sinnan: et borama: et alias huiusmodi munitiões. Inferius uero Bostra: et Gigartũ: et spelũcas ad mare sitas: et castellum in dei facie impositum. que omnia Pompeius euertit: et ab his Byblum et barutum excurrebat. que inter Sidonem: ac dei faciem iacẽt. byblus est Cinyre regia: in qua Adonidis tẽpla sunt: eam tyranno oppressam: Põpeius liberauit: illo securi percusso. Sita est autem: in excelso quodam loco: non ꝓcul a mari. Post hãc est Adonis fluuius: et mõs climax: et antiqua byblus: postea lycus fluuius: et barutus: a Tryphõe diruta: nũc uero a romanis ĩstaurata: duas legiões suscipit: ibi ab Agrippa collocatas: multa regione: massye adiecta: usqꝫ ad orontis exortum. qui prope libanũ est: et uiridarium: et egyptium murum Apamiensi agro proximum. Atqꝫ hec quidem ad mare sunt: ultra massyam montem primum ea: que regia conuallis dicitur: et Damascenus ager: ualde laudatus. Damascus urbs est insignis: omniũ fere nobilissima: que in ea sunt regiõe: persie uicina. Vltra eam sunt duo qui trachones appellanᷣ. postea Arabiam: et Ituream uersus: sunt montes asperi: et altis speluncis insignes: quarũ una quattuor hominum milia recipit in excursionibus: que undiqꝫ Damascenis fiunt: Ac frequentius quidem barbari infelicis Arabie mercatores grassanᷣ. que res nunc minus fit: propter zenodoti latronis euersionem: et romanorum iustitiam: et militum presidium: qui in Syria alũtur. Tota itaqꝫ regio ultra seleucidem in egyptum et Arabiam recedens: Coelosyria appellatur: sed proprie: que libano terminatur: et Antilibano. Relique regionis ora: ab Orthosia: usqꝫ Pelusiũ: phoenicia uocatur. perangustus sane ac maritimus quidam tractus. Mediterranea ultra hanc: usqꝫ in Arabes: inter gazam: et Antilibanum: Iudea nominatur. Quare quum iam Coelosyriam peragrauerimus iter ĩ phoeniciã deflectamus: de cuius una ꝑte locuti sumus: que ab Orthosia barutũ usqꝫ pertendit. Post Barutum est Sidon: quadringẽtis fere stadiis ab ea distans: in quo spatio est Tamyras flumen: et esculapii lucus: et leonum urbs. Post Sidonem maxima, et ãtiquissima phoenicum est Tyrus: que cũ illa: et magnitudine: et facie: & antiqtate contẽdit. multis fabulis celebrata. sed poete quanq̃ magis Sidonem celebrant: adeo ut homerus Tyri nõ meminerit: Colonie tamen: in Iberiã: et Libyam usqꝫ ad loca extra columnas profecte: Tyrum plurimum extollunt. quare ambe: et nunc et olim: clare illustresqꝫ extiterunt. utrauis enim phoenicum metropolis dicatur: in utrisqꝫ contẽtio est. Sidon sitũ habet: in pulcherrimo continentis portu. Tyrus tota insula est: ac fere eodem modo habitata: quo Aradus. Continenti tamẽ aggere coniungiᷣ: q Allexãde

in obsidione congessit. Ea portus duos habet: alterum clausum: alterum apertum: quē egyptium uocant: dicunt in ea domos altiores fieri q̄ rome. unde parum absfuit olim qn tota urbs terremotibus deleret̄. Infortunata fuit: obsidione ab Alexandro capta. Has tamē calamitates omnes euicit. et seipsam nauigando instaurauit. Nam in ea re phoenices semper omnibus prestitere. Item purpurarū piscatu. Tyria enim purpura optima omniū perhibet̄. ac piscatio ipsa ꝓxima est. et cetera omnia: que ad inficiēdas uestes pertinent: abunde habet: et quanq̄ maxima huiusmodi officinarum multitudo: urbem reddant paulo grauiorem: tamē ob hanc uirtutem: locupletior efficitur: et nō solum ab regibus: sed a romanis libertate donati sunt. et parua impēsa: in sua sentētia confirmati. Colitur apud eos hercules mirū in modū. Naualis potentie & apparatus: signum est: multitudo et magnitudo coloniarū: atq; ii q̄dem sunt huiusmodi. Sidonii multarum atq; optimarum artium magistri perhibentur. quod etiam poeta declarat: Ad hec optimi circa Astronomiam et Arithmeticam philosophi: qui a computatiōe: et nocturna nauigatione initium habuere: utrūq; enim mercatorium: et nauale est. quenadmodum egyptiorum inuentum geometria perhibetur: ab agroꝝ dimensione: quam faciunt: quum nilus auctus terminos cōfundit. que ratio: ab egyptiis ad grecos emanasse credit̄. a phoenicibus uero Astronomia et Arithmetica. Nūc quoq; et omis reliquae philosophie copia maxima: ab his ciuitatibus sumi potest. Ac si Possidōio cre/dendum est: antiquū de Atomis dogma: Mochi est: hominis Sidonii. q ante troianas res fuit. Sed omissis antiquis: nostro tempe ex Sidōe philosophi illustres fuere: Bethus: cū quo nos Aristotelica philosophati sumus. Item Diodotus eius frater. Ex Tyro fuit Antipater: et paulo ante nos Apollonius: qui librorum et philosophorum a Zenōe profectorum: tabulam edidit. Distat Tyrus Sidone non plus q̄. cc. stadiis. inter eas est oppidum nomine auium ciuitas: postea apud tyrum amnis elabitur. Post tyrum est āntiqua tyrus. xxx. stadiis distans. Postea Ptolemais magna ciuitas: quam prius Acam nominabant. Ea per se receptaculo contra egyptios utebantur. Inter hanc et tyrum est littus aggerosum: qđ uitrariam arenam fert. quam dicunt hoc in loco non fundi: quum uero Sidonem delata sit: fusionem recipere. Sunt qui dicant Sidonios uitrariā arenam habere: fusiōi aptā. q̄dam aūt omnē ubiq; fundi. Ego a uitrariis Alexandriae audiui: quādam terram uitrariā esse: in egypto: sine qua sūptuosa quedā: et multoꝝ colorum opera: perfici nequirent: quenadmodū et alia aliis misturis indigent. Ac rome multa: et ad colores: et ad opum facilitatē inueniri: queādmodū ī iis que Crystallina uidentur. ubi et eneum Catinum: cum operculo emere est. tradunt mirum quendam casum: et ex iis que raro cōtingunt. in littore accidisse: inter Tyrum: ac Ptolemaidem. Nam quo tempore Ptolemaici prelium cum Sarpedōe imperatore inierūt: hoc ī loco fuga insigni facta: pelagi affluxus inundationi similis fugientes obruit: atq; alios in pelagus rapuit et absumpsit: alios in locis concauis mortuos reliquit. sed quum iterum refluxus successisset: corpa detexit: atq; ostēdit inter pisces mortuos ꝓmiscue iacentia. Talia circa casium apud egyptum contingunt. ubi terra cōtractu quodā celeri: atq; simplici in alteram partem transfertur: et decidit: ut pars eius in sublime eleuata mare impellat: pars deorsum subsidat. qua conuersa rursum locus pristinam sedem accipiat. atq; nonnunq̄ ꝑmutatio quedam fiat. nōnunq̄ uero minime. qui motus quibusdam fortasse circuitibus innexi continentur: homini incognitis. Scilicet et hec de Nili ex/crescentiis dicuntur: diuerso modo factis: et incertum ordinem habentibus. Post Acam est Stratonis turris: que stationem habet. Inter has: est Carmelus mōs. et p̄ter oppidoꝝ nomina nihil aliud: ut Sycaminorum ciuitas: et bubulcorum: et crocodelorum ciuitas:

et huiusmodi alia. Postea est ingens silua, postea Iope: iuxta quam egypti ora mirũ in modum flectitur ad aquilonem: prius ad orientem extensa. Hoc in loco nonnulli Andromedam ceto expositam fabulis tradidere. Nam locus satis editus est: unde dicũt ab eo hierosolyma cõspici: Iudeorum metropolim. Atqui et iudei portu hoc utũtur: usq; ad mare descendentes. Sed portus latronum scilicet receptacula sunt. horũ fuere: et Silua: et Carmelus. Atq locus hic adeo hominibus abundauit: ut ex Iamnia ꝓximo uico: et circumuicinis habitationibus. xl. hominum milia armarentur. Hinc in casium q Pelusio proximus est: sunt paulo plura. x. milibus stadioꝝ: et alia. ccc. Pelusiũ usq;. Inter hec est gadaris: quam Iudei sibi uendicarũt. poena Azotus: et Ascalon. Iamnia Azoto et Ascalõe distat. cc. fere stadiis. Ascalonẽsium regio ꝑcipue cepas fert. oppidũ sane non magnũ est. Hinc Antiochus philosophus fuit: pauloãte nos. Ex gadaribus fuit Philodemus epicurius: et Meleager: et Menippus cognomento Spudogeloeus: et Theodorus orator: q etate nostra uiguit. Postea ẽ gazeorũ portus. et paulo ulterius ad septem stadia ciuitas: que olim illustris fuit. ab Alexandro autem euersa: nõ habi/tatur: ex hoc loco dicitur eẽ mille et. cc. et. lx. stadiorum transcensus in urbem Ailam: sitam in arabici sinus recessũ: qui duplex est. Alter Arabiam et Gazam uersus: quem elaniticum appellãt: ab urbe que in eo est: Alter egyptum uersus: ad heroum urbem: in quem breuissimum iter est: ex Pelusio: interdum etiam iter habent super Camelis per loca deserta: et arenosa: sed magna est in eis serpentum multitudo. Post Gazam est Raphia: ubi Ptolemeus quartus: cum Antiocho magno prelium cõmisit. Postea sunt Rhinocolura: ab iis dicta: qui Rhinas habitauere. Nam ethiopũ quidã egyptũ inuadens: non interitu: sed nasi mutilatione: maleficia coercens: ut propter oris defor/mitatem: peccare deinceps nõ auderẽt: In his locis habitauit. Regio que Gazã sequit̃: sterilis est. et arenosa. Eiusmodi est: que ulterius Sirbonidẽ lacũ secus mare succedentẽ habet. et paruũ quendã aditũ: in medio relinquẽtem: usq; ad id qd̃ eruptio appellat̃. eius lõgitudo est. cc. fere stadioꝝ: Maxima latitudo. L. eruptio ipsa obruta ẽ: postea est regio eadem: longitudine huic continua in Casium: Atq; inde Pelusium. Casius est mons qdam accumulatus in promontorii modũ: aq̃rum inops. In eo magni Pompeii corpus iacet: et Iouis casii templum. et non procul inde magnus iugulatus fuit. et ab egyptiis dolo interemptus. postea est uia: que Pelusium defert: In ea sunt Gerra: et id qd̃ Chabrie uallum appellatur. et uorago pelusio proxima: a nilo facta. cum ea loca palustria: et natura cõcaua sint: ac phoenicia qdem est huiusmodi. Artemidorus dicit: ab Orthosia pelusium esse stadiorum tria milia: et sexcenta. l. in sinum se inferenti. A Melenis cilicie ac Syrie mille & nũgenta: hinc ĩ Orontẽ. l. ac. xx. postea Orthosiã usq; mille ac. c. xxx. Iudee extrema occidentalia Casio ꝓxima: Idumei tenẽt. et lacus. Idumei quidem Nabatei sunt: qui orta seditione inde egressi: ac iudeis inherentes: eisdem legibus communicauerunt. Ad mare autem: Sirbonis: et continua regio. loca plurima occupãt usq; hierosolyma que sunt mari uicina: dictũ est enim ea ab Iopes portu conspici: atq; hec quidem septẽtrionalia sunt. omnia magna ex parte: a mistis gentibus habitata: egyptiis: Arabibus: et Phoenicibus. Nam tales sunt q galileã habẽt: et hiericũtem: et Philadelphiam: et Samariam: quam Herodes Sebastam nominauit. Cũq; misti hoies sint: fama que plurimũ obtinet: de rebus creditis circa hierosolymoꝝ templum asserit: egyptios fuisse eorum progenitores. qui nũc Iudei appellantur. nam Moses: unus ex egyptiis sacerdotibus: cum partem q̃dam regionis haberet: ac moleste ferret eorum instituta: Hinc eo commigrauit. discessere cũ eo multi: qbus diuina cure erant. Docebat enim ille quomodo egyptii non recte sentirẽt: qui ferarum ac pecoꝝ

imagines deo tribuerent:nec greci:qui deos hominum figuris insignirent.et quod id solum deus esset:quod nos cótineret:et terram:ac mare:quod celum:et mundú:et rerú omnium naturam appellamus:cuius ꝓfecto imagiẽm:nemo sane mentis nostre similẽ audeat effingere.oportere itaq; relicta omni simulacrorum effigie:et digno ei fano: ac templo cõstituto:sine forma colere:et uel pro se quenq; indormire:uel alios q boni insomniatores essent:pro aliis:Ac semper bonum aliquod:et donum et signum a deo expectare:eos presertim:qui caste integreq;:et cú iustitia uiuerẽt.ceteros uero neq̄q̄.
Ille hec dicens hominibus bonis nó sane paucis:id persuasit:et in eum locum deduxit: ubi nunc condita sunt hierosolyma.qué facile obtinuit.cum minime esset inuidiosus: nec pro quo quisq̄ studiosius contenderet.est enim petrosus.aquis tamen abundans. circunstantem uero regionem sterilem: ac siccam habet. et intra. lx.stadia Petrosam simulq; pro armis sacra et deum proponebat. cuius sedem querere uellet: et eiusmodi cultum:et sacrificium se traditurum pollicebatur:que nec impensa:nec afflatu:nec re ulla absurda:eos perturbaret.q̄obrem ille his rebus excellens:imperium haud exiguú constituit: Nam facile gentes omnes finitime:ob propositam spem:et huiusmodi có/suetudiné adheserunt. Successores quoq; aliquandiu in iisdem institutis permansere. Cum reuera et iusti essent:et religiosi.postea cum sacerdotio preessent:primú quidem superstitiosi homines: deinde etiam tyranni : ex superstitione : instituta est carnium abstinenta:a qbus adhuc abstinent:et circúcisióes:et excisiones:et siq̄ súť huiusmodi alia. Ex tyrannide autem latrocinia nam qui deficiebant simul.et eam regionem: et uicinam uexabant:at qui principibus fauebant:aliena diripiẽtes:Syrie ac phoeniciæ nó pauca subegerunt.uerum tamen decor quidam circa arcem seruabatur.quam nó ut sedem tyrannorú exhorrebant sed uenerabantur:ut templum. Sic enim a natura est hominibus comparatum:et commune hoc grecis:et barbaris est:ut cú ciuiles sint: communi precepto atq; instituto uiuant. Aliter enim multi unum per se cómode fieri nó possunt.qđ est ciuiliter degere.nec aliter quodammodo communis uita duci pót.
Sed preceptum duplex est: Aut enim diuinum:aut humanum: Antiqui cum diuinis institutis prestarent:et ea uenerarentur:multi tunc ad oracula proficiscebantur.atq; ea consulebant: In dodonam quidem :

Vt iouis ex alta caperent oracula quercy.

Cuius cósilio plurimú utebátur.Delphos aút:

Expositum pater scire num uiuat uolens:
At ipse phoebi ad templa pergebat puer:
Sciturus e quibus parentibus foret.

Minos quoq; per nouorú magni Iouis familiaris fuit.id est per nouénium:ut Plato dicit:in Iouis antrú descendens:et ab illo ꝓcepta accipiens:que ad homines ꝓferebat. Eadẽ lycurgus eius imitator factitabat. Ná sepe pegrinatus ea ex pythia intellexit: que lacedemoniis imperanda erant. Hec enim ab hominibus putabátur.& credebanť uera.et propterea diuinatores in precio erant. ut etiam imperio digni iudicarentur.ut q diuina nobis ꝓcepta ac documẽta ederẽt.et uiui et mortui:quẽadmodum Tiresias.

Cui dederat uita functo proserpina mentem.
Vt saperet.pariterq; homines leuis umbra iuuaret.

Talis fuit Amphiaraus:et Trophonius:et Orpheus:et Museus:et getarum deus:olim et Amolxis pythagorius:etate nostra decineus q byrebisthe respódit.et apđ bospho/ranos Achaicarus. Apud Indos: Gymnosophiste:Apud psas Magi:et q necromátici: et lecanomátici:et hydromantici appellátur:Apud Assyrios Chaldei:Apud romanos

etrurie aruspices. Talis erat Moses: et successores eius: qui cũ initia nõ mala habuissẽt: postea in deterius delapsi sunt. Iam uero aperte Iudea a tyrannis opprimitur. primus pro Sacerdote se regem fecit. Alexander: cuius filios hyrcanũ et Aristobulũ: de impio disceptantes: Pompeius sustulit. Atq; eorum munitiones euertit. et ipsa in primis hierosolyma ui capta sũt. Ea munitio petrosa erat. et bene septa. et ĩterius aq̃s abundãs. exterius omnino sicca: fossam habebat in lapide excisam. lx. pedum profunditate: latitudine. cc. et. l. E lapide autem exciso educta erant tẽpli menia. Pompeius ea cepit obseruato ieiunii die. dum ab omni opere Iudei abstinerent. impleta fossa: et admotis scalis. Iussitq; menia omnia conuelli. qua ex re et latronum: & tyrannoꝝ receptacula sublata sunt. et loca ubi gaza recõdita erat: quoꝝ duo thrax atq; taurus: in hiericũtis ingressu sita erant. Item alia alexandrium et hyrcaniũ: et Macherus: & Lysias: et que circa philadelphiam erant. Item Scythopolis galilee proxima. Hiericus est campus: a montana quadam circundatus: que in theatri speciem ad ipsum declinat. Hoc in loco est palmetum. cui immista est etiã alia materies: domestica: et ferax: palmis abundans: spatio stadiorum. C. et totum irriguum et habitationibus plenum. ubi et regia est: et balsami uiridariũ: que arbor aromatica ẽ. et fruticosa: Cytiso: et Terminthe psimilis. eius corticem scindentes succum in uasis suscipiunt: tenaci lacti persimilem: susceptus aũt in conchis coagulatᷣ. Is capitis dolores: et suffusiões oculoꝝ incipiẽtes: & hebetudinem: mirifice soluit. quare pretiosus est. eo presertim: qđ hic solum nascitur. palmetum: qđ palmam caryotum fert: hic solũ est: excepto babylonio: & ulterioribus orientẽ uersus. Maximus quidem ex eis prouentus est. quinetiam xylobalsamo ut aromate utuntᷣ. Sirbonis lacus permagnus est. cuius ambitum nonnulli mille stadiorum tradiderũt. Is secus maritimam oram extenditᷣ. Longitudine paulo plurimi. cc. stadiorũ. profunda et grauissima aqua: ut urinatores in eo innatare nõ possint. uerum q tenus umbilico in eum procedit mox extollitur: plenus est bitumine qđ e medio fundo: temporibus inordinatis: cum bullis quasi feruẽtis aque efflatur. In summo aũt incuruatus: mõtis speciẽ prebet. fauille multum emittit: fumosus et aspectu ater: eri: et argẽto: et nitidis: ac tersis omnibus: rubiginem inducit: usq; ad aurum: unde cum uasa situm contrahũt: iam accole intelligunt bituminis eruptionem incipere. Ac sese arundineis ratibus: ad id inquirendum accingunt. Bitumẽ est terre gleba. que a calore liquefacta efflatur. atq; diffunditur. rursumq; ĩ glaciem fortissimam ab aq̃ frigida immutatᷣ: qualis est lacuum aqua. unde et sectiõe: et incisione opus est. Id postea in summo fluitat: propter eam naturam: q̃ diximus ingredientẽ nec innatare: nec immergi posse: sed attolli. Ratibus autem adnauigantes: quãtum quisq; uult: referunt: Ac de bitumine q̃dem hec dicimus. Possidonius dicit: ꝙ cum accole magici homines sint: incantationes quasdam faciũt. et lotia: et alios huiusmodi fetidos humores inspergunt: atq; exprimunt. q̃bus bitumẽ coagulatur: postea incidunt. nisi aliqua lotii uis sit: qualis eorũ qui calculos in uexica habent. Nam etiam ex pueri lotio chrysocolla conficitur: ac in medio quidem lacu: iure huiusmodi res accidit. Ignis enim ac bituminis: fons: ac multitudo ĩ medio est. q̃q̃ et flatio fit inordinata: quoniam ignis motus: ordinem nõ habet: nobis manifestum: quenadmodum et multorum aliorum flatuum. Talia etiã apud Apolloniã epiroticã eueniunt. Quod autem regio ignea sit: permulta alia signa afferunt. Nam et petras asperas exustas circa Moasadas ostẽdunt. et multis ĩ locis ꝑrupta. et terrã cinerulentã. et picis guttas: ex petris distillãtes. & flumina fetido odore efferuerũetia. & habitatiões passim euersas. ut us fidem adhibeant: que ab indigenis predicãtur: qđ in hoc loco. xiii. urbes olim habitabantur: quarum Metropolis Sodoma: adhuc. lx. stadioꝝ ambitum

ſeruet: et qđ ex terremotibuſ: et ignıſ afflatu: et aqſ calidiſ: et bitumınoſiſ: & ſulfureıſ lacuſ eruperıt: et ꝙ petre ıgnıfere facte ſint. et urbiū: alie abſorpte: alie ab ııſ: qcunq; fugere potuerunt: derelicte. Eratoſthenes contra ſentit. ꝙ quum regio ſtagnıſ teneret: maxía eıuſ parſ eruptióıbuſ retecta fuerıt: queādmodū mare. In agro etiā gadareno eſt aqua quedā peſſima: ex lacu: q̄ deguſtata: pecora piloſ: ungueſ: et cornua amıttūt: apud eaſ que tarıchie appellātur: eſt lacuſ qui optımaſ piſciū cōdituraſ prebet: gignit etiam arboreſ fructiferaſ. maliſ ſimileſ: egyptıı bitumine ad mortuorum condituraſ utuntur. Pompeiuſ circuncıſiſ quibuſdam: que Iudeı ſibı uıolēter aſciuerant: Herodē ſacerdotio prefecit. Poſtea Herodeſ uır ındigena: id quibuſdā ex eadē ſtirpe cōtulit. tantumq; ſuperioreſ omneſ: et ciuilitate: et Romanoꝝ conſuetudine preſtitit: ut rex fuerit conſtitutuſ: Antonio primum: poſtea Ceſare Auguſto poteſtatem ei concedēte. Ex filııſ alioſ ipſe ſibi inſidıāteſ interemit. alioſ morıēſ: data utriq; portióe: ſucceſſoreſ reliquit. Ceſar et Herodıſ filioſ: et ſororem Salomē: et Berenıcem: eıuſ filiam: bonore proſecutuſ eſt: ſed filiıſ non felıcıter ceſſit. Nam quum eſſent accuſatı: alter ın exſilium apud galloſ allobrogeſ relegatuſ fuıt: Alıı uix multo obſequio reditum impetrarūt: et ſuam uterq; tetrachıam. ultra Iudeam: et Coeloſyrıā: uſq; ī Babyloniā: & fluuıalē eupbratıſ regionē: Auſtrū uerſuſ: tota ē Arabia. exceptıſ ſcenetıſ: q ſūt ī Meſopotāıa. De meſopotamia qdem et gentibuſ: que eā incolūt ſatıſ dictū eſt. Vlterior eupbratıſ regio: que ad eıuſ boſtia eam babyloniıſ incolitur: et chaldeorum gēte: de quibuſ etiā antedıximuſ: Que poſt meſopotamiam ſunt: uſq; in coeloſyriam: flumini proxima: et meſopotamie: Arabeſ ſcenete obtinent. perparuaſ quaſdam potentiaſ: in ſterilibuſ locıſ: propter aquarum inopiam partiti. Agriculturam: aut parum: aut nibil: exercēt: paſcua omniſ generıſ pecorum: preſertim camelorum optima babēt. Vltra boſ deſerta ſunt: baud exigua: que uero biſ iam auſtralıora ſunt: ab ııſ tenētur: qui felicem arabıā incolunt. Cuiuſ ſeptentrionale latuſ: faciunt antedicta deſerta. orıētale: perſicuſ ſinuſ: occidentale: Arabicuſ: Auſtrale: mare magnum: qđ extra utrunq; ſinum eſt. Idq; totū mare rubrū uocatur: perſicuſ itaq; ſinuſ perſicū mare appellat̃. De quo Eratoſtbeneſ ait: oſ eıuſ adeo anguſtum eſſe: ut ex Armozo Carmanie promontorio: arabie parſ cōſpiciatur: que eſt maciſ proxima. Ab ore autem: ora que a dextrıſ eſt: cum curua ſit: a principio quidē: a Carmania paululum orientem uerſuſ: poſtea ad Auſtrū uergit. poſtea ad occidentem uſq; ad eupbratıſ boſtia: et Teredonem: complectitur autem et Carmaniorum oram. et perſarum. et Suſianorum. et babylonie partem: que. x. milium fere ſtadiorum eſt. de quibuſ iam āte diximuſ. Hinc protinuſ uſq; ad oſ: alia totidem ſtadia ſunt. ut traditum dicunt ab Antiſtbene Tbaſio: qui cum Nearcbo nauigauit. ut perſpicuū ex biſ ſit: mare boc paulominuſ eſſe: mari euxino. dicunt etiā: illū dicere: quoniā ſinum cum claſſe circūnauigauit: ꝙ a Teridone deınceps continentē a dextrıſ babenti. preternauigatio inſulam Icarium in fronte babet. et Apollinıſ templum in ea ſanctum. et tauropole oraculū. et ꝙ preternauiganti Arabıā: ad duo milia et. cccc. ſtadia in interiore ſinu urbſ iaceat nomine gerra: quam cbaldei teneant: a babylonia profugi. loca ſalſa: et domoſ ex ſale babitanteſ: quaſ cum ſaliſ ſquamme: propter ſoliſ ardorem ſeparate: continue cadunt: crebro aquiſ aſpergant. atq; eo pacto contineant parieteſ. Hec urbſ. cc. ſtadiıſ a mare diſtat. Gerreı frequētiuſ pedeſtri itinere Arabum merceſ: et aromata mercant̃. Ariſtobuluſ diuerſa ſētit Gerreoſ frequētiuſ ī babyloniā ratibuſ mercatum ire: atq; inde per eupbratem Tbapſum cum mercibuſ adnauigare. poſtea quo libeat pedeſtri itinere deferri. Nauiganti ulteriuſ ſunt alie inſule. Tyruſ: et Araduſ que templa phoeniciſ ſimilia babent. Dicunt qui in eiſ babitant: Inſulaſ et

urbes: quas phoenices eodẽ nomine habẽt: suas eẽ coloías. Distãt he insule a Teredone x. dierum nauigatiõe. a pmontorio uero: qđ est in ore apud Macas: diei nauigatiõe. Nearchus et Orthagoras dixerunt Tyrinam Insulam in pelago ad Austrum iacere: duobus milibus stadiorum a Carmania distãtem: in qua Erythre sepulchrũ ostendit. Ingens sane tumulus: et siluestribus palmis consitus: Atq; eum in iis locis regnasse: et de se mari nomẽ reliquisse. Atq; hec sibi a Mithropaste Aremi filio: satrapis phrygie pa/tefacta: qui Darium fugiens in ea insula eẽt immoratus. et cũ eis diuersatus in psicum sinum delatis: et per eos quereret in patriam remeare. In tota rubri maris ora: arbores in profundo nascuntur: lauro & olee persimiles: que in refluxibus ex toto deteguntᷣ: in affluxibus nõnunq̃ ex toto obruuntur: Atq; hoc etiã cũ ulterior terra arboribus careat. adeo ut admirandum sit. De persico itaq; mari: qđ nos orientale latus felicis arabie diximus: talia Eratosthenes tradidit. Nearchus ait mithropastẽ eis cũ Mazẽa occurrisse. Mazenã uero insule cuidã: in persico sinu prefuisse. Insule nomẽ Doracta: ac Mithropastem quum in hanc confugeret: hospitio acceptum fuisse: qđ in externa discessisset: et Mazenam conuenisse qui in macedonum classe fuerat. Atq; Mazenam nauigationis ducem fuisse. Dicit etiam in persice preternauuigationis initio: insulam esse: in q̃ multe ac preciose margarite gignantur. In aliis uero clari ac pellucidi lapilli. In insulis quoq; ante euphratem arbores thus redolẽtes: innasci. quarum radices fracte succum effundant. Item miras cancrorum: atq; Echinorum magnitudines: ꝙ in toto exteriore mari commune est. quorum alii pileis maiores sint. alii duo acetabula capiãt. uidisse etiam cetum mari eiectum. c. et. l. cubitorũ: Arabie initium a babylonia ẽ regio Macena. Ante hanc iacẽt partim Arabum deserta: partim chaldeorum paludes. quas Euphrates effusus facit: partim persicũ mare. Ea etsi graue ac nebulosum aerẽ habet: simulq; pluuiosa sit: et estuosa: fructus tñ optimos pducit. Vitis in paludibus nascitur: terra in arundineis cratibus imposita: quantam stirps recipiat. ut sepe etiam ab aqua deferatur: quã rursus in pristinã sedem contis propellũt: sed redeo ad ea: que deinceps Eratosthenes de Arabia commemorat. Dicit enim de parte septentrionali ac deserta: que inter Felicem Arabiam: et Coelosyros: et Iudeos est: usq; ad Arabici sinus recessum: quod ab heroũ urbe: que est ad Nilum: recessus Arabici sinus: Nabateã petram uersus usq; Babylonem: stadia sunt. v. milia: et sexcenta. Ac tota quidem ad estiuales ortus est: per adiacẽtes Arabum gentes nabateos. scilicet chauloteos: et Agreos. ultra quos est Felix Arabia: ad. xii. milia stadiorũ ad Austrum exposita: usq; in Athlanticũ pelagus. Incolũt eã pmi post Syros: et Iudeos: homines agricultores. Post hos regio ẽ arenosa et sterilis: que palmas habet non multas. et Acanthos. & myricã: et fossiles aquas: quẽ/admodum gedrosia: eam arabes scenete Camelorum pastores habitant. Vltima uero Austrum uersus contra ethiopiã assurgentia estiuis hymbribus tanguntᷣ. & hisseruntᷣ: quenadmodum India: habent etiam flumina: que in campos et lacus absumuntur. et cum ceterorum fructuum: tum etiam linificii abundantia est. pecorum quoq; omniũ copia: exceptis equis: mulis: et porcis. Auium etiam omium: preter anseres et gallinas: Ac ultima quidem regio: de q̃ ante diximus: a q̃ttuor maximis nationibus inhabitatᷣ. A Mineis: qui ĩ parte sunt: rubrum uersus. maxima eorum ciuitas Carna. Hos secuntᷣ Sabei: quorum metropolis est Mariaba. Tertii sunt Cattabanenses: qui ad angustias: et Arabici sinus transitum descendunt. Eorum regio dicitur Tamna. Ad orientem: in primis sunt Chatramotite urbem Chabatanum habentes. earum queq; sub suo pncipe est. et Felices sunt. et optimas templorum ac regiarum coustructuras habent. domicilia uero lignorum compage: egyptiacis similia: et plus regiõis occupant: q̃ttuor pfecture:

quas nomos uocant: q̄ egyptiacum delta. succedit apud eos in regno: non filius patri: sed qui primus e nobili genere: post cōstitutum regem nascitur. Nam simulac aliquis in imperio constitutus est: omnes nobilium uirorum uxores pregnantes cōscribuntur: et custodes apponuntur: qui obseruent que prima pepererit. Nam eius filius ex lege assumitur. et ad regni successionem regaliter educatur. Cattabania thus gignit. Chatramotitica myrram. et tum hec: tum alia aromata mercatoribus proponūtur: qui ad eos ex elanis meneam ueniunt: in diebus. lxx. Elana urbs est in altero recessu arabici sinus: qui apud gazam est nomine Elaniticus: quenadmodum iam diximus. Gabei in Chatramotiticam in diebus. xl. proficiscūtur. Arabici sinus latus: qđ secus arabiam est: ab elanitico recessu incipiendo: ut Allexander: et Anaxicrates scripserunt. xiiii. milia stadiorum comprehendit. quenadmodum sepe dictum est. qđ uero Troglodyticam uersus est: ī dextra parte nauigātibus: ab heroum urbe usq; ad elephantū uenationē: et Ptolemaidem: stadiorum. viii. milia ad meridiem et paululum ad orientē. Hinc usq; ad angustias circiter q̄ttuor milia: et quingenta: magis ad orientē. Angustie ethiopiā uersus a promōtorio fiunt: qđ dira nominatur: et oppidum eodem nomine: que loca ab Ichthyophagis habitant. Dicunt hoc in loco Sesostris egyptii columnam esse: que sacris litteris transitum eius significet. Is enim primus uidetur ethiopiā Troglodyticāq; subegisse: postea in Arabiam transgressus: inde Asiam omnem permeauit. quapropter multis in locis Sesostris uallum appellatur: et egyptiorum deorum templa inueniunt ab eo constructa. Angustie: dire proxime: in. lx. stadia contrahuntur. nunc uero nō he dicuntur angustie: sed ulterius nauiganti: ubi traiectus ē inter continentes. cc. fere stadiorum: Ac sex q̄dem insule inter se continue transitum implentes: ualde angustas nauigationes relinquunt. per quas merces ultro citroq; ratibus transuectātur: atq; has angustias uocāt. post insulas deinceps ī sinū se inferēti: ē nauigatio secus Myriferam regionem: ad meridiem atq; auroram: usq; ad eam que cinnamomum fert: ad. v. milia stadiorum. Vltra hanc negāt quenq̄ hactenus profectum. Et ī ora q̄dem urbes esse: nō tamē multas. In mediterranea uero multas: et optime habitatas. Ac de Arabia q̄dem he ab Eratosthene dicunt̄. Iis ea sunt addēda: que et alii ea de re tradiderūt. Artemidorus scribit: Arabicum promontorium dire oppositum Acilam uocari. Circa Diram eos habitare q glandes curti sunt. Tum ab heroū urbe nauigāti: iuxta troglodyticā: philoteram esse: a sorore secūdi ptolemei appellatā satyri opus: qui ad Troglodyticā et elephantum uenationem perscrutandam missus est: deinde aliam urbem Arsinoem: deinde calidarum aquarum exitus: que amare ac salse ab Exielesa quadam petra in mare emittunt. non procul mons quidā est: rubrica plenus: in cāpo situs: deinde muris stationem. et ueneris stationem. uocari autem portum magnum ingressu admodum flexuoso. In frōte insulas tres esse. duas oleis opacas: alteram minus opacam: que Meliagrides multas habeat: deinceps sinum qui immūdus dicitur: et ipsum cōtra Thebaidē situm: quenadmodum muris stationem. Immundus idcirco: quia occultis cautibus: et dorsis exasperatur: et flatibus: qui frequenter tempestates cient. Hoc in loco Berenicē urbem: ī penitiore sinu positā: post sinum est ophiodes insula ab euētu rei appellata: uel q̄ rex eā a serpētibus liberauit. uel qđ multi applicātes: a serpētibus interficerent̄. et propter Topazia: Id autem est lapis pellucidus: splēdore aureo refulgēs: ut īterdiu uideri non possit: usq; adeo illustratur. Noctu uero uidetur ab iis: qui eum colligunt. Nā signo aliquo imposito: de die effodiūt: egypti reges maximā hoīm multitudinē: mercede cōductam: ad horum lapidum collectionem: custodiāq; collocauerant. Post hanc insulam multe Ichthyophagorum et Nomadū nationes sunt. postea sospite dee

portuſ.hũc principeſ quidam e maximiſ piculiſ ſeruati: ab euẽtu rei ſic nominauerũt.
poſtea eſt maxima et ore: et ſinuſ mutatio. Nam preternauigatio nõ ampliuſ aſpera
eſt: ſed quodammodo cum Arabia coniungitur. ac pelaguſ humile eſt duorum fere
paſſuum.et ſumma eiuſ facieſ herbida: muſco et alga pellucẽſ. que plurimum in freto
abundant. ubi arboreſ etiam ſub aqua naſcunẽ. Fretũ marinoꝝ canũ multitudinem
fert.poſtea ſunt tauri: duo quidem monteſ: qui a longe formam quandam oſtendunt
tauriſ ſimilẽ. Poſtea ẽ aliuſ monſ: qui Iſidiſ templũ habet Seſoſtriſ opuſ: poſtea inſula
oleiſ conſita mari circumalluta.poſt eam eſt ptolemaiſ apud elephantum uenationem
ab Eumede conditam: cum in uenationem a philadelpho mitteretẽ clam cheronneſo
quadam: et foſſa et muro circumdata.et cultu: et obſequiiſ: eorum amicicia cõciliata:
a quibuſ arcebatur. Intra hoc ſpatiũ emittit parſ quedã abrupta: a flumĩe Aſtabora:
qui ex lacu ortum habenſ: partem emittit.cum ea uero: que maior eſt: influit in nilũ.
Poſtea ſũt inſule ſex: latomie appellate.poſtea eſt oſ: ꝙ Sabatticum dicitur. In me/
diterranea caſtellũ eſt: a Sucho conditũ.poſtea portuſ nomine Elea: et ſtratõiſ inſula:
poſtea portuſ Saba: et elephantũ uenatio ab eiſ dicta. Regio que iterior ẽ: Teneſiſ
dicitur: eam egyptii habẽt a Pſammitiocho ꝓfugi. et Sebritte: id eſt aduene appellanẽ.
Reginam habent: ſub q̃ eſt meroe inſula: hiſ locis uicina. et in Nilo ſita. Vltra meroẽ
eſt alia quedam inſula: in flumine: nõ longe admodum: quã hi ipſi profugi inhabitãt.
A meroe in hoc mare eſt iter dierum.xv.homini expedito.Circa meroem Aſtaboraſ:
et Aſtapaſ influunt. Hec flumina Rhizophagi accolunt. qui etiam Elii uocantur:
propterea qđ ex adiacente palude euulſiſ radicibuſ Maſſulaſ conficiunt: et ad ſolem
coctiſ ueſcuntur. Hec loca leoneſ alunt: qui ſub caniſ exortum: a maximiſ culicibuſ:
hinc expelluntur. Sunt etiam Spermophagi non procul: qui deficientibuſ ſeminibuſ:
pomiſ nutriuntur: ea conficienteſ quẽadmodum rhizophagi radiceſ. Poſt eleam ſunt
Demetrii ſpecule: et Conõiſ are. In mediterranea uero maxima Indicarum arundinũ
multitudo naſcitur. Ea Coracii regio appellatur. Fuit etiam Endera quedã interiuſ
gymnetarum hominum habitatio: qui arcu et arundineiſ ſagittiſ preuſtiſ utũtur. Hi
frequentiuſ feraſ ab arboribuſ ſagittant. nonnunq̃ etiã a terra. Maxima eſt apud eoſ
ſilueſtrium boum mnltitudo: ex horum et aliarum ferarum carnibuſ uitam trahunt.
Quum uero nihil capiũt: ſicca choria pruniſ aſſanteſ: iiſ pro cibo utunẽ. Moſ eſt apud
eoſ: ſagittandi certamen adoleſcentuliſ ꝓponere. Poſt Cononiſ araſ: ẽ portuſ melinuſ.
ultra quem eſt caſtellum: et uenationeſ plurime. poſtea Antiphili portuſ: ſupra quem
ſũt Creophagi glãdeſ curti: et eoꝝ mulieref iudaice excíſe: ſupra hoſ quaſi ad meridiẽ
ſunt cynamolgi: q ab Indigẽiſ Agrii appellanẽ: Comati et barbati. Hi caneſ maxĩoſ
alunt: q̃buſ indicoſ boueſ uenantur e uicina regione uenienteſ: ſiue a feriſ pulſoſ: ſiue
paſcuorum inopia. Eorum aduentuſ eſt ab eſtiuo ſolſtitio: uſq; ad mediam hyemem.
Poſt Antiphili portũ: eſt aliuſ portuſ: nomĩe curtoꝝ lucuſ. et berenice ciuitaſ Sabea.
et Sabe ciuitaſ maxima: poſtea eumeruſ lucuſ. Vlteriuſ eſt urbſ Daraba: et elephantũ
uenatio: que ad puteũ nominatur. eã elephãtophagi habitãt: huiuſmodi uenationẽ
exercenteſ.elephantorum gregem per ſiluam delatum ex arbore aliqua cernenteſ: eũ
minime adoriuntur: ſed ad eoſ qui pone gradiuntur: clam accedenteſ: neruoſ incidunt:
nonnulli eoſ ſagittiſ interficiunt ſerpentum fele tinctiſ: Sagittatio per homineſ treſ
perficitur. quorum duo arcum tenent et ultra progrediuntur: tertiuſ uero neruum
trahit: Nonnulli arboreſ notant: quibuſ elephanteſ accumbere ſolent. Accedenteſ itaq;
ex altera parte truncum recidunt: cui cum beſtia inheſerit: pariter cum arbore ruit.
cumq; ſurgere nequeat: propterea quod crura continuum et inflexum oſ habeãt: ex

arboribus desilientes: illam obtruncant. Venatores a Nomadibus immundi uocantur supra hos sunt Struthophagi: gens non admodum magna: apud quos aues dicunt esse ceruorum magnitudine: que uolare non possunt: sed celeriter currunt queadmodum Struthocameli. nonnulli eas arcu uenantur. nõnulli pellibus Struthorum tecti: nam dextram manum pelle colli operiunt: atq; eam sic mouent: quenadmodum animalia collum: Sinistra uero semen spargunt: e suspensa pera eductum: eo auem allicientes: in conualles detrudunt: ubi uiri animal circunsistentes obtruncant: Atq; hi huiusmodi auium pelles induunt. et substernunt. Cum iis ethiopes: qui Silli appellantur: bellum gerunt: orygum cornibus: pro armis utetes: his finitimi sunt q ceteris et nigriores sunt: et minores: et uite breuioris: Raro enim quadragesimum transcẽdunt annum. eorum carne iam in ferinam uersa. uiuũt ex locustis quas uerni libes: ac zephyri uehemẽtius flantes: in ea loca cõpellunt. Eas hoc modo capiunt. fumosam materiem in cõuallibus inicientes: et incedentes: cum ille parum uolent: obtenebratas et cadentes colligunt. et admisto sale: ex eis massulas cõficiunt et utunt. Vltra hos: ẽ regio deserta que pascua larga habet ob scorpionum multitudinem derelicta: et aranearum: que quadrimale appellantur. Hec animalia adeo aliquando affluxerunt: ut hominibus ex toto fugã facerent. post eumenis portũ usq; in diram: et sex insularũ angustias: Ichthyophagi Creophagiq; habitant: et qui Curti appellantur: usq; in mediterraneam. Sunt & alie quedam elephantum uenationes: et urbes ignobiles: et insule ante maritimam oram. pastores magna ex parte. Agricule pauci: apud nonnullos plurimus storax nascitur. Ichthyophagi in reflexu maris pisces colligũt. eosq; in petras iaciẽtes: ad solẽ coquũt. postea exassant: spinas quidem aceruant. carnem uero subigentes: massulas cõficiunt: rursumq; ad solem positos edunt: Hyeme cũ pisces legere nõ possint: aceruatas spinas conterentes: massulas cõficiunt: et utuntur. recentes uero exugunt: nonnulli cõchas: que carnem habeãt: hoc modo nutriunt. iis in fossam uel lacunam aliquam immissis: pisciculos in cibum iniciũt. Atq; in penuria piscium utuntur. Sunt eis uaria piscium uiuaria: in quibus seruantur. Nonnulli ex iis qui siccam oram incolunt. v. dierũ iter: cum tota familia peana canentes: aquatum ascendunt. Ibiq; proni proiecti more boũ bibunt. quousq; uenter in tympanũ intumescat: postea ad mare redeũt. hi in spelũcis habitant. uel tuguriis olee frondibus cõtectis et trabibus: ac tignis: ex ossibus ac spinis cetorum perfectis. At chelonophagi: testudinum testis conteguntur. que adeo magne sunt: ut uel in eis nauigent. nonnulli ex alga mari eiecta: ingẽtes et mõtosos cumulos facientes: eos suffodiunt. atq; inhabitant: mortuos piscibus edendos iaciunt. qui statim a fluctibus corripiuntur. Ex insulis tres sunt deinceps: quarum una testudinum: alia phocarũ: alia Accipitrum dicitur. Tota ora palmeta: et oliueta: et laureta habet: non modo que intra angustias est: sed etiam que extra ẽ: magna ex parte. Est etiã insula quedam: Philippi: contra quam imminet elephantum uenatio: que pythanguli dicit. deinde Arsinoe ciuitas: et portus: deinde Dira: et ultra hec iacet elephantum uenatio. post Diram deinceps est regio aromatifera. et prima que myrram fert. que etiã Ichthyophagorum est. et Creophagorum. gignit etiam persicum: et egyptiam morum. Vlterius est licha elephãtum uenatio: multis in locis sunt: pluuialiũ aquarum lacune. quibus arefactis elephantes proboscide ac dentibus puteos effodiũt. et aq̃m inueniũt. In hac ora: usq; ad Pytholai ꝓmontoria: sunt duo ingentes lacus: alter aque salse: quẽ mare dicũt. alter dulcis q hippopotamos alit: et Crocodelos. Circũ labra uero papirũ. atq; et Ibes in hoc loco conspiciuntur. Circa Pytholai promontoriũ iam sunt boies integri corporibus: post hos est regio thurifera. in qua promontorium est: qđ sacrum

populetum habet. In mediterranea est regio quedã fluuialis: que Isidis dicitur. et alia quedam: Nilus. Ambe myrram et thuriferas arbores innatas habẽt. Est etiam piscina quedam: que montanis aqs impletur. Postea leonis uicus. et Pythãgeli portus. Sequẽs regio Pseudocasiam fert: Ac demum complures fluminum regiones sequuntur: que thus habẽt. et Phloeum: usq; ad eam que cinnamomum fert. flumen: qđ hanc diremit: phloeum multũ gignit: postea est aliud flumẽ: et Daphnus portus. et fluuialis regio. que Apollinis dicitur. et thus habet. et myrram. et cinnamomum. qđ plurimum in locis semotioribus uiget. postea elephas mons in mare expositus: et fossa: et psygmũ: portus ingẽs: et Cynocephalorum aquatio. et austri cornu: ultimum huius ore ꝓmontorium: quũ uero ad meridiẽ deflexit: negat se ulterius portuũ: aut alioꝝ locoꝝ descriptionẽ habere. qđ incognita sint. tamen in sequẽti ora sunt columne et are Pytholai. & Liche. et Pythangeli: et leonis. et charimonti. per oram notã a dira usq; ad austri cornu. Ipsa uero distantia ignota est. hec regio elephantis abũdat. et leonibus: q formice uocanť. et genitalia sursum uersa habẽt. et colorẽ aureũ. nudiores arabicis. Fert etiã pardales fortissimas et Rhinoceroces. qui ut Artemidorus ait: lõgitudine parum ab elephãtis exceduntur. qđ Alexandrie uidisse se affirmat. sed fere etiam q̃tum ad altitudinem. Eius autem: quem nos uidimus: color: non buxo: sed elephanti similis erat: magnitudo uero tauri: forma apro ꝓxima: presertim quãtum ad rictum. preter nasum: qui cornu quoddam est recuruum: omni osse durius: eo pro armis utitur: quenadmodum aper dẽtibus. habet etiam duo cingula: tanq̃ draconum uolumina: a dorso usq; ad uterum circumeuntia: alterum iubam uersus: alterum ad lumbum: nos hec de eo dicimus: qui a nobis uisus est. Artemidorus ulterius addit: qđ id animal de pastu cũ elephãte pugnet: eum rictu subiẽs: ac uterũ rescindẽs: nisi ab elephãtis proboscide uel dẽtibus anticipeť. In his locis Camelopardales nascuntur. nullam cũ pardali similitudinẽ habẽtes. Coloris enim uarietate hinulo simillima est: uirgatis pilis distincto: posteriora quoq; humiliora sunt anterioribus: ut a cauda sedere uideatur. ad bouis altitudinem. Anteriora uero crura a cameli cruribus non superantur: collum rectum est: & in altum euectũ: uerticẽ paulo sublimiorem camelo habet. unde propter hanc incõmensurationem: nec tãtam celeritatem habere eam puto: q̃tam dixit Artemidorus. qui eam excellentem fecit: Ac nec fera est: sed pecus. nullam enim pre se feritiã fert. gignũtur etiã ibi: ut ipse testať: Spinges. et Cynocephali. et Cepi. q faciẽ leonis: reliquũ corpus panthere: magnitudinẽ Dame habẽt. Item uri qui carnem edunt: nostros et magnitudine: et celeritate lõge exuperãtes: colore autem fului. Crocutas quoq;: ut ille inqt ex cane lupoq; ꝓmistus est. Que uero Metrodorus Scepsius in libro de consuetudine dicit: Fabulosa sunt. et minime curanda. Artemidorus Draconum magnitudines refert tricenum cubitorum: q tauros elephãtosq; capiãt. moderatus sane in his. Nam Indici ac Libyci Dracones fabulosiores sunt. super quibus herba etiã innasci diciť. Troglodytarũ uita pastoralis est. ii multos tyrannos habẽt. mulieres et filii eis communes: nisi que tyrannorum sunt: qui tyranni uxorem corruperit: oue mulctatur. Eoꝝ mulieres diligenter sibi cerusam inducunt. Circum collũ conchas: cõtra fascinatiões gestãt. Viri de pascuis cõtendunt. primo se manibus impellentes: deinde lapidibus. qđ si uulnus fiat: tũc sagittis: & gladiis res geritur: sed mulieres in medium prodeuntes: et preces effundentes: illos conciliant. Vescunť carnibus et ossibus simul contusis. et in choria inuolutis. et postea assatis. Itẽq; modis aliis: quos coci norunt. Cocos ipsi immundos uocant: quare non solum carnes: et ossa: sed etiam choria comedunt. Vescũtur etiã sanguine admisto lacte: uulgus aq̃m bibit: in qua Paliurus sit immadefactus. Tyranni mulsum potãt: melle e flore quodã

expresso. Hyemem habent quum Etesie flant: nam & hymbres habent. estatem uero reliquum tempus. nudi sunt: et pelliti: et Scipiones gestant. et sunt nō solum Curti: sed etiam circuncisi: nonnulli: quenadmodum egyptii: ethyopes uero megabari clauas gerunt: ferreis nodis ornatas. utuntur etiam lanceis: et scutis: ex chorio cōfectis. Reliq ethiopes arcu et lācea: nōnulli ex Troglodytis sepeliūt. Paliuri uirgis: mortui ceruicē: cū pedibus alligantes: postea subito efferunt: leti ac ridentes: quousq; corporis aspectū occultent. Deinde imposito capre cornu: abscedunt. Iter noctu peragunt: pecoribus masculis tintinnabula e collo suspendunt: ut fere sonitu exterreātur: Arcu et facibus contra feras utuntur. Inuigilant ad ignem gregis gratia: cantu quodam utentes: quū uero hec de Troglodytis ac uicinis ethiopibus dixit: reuertitur in Arabiam. ac ꝑmo eos persequitur: qui arabicum sinum terminant: et troglodytis opponūtur: a Posidio incipiens: dicit itaq; hoc ultra elaniticum recessum iacere: Posidio uero cōtinuum esse palmetum quoddam: aquis abundans: et in magno honore haberi: propterea qđ tota circunstans regio estuosa sit: et arida. et umbrarum expers. Hic maxima palmarum copia est. luco uir et uxor presunt per genus cōstituti: pelliti ambo. uictū ex palmulis ducentes: dormiunt in Tuguriis factis super arboribus: propter ferarum multitudinē: postea ē phocarū insula: a multitudine earū beluarū dicta: In proximo ꝓmontoriū est: qđ usq; ad Arabum petram pertendit: qui nabatei dicuntur. et usq; in palestinā. in quam et menei: et gerrei: et uicini omnes aromata conuehunt. Postea est alia ora: que prius maranitaꝝ dicebatur. quoꝝ alii erant agricule: alii tuguralesi: nūc garindei: illos dolo interemerunt: nam eos adorti: dum festa quedam quinquennia celebrarent: non solum eos absumpserunt. sed etiam ingruentes in alios: funditus omnes deleuere: postea est elaniticus sinus: et nabatea: populosa sane regio. et pascuis abundans. Insule que in fronte sunt: ab hominibus tenentur: qui prius quietem agebant: postea ratibus predari ceperunt: eos: qui ex egypto nauigabant: sed classe ingruente penas dederūt: ab ea deleti: deinceps est campus: aquis et arboribus plenus. et omni pecore abundans: cum cetero: tum etiam camelis: et mulis siluestribus: et ceruis: et damis. Sūt etiam in eo leones: et Pardales: et lupi plurimi. Est insula quedam in fronte: nomine Dia: postea sinus quingentorum fere stadiorum a mōtibus circumclusus. cuius os ingressu difficile est. Circumhabitant homines terrestrium animaliū uenatores: postea sunt insule tres deserte: oleis obsite non nostratibus: sed indigenis: q̄s ethiopicas uocamus. earū lacrima medicam uim habet: deinceps est littus lapidosum. post hac est ora aspera: et nauigatu difficilis: mille fere stadiorum: portuum et iaciēdarum anchorarū inopia. Nam mōs quidam altus et asper exporrigitur: postea montiū ima spelūcis plena: usq; ad mare. que presertim etesiis: et pluuiis ineuitabile periculū exhibēt: dehinc est sinus q̄ sparsas insulas habet: ꝓtinus sūt cumuli arene nigerrime tres: ualde excelsi. post hos est charmotas portus. c. fere stadiorum ambitu: ingressu angusto: et omī schaphe periculoso. Emittit in eum flumen. In medio insula iacet: arboribus plena. et cultui apta: dehinc est ora aspera. Post quā sinus q̄dam est: et regio nomadū: uictū ex camelis ducentiū. Nam & ex eis pugnant. et iter faciunt: et nutriuntur. lacte et carnibus utunt̄. flumē per eos labitur: qđ auri strigilem defert. quanq̄ id operari nesciunt. Hi Debe uocant̄. quorum alii pastores sunt. alii agricole: ego prisca gētium uocabula tum propter eoꝝ obscuritatem: tum propter absurditatem pronuntiādi: non pono: post hos sunt hoīes mitiores temperatiorem quidem terram habitantes. Nam et aquas et hymbres affatim habent. Apud eos aurum effoditur. non strigiles: sed glebule quedam: que non multa purgatione indigent magnitudine: minima Sanse: Mediana Mespili: maxima nucis:

quaſ perforanteſ: cum lapillis pellucidiſ alternis poſitiſ: armillaſ faciunt: inſerto filo: et collo manibuſq; circumponunt: uēdunt id aurum uicinis uili precio. eriſ triplo: argēti duplo: tum propter operādi inſciciā: tum propter inopiam eoꝝ: que cōtra accipiunt: quorum uſuſ magiſ eſt ad uitam nec luſ. Hiſ proxima eſt feliciſſima Sabeorū terra. que maxima natio eſt. Apud hoſ & thuſ & myrra & cinnamomū naſcitur. In ora etiā balſamum: & alia quedam herba ualde odorata quanq̄ eiuſ odor: cito deperit. habent preterea palmaſ odorataſ: & calamum. Serpenteſ quoq; palmareſ: colore puniceo: uſq; ad Ilia aſſilienteſ. quorum morſuſ incurabiliſ eſt. Homineſ propter maximā fructuū copiam ocioſi ſegneſq; uiuunt. In radicibuſ arboꝝ cubāt. et ex eiſ incidunt. que ꝓximi ſuſcipienteſ: protinuſ alter alteri conſequēti tradunt: uſq; in Syriā: atq; meſopotamiā. Ab odoribuſ autem ſtupefacti: bituminiſ ſuffitu: & hirci barba: ſtuporem tollunt. Meriaba Sabeorum urbſ: in mōte iacet arboribuſ pleno. Sub rege ſunt: qui iudicioꝝ ac ceteraꝝ rerum poteſtatem habet. Aliſ uero regibuſ faſ non eſt: Aut ſubito eū turbe abdicant. idq; ob cauſam quandam. et tum ipſe: tum ſui: in deliciiſ mulieribuſ uiuunt. Multitudiniſ parſ agriculturā exercet: parſ aromata mercat̄ & indigēa: & ethiopica: nauigenteſ ad ea: per anguſtiaſ: nauigiiſ ex corio confectiſ: et profecto tanta ſunt apud eoſ aromata: ut pro fructibuſ: et cetera combuſtibili materie: cinnamomo: caſia: ceteriſq; utantur. Apud Sabeoſ larimnū naſcitur: ſuffitu odoratiſſimū. hi atq; garrei ditiſſimi ſunt: ex mercatura. Suppellectilem ex argento & auro multam habēt: uaſa: lectoſ: tripodaſ: crateraſ cum operculiſ: domoſq; ſumptuoſaſ: Nam et porte: et pieteſ: et tecta: ex ebore: auro: argento: lapidibuſq; incruſtatiſ: ſunt diſtincta. atq; hec ſunt: que ille de hiſ dixit: Cetera uero partim refert quenadmodum Eratoſtheneſ: partim et ab aliſ hiſtoricis ſumpta: dicit enim quoſdam putare: mare rubrum eſſe: a colore: per refractionem expreſſo. uel a ſole: quum ſupra uerticem eſt: uel a montibuſ ex ad/uſtione rubentibuſ: nam utroq; modo uериſimile eſt. Cteſiam uero gnidium hiſtorie mandaſſe: fontem quendam eſſe: qui aquam rubicundam ac mynio plenam in mare emittit. Agatharchidem autem illiuſ ciuem a boxo quodā accepta tradidiſſe: qd̄ perſa quidam: quum equorum armentum: a leena aſilo tacta: uſq; ad mare agitaretur: atq; inde in inſulam quandam tranſmitteret: primuſ conſtructa rate in inſulam tranſierit. uidenſq; eam habitabilem: armentum rurſum in perſiam abegerit: ac miſſiſ in eam: et in aliaſ inſulaſ: et in maritimam oram coloniſ: pelaguſ de ſuo nomine appellarit. Alioſ uero perſei filium erythram aſſerere: qui in hiſ lociſ imperarit: Sunt q uelint ab arabici ſinuſ āguſtiiſ: uſq; ad extremam cinnamomi terram: eſſe ſtadiorum. v. milia. nō ſatiſ aperte: nec ad auſtrum: nec ad oriētem. proditum eſt etiam Smaragdum: & beryllum in auri uena ināſci. Sūtq; apud Arabeſ: ut Poſſidōiuſ refert: ſaleſ odorati. ſupra Syriā nabatei: ac Sabei: felicē arabiā incolunt. Hi ſepe Syriā excurrebāt: priuſq̄ romanoꝝ eēt. nūc et ipſi & Syri romaniſ parēt. Nabateoꝝ metropoliſ ē ea: que petra nominat̄. Ea in loco alioqn equo: et plano iacet. In circuitu uero rupibuſ ac precipitiiſ murato. Introrſum fonteſ: et adortoſ: et aquationem: uberrimoſ habēte. Extra circuitū regio magna ex parte deſerta eſt. preſertim Iudeam uerſuſ. hinc hiericuntem breuiſſimum iter eſt: trium dierum aut quattuor. In palmetū uero. v. ſemper ibi aliqſ e regia ſtirpe regnat. Tum Rex ipſe aliquem ex ſodalibuſ: qui frater uocatur: Curatorem habet. & iuſtiſſime omnia adminiſtrantur. unde & Atenodoruſ philoſophuſ: ſodaliſ noſter: re/uerſuſ in patriam: cum admiratione quadam narrabat: multoſ ſe tum ex romaniſ: tum ex aliiſ peregriniſ inueniſſe: qui eo profecti eſſent. ac peregrinoſ quidem ſepe: et inter ſe: et cum indigeniſ diſceptanteſ uidiſſe. Indigenaſ uero nulloſ litigāteſ: ſed pacē inter

se maximam agitantes. Recens romanorum expeditio: que nostro tempore duce elio
gallo in Arabiam facta est: permulta eius regionis peculiaria docet. Elium Augustus
Cesar in Arabiam misit. quo gentes eas et loca pertentaret: preterea ethiopum mótes:
et troglodyticam egypto finitimam. & uicinum iis Arabicum sinum: qui perangustus
sane arabes dirimit a Troglodytis: eo cósilio. scilicet ut uel eos sibi uolétes conciliaret.
uel subigeret inuitos. Audiebat enim ex omni tempore ditissimos esse: qui et auro: et
argéto: et p̄ciosis lapidibus aromata p̄mutarent. et nihil í rebus extrinsecus accipiédis:
expenderent: aut enim se diuitibus amicis usurum sperabat. aut locupletes inimicos su/
peraturum: permultumq; eum nabateorum spes erexerat: q cú amici eéent: in omibus
se fautoros pollicebantur. His fretus gallus exercitum duxit: sed a Syleo: nabateorú
legato: deceptus est. qui se iter monstraturum: et in omnibus fauturum pollicitus:
omnia insidiose fecit: nam nec tutum iter: nec expeditam nauigationem exhibuit. sed
per auia: et longos amfractus: et loca omniú indiga: et importuosa ducés: uel occultis
cautibus: uel cenosis stagnis obiecit. sed precipue maris affluxus: ac refluxus eos p̄tur/
bauerunt. atq; id maxime in initio erratum fuit: q̄d lóga nauigia cóstruxerunt: nullo
nec presenti: nec futuro nauali prelio. Nam nec terra ualde bellaces sunt Arabes: sed
caupóes potius: ac mercatores. nec etiá mari. Ille uero ad octogíta dicrota edificauit:
et triremes: et phaselos: iuxta cleopatridem: que antique nili fosse proxima est: et cum
falli non putaret: fabricatus est. c. ac. xxx. nauigia: que suppellectilem ferrét: quibus
nauigauit: ducens peditum romanorum ex his qui in egypto erant: et sociorú: circiter
x. milia: e quibus Iudei quingenti: et nabatei mille cum Syleo erant. Tandem multa
perpessus: quintodecimo die in Album uicú peruenit maximum nabateoꝝ emporiú:
multis nauigiis amissis: quoꝝ nonnulla: cú ipsis hominibus: nullo bello: sed ob nauigádi
difficultatem periere. Id Sylei improbitas fecit: negátis terrestri itinere in Albú uicum
exercitum duci posse. in quem: ac etiá ulterius: mercatores tanta cameloꝝ & hominú
multitudine tutum et copiosum iter ex petra in alteram petram peragút: ut nihil ab
exercitu differant. que idcirco eueniebant quia Rex Obodas nihil de communibus
rebus: presertim bellicis sollicitus erat. q̄d omnibus Arabum regibus commune uitium
est. Omnia enim sub Sylæi legati potestate erant. Is omnia dolo struens: querebat ut
ego quidem existimo regionem peruidere: et urbes et gentes aliquas capere opera ro.
seq; rerum dominum efficere. Illis morbo: fame: labore: et malis omnibus confectis.
quecunq;: ipse dolo moliebatur. quare in Album uicum peruenit: iam exercitu: oris: &
crurú uitiis: ceterisq; eius loci morbis tétato: quoꝝ illa circa os: hec circa crura resolutio
quedam sunt: ob aquas et fructus prouenens: estaté itaq;: ac hyemé ibi agere coactus
est: dum reficeret infirmos. Ex albo uico in ipsam petram: ex petra: rhinocolura: que
in phoenitia est: apud egyptum merces comportantur. atq; hinc in alia loca. Nunc
pars maxima: per nilum Alexandriá uehitur. Arabice et indice merces í muris portú:
postea Camelis Coptum Thebaicam transcendunt. Inde Alexandriá per nili fossam.
Rursum Gallus ex Albo uico cum exercitu digressus: per eiusmodi loca profectus
est: ut Camelis aquam portarent: eorum improbitate qui uiam monstrabant. quare
post multos dies in Arete terram peruenit: qui obode affinitate coniunctus erat. Is
gallum amice suscepit. et dona obtulit. sed Sylei proditio et hanc regionem difficilem
reddidit. Ea itaq; in diebus. xxx. p̄meauit p̄ loca inuia: spelta: et palmulis nó multis:
et butyro pro oleo usus. quam uero deinceps adibat: nomadum erat. et reuera magna
ex parte deserta: ea Ararena dicebatur. rex erat Sabus. quam etiam per auia p̄meauit
diebus. l. consumptis: usq; ad urbem negranorum. & pacatam & fertilem regioné. eoꝝ

Rex aufugit. urbs primo adortu cepta est. Hinc post sextū diem ad flumen puenit. Ibi iam barbaris ad pugnam instructis. e quibus ad. x. milia ceciderunt: ex Romanis: duo homines tantum. Nam omnino imbelles erant et armis imperite utebantur: Arcu: et lancea: & gladio. et funda: & magna ex parte bipennibus. Mox etiam urbem cepit nomine Asca a rege derelictā. Hinc Athrula uenit. quā nullo negotio cepit. & p̄sidio firmauit. et frumenti et palmularum uiatico comparato: Marsyaba processit: urbem Rhammanitarum. q sub Ilesaro erant. Eam adortus sex diebus obsedit. postea aque inopia destitit ab incepto. Iam duorum dierum itinere aberat ab aromatifera: ut ipse ex captiuis intelligebat. sex menses contriuit inaniter ductus: persensit tamē sero. atq; aspectu insidias deprehendit: dū per aliā uiā reuerteretꝰ. Nam nonis castris Anagrana peruenit: ubi prelium commissum fuerat. undecimis deinde ad. vii. puteos: a re ipsa sic nominatos. Hinc iam per loca pacata: in uicū chaala. post in aliū nomine Malothā: ad flumen positum: postea ꝑ deserta nō multū aque habentia: usq; in uicū Negram: qui sub oboda est. et ad mare iacet. In reditu totum iter ī diebus. lx. pegit. in quo ꝑus sex menses consumpserat. Hinc in muris stationem: exercitum in diebus. xi. traiecit: unde Coptum itur. Cum utilibus itaq; copiis Alexādriam profectus est. Ceteros enim non bello: sed fame; labore: morbo: et itinerū difficultate amiserat. Nam. vii. dūtaxat in bello perierant: quāobrem nec multum hec expeditio ꝓfuit: ad locoꝝ cognitionē. non nihil tamen adiuuit. At Syleus huius rei causa: rome penas dedit: quanq̄ amiciciā simularet. Nam quum et ad hanc perfidiā: alia facinora patrare: cōuictus esset: securi percussus est. Aromatiferam regionem in partes quattuor: ut antedictū est diducūt. ex aromatibus thus et myrram ex arboribus esse dicunt: Casiā uero ex lacubus. Sūt qui dicant: magnam eius partem ex India afferri. Thus optimum apud persiā nasci: sed alia quadam diuisione: totam felicem regionem in quinq; regna partiuntur: quoꝝ aliud bellatores: & omium propugnatores habet: aliud agricultores: a qbus frumentū ad alios importatur: aliud eos qui opificia et artes tractant: aliud myrram fert: aliud uero thus. Eadem tamen et Casiam: et cinnamomum: et nardū ferūt. Artes ac studia ab alio in alium non transferuntur: sed quiq; in patriis permanent institutis. uinum magna ex parte ex parmulis conficitur: fratres honore filios antecedunt: quod natu grandiores sunt. Qui ex eadem gente sunt regnant. et ceteros magistratus obeūt. que possidentur: omnibus consanguineis sunt communia: sed natu grandior dominus est. una omnibus uxor est. qui prior ingreditꝰ: posito ante ianuā baculo: cū ea congreditꝰ. Nam in morem habent: ut quisq; baculum gerat. ea tamē cum grandiore pernoctat: quapropter omnes omnium sunt fratres. coeunt etiam cum matribus: Adulter capite plectitur: Adulter uero ex alio genere est. Sed huiusmodi quiddam narratur. regis cuiusdam filia mira pulchritudine. quum fratres. xv. haberet: qui omnes eam misere adamarent: et propterea alius post alium continue ad eam ingrederētur: iam defessa: rem huiusmodi machinatur. baculos facit: baculis eorum persimiles. et quum quisq; ab ea exiret: cōtinuo baculum aliquem similem ante ianuā ponebat: et paulo post aliū. considerans: nequi esset ingressurus: illi similem haberet: quum itaq; aliquando omnes in foro essent: unus ad portam accedens et baculū uidens: putauit ex hoc: aliquē intus cum ea esse. ex eo autem qđ fratres omnes in foro reliquisset: adulterum suspicatus est: currensq; ad patrē: atq; huc eū adducens: conuictus est sororē falso criminari. Nabatei quidem continentes sunt. et rei pariende: atq; conseruande intenti. quare qui opes suas imminuit. publice mulctatur: ꝗ auget: honore afficitꝰ: et cū pauci apud eos seruiant: frequentius consanguinei ministrant. uel alter alteri: uel qsq; sibi: ut etiam hic mos ad

reges perueniat. Conuiuia faciunt per tredenos: cuiq; conuiuio bini adsunt: q musicã exercent. Rex in apparatu maximo: multa continue conuiuia celebrat: nemo supra duodena pocula bibit: alio atq; alio aureo poculo. et adeo rex popularis ẽ: ut ad id: qđ ipse sibi ministrat: etiã alius ministret. Sepe etiã apud populũ penas dat. nõnunq̃ in eius uitam inquiritur: domus sunt ex lapide sumptuoso. Vrbes sine menibus. Nam in pace degunt. regio omnium ferax: preter oleum. utuntur oleo Sesamino. oues sunt albe: boues magni. equos non habent. sed cameli implent eorum officium. Tunice in subligaculis: et sandalis: reges purpurati incedunt. quedã importanť: quedã minime. quedam indigena sunt: ut aurum: argentum: et plurima ex aromatibus. Es et ferrũ: et uestis purpurea: & Storax: et Crocus: & Costus: et Toreumata: et signa: & tabule: nõ sunt indigena. Mortua corpa eque atq; stercus ducũt: ut heraclitus inqt. cadauera stercore abiectiora: quapropter reges etiam in sterquilinis defodiuntur. Solẽ colũt: arulam super aram constituentes. et quotidie in ea immolant. et thus adolẽt. Sed quũ poeta dicat: ueni ad ethiopas: Sidonios: et Erembos. dubitant qui nam ii dicẽdi sint. ac de Sidonis quidem in persico sinu habitãtibus: quorum coloni sunt Sidonii nostri: queãdmodum & Tyrios quosdam ibi insulares tradunt: et Aradios. quorum colonos Aradios nostros dicunt: ita et Sidonios ipsos. Sed tota questio de Erembis est: nũ Troglodyte intelligi debeant: quasi ab etymologia cogãtur ab eo qđ in terram eant: an arabes: ac noster zeno sic scripturam mutat: sidonios Arabasq;. Sed uerisimilius scribit Possidonius: paululum immutans: Sidonios atq; Erembos: qđ poeta sic nunc arabes uocauerit: quenadmodum ab aliis suo tempore uocabãtur. Dicit etiã has tres natiões continenter inter se positas: quandam inuicem cognationẽ ostendere. ex eo ꝙ pximis nominibus appellenť: harmẽios scilicet Arabes: et erẽbos. et queãdmodũ existimandũ est unam gentem in tres esse diuisam: pro climatum diuersitatibus: que semper magis magisq; immutãtur: sic & nominibus pluribus uti pro uno: nec sunt audiẽdi: q erẽnos scribunt. Id enim maxime ethiopibus conuenit. Poeta etiam eos Arimos uocat quos possidonius dicit esse accipiendos: non in loco ullo Syrie: uel cilicie: uel aliis terre: sed syriam ipsam. Nam arimei sunt: qui in ea habitant. et fortasse greci eos arimeos: uel arimos uocabant. Nominum enim mutationes permulte sunt: presertim barbarorum: quenadmodum Dariacem Darium. Pharzirim uero ipsam paroesatim: Atargatam Athara: quam ctesias derceto uocauit. Arabũ opulentie testis est Alexander: qui eam: ut Fama est: regiam efficere cõstituerat: postq̃ ex india redisset. sed omnia eius cõsilia morte sunt euersa. Atq; unum ex iis: que ille moliebatur: erat: si spõte fuisset receptus: si minus: bellum expectarent. Nam cum eos uideret nec prius: nec posterius legatos misisse: ut in superioribus dictum est: se ad bellum comparabat.

Ecimusseptimus totam egyptum atq; libycum continet:

Voniam in Arabia Peragranda sinus eos complexi sumus: qui eam stringunt: ac peninsulam faciunt: persicum. scilicet atq; Arabicum: Cum hoc etiam egypti pars quedam lustrata est: et ethiopie: troglodytica scilicet et sequẽtia usq; ad extrẽa terre: que cinnamomũ fert: nunc reliqua iis gentibus continua: explicanda sunt: que circa nilum iacent. Post hec lybiam: que totius geographie reliqua est: percurremus. Sed prius Eratosthenis sententie exponẽde sunt. Is enim dicit: nilum ab Arabico sinu occidentem uersus distare. viiii. milibus stadiorum: eũq;

circa hostia similem esse. Nam littere resupine iacenti: fluens enim ut ille inqt a meroe: ad septentrionem: per duo milia fere et septingenta stadia: rursum conuertitur ad meridiem. et hyemalem occasum: per tria milia fere & septingēta stadia. et quasi cōtra meroem assurgens: et multus in libyam egressus: et flexum alium ad septentrionem efficiens: per quinq; milia et. ccc. stadia defertur in magnum cataractem: paululum ad auroram cōuersus. per mille uero &. cc. in minorem cataractem: qui est syene, pximus. per. v. milia &. ccc. in mare. Influunt in eum duo flumina e lacubus quibusdam ab oriente delata: et meroem ingētem insulam complectunt. quoꝝ alteꝝ dicit Astaboras: ad orientale latus fluens: Alterum Astapus: qđ nonnulli Astosabam uocāt. Astapum uero alium esse dicunt: qui e lacubus quibusdam a meridie fluat: atq; hunc fere rectū nili corpus efficere: sed ab estiuis hymbribus augeri. Supra Astabore et nili concursū: stadiis septingentis Meroem urbem eē: eodem nomine quo insulam. Item supra meroē aliam insulam: quam egyptiorum exsules habent: qui a Psammiticho desciuerunt. ii sebrite id est aduene nominātur: et reginam habent: que regi meroes paret. Que uero infra meroem sūt: secus nilum ex utraq; eius pte rubrū uersus: Megabari: & Blēmyes habitant: egyptiis finitimi: et ethiopibus parentes: secus mare autem troglodyte: quoꝝ q meroe, pximi sunt. x. xii. ue dierū itinere: a Nilo distāt. A sinistra uero cursus Nili: habitāt nube: magna libye gēs: a meroe incipiētes usq; ad nili flexus: neq̄ q̄ ethiopibus parentes: sed per sese in multa regna dispertiti: egypti pars: que secus mare est: ab ore pelusiaco ad Canopicum: est stadia tria milia: et. ccc. atq; hec sūt que ab Eratosthene dicuntur. Sed ulterius dicendū est: et primo que ad egyptū pertinēt. ut a notioribus ad sequentia, pcedamus. Nilus enim quedam huic regioni: et sequenti: et ethiopie: que supra eam est: communia effecit. eas irrigans dū crescit: et solum partē hāc hītabilem relinquens: que ab inundatiōibus tegitur: Accliuem autem: et aqua sublimiorē totam undiq; inhabitabilem: et propter eandem siccitatem desertam preterit. Sed nec omnē ethiopiam nilus permeat. nec in rectum: nec solus: nec bene habitatā. Egyptū uero: & solus: & totum: et in rectum a minore cataracte: supra Syenem: et Elephantinam incipiens: qui sunt & egypti: & ethiopie fines: usq; ad nili hostia in mare emittentia. Enimuero ethiopes magna ex parte pastoralem ac inopem uitam degunt. tum, ppter soli tenuitatem: & aeris intemperiem: tum propterea qđ longe a nobis sepositi sunt. e contra egyptii: nam et ciuilem: et mitem uitam degentes: in locis notis habitant. unde et ordo eorum memoratur: et laudatur. uidentur enim recte uti regionis ubertate: et bene cultam: et bene diuisam habere: Nam rege constituto: multitudinem trifariam diuiserunt. et alios quidem milites: alios agricolas: alios sacerdotes uocauerunt: et alios sacrorum curatores alios eorum: que ad hominem pertinent: Alios que ad bellum: alios que ad pacē: et terram: et artes spectant: ex qbus regi, puentus afferebant. sacerdotes philosophiam: et astronomiam exercebant: et cum regibus diuersabātur. Regio ꝓus in prefecturas diuisa fuit: quas nomos uocant. Thebaica quidem in decem: que uero indeleta est: in totidē. Intermedia aūt in. xvi. Et ut qdam uolūt: tot erant huiusmodi ꝓfecture: quot aulas labyrinthus habebat: que circiter. xxx. erāt: Rursū he ꝓfecture diuisiōes alias habuere. Nā pars eaꝝ maxima in Toparchias diuise fuerūt. Toparchie rursum in diuisiones alias. minime portiones: arua erant. Opus enim fuit tam diligēti ac subtili locorum diuisione: propter continuas finium confusiones: quas nilus auctus efficiebat: nunc addendo: nunc adimendo: nunc immittādo figuras: et signa quedam reuelando: quibus proprium discernitur ab alieno. Vnde iterum atq; iterum mēsurari oportebat. unde ab iis geometriam ortum credunt habuisse: quenadmodū cōputandi

scientiam: et Arithmeticam a phoenicibus: ppter mercaturas. et quenadmodũ uniuersa regio in tris equas partes diuisa est: ita et multitudo: que in quaq; prefectura est: tãta est circa flumen sollicitudo: ut naturam diligentia exuperet. Nam cum regio natura multum fructũ afferat: irrigata plurimũ affert. Natura.n. et maius nili incrementũ: plus terre irrigat: sed sepe diligentia naturam supplet deficientem. ut tantum terre in minoribus nili excrescentiis irrigetur: quantum in maioribus: per fossas: et aggeres. q̃re ante Petronii tempora: tũc maxima ubertas erat: quum nilus ad quartum ac decimũ cubitum excrescebat. quum uero ad octauum cresceret: fames & penuria eueniebat. quũ uero ille regioni imperaret: & duodecimũ cubitũ tantũ nilus impleſſet: maxima fames fuit. et cum octauum solum aliquãdo impleſſet: famem nemo sensit: atq; ordo quidem talis est. Sequentia uero iam dicemus. Nilus ab ultimis ethiopie finibus recta fluit ad septentrionem: usq; ad eum locũ: q delta appellatᷣ. ubi tanq̃ a uertice quodã scissus: ut Plato inquit: hunc locum effecit trianguli uerticem. latera uero trianguli: fluenta que ex utraq; parte scinduntᷣ. et usq; ad mare descẽdunt. Alterũ ad dextram Pelusium uersus: Alterum ad sinistram in canopicum mare: et proximum heraclium. Basim autem maritimam oram: que inter pelusium est: atq; heraclium. quare insula a mari: duobusq; nili fluẽtis facta est. et Delta nominatur: propter figure similitudinẽ. locus qui ad uerticem est eodem nomĩe uocatur: propterea q̃d dicte figure initiũ est. Vicus quoq;: q ibi est: Delta nominatur. Duo itaq; sunt nili hostia: Alterũ Pelusiacũ: alterum canopicum. et heracleoticum. Inter que alia. v. hostia sunt: mentione digna: alia uero tenuiora permulta. A primis enim partes quedã obrupte: et in totã insulam dispertite: multos riuulos insulasq; fecerũt. ut tota sit nauigabilis: fossis in fossas alias diuisis. que tanta facilitate nauigantur: ut nonnulle testaceas scaphas habeant. Insula trium miliũ fere stadiorum ambitum cõprehendit. Habitãt eam quoq; totã interius: et inferiora loca: cum fluuialibus quoq; regionibus: que ex aduerso ipsi Delta positæ sũt. In nili incremẽtis tota undis obruitur: preter habitatiões. he nãq; in naturalibus qbusdam cumulis: uel aggeribus site sunt: tã urbes maxime: q̃ uici: que a longe insulaꝝ speciem prebent. Aqua in estate ultra quadragesimum diem pmanet: postea paulatim decrescit: quenadmodũ creuit. In diebus. lx. omnino campus denudatur. atq; exiccatᷣ. et quo citius exiccatur: eo citius et aratur: et seritur. et celerius apud eos: qui maiores estus habẽt. eodem modo regio supra Delta irrigatur. nisi q̃d nilus quattuor milibus stadiorum: per unum alueum recta delabitur: sicubi insula non occurrat. e quibus ea precipua est: que heracleoticam prefecturam comprehẽdit. uel sicubi diuertigiũ aliq̃d fiat: per cannalem frequentius: in magnum aliquem lacum: uel regionẽ: quã irrigare possit quenadmodum is: qui Arsioniticam prefecturam facit. et moeridis lacum. et qui in mareotim refũduntur. et ut breui colligam: solum ultima fluuialis regio: ex utraq; nili parte: egyptus est: que raro usq̃. ccc. stadioꝝ continuam latitudinem obtinet: que quidem habitetur. Ab ethiopie montibus incipiens: usq; ad ipsius delta uerticem: quare manui cuidam expanse persimilis est: diuertigiis magna ex parte in longũ exuntibus. Figuram uero fluuialis regionis: & terre: quam dico: montes efficiunt: a locis Syenæ proximis deducti: ex utraq; parte: usq; ad egyptiũ pelagus. nam quantũ ii extẽduntᷣ: et inter se distant: tantum flumen diffunditur. et cõtrahitur. et regionem habitabilẽ diuerso modo figurat. Regio uero supra montes magna ex pte est inhabitata: quare antiqui coniectura: posteri etiam uisu ipso cognouerunt: nilum ab estiuis hymbribus augeri: cũ superior ethiopia in ultimis montibus dilueretur. hymbribus aũt cessãtibus: paulatim inundationem cessare. que res: iis maxime liquuit: qui in Arabicum sinum

nauigarunt: usq; in cinnamomi regionem: et iis qui ad elephantum uenationem missi fuerũt. et si que alie necessitates ptolemeos egypti reges impulerũt: ut homines aliquos eo mitterent. ii enim talia curabant. Is precipue cui cognomento fuit Philadelphus: cognoscendarum rerum studiosus. qui propter corporis imbecillitatem: semper noui aliquid perquirebat: in quo sese traduceret: atq; oblectaret. Antiqui autem reges: non multum hec curauerunt. quanq̃ tum ipsi sapiẽtie dediti essent: tum sacerdotes cũ q̃bus plurimum uiuebant: ut propter hoc magnopere sit admirãdum. et propterea quod Sesostris totam ethiopiam permeauit. usq; ad cinnamomi regioẽm: et adhuc quedam eius monumẽta extant: et colũne: et epigrãmata. Cambyses quoq; egypto occupata: Cum egyptiis usq; in meroem progressus est. et nomẽ urbi: & insule: ab illo impositum ferunt: meroe sorore ibi mortua. alii eam uxorẽ fuisse tradũt. Nomen itaq; ob hõrem mulieris loco dedit: Et mirandum profecto est: ex his causis cur non omnino euidens erat hymbrium historia iis: qui tunc erant: presertim cum sacerdotes ea diligentius in sacras litteras referrẽt: & summo studio recõderent quecũq; maximã aliquã disciplinã pre se ferunt. Nam si hoc querẽdum fuit: qđ adhuc queritur: q̃re estate: et nõ hyeme in partibus australissimis hymbres cadunt: In thebaide uero et circa Syenem minime: q̃re & nõ illud: quomodo ex hymbribus nilus augeat: ne talibus testibus indigerent: q̃les attulit Possidonius. Tradunt enim Eratosthenem dicere estiuos hymbres causam esse: idq; ab Aristotele sumpsisse. Aristotelem uero a Trasyalco thasio: qui unus fuit ex antiquis physicis. Thrasyalcum autẽ ab alio. atq; illũ ab homero: q nilũ celestẽ dixit. Rursus ad egypti celestem nauigat amnem.

Sed omittamus hec: cum a multis sint pertractata: e q̃bus satis sit duos afferre: q etate nostra librum de nilo composuerunt: eudoxꝫ et Aristonem peripateticũ: Nã excepto dumtaxat ordine: cetera omnia & stilo & tractatu eadem fere ab utrisq; posita sunt. Vnde quum libros conferre uellemus: & exemplaria non haberemus: alterum cũ altero contulimus. Vter autem ab utro surripuerit apud Ammonẽ inueniri posset. Eudorus Aristonem in culpa esse dicebat. et profecto ipsum dicẽdi genus potius erat Aristonis. Antiqui itaq; id solum egyptum uocauere: qđ habitatur. et a Nilo irrigatur. a locis Syene proximis incipiẽtes: usq; ad mare: posteriores uero: ad hoc usq; tempus: omnes fere oriẽtales partes assumpserunt: que inter Arabicũ sinũ sunt: atq; nilũ. Ab occidẽte uero loca usq; ad Abases. In ora maritima: ab hostio canopico usq; ad eum locum qui catabathmus dicitur. et ea que cyrenei tenent. Nam ptolemaici reges: qui cyrenaicam tenuere: adeo quondam polluerunt: ut eam ab egypto: cyproq; separarent. Romani qui postea successerũt: illoꝝ prouinciam: egyptũ iudicantes: in iisdẽ finibus seruauere. Egyptii Abases regiões uocãt habitatas. et maximis desertis circũdatas. quasi q̃sdam pelagi insulas. qđ frequẽs est in libya. Harum tres sunt egypto finitime. et ei subdite: Atq; hec et eius uirtutes mox prosequemur. Et quoniã maxima huius operis pars: ac principalissima est Alexandria: et que ad eam ptinent: hinc incipiendũ est. Maritima itaq; ora a Pelusio: usq; ad canopicũ os: ad occidentem nauiganti: est mille fere et. ccc. stadiorum. qđ et basim ipsius Delta diximus. Hinc in pharum insulam. c. et. l. Pharus insula quedam est oblonga. que continenti adiacet: bicipitem ad eam portum faciens: Nam quum littorea regio sit sinuosa: duo promontoria in mare emittit: Inter que insula iacet: que portũ claudit. Ei namq; ꝑlongum obiicitur. Ex phari ꝑmontoriis: orientale magis continentem et oppositum sibi ꝑmontorium attingit. & Acrolochias uocatur. qđ portũ efficit ore optimo. Accedit qđ in intermedio freto petre sũt: ptim aquis operte: partim eminentes: continue occurrentem ex pelago fluctũ exasperãtes.

Ipsumq; insule promontorium: est petra quedam mari circumluta: que turrim habet multis tabulatis excelsam. et albo lapide mirifice structam: eodem nomine quo insula. Eam Sostratus Gnidius: regum amicus: posuit ob nauigantiũ salutem: ut epigrāma declarat. ut: Sostratus gnidius Dexiphanis filius: dis seruatoribus: pro nauigantibus. Nā quũ ora ex utraq; parte importuosa: & humilis esset: & cautes & breuia haberet: signum aliquod necessarium fuit: altũ: & clarum: quo nauigantes ad portus ingressum dirigerentur. Occidentale etiam hostium: quanq̃ non ualde tutum ingressum habet: non tamen tanta indiget prouidẽtia: sed hoc alium portum efficit: qui eunosti dicit̃: atq; hic: ante fossum et clausum portũ iacet. Nam q ex dicta turri ingressum habet: is maximus portus est. Hi uero cõtinui: in secessu illo: qui septem stadium appellatur: aggere ab eo dirempti adiacent. Agger autem est pons quidam: a continenti in insulā: Ad occidentalem eius partem porrectus: duos tantũ aditus relinquẽs in eunosti portũ. atq; ipsos ponte iunctos. qđ opus non modo pons erat in insulam: sed etiā aqueductus quum habitaretur. Nunc Diuus Cesar eam in Alexandrino bello: nam cum regibus erat: desertam reddidit: pauci tamẽ naute iuxta turrim habitant. Ac maximus quidẽ portus: ad id: qđ et natura: et aggere bene clauditur: profundus est: adeo ut maxima nauis sarmento (teneatur. Atq; in portus complures scinditur: primi quidem egyptioꝝ reges: iis contẽti: que habebāt: nec ualde accersitis aliunde rebus indigentes: ab omibus nauigātibus accusabantur. presertim a grecis: Depopulatores enim erant: et alieni ap/petentes: propter soli tenuitatem. huic loco custodiā imposuerunt: iubentes ut quosq; arcerent. Atq; iis habitandā dederunt eā: que rhacotis appellabat̃. Ea nũc Alexādrie pars est: naualibus imminens: tunc uicus erat. Que uero uico proxima erant: bubulcis tradidere. qui etiā externos arcerent. quum Alexāder eo uenisset: loci opportunitate perspecta: statuit urbem ad portam collocare. Opulentie: que postmodũ urbi secuta est: signũ referunt: qđ in fabrice designatione cõtigit. Nam quũ architecti ambitus lineam gypso designarent: et aduentante rege terre defecisset: qui farinam operariis dispensabāt: partem illis prebuere: qua uias: in plures diuiserunt: atq; id ut mihi uidet̃: in bonum omen acceptum est. opportunitas quidem multiplex est. Nam duo maria locum undiq; alluũt. Alterum a septẽtrione: qđ egyptium dicitur: Alterum a meridie: qđ marie lacus: uel mareotis appellatur. Hunc nilus multis fossis tum e superioribus partibus: tum e lateribus adauget: per que multo plura importantur: q̃ e mari. quare portus qui in lacu est: ditior est maritimo. que hac exportantur ex Alexādria: plura sunt: q̃ que importātur. qđ qui Alexādrie fuit: & dicearchiam exercuit: probe tenet: cum onerarias naues uiderit: & uenientes: & recedẽtes: q̃to grauiores: ac leuiores: ultro citroq; nauigẽt: Ad diuitias que ex utraq; pte: & in maris: & ĩ lacus portũ aduehunt̃: aeris temperies accedit. que idcirco contingit: ꝙ ea utrinq; alluit̃. et nilus incrementa commode facit. Nam cetere urbes: que ad lacus sitte sũt: grauem: et estuosum aerem in estiuis ardoribus sentiunt. Nam propter euaporatiões a sole factas: cenũ in lacuũ labris concreatur. unde lucoso humore exhalato: aer morbidus attrahitur: qđ ẽ pestis initium. Alexandrie uero incipiẽte estate: nilus auctus: auget etiam lacum: et nullum cenum relinquit. a quo ullus malignus uapor cõsurgat. Tunc etiā etesie a borealibus partibus: et pelago flant. q̃re Alexādrini optime estatẽ agunt. Vrbis situs chlamydis figuram habet. cuius latera: que in longum tẽdunt: circumalluunt̃. xxx. fere stadioꝝ diametro: latera uero que in latũ sunt: isthmi obtinẽt: per. vii. viii. ue stadia. quorum uterq; hinc mari: illinc lacu distringuntur. Ac tota qdem urbs uiis distincta ẽ: quibus: et eq: & currus agi possint: sed duabus latissimis que plus iugero expanduntur. et sese

medias ad rectos angulos secāt. ciuitas publica. Fana pulcherrima habet. et regias: que q̄rtam: tertiamue totius ambitus partem occupāt. Nam regum quisq; quenadmodum publica deorū dona aliquo ornamēto decorabant: sic et ad eas: que facte erāt: regiā: aliquam edificabant. ut nunc poete illud uere dici possit. Sunt alia ex aliis: atq; oīa inter se iuncta. sunt et portui contigua: etiam que extra eum sunt: pars etiam regiaꝶ est museū: qđ ambulacrum habet: et exedram: et maximā domum: in qua cenaculum est eorum: qui museo participāt: hominum circa disciplinas uersantiū. Hic cōuentus communes pecunias habet. et Sacerdotē: q museo preest. olim a regibus: nunc a cesare cōstitutum. regiarum pars & illud est: qđ corpus appellatur. Id circuitus quidam est: in quo regum sepulture: et Alexādri erat. Nā Ptolemeus lagi filius. Alexādri corpus: perdice abstulit: cum id ex babylōe deferret: Atq; huc diuerteret: auaritia tractus: ut egyptū sibi uēdicaret. periit ille a militibus interēptus. Nā quū Ptolemeus aduēnisset: eum in insula deserta inclusit. Vnde irruentibus in eum militibus Sarissis confossus est. Cum eo reges Aridei. et Alexandri filii: & Rhoxana uxor: in macedoniā discesserūt. Alexandri corpus Ptolemeus Alexandriam detulit. eiq; parentauit. qđ & adhuc ibi iacet: sed nequaq̄ in eodem alueolo. Nam q nunc uitreus est: prius aureus erat. Coccas enim cui cognomento fuit ptolomeus accersitus illum rapuit: ex Syria profectus. qui cito excidit. quapropter parum ei spolia profuere. In magno portu iuxta ingressum ad dextram est insula: & turris pharus: Ad leuam sunt cautes: et lochias promontoriū: in quo regia est. Ingredienti ad sinistram sunt interiores regie: continue iis: que sunt in lochiade: que multas ac uarias mansiōes et lucos habēt. His occultus et clausus portus subiacet. qui proprius est regum. Item Antirrodus insula: que ante effossum portum iacet. et regiā habet. et paruum portum: ea sic uocata ē: qđ q̄si cū rhodo cōtenderet. Supra hāc theatrum est: postea posidium. flexus quidem ab eo ꝑminens: qđ emporiū uocatur. et neptūni templū habet. Id Antonius addito aggere fecit: ut magis ī mediū portum emineret. In extremo regiam domum cōstruxit: quam Timoniū appellauit. Idq; ī extremo fecit: quum ab amicis derelictus: Post actiacā calamitatē: Alexandriā discessisset: statuens sibi solitudinem quandam: reliquam uitam: quam victurus erat: a tot amicis destitutus: postea est Cesariū: & Emporiū: et secessus qdam: postea naualia: usq; ad. vii. stadium: atq; hec circa magnum portum sunt: deinceps post septē stadiū est Eunosti portus. et supra hūc ē defossus portus: nomine Cibotus: q & ipse naualia habet. Interius fossa est nauigabilis: usq; ad Mareotidem lacum extensa. extra fossam itaq; restat urbis paululum. Postea est Necropolis: et suburbanū: ī quo horti plurimi sunt. et sepulture: et mansiones condiendis mortuis idonee. Intra fossam sunt Sarapiū: et alia quedam āntiqua fana derelicta quodammodo: propter templorum fabricam: que Nicopoli fit. nam et amphitheatrum: & stadium: et quinquennalia certamina: ibi celebrantur: Antiqua uero derelicta sunt: & ut breui colligamus: urbs et Donariis et Sacris plena est. Sed pulcherrimū est gymnasiū: qđ porticus habet stadio maiores: et forum iudiciale: & lucos. Est etiam panium altitudo quedam manufacta: turbinea: petrose ripe persimilis. in quā ꝑ chodium ascendit. Ab eius uertice tota urbs subiecta undiq; cerni potest. A necropoli uero: platea que in longū est: secus gymnasiū: ꝑtendit usq; ad canopicam portam. postea est id ꝙ hippodromus appellatur. & alie adiacētes: usq; ad canopicam fossam. exeunti per hippodromum est nicopolis: que habitatioēm ad mare habet: urbe nō minorē. distat ab Alexandria stadiis. xxx. Hic locus summe a Cesare Augusto cultus est: propterea ꝙ hic prelio eos superauit: qui cum Antonio contra se exierant. et impetu facto urbē cepit. Antoniū uero coegit: ut ipse sibi manū

afferret. Cleopatram: ut uiua in potestatem suam ueniret. que paulo post et ipsa se in uinclis clam: admoto aspidis morsu: uel ueneno delibutorio: confecit. nã utroq; modo dicitur. quare lagidarum imperium euersum est: quum multos annos permansisset. Nã Ptolemeus lagi filius: Alexandro successit. Ptolomeo aũt Philadelphus. Philadelpho euergetes: postea Philopator Agathoclie: postea Epiphanes: postea Philomator filio a patre impium accipiẽte. Hic uero frater successit Secũdus euergetes nomiãtus. hunc Physconem dicunt. cui Ptolemeus cognomento lathurus: successit: lathuro autẽ etate nostra Auletes Cleopatre pater. Sed omnes post tertiũ Ptolemeũ male uixerũt delitus corrupti: omniũ uero pessime: quartus: et septimus: et ultimus Auletes. q preter alia flagitia: etiam choraulam exercuit: et adeo in ea gloriabatur: ut non contaretur certamina in regia celebrare: ad que & ipse cum aliis concertaturus prodibat. Atq; hic est quem Alexandrini exegerunt: et cum ei tres filii essent: unam natu grandiorem: que legitima erat: reginam fecerũt. et duo eius filie infãtes adhuc: atq; inutiles: a regno exciderunt. Regine uiri ex Syria accersiti presertim Cybiosactes quidam: qui se ex syriacorum regum stirpe simulabat. Hunc diebus paucis Regina eiecit: quum eius ignobilitatẽ: illiberalitatẽq; pati non posset. pro illo alius uenit: qui & ipse se Archelaũ mithridatis filium simulabat. qui Archelai quidem filius erat: eius: q contra Syllã bellũ gessit. & postea a Romanis in honore maximo habitus est: & auus eius fuit: q tẽpore nostro postremus in Cappadotia regnauit: Comanorum sacerdos: que in ponto sunt. et cum Gabinio tũc diuersatus est. tanq̃ cum eo cõtra parthos militaturus. Hoc itaq; nesciente: ille per amicos quosdam ad reginã deductus Rex declarat̃. Interea Auletã Romam profectum: Pompeius suscipit. & Senatui commẽdat. Ac de reductione eius agit. et de nece legatoꝝ: q supra. c. cõtra regem uenerãt. e qbus fuit Dion Academicus princeps legatiõis. Ptolemeus itaq; a Gabinio reductus: Archelaum ac filiã interemit: sed non multo post morbo absumptus est: relictis duobus filiis. & totidẽ filiabus. q̃rum grandior erat cleopatra. Alexandrini et puerũ natu grandiorem: et cleopatrã regno prefecerunt. Sed pueri familiares mota seditione cleopatram eiecerunt. que postea cũ sorore in Syriã secessit. Interea magnus ex phalepharsalo fugiens: in Casium mõtem: ac Pelusiũ uenit. ibiq; a regis familiaribus dolo obtrũcatus est. Cesar: quũ aduẽtasset: adolescentulum interemit: & Cleopatram ab exsilio reuocatã egypti reginã cõstituit. atq; ei in regni partem reliquum fratrem addidit admodum iuuenem. Post Cæsaris mortem: et res in philippis gestas: Antonius in asiam profectus: Cleopatram summis honoribus complexus est. ut etiam eam acciperet ĩ uxorem. et filios ex ea susciperet. Ambo in actiaco bello fuerunt: Ambo fugerunt: Ambo postea a cesare Augusto sunt euersi. qui furentem egyptum composuit. et nunc prouintia est. et tributa maxima pendit: ab hominibus continentibus administrata qui in eam mittuntur. q̃ mittitur regis ordinem gerit: sub eo est ustitie administrator: qui maximam in iudiciis ꝑtãtem habet. Itẽ alius qdam: qui propriarum rationũ assertor appellatur. Is ea ꝑscrutatur: que domino carẽt. et ad cesarẽ recidũt. Hos secunt̃ cesaris liberti: et administratores: quibus maiora et minora negocia committuntur. Sunt etiam tres militum legiones: quarum una circa urbem sedet. Alia in reliqua sunt regione. preter has. viiii. cohortes Romanorum. tres in urbe: tres in finibus ethiopie presidio circa Syenem collocate. et relique tres in cetera regione. Sunt etiam tres eqtum turme: per loca opportuna eodẽ modo disposite. ex indigenis magistratibus: in urbe est sacrorum interpres: q purpurã induit. et patrios honores habet: et ea curat: que urbi sunt necessaria. Itẽ cõmentarioꝝ Scriba: et q iudicibus preest. Quartus est ꝑtor nocturnus. Hi magistratus etiã tẽpore

regum erant: sed cum reges male uiuerent: et ipsi minus ualebãt: & urbis opportũitas propter iniquitatem obscurabatur. Vnde polybius qui ĩ ea urbe fuit: eum statum qui tunc erat: uidetur fastidire: dicẽs: tria hominum genera urbem habitare: egyptium et indigenam: nationemacrem: atq; ciuilem. & stipatores mercede cõductos: multos sane: ac dissolutos. Ex antiqua enim consuetudine peregrinos milites alebant. et ꝓpter regũ ignauiã: potius imperare: q̃ seruire edocti erant. Tertium genus erat Alexandrinoꝝ: nec id ualde ciuile: ꝓpter easdẽ causas. melius tamẽ q̃ illi: Nam quanq̃ permisti hoĩes essent: ab antiquo tamen greci erant. et cõmunis grecoꝝ cõsuetudinis haud immẽores. Sed hec multitudo etiam ab euergeta physcone deleta est: quo regnante Polybius Alaxandriã ꝑfectus ẽ. Nã physco ꝑsepe mota seditiõe multitudinẽ militibus obiecit. atq; cõsũpsit. Cũ itaq; talia eẽnt ĩ ea urbe: ait: id reuera reliquũ eẽ: qđ a poeta dicit. Durum iter: ac longum. egypti perducit ad oras.

Talis etiam erat: si non peior: posteriorũ regum status. Ac Romani multa ꝓ uiribus emẽdarunt. urbe ut dictum est cõposita: et q̃busdam pro imꝑatoribus: et nomarchis et ethnarchis: per regionem constitutis q̃bus tamẽ haud magna negotia ꝑmittebant. Vrbis opportunitas proxima ẽ. Nã hic solus locus: ex tota egypto ad utraq; idoneus ẽ: et ad res maritiãs: ꝓpter portus cõmoditatẽ. et ad terrestres: q̃a oĩa faciliter in hũc locũ flumĩe deferunt: ubi maximũ totius orbis emporiũ ẽ: Atq; urbis q̃dem uirtutes he sũt. egypti ꝓuentũ Cicero ĩ quodã loco explicat: dicẽs: Aulete patri cleopatre: quo/tãnis duodenum milium & quingenũ talẽtorum tributũ afferri solitũ: quare cum is: qui pessime ac segnissime regnum administrabat: tãtos redditus haberet: q̃lia putãda sunt presẽtia: que cũ tãta diligẽtia a romanis administrant? Indicis: Troglodyticisq; emporiis adeo adauctis. Nam superiore quidem tempore: ne. xx. quidem nauigia in arabicum sinum transire audebant. ut extra angustias caput exererẽt. nunc maxime classes usq; in Indiam: et extrẽa ethiopie transmittũt: unde preciose merces in egyptũ aduehuntur. Ac rursum ex egypto in alia emittuntur loca. quare dupla uectigalia exiguntur. altera quidem rerum que importantur: Altera earum que exportantur. Ac preciosarũ quidem merciũ: preciosa sunt uectigalia. Nam solũ hic talia uendunt. ac recipiuntur. et cetera loca ex Alexandria copiam petunt. que ꝑfecto opportũitas facile uideri potest: siquis regionem peragret. ac primo maritimã oram: a catabathmo incipiens. nam eousq; egyptus pertendit. Deinceps est Cyrenaica: & Marmaridæ: qui barbari circumhabitant. A catabathmo Paretonium usq; recta nauigatiõe est cursus stadiorum nungentorum. Paretonium ciuitas est: et portus ingẽs. xl. fere stadiorum. Hanc alii Paretonium alii Ammoniam uocant. In intermedio spatio est egyptiorum uicus: et Nesisphyra promontoriũ: et tyndarii scopuli: qui sunt quattuor ꝑue insule: que portum habent: postea est Drepanum ꝓmontorium: et insula enisispia cũ portu. post uicus Apis: a quo Paretonium usq; sunt stadia. c. usq; ad ammonem. v. dierũ iter: a paretonio circiter mille &. ccc. stadia. Inter hec primo est leucogium promontoriũ: qđ Alba acta nominatur. postea phoenicus portus: & Pnigeus uicus: deinde Sidonia insula: que portum habet: deinde Antiphre non procul a mari. Tota hec regio neq̃q̃ uini ferax est: cum ceramus potius mare recipiat: q̃ uinum: qđ libycum appellãt. quo pleriq; Alexandrini ad pondus utuntur. unde plurimum antiphre carpuntur. deinde est portus Deris appellatus: propter petram quandam proximam: collo persimilem. Vocatur etiam zephyrium locus quidã propinquus: postea est alius portus nomine leucaspis. et alii complures: deinde Cynossema: deinde Taposiris: non tamen ad mare. quo in loco festa maxima celebrantur. Item alia Taposiris satis ultra urbem: propter

eam locus quidam est petrosus ad mare: qui quouis anni tempore: multam iuuentutem habet festis indulgentem. postea est plinthina: et Nitie uicus. et cheronnesus castellū: Alexandrie et Mecropoli proximus: ad stadia. lxx. lacus autem maria: qui huc usq; pertendit: latitudinem habet supra. c. & .l. stadia. longitudinem citra. ccc. habet etiam insulas octo: & loca circumstantia omnia bene habitata. In his locis maxīa uini copia est. ut etiam mareoticū uinū ad uetustatē perduret. In egypti lacubus: ac paludibus: biblus nascitur. et egyptiaca faba: ex qua ciboriū fit. eius uirge altitudine fere eq̄les: ac decem pedes sunt. biblus nuda uirga est: lanuginem quandam in summo habens: faba ī multis partibus: et folia et frondes emittit. et fructum fabe nostre persimilem: magnitudine solum: et gustu differentem. quare fabeta iocundum quendam aspectū ac delectationem prebent. oblectātur aūt mirū in modum in schaphis Thalamiferis densissima fabeta subeuntes. et eorū foliis inūbrati. que adeo magna sunt: ut poculoꝝ et catinorum usum prebeant: habent enim concauitatem quādam ad id idoneā. unde Alexandrine officine iis plene sunt. & ut uasis utūtur. Agri quoq; magnū ex iis foliis prouentum habent. Ac faba quidem talis est. Hoc in loco biblus nō multa nascitur: nō enim excolitur. In inferioribus uero ipsius delta partibus: ꝑmulta ē: alia deterior: alia melior: Hieratica appellata. nōnulli ꝓuentum augeri cupiētes: iudaicā industriā huc transtulere: q̄ illi in palma: & maxime in cariotica: atq; balsamo adinuenerunt: Non enim permittūt eam multis in locis nasci: quo fit ut penurie precium imponētes: prouentum quidem augeant. Communem uero usum atq; commoditatem uiolent. e canopica porta exeunti: ad dextram est fossa: que lacui iungitur. et canopum fert: per lacum uero in magnum flumē: et Canopum Schediā nauigatur: ac ꝑmo elusinā: que habitatio Alexandrine: et nicopoli proxima est: in ipsa canopica fossa imposita: que mansiones habet: et secessus quosdam secretos: uiris ac mulieribus suffiri uolentibus: idoneos: quoddam canopice luxurie initium. paululū ab eleusine ꝓcedēti: ad dextrā est fossa: que Schediam deducit. Schedia quattuor Schoenis distat ab Alexādria. que habitatio urbi similis est. & nauale habet thalamiferorum nauigiorum: qbus ꝑncipes in superiorem nauigant regionem. Hic etiam earum rerum uectigal exigitur: que a superiore Alexādrie parte importantᷣ: et exportantᷣ: cuius gratia et ratis in flumine iuncta est. unde loco nomen inditum est. post fossam: que Schediā et canopū ducit: est nauigatio: secundum maritimam oram deducta: que a pharo usq; ad canopicum hostium pertendit. Angustus enim quidā tractus: inter pelagus atq; fossam extenditᷣ. in quo est pua taposiris. post nicopolim: ac zephyriū: qđ ꝓmontoriū ueneris arsinoes sacellum habet. hoc in loco dicūt olim urbem thonam fuisse: eodem nomine quo rex: qui Menelaū et Helenā hospitio suscepit. ūde de medicamētis helene sic poeta inqt. Que polydamna dedit: thoris carissima coniunx.

Canopus Centum ac Viginti stadiis distat ab Alexandria: pedestri itinere uaden/tibus. dicta de nomine Canopi: qui Menelai classem gubernabat. et ibi mortuus est. In ea est Sarapidis templum. & cultu & religione excellens. ut etiam doctissimi uiri credant: et pro se uel pro aliis insomnia ibi captent. Sunt qui curas conscribant: qdam uero uirtutes eorum: que ibi respondentur. Sed ante omnia ingens est eorum turba: q ad sollemnia per fossam ex Alexandria descendunt. Nam die ac nocte nauiculis plēa est: uirorum ac mulierum impudenter canentium: ac saltantium cū omni dissolutione et iis ꝑterea: q diuersoria habēt fosse imposita: ad huiusmodi relaxationē & celebritatē idonea: post canopum est heraclium. qđ herculis templum habet: postea est canopicū: hostium: et ipsius delta initiū: Ad dextram canopice fosse: elaitica prefectura: a fratre

primi ptolemei appellata. et non mehercule ab heroe: ut quidam uolunt. e quibus est Artemidorus. Post canopicum hostium est Bolbiticū: postea Sebenniticū: & phatnicū: qđ magnitudíe tertium est: preter prima duo: quibus delta terminat: Nam nec pcul a uertice scinditur: í parte ipsius delta interiore. Phatnico uero coniungit mendesiū: postea taniticum: & ultimū Pelusiacū. Sūt inter hec alia quedā hostiola ignobiliora: falsa hostiorum appellatione. habent enim hec hostia ingressus. non tñ aptos magnis nauigiis. sed scaphis: ppterea q̄: breuia: ac paludes: loca obtineāt. sed pcipue canopico hostio utebantur: tanq̄ emporio: occlusis Alexandrie portubus: ut ante dictū est. post Bolbiticum hostium: arenosum quoddam: et humile promōtorium ualde expositum est: qđ agni cornu appellatur. postea est persei specula: et milesiorū murus. nā milesii per Cyaxaris tempora: qui medorum Rex fuit. xxx. nauibus contra Psammitichum nauigantes: in Bolbiticum hostium tenuerunt. postea egressi dictum opus cōdiderūt. Tempore post in Saiticam prefecturam nauigantes: Inaris nauali prelio superatis: naucratim urbem non multo supra schediam posuerunt. post milesiorum opus in Sebeniticum hostium procedēti: sunt lacus: quorum alter Buticus: a Buto urbe nominat. Item Sebennitica ciuitas. & Sais: inferioris regionis metropolis. In hac mineruam colūt: in cuius templo psammitichi sepultura est. Circa Butum hermopolis est. In insula Buti est latone oraculum. In mediterranea supra Sebeniticum: & phatnicum hostium: est xois insula: et ciuitas: in Sebennitica prefectura: & hermopolis: et mendes: ubi Pan colit. & hircus animal. et ut Pindarus ait: hoc in loco hirci cum mulieribus coeunt. Vt Mēdeta: proximum mari precipitium:

Vltimumq; Nili cornu: caprarum pascuntur greges.
Et lasciui mulieribus admiscentur hirci.

Prope mēdetem est Diospolis. & lacus ei proximi. & leontopolis. ulterius in Busiritica prefectura: est Busiris ciuitas. & cynospolis: Autore Eratosthenes communē barbaris omnibus consuetudinem esse: ut hospites pellant. egyptios uero accusari: propter ea que in fabulis de busiride: & busiritica prefectura dicta sunt. Volētibus posteris loci huius in hospitalitatem calumniari: cum mediussfidius nullus busiris: nec Rex fuerit: nec tyrannus. illud quoq; uulgatum esse.

Durum iter ac longum egypti perducit ad oras.

Atq; illud permultum ad hoc facit: qđ locus est importuosus: & quanq̄ portū habeat. is tamen: qui pharo proximus est: nequaq̄ patet: sed a bubulcis custoditur. hominibus predatoriis: Qui applicantes quosq; adoriantur. Carthaginenses uero demergunt peregrinos: qui in Sardiniam uel herculis columnas adnauigant: & propterea pleraq; occidentalium non credūtur. et per se putāt id iter suis esse difficillimū: postea seqtur athribitica pfectura: & Athribes ciuitas. Item prosopitica prefectura: í qua ē ueneris ciuitas: supra mendesium: ac Taniticum hostiū: est ingens lacus: & mēdesia pfectura: et leontopolitana: & ueneris ciuitas: & pharbetica prefectura: postea taniticū hostiū: qđ nonnulli Saiticū uocant. & Tanis maxima in eo ciuitas. Inter taniticū pelusiacūq; hostium sunt lacus: & maxime & continue paludes: in qbus crebri sunt uici: pelusium quoq; circumcirca paludes habet. quas nonnulli barathra uocant. Atq; etiam loca cenosa: habitatur ad mare: ad stadia supra. xx. muri ambitum habet: stadiorum. xx. a luto ac ceno dictum est. Ex hac parte egyptus difficilem ingressum habet: Ex orientalibus partibus phoenitia: ac Iudea: Item ex Arabia Nabatea: que continua est: aditus in egyptum patet. Arabia inter nilum iacet: et Arabicum sinum. et in extremis eius partibus situm est Pelusium. uerū tota deserta est. & exercitui in uia. Isthmus qui

inter peluſium eſt: atq; receſſum: qui ad heroum urbem pertendit: nungentorum eſt ſtadiorum. ut uero Poſſidoniuſ putat: ad mille & quingenta non peruenit. et ad id: qđ ſiccuſ eſt: & arenoſuſ: multoſ ſerpenteſ habet: q latitant in arena: Ex Schedia mēphim nauiganti: ad dextram: ſunt uici plurimi uſq; in lacum mariā. e quibuſ eſt iſ: q chabrie uicuſ appellatur. Ad flumen eſt hermopoliſ: deinde gynecopoliſ: & gynecopolitana prefectura. deincepſ momemphiſ: & momemphitica prefectura. Inter hec ſūt foſſe plurime: in mareotim emittenteſ. momemphite uenerem colunt: et ſacram uaccā alūt. quemadmodum mēphite apim: & heliopoltani Mneuim. Ii enim dii apud eoſ putanť: Alii uero apud alioſ: Nam multi et in delta & extra delta: alii marem: alii feminam bouem alunt: qui tamē nō putanť dei: ſed ſacri. Vltra momemphim ſunt nitrarie due: que nitrum plurimum ferunt. unde Nitriotica prefectura eſt. Hic Sarapiſ colitur: & apud hoſ ſolum in egypto ouiſ mactatur: nō ꝓcul hinc eſt ciuitaſ nomine Menelauſ. Ad ſiniſtram uero in ipſo delta flumē eſt naucratiſ: duobuſ Schoeniſ a flumine diſtat Saiſ: & paulo ſupra eam eſt Oſiridiſ Aſylum: in quo oſyrim iacere arbitrantur. quāq̄ multi de hoc ambigunt. ii preſertim qui ſupra Syenem et elephantinam habitant: fa/ bulantur enim Iſim multiſ in lociſ ſub terram oſiridiſ alueolū poſuiſſe. ſed unuſ tamen oſirim habebat: quem nemo ſciebat. id fecit: latere uolenſ typhonem. ne ueniēſ corpuſ ex ſepulchro erueret. atq; ab Alexandria q̄dem: ad ipſiuſ delta uerticem: hec ꝑagratio eſt. Artemidoruſ dicit octo ac. xx. ſchoenorum ad nauigationē eſſe: id eſt octingēta et. xl. ſtadia. tricenum ſtadiorum ſchoenum facienſ. nobiſ autem nauigātibuſ alia atq; alia Schoenorum menſura diſtantiaſ reddiderunt. ut quibuſdam in lociſ quadragenū ſtadiorum ſchoenum: ac plurium eſſe concederent: quod autem etiam apud egyptioſ inconſtanſ ſit ſchoenorū mēſura: Ipſe Artemidoruſ deincepſ declarat. a memphi enim uſq; in thebaidem ſchoenoſ ſinguloſ facit. c. ac. xx. ſtadioꝝ: A thebaide uſq; in Syenē. lx. A peluſio ad eundē uerticē nauigātibuſ ſchoenoſ. v. ac. xx. dicit ſtadia ſeptingēta et. l. eadem menſura uſuſ. Dicit inſuper eam eſſe primam foſſam a Peluſio procedēti: que lacuſ eoſ implet: qui ad paludeſ uocantur: Atq; ii quidē duo ſunt: et ad ſiniſtram magni fluminiſ iacent. ſupra peluſium in Arabia dicit eſſe alioſ quoſdam lacuſ: & foſſaſ: in euſdem partibuſ extra delta: ſecuſ alterum lacum eſt prefectura Sethoitica: que una ex. x. numeratť: que in delta ſunt. In hoſ lacuſ alie due foſſe conueniunt: eſt alia: que in rubrum mare et arabicum ſinū emittit: et ī urbē arſinoē: quā nōnulli cleopatridē uocant: Atq; per eoſ lacuſ fluit. qui amari uocātur. qui quidem priuſ amari erant: ſed facta foſſa: et admiſto flumine: ſunt immutati: Ac nunc q̄dem ameni ſūt. et aq̄tilibuſ uolucribuſ pleni: foſſa primum a Seſoſtri inciſa eſt: ante reſ troianaſ. nonnulli eam a Pſāmiticho puero: morte intercipiēte: ſolū inchoatā putāt. Poſtea a Dario p̄mo eiuſ rei ſucceſſore: falſa opiniōe ꝑſuaſo: pene perfectum opuſ: derelictum eē. perſuaſuſ eſt enim rubrum mare egyptio ſublimiuſ. Vnde ſi ītermediuſ Iſthmuſ incideretť: egyptū a mari obrutum iri. Ptolemaici quidem regeſ eum incidēteſ: euripū clauſum fecerūt. ut quum uellent in exteriuſ mare nauigarent. ac rurſum ſine periculo reuerterentur. De aquarum aūt effuſione in ſuperioribuſ commentariiſ dictum eſt. Arſinoe ꝓxima eſt heroum ciuitaſ. et Cleopatriſ: in Arabici ſinuſ receſſu: qui eſt egyptum uerſuſ. Item portuſ: et habitatiōeſ: et foſſe cōplureſ: et lacuſ iiſ uicini. hoc ī loco ē Phagroriopoli/ tana ꝑfectura: & phagroriopoliſ ciuitaſ. foſſe autem in mare rubrum emittētiſ initiū eſt: a uico Phaccuſa: cui cōtinuuſ eſt philoniſ uicuſ. foſſa latitudinem habet cubitorum c. ꝓfundū q̄tum nauigio ſatiſ ſit. x. milia ferenti. Hec loca ipſiuſ delta uertici proxima ſunt. Ibi eſt Bubaſtuſ ciuitaſ. et Bubaſtica ꝑfectura: ſupra quā ē regio heliopolitana:

ubi Solis ciuitas e: in aggere ingenti posita: que solis templum habet. et mneuim boue: qui in septo quodam nutritur. et ab heliopolitanis pro deo habetur: quenadmodum et Apis memphitis. Ante agger lacus iacent: in quos propinque fosse refunduntur. Nunc omnino urbs deserta est. In ea est peruetustum templum: egyptio more structum: qd multis inditiis cambysis insaniam ac sacrilegiu ostentat. Cambyses.n. templa ptim igni ptim ferro deuastabat. mutilans. excandens. amburens. queadmodum et obeliscos quorum duo romam delati sunt: non omnino deleti: Alii adhuc ibi et tribebis sunt. que nunc Diospolis nominatur. Alii stantes: aciem igni exesi. alii iacentes: Templorum fabrica sic se habet. In ingressu fani est pauimentu latitudine qdem iugeri: aut paulo minus. logitudine uero tripla quadruplaue. et quibusdam in locis etia magis: Atq; hoc qdem Dromus dicitur. Vt Callimachus inquit.
Dromus hic sacer est anubidis.
Per tota longitudine protinus ex utraq; latitudinis parte sunt posite lapidee spinges: uigenis cubitis: uel paulo pluribus inter se distantes. et alter spingu ordo est a dextra. alter a sinistra. Post Spinges est uestibulum ingens. procedenti ulterius aliud uestibulu. postea aliud: et neq; uestibulorum neq; spingum definitus est numerus. In aliis uero templis alia: queadmodum et longitudines: & latitudines: dromorum. Post uestibula est templum: qd ingens proteplum habet. ac memoratu dignu. & septu comensuratu. simulachrum uero nullum. aut non in hominis formam: sed bruti alicuius. Ex utraq; parte protempli preiacent ee: que pinne appellantur. Ii sunt duo parietes: eq; alti: atq; templu: in initio inter se distantes: paulo plus: q sit lata tepli crepido. Postea i anteriore partem procedunt ad inclinantes lineas: usq; ad. l. aut. lx. cubitos: Hi parietes ingentiu simulachrorum sculpturas habent: etruscis & antiquis grecie operibus persimilium. Est etiam domus quedam multis columnis structa: sicuti memphi: barbarica fabrica. Nam preterq qd colune multe sunt: & ingentes: & multiplici ordine constitute: nihil pictu aut elegans habet: sed potius uanum quendam laborem pre se fert. Heliopoli domos amplas uidimus: in quibus sacerdotes habitabat. Immo dicunt hanc olim sacerdotum habitatioem fuisse: hominum philosophie: & Astronomie deditorum: Nunc is ordo ac studium defecit: nec quisq nobis tali exercitio preesse ostendebatur: sed homines tantum: qui sacrificia curarent. atq; ritus eos peregrinis comonstrarent. Secutus uero est Emilium Gallum ducem: ex Alexandria: nauigatem in egyptum: quida nomine Cheremon: qui eiusmodi scientiam tenere se simulabat: sed ut ignarus: et ostentator: plurimum deridebatur: ostendebant itaq; ibi sacerdotu domicilia: & loca: ubi eudoxus et Plato habitauerant. Nam Eudoxus cum Platone eo profectus est. et ambo cum sacerdotibus annos. xiii. sunt uersati: ut quidam uolunt: Nam cum sacerdotes illi et in rerum celestium scientia prestarent: essentq; mystici: et incomunicabiles: tame & tepore et obsequio exorati: nonnulla precepta commonstrarunt: plurima enim barbari occultabat. Ii excurrentes diei ac noctis particulas: ccc. & . lxv. diebus in anni coplementu tradiderunt. Ignorabatur anus eo tempore apud grecos: quenadmodu et alia pmulta: quousq; iuniores Astrologi ab iis ea acceperunt qui sacerdotum monumenta in greca lingua transtulerunt. et adhuc tum ab illis: cum a chaldeis accipiunt. Hinc iam Nilus supra Delta est: cuius dextra: sursum uersus nauigado: libyam uocant. queadmodum ea que Alexandrie & mareotidi proxima sunt: Sinistra uero: Arabiam. qre heliopolis in Arabia est. In libya uero Cercesura ciuitas: ad Eudoxi speculas sita: Nam ante Heliopolim specula quedam ostenditur: quenadmodum et ante gnidum: ad qua ille celestium motus adnotabat: atq; prefectura hec latopolitana nominatur. Vlterius

adnauiganti est babylon:castellum natura munitū:a babylonijs quibusdā conditū:
q huc secedentes: hoc in loco habitationē a regibus impetrarūt. Nunc in ea collocata
est una ex tribus legionibus: que egyptum custodiunt. Ab hoc loco usq; ad nilū iugū
quoddam descendit: per quod aqua rotis: & cochlijs a flumine trahitꝰ.c.&.l. hominibus
captiuis continue operantibus. hinc Pyramides: que apud memphim sunt: in ulteriore
regione manifeste apparent. que quidem propinque sunt: propinqua est etiā mēphis
ipsa egyptiorum regia. tribus enim schoenis distat a delta. Ea apidis templum habet.
qui idem est: qđ osiris. Ibi bos Apis i septo quodam alitur. et ut diximus apud eos pro
deo habetur. Albus frontē: et quasdā paruas corporis partes. Cetera uero niger. qbus
signis iudicant qui sit ad successionem idoneus: alio uita functo. Ante id septum aula
quedam iacet: in qua est aliud septum matris eius. In hāc aulā nōnunꝗ Apis emittitꝰ.
presertim ut peregrinis ostendatur. uidetur enim per fenestram quandam in septo. et
extra etiam: si uelint. ubi uero paululum lasciuerit: rursum in propriam mansionem
recipitur. Apidis templum: uulcanio adiacet: edis ac ceterarum rerum magnitudine:
sūptuose structo. In fronte Dromi Colossus iacet: ex integro lapide. In hoc Dromo
taurorum certamina fieri solent: inter se pugnantium. quos nōnulli dedita opera ad
hoc ipsum alunt: quenadmodum nonnulli equos. Nā dimissi inter se pugnā cōmittūt.
qui uictor iudicatur: premiū habet. Memphi est ueneris fanū: que greca dea censetꝰ.
quidam lune id dicūt. Est etiam serapium: in loco ualde arenoso: adeo ut areni cumuli
a uentis exaggerentur. In iis spinges erant. quarū alie usq; ad caput obrute uidebantꝰ:
alie ex dimidio apparebant: quibus ex rebus periculum cōsiderari potest: si ad templū
eunti turbo incidisset. Vrbs magna ē: et populosa. & secūda post Alexandriā: mistis
hominibus referta: qui eo commigrarunt. Iacent lacus in fronte urbis: et regiarū: que
nunc dirute sunt et deserte. Site erant i loco edito. et usq; ad inferiorem urbis partem
descendebant: ubi lacus & lucus iungebatꝰ. xl. stadiis ab urbe progredienti: ē mōtanum
quoddam superalium: in quo stant multe pyramides regum sepulture. Earum tres
eximie sunt: sed due inter septem spectacula adnumerantur. singule altitudine stadii:
figura quadrata: altitudinem habentes paulo maiorē quolibet latere. et paulo altera:
altera maior. In media fere laterum altitudine: ingens lapis extat: in quo cochlius est
obliquus: usq; ad sepulturam: Atq; ee inter se proxime in eodem sunt plano. Vlterius
in maiore mōtis altitudine: ē tertia: multo primis duabus minor: maiore tamē impēsa
structa. Nam ab ipsis fere fundamentis: usq; ad medium: constat ex nigro lapide: ex
quo mortaria faciunt: ab extremis ethiopie montibus delato. qui cum et durus sit: et
opatu difficilis: reddidit opus sūptuosum. hec dicitꝰ meretricis sepultura: ab amātibus
effecta. eam mulierē Sappho carminum poetria: doricbā uocat. et fratris sui Charaxi
amicam: quum lesbium uinū negotiator naucratim cōportaret. Alii eam Rhodopē
nominant. atq; fabulam quandam narrant: quod ea dum lauaretur: aquila alterum
ex calceis: e manu ancille correptum memphim deportarit. & in sublime supra regis
uerticem iura dātis elata: calceū in illius gremiū demiserit. et qđ ille calcei cōcinnitate:
et rei miraculo permotus: per totam regionem misit ad eā inquirendā: que huiusmodi
calceum ferret. et qđ ea in urbe naucraticarum inuenta: atq; adducta: et regis uxor
fuerit. Post mortem uero hāc sepulturam habuerit. sed unum ex miraculis: a nobis in
pyramidibus uisum: haud quaꝗ pretereundum est. Aceru quidam: ex tritura lapidū,
ante pyramides iacent. In quibus lapilli: & forma et magnitudine lentis inueniuntur:
quidam ut ordei grana: que semi expoliata excurrūt. Dicunt reliquias ciborum: qui
operantibus supererant: in lapidem induratas. qđ quidem satis uester uerisimile. Nam

et apud nos collis quidam est oblongus: in campo situs: qui tosi calculis: in modū lentis plenus est. maritimi quoq; & fluuiales calculi eandem fere ambiguitatem prestant. sed ii propter motum: qui in aqua fit rationem aliquam habent. In illis uero cōsideratio dubia est. dictum est: qđ circa ea loca: ubi lapides effodiuntur: ex quibus pyramides facte sunt: mons quidam est: nomine troicus: satis petrosus: et spelunce sub eo: & uicus iis: & flumini proximus: nomine Troia: antiqua troianorum habitatio eo4: q captiui menelaum secuti sunt. et ibi remansere: Post memphim est Acanthus ciuitas in libya: & osiridis: & Acāthi thebaici lucus. ex qua gummi fit. postea est Atrhoditopolitana pre/fectura: et ciuitas eodē nomine in Arabia: in q̄ bos alba sacra alit̄: postea heracleotica prefectura: in insula magna: iuxta q̄m ad dextram ī libyā: ad Arsinoiticā p̄fecturā fossa est. ut & duo ora habeat. cum pars quedam insule ītercidat: Atq; prefectura hec ceteras omnes: et aspectu & uirtute & edificiis antecellit. Sola enim & oleis: & p̄fectis & fructiferis arboribus: cōsita est. Ac si quis bene excolat etiam oleum optimū gignit. Id enim negligentes: etsi multum: odore tamen malum habent. Egyptus reliqua oleo caret: exceptis hortis: qui circa Alexandriam sunt qui oleas quidem ferre possunt. oleū uero minime. At uini non parum fert. frumētum quoq;: legumina: & alia semina abū/danter. Habet etiam lacum admirabilem: muridos appellatam pelagi magnitudine. & marino colore. unde & littora uidere est maris littoribus persimilia. ut idē de hoc loco atq; iis qui sunt circa ammonem existimari possit: Nam nec multum inter se distant nec a paratonio. & ut ex multis deprehendi coniecturis potest: templum illud prius in littore stabat. atq; hec loca: prius ad mare erant. Inferior uero egyptus: et que usq; ad Sirbonitidū lacum tendūt: pelagus obtinebat coniunctum fortasse cum mari rubro: qđ heroum urbi: & elanitico recessui proximum est. Sed de his in primo geographie uolumīe: pluribus dictum est. Nunc illud paululū commonefaciemus: nature simul: atq; prouidentie opus in unum conferentes. Nature quidem: quia rerum omnium ad unum uergentium: qđ uniuersi medium est: et qđ circa id positum est: medium atq; densissimum est terra. quod non minus hoc habet: aqua est. atq; utrunq; sphericum: sed altera quidem solida. altera concaua: intra sese terram complectens. prouidentie uero: quia cum ea uariatrix quedam sit: et plurimorum operum conditrix: in primis aīalia creauit: que lōge ceteris prestarēt: atq; horum prestātissima deos: atq; homines: quo4 gratia cetera sunt constituta: diis itaq; celum: hominibus uero terram incolendā dedit. que duo mūdi extrema sunt. Nam spere extrema sunt: mediū ipsum: et id q̄ extimū est. Sed quoniam aqua terram circundat. homo nō est aquatile animal sed terrestre: et aereum: & cum multis lumē cōmune habet. Fecit enim multas in terra eminentias: ac recessus: ut in his tota aqua: uel maxima eius pars contineretur. & terram sub se oc/cultaret: in illis uero terra extaret: atq; ab aqua detegeretur: nisi quātum hominum generi: ceterisq; animalibus ac stirpibus necessarium uidebatur. Sed quoniam omnia continue mouentur: & transmittantur: Aliter enim talia ac tanta recte administrari non possent: Existimandum est: nec terram semper ita permanere ut semper tāta sit: ne quicq̄ sibi addatur: aut adimatur: sed nec aquam: nec eādem sedem: semper ab ipsis obtineri. presertim cū transmutatio eis cognata sit: & naturalis. quinimmo terre multū in aquam conuertitur. et aque multum in terram transmutatur. & quenadmodum in terra he differentie inueniūtur: ut alia est fragilis: alia solida: & petrosa: & ferrea: & sic deinceps: eodem modo in humida essentia: nam alia est salsa: alia dulcis: & potulenta: alia salubris. et medicam uim habet: alia perniciosa: et frigida: et calida: quare minime mirandum est: si quas terre partes: que nunc habitantur: olim mare occupabat: & que-

nunc pelagus sunt: prius habitabantur. et quenadmodum de fontibus. alios deficere contigit: alios relaxari: Item et flumina: & lacus: sic montes & campos par est inuicem commutari: de quibus etsi in superioribus dictū est: nūc tamē multa dicēda uidebant. Muridis itaq; lacus: in nili incrementis ad excipiendam inundationem satis est. ita ut in sata: et habitatiōes nō exundet: postea decrescēte nilo: abundantē in eo aq̄m eidē fosse reddit: reliquam uero aquam ex utroq; ore utilem habet: ad irrigationes: & ipse: et fossa: atq; hec qdem naturalia sūt. Vtrisq; aūt fosse hostiis claustra imposita sunt: qbus architecti: & influentē & effluentē aq̄m cōseruāt. Post hec ē labyrinthi fabrica: opus haud impar pyramidibus. & adiacēs regis sepultura: eius q labyrinthū cōstruxit. Locus autē in primo fosse ingressu ad. xxx. xl. ue stadia, ꝓcedenti est planities quedā edita: que uicum habet: et multorū regum regiā: quot prius prefecture erant. Nam totidem aule sunt: cum circumcolomniis inuicem continue. que omnes uno ordine: & uno pariete tanq̄ paruo quodā muro: preiacentes aulas habēt. Vice uero que ad eas tendunt. ex aduerso sunt ipsius muri. ante ingressus: crypte quedam: multe ac longe: que inter se uias flexuosas habēt: ut nemo peregrinus ingredi aulam ullam possit: nec egredi. sine duce. et qd̄ admirandum sit: cuiusq; domus tabulata ac etiam cryptarum latitudines: ex lapideis pluteis integris: et magnitudine excellētibus cōfecte sunt: nulla usq̄ nec ligni: nec alius materie admistiōe. Ac siqs in tabulatū ascendat: qd̄ nō admodū altum est: utpote unum: uidere potest lapideū campum eiusmodi lapidibus instratū. Hinc iam ī aulas egressus: uidebit deinceps eas. xx. & . vii. ordine positas: & ab integris columnis sustentatas. parietes quoq; ipsos ex lapidibus non minoribus compositos. In fine huius edificii: qd̄ plus stadio occupat: est sepultura quedā: pyramis q̄drata: cuius quodlibet latus quadri iugerum fere ē. & altitudo par. sepulti nomē ē Imādes. Dicūt tot aulas ibi factas esse: qd̄ mos esset: omēs ꝓfecturas eo cōuenire. atq; epulū quoddā: cum sacris: uiris: ac mulieribus fiebat: sacrificii gratia: deo reddendi: et iuris dicendi: de rebus maximis: & queq; prefectura in suam aulam procedebat. preternauigāti hec ad c. stadia: ē ciuitas Arsinoe: que prius crocodelorum ciuitas dicebatur In hac ꝓfectura mirum in modum colitur Crocodelus: & est sacer: apud eos in lacu quodam seorsum nutritus. & sacerdotibus mansuetus. & Suchus uocatur. Nutritur autem pane: carne: & uino: que a peregrinis afferuntur ad eiusmodi spectaculū uenientibus. hospes itaq; uir: inter alios ibi honoratissimus: qui nobis sacra commonstrabat: ad lacum ueniens: placentulam: & carnem assam: & quoddam mulsi uasculum: ex cena attulit: beluam in ripa lacus inuenimus: ex Sacerdotibus alii eius os: aperuerunt: alius bellaria imposuit: postea carnem deinde mulsum iniecit: Ille in lacum exiliens ī ulteriorē ꝑtem traiecit. Sed quū alius hospes aduenisset: & similiter primitias attulisset: cursu lacū circūeuntes: itidem inuento Crocodelo: obtulerunt. Post Arsinoiticam: heracleoticamq; ꝓfecturā: est herculis ciuitas: in qua colitur Ichneumon: contra quā faciant Arsinoite. hi enim Crocodelos colunt: et propterea fossam habent Crocodelis plenam. & Muridis lacum: nam & eos colunt. & ab eis abstinent. Arsinoite uero Ichneumones: qui Crocodelis: et aspidibus perniciem inferunt. eas enim & earū oua delent luto incrustati. Inuoluunt enim in eo: postea ad solem siccati: aspides per caput: uel caudam capientes: in flumen trahunt. atq; occidunt. Crocodelis uero apricantibus insidiātes in oris hiatum intrant: & exesis uisceribus: e uētre mortuoꝝ egrediunt Deinceps ē Cynopolitana prefectura: & canū ciuitas: ī qua Anubis colit. & honor: & Sacer qdam cibus: canibus ē cōstitutus. In ulteriore regione: est Oxyrynchus ciuitas: & prefectura eodē nomine. Hic oxy/rynchus colitur. et oxyrynchi templū ē. eniuero & ceteri egyptii omnes oxyrynchū

piſcem colunt. Nam quedam animalia ſunt: que egyptii uniuerſi colũt. quenadmodũ
ex terreſtribuſ tria. Bouem: Canem: Felem. Ex uolatilibuſ: Accipitrem: atq; Ibim: Ex
aquatilibuſ duo Lepidotum piſcem: & oxyrynchum. Sũt alia que qſq; ſeorſum colit.
ut Saite et Thebani. ouem. latum uero: qui piſciſ quidam eſt: in nilo: latopolitãi. lupũ:
Lycopolitani. Cynocephalum: Hermopolitani. Cepum: Babylonii: qui ſunt iuxta
memphim. Cepuſ faciem habet: Satyro ſimilem. Cetera inter canem: atq; urſum. et
in ethiopia naſcitur. Aquilam: Thebani: leonem: leontopolitani. Capram: et hircum:
Mendeſii: Murem: araneum: Athribite. Item alii aliud. Cauſaſ uero afferũt: haud q̃q̃
conſentaneaſ: Deincepſ eſt hermopolitana cuſtodia: ubi uectigal exigitur earũ reꝝ:
que ex thebaide deferuntur. hinc ſexagenum ſtadiorum Schoeni incipiunt: uſq; in
Syenem: & elephãtinam. Poſtea Thebaica cuſtodia: & foſſa: que tanim defert. poſtea
luporum ciuitaſ: & ueneriſ: et Panopoliſ antiqua habitatio hominum: qui linum: et
lapideſ operãtur. Poſtea Ptolemaica ciuitaſ: omnium maxima: que in thebaide ſunt.
& memphi non minor. Ea greco more ciuilitatem habet. ſupra hanc eſt Abyduſ. in q̃
ẽ: mẽnoniſ regia: mirifice ſtructa: tota ex lapide: queãdmodũ diximuſ de labyrintho.
ſed ea non multiplex eſt. Item fonſ qdam: in profundo poſituſ: in quem per forniceſ
deſcenditur: in forcipem flexoſ: ex integriſ lapidibuſ: & magnitudine: & ſtructura ex/
cellentibuſ. Eſt etiam foſſa: que ex magno flumine in hunc locũ deducit. Circa foſſam
eſt egyptiarum achantoꝝ lucuſ Apollinis Sacer: Abyduſ olim ciuitaſ maxima uidetur
fuiſſe. ſecunda poſt thebaſ: nunc in paruam habitationem redacta eſt. et ſi: ut quidam
uolunt: memnon ab egyptiſ Iſmandeſ dicitur: etiam labyrinthuſ memnonium erit. &
eiuſdem opuſ cuiuſ Abydenſia: & thebana. Nam & ibi quedam memnonia dicuntur.
ſecundum Abydum: eſt prima Auaſiſ: ex tribuſ: que ſunt in libya: diſtãſ itinere dierũ
vii. ubi habitatio eſt aquiſ & uino abundãſ: & ceteriſ rebuſ ſatiſ copioſa. Secunda eſt
iuxta Muridiſ lacum. Tertia eſt ammoniſ oraculo ꝓxima: Atq; he optime hĩtationeſ
ſunt. Cum multa a nobiſ de Ammone dicta ſunt: hoc etiam addendum uidet̃: quod
antiqui et diuinationem & oracula plurimũ uenerabantur. Nunc eaꝝ rerũ maxima
negligentia eſt. Nam Romaniſ Sibylle reſponſa ſatiſfaciunt. & etruſca diuinatio: per
auguria: per exta: & Iouiſ ſigna. Quapropter Ammõiſ oraculum: q̃ſi ex toto deficit:
priuſ ĩ honore maximo habebatur. qđ ii in primiſ declarant: qui Alexandri geſta cõ/
ſcripſerunt: qui quanq̃ adulandi gratia non pauca adiecerunt: Indicant tamen que
credenda ſint. Calliſthenes dicit: Alexandrum ambitione quadam contendiſſe: ut ad
id oraculum aſcenderet: cum intelligeret perſeum et herculem. priuſ eo aſcendiſſe: atq;
ex paretonio diggreſſum: incumbẽte auſtro repulſum fuiſſe: quum uero per puluerẽ
erraret: aduentu hymbriſ: & duorum coruorum: qui iter commonſtrarunt: ſeruatum
eſſe. Iam hec adulatorie dicuntur: ſimilia ſunt: que ſecuntur. qđ ſolum regi ſacerdoſ
permiſerit: ut ĩ templum ingrederetur: cum ſtola cõſueta: & qđ ceteri ueſtẽ mutarint:
& qđ omneſ extrinſecuſ oraculum audiuerint: preter Allexandrum: qui interiuſ erat.
& qđ reſponſa: non ut apud delphoſ: & branchidaſ: uerbiſ darentur: Sed magna ex
parte nutu: et ſigniſ. quenadmodum apud homerum.

Adnuit: et uultu pater illi clara ſereno.

Signa dedit.

Preſertim cum Antiſteſ: iouem affingeret. Hoc ꝓfecto nihil aliud eſt: q̃ aperte dicere:
Alexandrum fuiſſe iouiſ filium. Hiſ Calliſthenes aliaſ quaſdam: tragediaſ addit: quod
quum Apollo branchidarum oraculum deſeruiſſet: ex quo templum a branchidiſ cum
xerxe ſentientibuſ: ſpoliatum eſt: et qđ quum fonſ defeciſſet: tunc uero ortuſ fuerit:

et milesiorũ legati mẽphim ꝓfecti: multa responsa retulerint: de futura apud Arbela uictoria: de Darii morte: de rebus in lacedemonia innouatis: et qđ Alexãder: ex Ioue nasceretur: quãq̃ de ea generis nobilitate: ferũt etiã ab Erythrea athanaide ꝑdictum fuisse: que erythree ãtique Sibylle similis fuit. atq; hec sũt: que a scriptoribus tradunt̃. Abydei osirim colunt. In Osiridis templo non licet: nec cantori: nec tibicini: nec psalte canere: quenadmodum mos est aliis deis. Post Abydũ: ẽ parua diospolis: postea Tẽtyra ciuitas. Hic preter ceteros egyptios: supra modũ Crocodelus dedecorat̃: & ex oĩbus beluis inimicissimus habetur. Nam ceteri: quãq̃ eius animalis malitiã norint: et hũano generi perniciosum existimẽt: uenerantur tamẽ: & ab eo abstinẽt. Tentyrite oĩbus modis: id peruestigant: atq; occidunt. Sunt qui dicant qđ quẽadmodum Psylli: apud cyrenaicam regionem naturalem quãdam uim habẽt: contra serpẽtes: sic et Tẽtyrite contra Crocodelos: ut nihil ab eis patiantur. sed intrepide natent: & aquam tranent: alio nemine audente. Cumq; Crocodeli romam allati essent: ut uiderentur: Tentyrite eos sequebantur. facta est illis piscina quedam: & foramen in uno laterum: ut ex aqua in apricum egredi possent: tentyrite aderant: qui eos interdum rete educebãt ad solẽ. ut a spectatoribus uiderentur. Interdum in aquam intrantes rursum eos in piscinam retrahebãt. Colunt autem uenerem. pone ueneris templum est Isidis fanũ. postea sunt ea: que typhonia uocantur. et fossa: que coptum defert: communem et egyptiorum et Arabum urbem. Deinceps est Isthmus: in rubrum mare porrectus: iuxta berenicẽ urbem. que quanq̃ sine portu est: apta tamen diuersoria habet. Dicũt philadelphum: primo hanc uiam exercitu aperuisse: cũ sicca esset. ac mansiones cõstituisse tã pedibus iter agentibus. q̃ camelis. Idq; effecisse: quoniam rubrum mare difficulter nauigaret̃: ꝑsertim ex Arabico recessu nauigantibus. Enimuero ex experientia utilitas maxima uisa est: atq; nunc totum indicum: & Arabicum tributum: & ethiopicum: qđ Arabico sinu aduehitur: coptum defertur. que eiusmodi mercium emporium est: non procul a berenice: est muris statio: que ciuitas nauale habet: A copto quoq; nõ multum abest: Apollinis ciuitas: quare due urbes isthmum terminantes: utrinq; sunt. Sed coptus: et muris statio: nunc excellunt. nam iis nunc omnes utuntur. Primum camelis uecti: per noctem iter agebant ad astra respicientes: quenadmodum naute. & ita aquã portabãt: nunc terra in profundum effossa: aquas parauerũt. & celestibus q̃q̃ rare sint: cisternas fecerũt. hoc est. vi. vii. ue dierꝫ iter. In hoc isthmo sũt Smaragdi: et alioꝫ quorũdam preciosorum lapidum: metalla: ubi Arabes profundos quosdã meatus effodiunt. Post Apollinis urbem: sunt thebe: que nunc diospolis uocatur. ut:

Quis centum porte. portarum quanq; ducenti.
Sublimes in equis homines: & curribus errant.
Sic enim Homerus inquit: addit etiam diuitias: ut
Nec quot diuitias egyptia theba recondit.

Sunt & alii: qui eadẽ dicant: hanc egypti metropolim ponentes: nunc quoq; nõnulla eius uestigia seruantur: que magnitudinem declarant. longitudinẽ quidem. lxxx. fere stadioꝫ. Sũt ĩ ea tẽpla q̃plurima: magna ex parte a cambyse mutilata. nũc uicatim habitatur. ac pars quedã in Arabia: ubi ciuitas est. pars etiã in ulteriore ubi mẽnoniũ. Hic cum duo colossi sint: ex integris lapidibus inter se propinqui: alter qdem seruat̃. alterius uero superiores a sede partes corruerunt: facta ut fama est: terremotu. credit̃ etiam semel in die sonitum quendam: ictu haud magno effici: a ꝑte que in sede: ac basi est. Atq; quum ego ibi cum Aelio gallo adessem: & cum reliqua multitudine amicorum ac militum: qui cum eo erant: circiter horam primã: sonitum audiui: siue a Basi: siue a

Colosso: siue a circunstantibus de industria factum. Id enim haud quaq̄ affirmarim: cum propter incertam causā: oīa magis subeāt ut credā: q̄ ex lapidibus sic cōpositis crepitum edi. Supra memnonium sunt regū sepulture. in speluncis quibusdā in lapidē excise: circiter. xl. mirum in modum structe: que aspectum quendam pulcherrimum prebeant. Thebis quoq; in obeliscis quibusdam: littere sunt: que regum illoꝝ diuitias ac potentiam declarant. atq; imperium usq; in Scythiam: & Bactrianam: & Indiam: & que nunc Ionia dicitur: propagatum. Itē tributoꝝ magnitudinē: & exercitus circiter decies centena milia. Thebani Sacerdotes Astronomiā philosophiāq; exercere dicunt. Hi non a luna: sed a sole dies deducunt. xii. mēsibus trecenoꝝ dieꝝ: quos dies singulis annis adiicientes: Ad totius uero anni complementū: cum quedā diei pticula excurrat: spatium quoddam componunt ex omnibus diebus: & omnibus annis: quot particule excurrentes: & coeuntes diem conficiunt. huiusmodi sapientiā omnē mercurio in pmis tribuunt. At Ioui: quem precipue colūt: uirgo quedam genere clarissima: & specie pulcherrima: sacratur: eas greci palladas uocāt. uirgo pelicis more: cum quibus uult coit: usq; ad naturalem corporis purgationem. post purgationem: uiro datur. sed priusq̄ nubat: post pelicatus tempus: ut mortua lugetur. Post thebas: est hermonthis ciuitas: in qua Apollo: & Iuppiter colunt: hic etiā bos alitur: deinde est Crocodeloꝝ ciuitas. que eam beluam colit: deide ueneris ciuitas: & postea latopolis: que palladem & latum colit: postea lucine ciuitas: & eius templum. In ulteriore est accipitrum ciuitas: ubi accipiter colitur. deinde Apollinis ciuitas: que etiam crocodelis est inimica. Syene uero: et Elephantina: Altera in finibus est ethiopie: Altera est insula: spatio semistadii: in qua ciuitas est: que Cnuphidis templum habet: & Nilometrium quenadmodum memphis. Nilometrium est puteus quidam: in nili ripa: ex integro lapide cōstructus: in quo & maxima & minima & mediocria nili incrementa adnotantur. Nam putei aqua cum nilo pariter crescit: ac decrescit. Suntq; in putei pariete: notte quedam incremētorum omnium mensure. Hec itaq; obseruātes: cum aliis notāt: ut incremēta cognoscāt. Nā ex his signis: ac diebus: multo āte futuram nili excrescentiā cognoscūt. idq; oībus predicunt. que res profecto agricolis ad aquarū conseruationē: & aggerū: & cannalium effossionem: principibus uero ad prouentus: utilissima est. Maiora enim incrementa maiores prouentus denūtiant. In Syene puteus quidam est: qui estiuum indicat solstitiū: quoniā hec loca circulo tropico sunt subiecta. & ī meridie umbilicos faciunt: sine umbra: a nostris enim locis: hoc est a grecis in meridiem procedentibus: hic primum sol nobis supra uerticem fit. & in meridie umbilicos efficit: sine umbra. necesse enim est: quum nobis supra uerticem fuerit: in puteos: quanq̄ profundissimos: usq; ad aquam radios iaci: nam et nos perpendiculariter stamus: & puteorum effossiones: ad perpendiculū sunt facte. Hoc in loco tres romanoꝝ cohortes collocate sunt presidii gratia. paulo supra elephantinā est paruus catarractes: in quo Schapharii spectaculū quoddā principibus exhibēt. Catarractes est ad mediū fere flumē: petrosum quoddā supercilium. in supiore parte planū: ut flumē recipere possit: desinens uero in pcipitiū: ex aqua precipitatur. Vtriq; secus terram alueus est: q facile adnauigari potest. Hac itaq; adnauigantes defluunt in catarractem: & cum scapha ī precipitium detrudunt: & ipsi et scaphe illesi: paulo supra catarractē: sunt phile cōmunis ethiopū & egyptioꝝ habitatio: structa quenadmodum elephātina: & pari magnitudine. hec tēpla egyptia habet: ubi Ales colitur: quem accipitrem uocant: qui nec nostris simile qcq̄ habet. nec egyptiis: nā et magnitudine excedit: & uarietate lōge diuersus est. dicūt eū ethiopicū esse. et inde afferri: cum alter deficit: ac etiam multo ante: & tunc nobis ostensus est:

quum iam morbo deficeret. Nos philas ex Syene plaustro uenimus: per campũ ualde planum. c. stadiorum spatio. per totam fere uiam uidere erat utrinq; multis in locis q̃si scopolos petram arduam: rotũdam: politam: ppemodum sphericã: nigri ac duri lapidis: ex quo mortaria fiũt: super maiore petra positam: ac rursum super ea aliam: nõnulle p se se iacebãt. earũ maxima erat non minore. xii. pedum diametro. atq; omnes maiores q̃ horũ dimidie. Traiecimus in insulã super pactone delati. Pacton est scaphe genus: ex uirgis ita compactus: ut textile quiddam uideatur. stãtes itaq; in aq̃: uel ĩ asseribus sedentes: facile transmisimus: nihil omnino metuentes. Sunt. n. sine piculo: nisi scapha nimis impleat̃. Cum in tota egypto palma sterilis sit: uel fructũ afferat nõ esculentũ: tamen in locis delta: & Alexãdrie proximis: thebaica palma optima ẽ: q̃re admiratiõe dignum est: quomodo qui eandem plagam habitant: quam Iudei: & finitimi: qui circa delta sunt: & Alexandriam: tantum ab illa differant: que ultra aliam palmam: etiam Cariotam gignit: non multo meliorem: q̃ babylonia: in thebaide: & in Iudea: duplex est palma. Cariota scilicet atq; reliqua. ac thebaica quidem quanq̃ durior sit: gustatu tamẽ suauior est. Est etiam insula quedam que palmam optimam fert. & prouentũ maximum principibus pendit: regis enim erat: & priuatus nemo: in ea partẽ habebat. nunc principum est. Sed multa: cũ ceteri: tum herodotus garrit. ut cantũ: uel modũ: uel iocunditatem quandam orationi monstra adhibentes. ut illud est: qđ de insulis dicunt iuxta syenem: & elephantinã: nihil fontes complures esse: & ad eum locũ flumẽ: profundum immensum habere. Nilus q̃dem insulas sparsas q̃plurimas habet: alias que ex toto: crescente flumine obruuntur. alias ex parte. loca uero que ualde sublimia sũt cochlis irrigantur. In initio itaq;: egyptus ualde tranquilla erat: cum propter regiõis ubertatem: tum propterea: qđ non facile externis gẽtibus pateret. Nam a septẽtrione maritia importuosa: & egyptio pelago cĩgebat̃. Ab ortu & occasu desertis: & mõtibus libycis: & arabicis: ut diximus: tuta erat: Austrũ uersus troglodyte: & Blemyes: et nube: & megabari erant: qui ethiopes supra Syenem habitant. suntq; ii nomades: non tamẽ multi: nec bellicosi: quanq̃ olim uiderentur: propterea qđ sepe latronũ more incautos adoriebantur. ethiopes quoq;: qui ad meridiem meroemq; pertendunt: nec ipsi ualde multi sunt: nec congregati. qppe qui fluuialem regionem longã: angustãq; habitant: qualem antediximus: nec ad bellum: nec ad aliam uite rationem bene instructi. quin etiam nunc eodem mõ tota regio se habet. Cuius rei indiciũ est: qđ a tribus romanorũ cohortibus: nec iis satis plenis: ea custoditur. quũq; aliquãdo ethiopes aggredi nostros ausi essent: cum tota regione contigit periclitari: sed nec relique copie in egypto tãte erãt: nec omnibus unq̃ romani usi sunt: nam nec egyptii ipsi sunt admodum bellicosi: quanq̃ multi sint. nec etiam finitime gentes. Gallus Cornelius cui primum prouintia a Cesare commissa est: heroum urbem que defecerat: cum paucis recepit: rursum quum in thebaide seditio: pp̃ter tributa exorta esset: facile eam cõposuit. deinde Petronius: multis milibus Alexandrinorum in eum irruẽtibus: iactu lapidum cum militibus suis obstitit. & nõnullis eorum interemptis: ceteros facile repressit. Gallus Elius cum parte presidii: qđ erat in egypto: in Arabiã ingressus: dictũ est: quomõ eos imbelles ostẽdit: & nisi Syleus eum prodidisset: Felicem Arabiam totã subegisset. Cũq; ethiopes nostros contemnerent: propterea qđ pars quedam copiarum que in egypto erant: cum Gallo elio distracta esset: bellũ in Arabia gerente: ingruentes in thebaidem & in tris cohortes: que syenes presidio erant: syenem: & elephantinam: & philas repẽtino impetu ceperũt. & captiuos duxerunt: & cesaris statuas euerterunt: quumq; Petronius aduẽtasset: cum paucioribus q̃. x. milibus peditum: et equitibus octingentis: aduersus. xxx. hominum

milia: primum eos compulit ut pselcham fugerent ethiopicam urbem. missisq; ad eos legatis: repetiit que capta erant: et causas quamobrem. bellum mouissent. quũ uero se iniuria affectos a principibus dicerent: respondit: non illos esse regionis dominos: sed cesarem. petentibus dies tres ad deliberandum: & nihil tandem efficientibus eorum: que oportebat: mouens cõtra eos: in pugnam procedere coegit. Ac subito in fugam uertit cum male armati essent: & inordinati. nam scuta ingẽtia: & ex bouis tergore cõfecta: habebant. arma: quibus offenderent: secures erant. alii sudes: nonnulli gladios gerebãt: fuere qui in urbe latitarẽt: alii per deserta fugam ceperũt: alios ꝓxima insula excepit sese in flumen immittentes. Nam hoc in loco: propter aque fluxum Crocodeli pauci sũt. ex iis erant imperatores: regine Cãdaces: que ꝑ nostra tẽpora ethiopibus imperauit: uirilis sane mulier. sed altero oculo capta. Hos itaq; omnes cepit traiecto ratibus ac na/uibus flumine. et extemplo Alexandriam misit. atq; Pselcham profectus: eam cepit: unde adnumerata captiuis multitudine eorum: qui in prelio ceciderũt: pauci omnino euasere. Ex pselcha premnam uenit urbem natura munitam: cumulos trãsgressus: in quibus Cambysis exercitus obrutus est: uento incidente. Eam adortus: primo impetu cepit. Inde Napata progressus est: que candaces regia erat: ubi eius filius immorabatᷓ: Ipsa uero: cum in loco proximo esset: legatos misit: qui de pace tractarent: redditis statuis: et captiuis qui capti fuerãt in syene. Ille ingruẽs napata capit. ac diruit: puero fugiente. ratusq; ulteriora inuia esse cum spoliis. regreditur. Premna & moenibus: et presidio: & quadringentorũ hominũ cibariis in bienniũ firmatata abiit Alexandriã. Ex captiuis autem ceteris uenundatis: mille ad cesarẽ mittit: nup ex cãtabris reuersũ: Nonnulli uero ex iis morbo consumpti sunt. Interea Candacem cum multis hominũ milibus presidium aggressam: Petronius cũ auxilio anteuortit. et castellum ingressus: multo apparatu confirmauit: et cum illi legatos ad eum mitterent: iussit: siquid uellẽt: ad Cesarem proficiscerentur: quibus negãtibus scire se: quis Cesar esset: et qua ad eum iretur: dedit qui eos ducerent. In samum itaq; profecti Cesarem inuenerunt: in Syria progredi parantem. et tiberium in harmeniã. Ab eo facile que uolebant: impetrauere: Nam et tributa eis remissa sunt: sed de ethiopicis rebus satis in superioribus dictũ est: quare et hec cum egypto peragrata sit. ut autem sic dicendum sit: extremas habitanti mundi partes: que intemperate: et inhabitabili regiõi adiacẽt: propter frigus: aut estũ esse quasi aberrata quedam: ac defectus temperate: necesse est: qđ ex uita: et earũ rerũ inopia: que ad humanum usum attinẽt: perspici potest. Hi enim magna ex pte nudi incedentes: pastoralem: ac duram uitam degunt. eoꝝ pecora pua sunt. ut oues: Capre: et boues. Canes quoq; pusilli. asperi tamen. ac pugnaces. et fortasse ad hoꝝ paruitatẽ pygmei conficti sunt. Nam nemo fide dignus id ex uisu narrat. uiuunt ex milio: et ordeo: ex quibus etiam potum conficiunt: Butyrũ: et Adipẽ pro oleo habent: Poma non habent: pter palmulas: atq; eas ppaucas: in hortis regiis. Nõnulli herba uescunᷓ. et ramis tenellis. et loto: et calãi radice: Carnibus: et lacte: et caseo: et sanguine utunᷓ. Reges colũt ut deos. q plerũq; tẽporis clausi dõi sedẽt. Regni caput ẽ meroe: ciuitas: eodẽ nomine: quo et insula. Hanc insulã clipei figurã habere dicũt. Cuius magnitudo fortasse supra uerum dicta est. longitudine trium milium fere stadiorũ: amplitudine mille: ea montes frequentes habet. et nemora immodica: habitant ptim pastores: ptim uenatores. partim agricole. Sunt in ea erarie: ferrarie: et aurarie: et preciosorũ lapidũ genera. libyam uersus magnis quibusdã arene cumulis ambitᷓ. Arabiã uersus cõtinuis precipitiis. Austrum uersus fluminum concursu: Astabora. Astapode: et Astasoba: A septentrione est nili decursus: usq; in egyptũ: secundũ antedictã fluminis obliqtatem.

Ciuitatum domus ex palmaceis strigmentis sunt cõtexte: parietes etiam: ex lateribus.
Sales apud eos Fossiles sunt. quemadmodum & in Arabia: Abundãt arboribus: palma:
persico: ebeno: et Siliquastro: uenantur elephãtes: leones: et Pardales. Dracões babẽt:
qui cũ elephantis pugnant. & multas alias feras: que a tostis: & aridis locis: ad palustria
& aquosa confugiunt. supra meroem est Pseboa: lacus ingens: qui insulam habet satis
habitatam. Sed quũ citeriorem nili regionem libes habeãt: Vlteriorẽ uero ethiopes:
contingit eos: insule: & fluuiali regioni imperare. quibus uictoribus: alii expulsi cedãt:
ethiopes arcubus quadricubitalibus ligneis: ac preustis utuntur. Armant̃ etiã mulieres:
quarum plereq; oris labium eneo circulo traiectum habent. et cum uelleribus careãt:
pelliti sunt. Nam oues apud eos caprinam lanam habent: nonnulli nudi incedũt: aut
breuibus pellibus incincti: aut texturas quasdam induunt: ex pilis bene cõtextis. Deũ
putant: alterum immortalem: alterum mortalem. Immortalem quidem eum qui rerũ
omniũ causa sit. Mortalis uero apud eos incertus est: et nomine caret: sed frequentius
eos a quibus beneficium acceperunt: & reges: pro deis habent. Putant preterea reges
suos communes omnium conseruatores: & custodes esse. Ceteros uero priuatos: eoꝝ esse:
quibus benefecerunt. ex iis: qui ad torridam habitant: nonnulli sunt: q deos nõ colũt.
quos etiam soli dicunt infensos esse: & detestari: cum eum exoriri uident. propterea ꝙ
eos ardeat: & oppugnet: atq; ob id in paludes fugere. Meroite ultra alium quendam
barbarum deum: etiam herculẽ: Pana: & Isim colũt. Mortuos alii in flumẽ ꝑcipitant:
alii circumfuso uitro domi seruant: alii in fictilibus alueolis eos circũ tẽpla defodiũt.
Iusiurandum per eos exigunt. & omnes pro sanctis habent. Regem constituunt eũ:
qui uel forma: uel alendoꝝ pecoꝝ uirtute: uel robore: uel opibus excellat. In Meroe
olim primum ordinem sacerdotes obtinebant. qui tantam auctoritatem habebãt. ut
nonnunq̃ misso nuntio: mortem regi imperarent. & pro eo alium faciebant. Postea
rex quidam consuetudinem hanc aboleuit: cum armis in fanum irruens: ubi aureum
sacellum erat: et sacerdotes omnes iugulauit. Atq; hic etiam ethiopum mos est: ubi rex
aliq̃ parte corporis orbatur: Familiares idem quoquomõ patiũtur: et cũ eo moriunt̃:
idcirco maxima regi custodia adhibetur: ac de ethiopicis quidem hactenus egyptiacis
uero ea adiicieda sunt: que illorum propria dicũtur. ut egyptia faba: ex qua ciboriũ
fit. Item biblus. hec enim solũ ibi sunt. et i India. persicus uero ibi: et in ethiopia solũ:
Arbor magna: fructu dulci: & grandi. Item morus: que fructum fert qui Sycomorũ
dicitur: Nam ficui persimilis est: gustatu uero malus. Nascitur etiã Corsium fructus:
piperi similis. aliquanto tamen maior: pisces in nilo ꝑmulti sunt. ac diuersi qui ꝓpriam
quandam et suam formam habent. sed maxime noti sunt oxyrynchus: et lepidotus:
et latus: et alabes: et Coracinus: et Porcus: et Phagorius: quem etiam phagrum uocãt.
Item Silurus: et Citharus: et Alosa: et Mugil. ex testaceis dilichnus: Physa: Bos item:
Cochlie ingẽtes: q uocẽ ululatui similẽ edũt: Animalia quoq; sua habet. Ichneumonẽ:
& egyptiam aspidem: que proprium quiddam habet: preter alias aliorum locorum. Ea
duplex est. Altera palmaris que celerius interficit: Altera passus fere longitudine: ut
Nicãder ait q de serpentibus cõscripsit. ex auibus ẽ Ibis et accipiter egyptius q mitis
ẽ. preter alios q alibi sunt: queadmodũ et felis: bubo quoq;: alius modi ibi est. nã apud
nos aqle magnitudinem habet. et graue canit. In egypto uero graculi magnitudiẽm:
uocem autem diuersam. Sed mitissima ẽ Ibis: magnitudine et figura ciconie persimilis:
Colore autem duplex. nam altera ciconie similis. altera tota nigra. et nullũ alexandrie
triuium: non eis plenum est: ptim utiliter partim inutiliter: utiliter quidem qa omnem
serpentem: et omnes macelli immũditias colligit. Inutiliter uero: quia immunda est: et

omnia comedit. nec facile a mundorum coinquinatióe arceri potest. Verumq; illud herodoti est. egyptiorum esse: lutum mãibus tractare. massam uero: ex qua panis fit: pedibus. Caces quoq; apud eos est proprium quoddam panis genus: qđ uentrē sistit. et cici ex quo oleum exprimitur et in aruis seritur. eo omnes fere indigene ad lucernã utuntur: pauperiores uero: et operarii: ad unctioēm: tum uiri: tum mulieres. Itē rubra contexta egyptiaca sunt. ex stirpe quadam conficiūtur iunceis uel palmaceis similia. Ceruisia quanq̃ proprie apud illos fiat: multis tamen communis est. et apud quenq; diuerso modo conficitur. Atq; hoc quoq; peculiare apud eos est: omnes filios educare: & circuncidere: & feminas excidere: qđ iudei ex lege habent: qui ut supradiximus cũ de eis loqueremur: ab antiquo sunt egyptii. Autor est Aristobulus: nullum piscem ex mari ĩ nilũ ascēdere pter mugilē: Alosã: et Delphinũ: ꝓpter Crocodelos. Delphinos: quia prestãtiores sunt: mugiles: qa a porcis secus terram ducanť: ob quandã naturalē conuenientiam. Crocodeli enim a porcis abstinent. qui cum rotundi sint: et spinas ad caput habeant: piculum beluis afferunt: Ascēdunt itaq; mugiles: ut ille inquit in uere: quum pregnantes sunt: descendunt autem paulo ante pleadis occasum: una omnes pariturí: Tunc etiam in septa incidentes capiuntur. Idem de Alosa licet cõiectare. Ac de egypto quidem hactenus. De libya deinceps dicendum est: que totius geographie pars reliqua est. Quare cum multa de ea dicta sint: que nũc maxime ad rem uidenť pertinere: commemoranda sunt. In quo: siqua prius dicta non fuerint: ea adiiciemus. Qui itaq; terrarum orbem in continētes diuisere: inequaliter diuiserunt. qđ autem in tria equalia diuiserint: tripartita diuisio indicat. Sed tantum abest libyam tertiam esse orbis partem: ut etiam posita cum europa: Asie non coequetur: et fortasse minor est: q̃ europa. uiribus profecto multo ē impar: Nã maxima mediterranee pars: & regio: circa oceanum: deserta est. paruis preterea habitatiõibus: et sparsis: et magna ex parte pastoralibus: distincta ē: ad solitudiēm accedit: qđ multa loca que habitari possēt: nõ habitantur propter feras. Multum quoq; torrida zona occupat. Ora uero que ex aduerso nobis est: tota bene habitatur: quecunq; inter nilum atq; Herculis columnas iacet: presertim ea: que sub carthaginensibus est. quanq̃ et ibi loca quedam intercidũt: siti uasta: qualia circa syrtes: et marmaridas: et catabathmum: sũt. Eius figura est: siqs in plano cõsideret: rectangula: triquetra. cuius basis est ora nobis aduersa: ab egypto atq; nilo usq; in mauritaniam: & herculis columnas. Rectum uero angulũ hec efficit: & latus a nilo usq; in ethiopiam ductũ intrantibus usq; ad oceanum. latus uero recto angulo subtensum est: regio tota: que secus oceanum iacet: inter ethiopes alios: atq; mauritaniam. quare loca que circa ipsum dicte figure uerticem: iam torride subiacēt: ex cõiectura quadam dicimus: propterea qđ inaccessa sint. unde nec maximã regiõis huius latitudiēm dicere ꝓmptum est. In supioribus tamē hoc diximus: ex Alexãdria in meroem ethiopici regni caput eunti: Austrum uersus: esse stadiorum fere. x. milia. Inde recta in exuste fines: et hĩtabilis: sunt alia tria milia: maxĩa itaq; libye latitudo ponenda est. xiii. xiiii. ue milium stadioꝝ. longitudo uero paulo minor q̃ dupla. Atq; hec de libya in uniuersum dicta sunt: particulatim uero dicemus: Ab occidentalibus clarioribusq; partibus incipiētes: Hoc in loco ii habitãt: q a grecis maurusii appellanť: libycum genus: & magnum: & opulentum: eos romani & indigene mauros uocant. et Iberie sunt oppositi. Iuxta hos etiam est columnaꝝ fretum: de quo iam multa dicta sunt extra columnarum fretum procedenti ad sinistram: mons est in libya: quē greci Atlantem uocant: barbari uero Dyrim. Hinc iugum quoddam expositũ est: extrema mauritanie pars: occidentem uersus: et cotes appellatur: proximũ est oppidũ quoddã:

paruum: supra mare. Id barbari Tinga uocāt. Artemidorus Linga: Eratosthenes lixū appellauit. & contra gades est: octingentorum stadiorum transitu diremptum: q̄tum utraq; etiam distant a freto columnarum. lixo & cotibus ad austrum sinus iacet: qui emporicus uocatur: et habitationes mercatorias habet: ex palma confectas. Tota ora huic sinui continua: sinuosa est: detractis autē finibus: et eminētiis: que sunt in triquetra libye figura: a nobis descripta: intelligendum est continentem plurimum ad meridiem atq; orientem excrescere. Mons qui a cotibus usq; in syrtes: per mediam mauritaniam tendit: et ipse: et montes qui cum eo pariter procedunt: satis habitātur. In initio q̄dem a maurusiis. In ipso uero regionis secessu: a maxima libye natiōe: q getuli appellanť. Sed multa figmenta ore exterioris libye rerum scriptores commenti sunt: Ab ophele circumnauigatione incipientes: : de quibus etsi supra mentionem fecimus: nunc tamen non nihil dicendum uidetur. petita narrandorum monstrorum uenia: sicubi in talia incidere cogemur: nolumus enim omnia silētio preterire: simul & historiā quoquomō implere cupimus. Dicunt itaq; in emporico sinu: antrum esse: qđ interius suscipit usq; ad. vii. stadia. In eius autem frōte locum esse humilem: et planum: in quo herculis ara sit. eamq; minime obrui ab influxu. qđ ego unum ex figmētis puto. huic proximum illud est: qđ insequentibus finibus tradunt. antiquas scilicet tyriorum habitatiōes: que nūc deserte sunt: urbes non pauciores. ccc. q̄s pharusii: ac Nigretes fuerint depopulati. Dicunt hos a linge distare itinere dierum. xxx. Mauritaniam feracē esse. parte tamē excepta: que deserta est: & fluminibus: ac lacubus abūdare ab omnibus cōcessum est. Arbores profecto: et multas et magnas habet. et omnia fert: Atq; et ea mensas ex uno integroq; ligno: ac uarias rōanis suppeditat. eius flumina Crocodelos: et alia animaliū genera habere proditum est. iis similia: que sunt in nilo: Sunt qui credant nili ortum: extremis mauritanie partibus proximum esse. In quodam flumine hirudines gigni septenum cubitorum: que gulam perforatam habeant per quam respirent. Item in ea regione uitem nasci: cuius crassitudinē: uix duo homines complecti queant: racemum esse cubitalem. et omnem herbam altam. et olus recens. et Dracontium. Staphylinoꝝ. Hippomarathri. & carduoꝝ Scapos duodenum cubitorum: crassitudine palmorum quaternum. Alit hec regio Dracones. elephantos. Capreas. Bubalos. et similia animalia. Item leones ac pardales: fert etiā mustelas: felibus pares: ac similes: excepta rictus emi/nentia. Simiarum quoq; maximā multitudinē. Refert Posidonius se: quū ex gadibus in italiam nauigaret: in libye oram delatum esse. Ac siluā quādam secus mare uidisse: simiis plenam. quarum alie super arboribus: alie in terra sederent. nonnulle catulos haberent. et ubera depēdentia. risisse itaq; cum eas uberibus graues cerneret. nōnullas etiam Caluas: nonnullas erniosas. et alia quedam huiusmodi detrimēta pre se ferētes. Supra hāc est ethiopum regio qui hesperii uocanť: magna ex parte male habitata. Auctor ē Iphicrates: hoc in loco camelo pardales gigni. & elephātes: & eos q Rhizes uocanť forma tauris p̄similes. uita uero: et magnitudine et pugnādi uiribus elephātes referre. addit magnos dracones inesse: adeo ut herba super eis innascatur. leōes quoq; elephantorum pullos aggredi. quos quum uulnerarint: iam matribus succurrentibus fugiant. Illas uero cum filios sanguine maculatos uiderint: eos interficere. leones post modum reuersos cadaueribus uesci. Narrat etiam Bogum maurorum regem: quum in hesperios ethiopes ascēdisset: misisse dono uxori calamos indicis similes: quorum genu quodlibet octonos modiolos caperet. & similem asparagorum magnitudinem. A linge in exterius mare nauigātibus: ē ciuitas zelis: et Tīga. postea septē fratrū monumēta. & imminēs mons: multis feris: & magnis arboribus plenus: nomine Bela. columnarum

fretum lõgitudine dicitur ſtadioꝝ.c.ac.xx.minima uero latitudine.lx.ad elephãtem.
Vlteriuſ nauiganti:ſunt urbeſ:& flumina complura uſq; ad amnem Molochath:qui
maurorum maſſe ſyliorumq; regionem terminat. Vocatur preterea et promontoriũ
magnum flumini proximum:et locuſariduſ:ac ſterilis metagoniũ.& fere mõſ a Coteiſ
bucuſq; pertendit. longitudo a Coteiſ uſq; in maſſeſyliorum fineſ: eſt ſtadiorum.v.
milium. Metagonium noue carthagini reſpondet:que ẽ e regiõe. Timoſthenes dixit
id cõtra maſſiliam eẽ. At non bene. Tranſituſ enim a noua carthagine metagoniũ:
eſt ſtadiorum trium milium. Preternauigatio ab ea maſſiliam uſq;:pluriũ ſex milibuſ
ſtadiorum. Sed cum mauri adeo uberem regionẽ inhabitẽt:tamen ad hoc uſq; tẽpuſ:
magna ex parte paſtoraliter uiuunt. Hi come cincinniſ exornanẽ:& barba:et auro:
et terſura dentium:& unguium cultu. Raro uideaſ inter ſe contingere dum ambulãt:
ne capillorum ornatuſ perturbetur. pugnãt frequentiuſ ab equo haſtati. equiſ nudiſ
utenteſ:& iunceiſ freniſ. gerunt etiam gladioſ: At pediteſ elephãtum pellibuſ ꝑ clipeiſ
ſe protegunt. leonum:& pardalium:& urſoꝝ pelleſ induũt. & dormiẽtibuſ ſubſternũt.
ac fere et ii:& ſequẽteſ maſſeſyli & libeſ magna ex parte uniuſ ſunt cultuſ. & in ceteriſ
perſimileſ: paruiſ equiſ utẽteſ: celeribuſ tamen. et obtẽperantibuſ: adeo ut ſola uirgula
gubernenẽ. Equi collaria ex ligno habent:aut pilo cõfecta. e qbuſ habena dependet.
ſunt qui etiã non tracti dominum ſequuntur:ut caneſ. Pelta utunẽ parua ex chorio
cõfecta:lãcea lata:& ꝑua. diſcincti. tunice ample:& pelliſ:ut dixi:ueſtiſ eſt: et clipeuſ.
At pharuſii:et Nigreteſ:qui ultra hoſ habitant:heſperiſ ethiopibuſ uicini:ſagittant
quenadmodum ethiopeſ. falcatiſ quoq; curribuſ utuntur:miſcentur nõnunq̃ mauriſ
pharuſii per deſerta:aq̃rum utreſ equiſ portãteſ:nonnunq̃ per loca quedã paluſtria:
et lacuſ: cyrtam ueniunt. quidam ex eiſ dicuntur troglodytarum more: ſub terram
habitare:et eſtiuiſ hymbribuſ abundare. hyeme uero ſiccitate laborare: nonnulli ex
iiſ barbariſ:ſerpentum ac piſcium choriſ:indumentiſ ac ſtramentiſ utuntur. Sunt qui
dicant mauroſ Indoſ eſſe:qui cum hercule in hunc locum deſcẽderunt. ſed paulo ante
noſtra tempora Boguſ et Bochuſ regeſ romanorum amici: eam tenebant. quibuſ de/
ficientibuſ Iuba ſucceſſit in imperio. Nam Ceſar auguſtuſ:ad paternum regnum:hoc
etiam illi conceſſit. Iſ Iube filiuſ fuit:eiuſ qui cõtra Diuum ceſarem cũ Scipione bellũ
geſſit. Quum uero Iuba nuper diem obiiſſet:ſucceſſit in impio Ptolemeuſ:ex Antonii
& Cleopatre filia ortuſ. Artemidoruſ Eratoſtheni contradicit qui pro linge lixũ urbẽ
dicit. circa extrema mauritanie occidẽtalia:palmaceaſ quoq; urbeſ permultaſ dirutaſ
eſſe. quarum ueſtigium nullum appareat. In heſperiſ ethiopibuſ aereſ apertoſ eſſe. cũ
ante dixerit matutiniſ & antemeridianiſ temporibuſ craſſoſ eſſe:& caliginoſoſ. quomõ
enim in ſicciſ & eſtuoſiſ lociſ hec eſſe poſſunt? Verum ipſe longe peiora dixit de eiſdẽ
lociſ. ſcribit enim Lotophagoſ quoſdã:qui ſiccam regionem incolant:et loton edant:
herbam quandam:et radicẽ:qua comeſta nihil potu indigeãt:eoſq; uſq; ad loca ſupra
cyrenem progredi. qui uero ibi ſint:lac bibere. et carnibuſ ueſci. quanq̃ in eadem ſint
plaga. ſed nec Gabiniuſ romanoꝝ ſcriptor a mauritanie mõſtriſ recenſendiſ abſtinet.
Scribit enim apud lingem Antei ſepulturam eſſe:et tibiam cubitoꝝ.lx. quã a Sertorio
nudatam ait. ac rurſum terre demandatam: Addit etiã de elephantiſ fabuloſa quedã.
Dicit enim ceteraſ feraſ ignẽ fugere:elephãteſ uero ei reſiſtere:ac repugnare: ꝓpterea
quod ſiluam conſumat. eoq; cum hominibuſ certare. et ſpeculatoreſ premittere. et cum
illoſ uiderint: fugere. quũq; uulnera acceperit: ramoſ:uel herbã:uel puluerẽ:ſupplices
pretendere: Poſt mauritaniam eſt maſſeſyliorum regio:a Molochath flumine initiũ
ſumenſ:finienſ uero in promontorium qđ maſſeſyliorum & maſylibũ confiniũ dicitẽ.

a Metagonio tretum usq; sunt stadiorum sex milia: sunt qui pauciora arbitrētur. ora maritima cōplures habitationes: et cōplura flumina habet. & regionē ualde cōmodā: sed satis sit: mentionem eo⁊ facere: que sunt clariora. Distat itaq; Siga ciuitas a dictis finibus: mille stadio⁊ interuallo. et Syphacis regia: que nūc diruta est. Post Syphacē Masinissa obtinuit regionē. postea Micipsa: postea eius successores. Per nostra tempa Iuba: Iube pater nuper mortui: diruta est etiam a romanis: Zama: huius regia. Post Siga: in sexcētis stadiis ē deo⁊ portus: postea alia loca obscura. que uero in penitiore iacent regione: montana sunt: ac deserta: que getuli tenent: quodāmodo dispersa sunt: usq; ad syrtes. Ibi uero ad mare & cāpi uberes sunt. & urbes multe: & flumina & lacus. Posidonius scribit: an uere: haud quaq̄ scio: raris: paruisq; fluminibus libyam irrigari: de iis enim dicit: que Artemidorus magna existimat. hoc profecto in mediterranea uerius dici potest. et huius rei causam affert: ꝙ in partibus septētrionalibus nō pluat: quenadmodum nec in ethiopia. ut sepe propter siccitatem pestis incidat. & lacus cenosi fiant. & locuste abundent: addit etiā oriētalia humida esse ꝙ sol exoriēs cito ꝑtereat. Occidentalia uero sicca: ꝙ sol ibi conuertatur. Nā humida: & sicca: illa preter aq̄rum copiam: uel inopiam: hec preter eadem in sole dicuntur. Vult dicere preter soles: hec omnes septentrionalibus: uel meridionalibus plagis assignant. Nam ex orientalibus: & occidentalibus nonnulla ad habitationes dicta: secundum quamq; habitationem: et orizontū diuersitatē: alia atq; alia sunt. q̄re de iis: que multitudine in cōprehensibilia sunt: in uniuersum dici non potest. ꝙ orientalia scilicet humida sint: occidentalia uero sicca. Sed ut ad habitabilem totam: et talia extrema referuntur: qualis est India: & Iberia. dicet itaq; huiusmodi causam. sed quam tandem suasioēm habet hec respōsio? In continuo enim ac iugi solis circunductu: que nam esse potest conuersio? Preterea transeūdi pernicitas: ubiq; est equalis. Dicere etiam ꝙ Iberie uel mauritanie extrema: occidenti proxima: Ceteris omnibus sicciora sunt: preter euidentiam est. & quod aerem temperatū habeant: & ꝙ aquis plurimis abundent. ꝙ si cōuerti: tale quiddā accipiat: ꝙ scilicet habitabilis extrema: hoc in loco supra terram sint: qd hec mehercule attinēt ad siccitatem? Nam et in his: & in ceteris habitabilis terre locis: qui eiusdem sunt plage: Sol equali tempore noctis absistens: iterum reddit. et calefacit terram. Est etiam ibi bituminis fons. et erarie. et pennatorum: et non pennatorum scorpionum multitudo. magnitudine: ut fertur: septenum uertebrarum. Item Sphalangia: et multitudine: et et magnitudine excellētia. lacertas etiam bicubitales dicunt. In pretermōtana lapillos inueniri carbūculos. & carchedonios. In campis testacearum et serpentū multitudinē: ut dictum est: quū de Ammone ageremus. Itē apud eos arbor est: nomine Melilotus: ex q̄ uinum conficiunt: nonnulli terrā biferā habent. et duas messes faciunt. Culmus est quinum cubitorum lōgitudine. crassitudine uero pui digiti: fructū affert. modius ducentenos et quadragenos: uere non serunt. sed terre colligatis paliuris uerse: atq; scarifate: semina satisfaciunt: que ex spicis in messe ceciderunt: maturescunt enim ibi estiue fruges: sed propter serpentū multitudinem: operarii ocreas gerūt. ceteras corpis partes pellibus contegentes. Dormituri uero: lecti pedes allio illinūt. scorpionū gratia paliuris circumligant. In hac ora fuit ciuitas quedam: nomine Iol: quam cum Iuba ptolomei pater muniret: mutato nomine Cesareā uocauit. Ea portū habet: & insulā ante portum. Inter portum: atq; tretum: est magnus portus: quem Saldā uocāt. Atq; hec sunt confinia Iube et romanorum: Nam multis modis regionis partitiones facte sunt: Cum qui eam incolerent: complures essent. & Romani aliis amicis: aliis hostibus uterentur. ut aliis alia: et dare: & auferre: non eodē modo contingeret. Ea quidē pars:

que mauritanie est proxima: uires ac pueruus maiores habebat: que uero carthaginē: et massesyliorum terram cōtigit: florentior est. & melius composita. q̄q̄ primo: ꝓpter res carthaginensium ualde labefacta: postea propter id bellū: qđ cū Iugurtha gestū est. Nam ille quum Aderbalem romanorū amicum utice obsedisset: atq; interemisset: regionem bello compleuit. Postea alia atq; alia bella sunt secuta. Sed ultimum fuit: qđ Cesar cum Scipione gessit. in quo & Iuba mortuus est: et urbes cum principibus delete sūt: Tisiaus: & uata: & Thala: & Capsa: ubi Iugurthe thesauri erāt: & zagma: & zicha: et ee apud quas Cesar Scipionem debellauit. primo apud Rhuspinū: deinde apud uzita: deinde apud Thapsum: et proximum ei lacum: & apud alia loca: ut zellā: & Acbollam liberas ciuitates. Cepit etiam Cesar primo adortu insulam: & Thenā: urbē maritimam. e quibus omnibus alie prorsus delete sūt: alie semidirute relicte. Pharam Scipionis equites incenderūt: post Tretum est Massesyliorum: & carthaginensiū regio. Cyrta Sanasi: & successorum regia: est in mediterranea: urbs munitissima: et optime structa: cum a ceteris: tum a Micipsa: qui et grecos in eam habitatū deduxit: & tantā effecit: ut. x. eqtum milia: et peditū. xx. emitteret. Cyrta itaq; hic est. & duo hippones: alter utice proximus: alter remotior: & Treto propinquus. ambo regie. utica: & magnitudine: et auctoritate secunda est: post carthaginem: que: illa excisa: ut metropolis erat. et receptaculum romanorum: ad res in libya gerendas. Ea in eodem sinu sita est: quo carthago: Ad alterū ex promōtoriis: que sinū faciunt: Atq; id: qđ iuxta uticam est: Apollonium uocatur. Alterum uero Hermean. urbes ipse ex aduerso inter se respondent. propter uticam: Bagrada amnis labitur. a Treto carthaginem sunt stadioꝝ duo milia et quingenta: quanq̄ nec hec distantia conceditur. nec que usq; in Syrtes est: Cartago ī peninsula quadam iacet: que ambitū habet stadiorum. ccc. & . lx. muro cinctum cuius. lx. stadioꝝ longitudinem iugum occupat: qđ a mari in mare descēdit: ubi carthaginensium elephantes stabula habebāt. qui locus amplissimus est. In media fere urbe arx fuit: quam byrsam uocarunt. supercilium satis erectum: & circumcirca habitatū: in cuius uertice esculapii templum erat: qđ Asdrubalis uxor capta urbe secū concremauit. Arci portus subiacent: & Cothon pua insula: & in orbē ducta: & euripo comprehēsa: ea circumcirca nauale habet: qđ Dido cōdidit: cū gēte ex Tyro ꝓfecta: et adeo fortunata fuit: hec phoenicum colonia: & ea: que in Iberia est: etiam usq; ad Herculis columnas: ut adhuc optimam europe partem: & in continenti cōplura loca: & adiacentes insulas habeant. At libyam profecto omnem adepti sunt: que quidē nō pastoraliter habitari poterat. His opibus urbem Ro. imperii emulam compararunt. & tribus maximis inter se bellis decertarunt. Sed carthaginensium potētia: presertim ex ultimo bello perspicua est: in quo a Scipione Emiliano euersi sunt. et urbs funditus deleta. Hi enim in initio belli. ccc. urbes in libya habebant. In ciuitate hominū milia septingenta: obsessi: et in deditionem coacti: Armaturarum dederūt. cc. milia: bellicoꝝ instrumentorum tria milia: tanq̄ nō amplius bellaturi. Sed quū rursum bellū gerere decreuissent: mox arma fabricare constituerunt. unde singulis diebus. c. & . xl. Clipei confecti: in armamentarium referebantur. et gladii. ccc. & lancee quingente: & mille tela missilia: Ancille funes ex pilo confectos prebebant: ad huc naues. xii. stabant ab anno quinquagesimo ex federibus in secundo bello percussis: Nam & tunc quum in arcem confugissent: duobus mensibus. c. ac. xx. naues cataphractas construxerunt: & quum Cothonis hostium asseruaretur: aliud effodere: unde subito classis erupit. adhuc enim antiq̄ materies aderat: et fabroꝝ multitudo: publice cōducta assidue opabatur: Et quāq̄ Carthago talis eēt: tn̄ capta ē et deleta. Totā uero regionē carthaginēsibus

subditam romani prouinciam effecere: atq; Massinissam ei prefecerunt. et Micipsæ posteros. Nam Massinissa ob uirtututem: & amiciciam: plurimum romanis cure fuit: & ipse numidas ciuiles & agricultores reddidit. & pro latrocinio eos militiam docuit: sed profecto peculiare quiddam hominibus his contigit. Nam cum regionem fecundā incolerent: quanq̃ feris abundantem. iis omissis: & agricolendi studio: licentius inter sese conuertebantur: & regione feris dimissa: uagam et instabilem uitam agebant: nō secus: q̃ qui ob inopiam: & locorum sterilitatem: & aeris inclementiam: eiusmodi uite genus eligunt. quare massesylii id nomen assecuti sunt. numide enim uocantur. necesse quidē hos inopes esse: & plerunq; radices edere. et carne: et lacte: & caseo nutriri. Cum uero diu Carthago deserta permansisset: eodē fere tēpore quo & corinthus rursum a Diuo cesare per id fere tempus instaurata est: missis eo colōis: qcunq; uellent. et ex militibus nōnullis: & nunc quoq; bñ habitat: siq̃ alia libye urbs. In medio hostio carthaginēsis sinus Corsura īsula ē. Ex aduerso his locis respōdet lilybeū: ī sicilia mille et qngentoꝝ fere stadiorum interuallo. Nam tāta a lilybeo carthaginem usq; distantia. Nō ꝓcul a Corsura: & Sicilia: distant: cum alie complures insule: tum etiam egimurus. Item. lx. stadiorū nauigatio est a carthagine in ulteriorē ꝓximam regionē: unde Nepherini ascensus est: stadiorum. c. ac. xx. urbē natura munitā: & super petra quadā edificatā. In sinu carthaginensi est Tunis ciuitas: & aque calide: & lapidarie quedā: deinde her/mea promontorium asperum: cui proxima est ciuitas eodem nomine: deinde neapolis: deinde Taphitis ꝓmontoriū: et ī eo collis qdam Aspis nomīe a similitudīe appellatus: quem Agathocles sicilie tyrannus habitauit: quo tempore carthaginem nauigasset. he urbes a romanis cum carthagine sunt euerse stadiis quadringentis. procul a Taphitide est Corsura insula: cōtra selinuntē sicilie fluuiū posita: ambitū habens. c. & l. stadioꝝ. et urbem eodem nomine. Distat a Sicilia per sexcenta fere stadia. Melite etiam insula distat a Corsura stadiis quingentis. Deinde est Adruma ciuitas: in qua erant naualia: postea insule multe: et crebre nomine Taricheie: postea tapsus ciuitas: postquā insula est in pelago lopadussa: postea ammonis promontorium: postea Thera urbs: circa parue syrtis initiū. Alia quoq; oppidula ꝑmulta interiacent nō digna memoratu. In ꝑncipio syrtis: insula quedam adiacet oblonga: nomine Cercinna: bene magna. que urbē habet eodē nomīe. Itē altera minor cercinnitis: his cōtinua ē minor syrtis. q̃m lotophagitim syrtim uocant. Huius sinus ambitus est mille et sexcentoꝝ fere stadioꝝ: oris latitudo sexcētorum. Iuxta utrunq; ꝓmontorium: que os efficiūt. Insule adherescūt continēti: cercinna scilicet q̃ de diximus: et Meninx: magnitudine eq̃les. Meningē: lotophagoꝝ terram putant: cuius Homerus meminit: & signa quedā extāt: & olyssis ara: et fructus ipse. Nam lotos arbor multa ī ea est: fructu suauissimo: permulta in ea oppida sunt: sed unum eodem nomine: quo insula. & in ipsa syrti oppida plurima sunt. In recessu ipso est ingens emporium: cui flumen allabitur in sinum emittens. maris affluxus et refluxus huc usq; pertendunt: Ac tunc finitimi maximo studio ad captandos pisces excurrunt: post syrtim est lacus nomine zuchis: quadringētorum fere stadioꝝ: habēs ingressum arctum. ad quem urbs est: eodē nomine. Ea purpurificium: et uarias pisciū conditura habet: postea est alius lacus: longe minor. post quem est Abrotonū ciuitas. et alie quedam. continua est Neapolis: quā leptim uocant: dehinc est Epizephyrioꝝ locroꝝ traiectus id est stadia tria milia & . vc. postea est flumen: postea murus qdam: quem carthaginenses condiderunt: barathris qbusdam in pōte iunctis: que in regionē recedebant. Hic sunt loca quedam importuosa: cum cetera ora portus habeat. postea est promontorium altum: & siluosum: magne syrtis initium: qđ cephalas uocant. Ex

carthagine ad hoc promontorium sunt pauloplura. v. milibus stadiorum. Imminet aũt ore a carthagine: usq; cephalas: & massesylios libopboenicũ terra. usq; ad getuliae montana: que iam libyca sunt. Vltra Getuliam est garamantum regio. que cum illa pariter progreditur. Vnde carchedonii lapilli afferuntur. Dicunt Garamanthas ab ethiopibus: & paroceanitis abesse. viii. x. ue dierum itinere. Ab Ammone. xv. Inter getuliam et nostram oram multi campi interiacent. et multi montes: & magni lacus: et flumina: quorum quedam in terra demersa euanescunt. Hi et in uictu & ornatu frugales sunt. uxores multas: & multos filios habent. In ceteris Arabum Nomadibus persimiles. Eorum equi & boues ungulas ceteris longiores habent. Eoꝝ reges plurimũ equis student: ut ad centena pulloꝝ milia quotãnis recenseantur. Oues carne & lacte nutriunt. presertim in locis ethiopie uicinis: Atq; in mediterranea quidem hec. Maior uero syrtis nungẽtorum &. xxx. stadiorum ambitum habet. Diametrum in recessum mille & quingentorum: q̃ta fere est oris latitudo. Maioris ac minoris syrtis difficultas est: qđ cum multis in locis fundum sit cenosum: propter affluxus: & refluxus maris: contingit ut multi in breuia incidentes inherescant. & rara nauigia euadãt. q̃propter eminus nauigãt. cauentes ne incaute a uentis deprehẽsi: in sinus illidant. Nã hominũ periculum omnia pertentat: preserim nauigationes secus terrã. In maiorẽ uero syrtim nauigãti: post cephalas ad dextram est lacus. ccc. fere stadioꝝ longitudine. latitudine lxx. in sinum emittens. Is insulas quasdam habet. & stationem ante os: post lacum est locus nomine Aspis. & portus optimus omnium qui sint in syrte. Deinde continua est Euphrantas turris: carthaginensis regionis: et Cyrenaice Ptolemeo subdite cõfinium: postea locus nomine charax: quo carthaginenses emporio utebant. aduehentes uinũ. & inde succum & Silphium reportãtes: ab iis: q id ex cyrene clam exportabãt: postea sunt philenorum are: postea Automala castellũ: in totius sinus recessu positum. huius recessus parallelus: Alexãdrie parallelo paulo est australior: mille stadiis: carthaginis parallelo paucioribus q̃ duobus milibus. Cadit enim partim ad heroum urbem: que est in Arabici sinus recessu: partim in massesylioꝝ & maurorum mediterraneam: ubi iam reliqua ore pars est: usq; i urbem berenicem: stadia. viii. milia & qngenta: lõgitudini imminent: latitudinem preuaricãtes: etiam usq; ad philenoꝝ aras. Nasamones: libycũ genus: In eo spatio interiacent portus non sane multi. aque quoq; pexigue. Promõ-toriũ in quo Berenice sita est: Pseudopenias dicitur: iuxta lacum nomine Tritoniadẽ: in quo insula est: que ueneris templum habet. Est etiam hesperidũ lacus: in quẽ flumẽ lathon immittit. Vltra berenicem est paruum quoddã promontoriũ: nomine boriũ. quidem syrtis hostium: ac cephalas facit. Berenice contra peloponnesum iacet: ad id q Ichthys uocatur. Atq; etiam contra Iacynthum stadiorum trium miliũ: & sexcẽtoꝝ interuallo. Ex hac urbe. M. Cato terrestri itinere: syrtim peragrauit: in diebus. xxx. Ducto. x. milium hominum exercitu: & in partes diuiso aquarum gratia: profectus autem est pedibus per estum et profũdam arenã. Post berenicem est urbs Teuchira: quam Arsinoem uocant. Postea est barce: que postmodo Ptolemais dicta est: deinde Phycus promõtorium: humile quidem: sed ualde exponitur ad aqlonem. p̃ter reliq̃m libye oram. Id cõtra tenarum laconie iacet: duorum milium & octingentoꝝ stadioꝝ transitu: Est etiam ibi oppidulum eodem nomine: quo promontorium non procul a phycũte ẽ Apollonias: quo Cyrenensiũ naues applicãt: ad. c. &. lxx. stadia. A Berenice mille. A cyrene urbe maxima octoginta. que in cãpo quodam iacet: adeo edito: ut ex mari eam uideremus. Cyrenem therei condidere. q ex laconica ꝓfecti: Theram insulam coluerunt. Thera olim Calisto dicebatur. ut Callimachus ait.

Nomine Callisto primum: sed postmodo thera.
Dicta fuit tellus: urbis origo mee.
Cyrenensium portus contra occidentalem crete extremitatem: id est arietis frontem: iacet: mille stadiorum interuallo: Nauigatur autẽ leuconoto. Dicunt cyrenẽ a Batto conditam. quem Callimachus ait progenitorem suum fuisse. Ea ob regionis bonitatem plurimum creuit. Nam et equoꝝ nutrix est: & fructus optimos fert. Ea uiros claros complures habuit: qui et libertati optime preesse poterant. et imminentibus barbaris fortiter resistere. Nã et olim libera fuit: postea cũ macedonũ potentia esset adaucta: egypto occupata: eam odorti sunt: Thibrone imperante: a quo Harpalus occisus est. Quumq; aliquandiu sub regibus fuisset: tandem in romanorum potestatem deuenit: et nunc prouintia est: cum crete cõiuncta. Cyrenaica oppida sunt. Apollonia: Barce & Theuchira: et Berenice: et alia quedam proxima. Cyrenesis finitima est regio: quae Silphium gignit. et Cyrenaicum succum: quẽ silphium posterius effert. Id ꝓpemodũ defecit: quum aliquando barbari odio quodam ingruissent: ac radices eius pene omẽs eruissent. fuere hi nomades. uiri ex cyrene illustres fuere: Aristippus Socraticus. qui Cyrenaicã philosophiã instituit. & Areta eius filia: que ĩ schola successit: et Aristippus filius: qui matri successit. et Matrodidactus cognominatus ẽ. et Anniceris: q̄ cyrenaicã sectam uidetur emendasse: et Anniceriã ab ea deriuasse. Callimachus quoq; cyreneus est. et Eratosthenes: ambo ab egypti regibus in honore habiti: Alter poeta simul et grãmatice studiosus: Alter et in his: & ĩ philosophia: et in mathematicis prestãtissimus. Item Carneades: quem Academicorum optimum confitentur. et Cronus Apollonius hinc etiã fuit: Diodori dialetici magister: q̄ et ipse cronus dictus ẽ: magistri adiectiuo: in discipulum trans lato. Post Apolloniam est reliqua cyreneorum ora: usq; ad eum locum: qui catabathmus dicitur: stadiorum duum milium et. cc. preternauigationi nõ satis apta: propter portuum: et stationũ: et aq̄rum: inopiã. In hac preternauigatiõe loca sũt preclara: Naustathmum: et zephiriũ: qđ statione habet: et aliud zephiriũ: et cheronnesus promontorium: ubi portus est. Hoc contra crete circulum iacet: mille et quingentorum stadiorum interuallo: Austro nauiganti: Postea est Heracliũ. ultra qđ est uicus Paliurus: postea portus Menelaus. et Ardanaxes humile promõtorium: qđ stationem habet: postea magnus portus: cui obiacet cheronnesus: que in creta est trium milium fere stadiorum traiectu: Nam toti fere huic ore creta pariter opponit̃: angusta sane ac longa. Post magnum portum est alius portus: nomine Plynus. ultra eum sunt Tetrapyrgia. Iam uero reliqua sunt Paretonium usq;: et inde Alexandriam usq;. locus autem catabathmus dicitur: Atq; eo usq; cyrenaica pertendit: de qua nobis in egyptiacis rebus dictum est. Vlteriorem ac repostam syrtis regioẽm: & cyrenaicã: libes obtinent. sterilem sane: et aridam. primi Nasamones: postea Psylli: & getulorum pars: et Garamantes. magis autem ad oriẽtem Marmaritẽ. cyrene plurimũ accedẽtes: et usq; ad ammonem pertẽdentes. A maioris itaq; syrtis recessũ: in diebus quattuor ad hyemales ortus dicuntur peruenire: etiam qui placide et ociose incedũt. Hic locus est Ammoni similis palmifer: & aquosus. Imminet autem cyrenaice ad meridiem uergẽti: usq; ad. c. stadia: et arbores fert usq; ad alia. c. seritur solummodo: hec terra etiã oryzã gignit: propter siccitatem. ultra hanc est regio: que silphium fert: postea inhabitata et Garamantum terra: que Silphium fert angusta est: et longa: et arida. longitudo ad orientẽ solẽ eunti: circiter mille stadia. latitudo. cc. uel paulo plura: que q̄dem cognita sit. coniectare possumus totam deinceps eam: que ĩ eodẽ est parallelo huiusmodi esse: ex aere: et stirps huius productione. Sed quoniam uaste intercidunt solitudines: non

omnia loca scimus: eodē modo ignorantur: que ultra ammonem sunt: et Auases: usq; in ethiopiam: Nam nec ethiopie fines: nec libye dicere promptum ē. Immo nec eius: que secus egyptū iacet: aperte quicq̄ scimus. nec eius que secus oceanum est: q̄re nostre habitabilis partes sic se habēt. Sed quoniam Romani optima atq; notissima obtinēt: omnium superiorum principum imperia supergressi: quorum nos memoriā teneamus: non ab re uisum est: ut eorum res breuibus attingamus. quod itaq; Romani ex una ciuitate profecti: belli et pacis artibus totam italiam: deinde que italie proxima sunt omnia: eadem uirtute adepti fuerint: dictum est. cumq; tres sint continentes: europam fere totam habent: preter eas partes que extra histrū sunt: et preter Paroceanitas: qui inter rhenum tonaimq; habitant: Africe uero ora: que nobis ex aduerso est: tota eis paret. nam reliqua: uel inhabitabilis est: et sterilis: uel a pastoribus incolitur. eodē mō et Asie ora: que ad nos uergit: tota Romanis subdita est. nisi quis Acheos: & Zygos: & Eniochos: in ratioue ponat: qui in angustis admodum: et sterilibus locis: latronicium: & pastoralem uitam degunt. At mediterranee: et penitioris regionis: partim Romani habent: partim parthi: & barbari: qui ultra hos sunt: orientem ac septentrionē uersus. ut Indi: Bactrii: et Scythe: dehīc Arabes: et ethiopes: ac semꝑ eis aliqd addit̄. Vniuerse huius terre que Romanis paret: partim reges tenent: quam uero ipsi habēt: ꝓuinciam uocant. & prefectos: & questores in eam mittunt. Sunt etiam nōnulle ciuitates libere conditionis: Alie ab initio per amiciciam romanis adiūcte: Alie ab ipsis honoris gratia libertate donate. Sūt & principes qdam sub eis: & Phylarchi: & sacerdotes: atq; hi qdem secundū quasdam patrie leges uiuūt. Prouincie ꝑsepe aliter: atq; aliter diuise fuerūt. At in presentiarum ut cesar augustus constituit: Nam quum patria ei totius imperii patrocinium permiserit: et pacis et belli q̄diu uixerit potestatem habeat: totū imperiū bifariam diuisit. Nam ꝑtem sibi asciuit: partim populo dedit. ac sibi quidem quecunq; militum presidio indiget. Ea est regio barbara. et gentibus nondum subactis finitima: sterilis sane: et cultu difficilis: ut propter ceterarum rerum inopiā: et copiā munitionū: iugum detrectent. Populo autem reliquā cōcessit: que pacata est: & facile sine armis retinetur. utranq; portioēm in prouincias complures diuisit: quarum alie Cesaris: alie populi dicuntur. In suas prefecturas cesar ipse administratores mittit. et alio tempore aliter partitur regionem: et ut res postulat: ita uersatur. In populi ꝓuincias populus imperatores: uel consules mittit: sed he quoq; in diuisiones alias diducūtur: prout usus postulauerit. In initio tamen duas consulares fecit libyam scilicet que romanis paret: ea dumtaxat excepta: que prius sub Iuba fuit: nunc uero sub ptolemeo est: illius filio. Et Asiam cis halym: & montem taurum. galatis exceptis: et gentibus: que sub amynta fuerunt. preter etiam bithyniam: & propontidem: preturas uero. x. In europa qdem et adiacentibus insulis: eam scilicet que ulterior Iberia dicitur: circa Betim flumen est: et Attacem: et ex celtica narbonensem. Tertiam Sardiniam cum cyrno: quartā Siciliā: quintam et sextam Illyrii partem: que ad Epirum uergit et macedoniam. Septimā Achaiam: usq; in thessaliam: et etoliam et Acarnaniam: & nonnullas epiri gentes que macedonie sunt cōtermine: Octauam cretem cum cyrenaica. Nonā Cyprū. Decimā bythyniā cū ꝓpontide: et qbusdam pōti ptibus. Cetera Cesar: ꝓuincias habet: ī q̄rum alias procuratores mittit: Cōsulares uiros: in alias ꝑtorios: in alias homines ex equestri ordine. Reges uero et principes & decarche: ad eius portiones sunt: ac semper fuere:.


Io. An. Epi Alerieñ ad Paulum. II. Venetum Pont. Max.
in recognitionem Strabonis Epistola. Geographiam.
Strabonis Geographi Europe a Guarino Veronensi
translate. Primi Commentarii Capita. Sūmatim.
Strabōis Geographi Europe ꝓmus Cōmentarius. Si ad philosophū
Commentarii secundi Capita. Proponens.
Strabonis Geographi Commentarius secundus. In tertio.
Commentarii tertii Capita. Orbis terrarum.
Strabonis Geographie tertius Commentarius. Subiectum ergo.
Commentarii quarti Capita. Que ad Galliam.
Strabonis Geographici Commentarius quartus. Deinceps.
Commentarii quinti Capita. Que ab Alpium.
Strabonis Geographi Commentarius quintus. Post infimas.
Commentarius sextus. Post Silaris.
Commentarii septimi Capita. Septimus liber.
Strabonis Geographi Commentarius septimus. Cum a nobis.
Commentarii octaui Capita. In octauo.
Strabonis Geographi Commentarius octauus. Postq̄.
Commentarii noni Capita. Nonus liber.
Strabonis Geographi Commentarius nonus. Absoluta.
Commentarii decimi Capita. Decimus liber.
Strabonis Geographi Commentarius decimus. Postq̄ Euboea.
Geographie Strabonis a Gregorio Thiphernio translate
libri undecimi Capita. Vndecimus.
Geographie Strabonis liber undecimus. Europe.
Geographie Strabonis libri. xii. Capita. Duodecimus reliq̄.
Geographie Strabonis liber duodecimus. Cappadocia.
Geographie Strabonis libri. xiii. Capita. Tertiusdecimus.
Strabonis Geographie liber. xiii. incipit. Hactenus.
Geographie Strabonis libri. xiiii. Capita. Quartusdecimus.
Geographie Strabonis liber decimusquartus. Reliquum.
Geographie Strabonis libri. xv. Capita. Quintusdecimus.
Strabonis Geographie liber quintusdecimus. Ex Asia.
Geographie Strabonis libri. xvi. Capita. Sextusdecimus.
Geographie Strabonis liber sextusdecimus. Persiæ.
Geographie Strabonis libri. xvii. Capita. Decimusseptimus.
Geographie Strabonis liber decimusseptimus. Quoniam.

Aspicis illustris lector quicunq; libellos
Si cupis artificum nomina nosse: lege.
Aspera ridebis cognomina teutona: forsan
Mitiget ars musis inscia uerba uirum.
Cōradus suueynheym: Arnoldus pānartzq; magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
Petrus cum fratre Francisco maximus ambo
Huic operi aptatam contribuere domum.


cccclxxiiii

cccl
c
C cccLiiii dviii ix




K. B.










Strabo
Geographia
Roma
1469

Editio hec, quod Vetustissima, teneatur. 1

Eographiá multoſ ſcripſiſſe nouimuſ Pater Beatiſſime Paule. II. Venete. Pont. Maxime. tempoꝝ noſtrorú felicitaſ et gloria. cú eiuſmodi ſit doctrine opuſ: qđ omíbuſ gratú: a pluribuſq; tractatú: uix unq̄ tñ ad plenú: uel apprebenſum: uel explicatú eē: cenſeat̄. dú núc celi: núc mariú: núc ſituú ceteroꝝ rõe: aliqd ꝑoꝝ ſcriptiſ adiici poſſe: ꝑſpicit̄. tanta conſequente lectioniſ buiuſ ſtudioſoſ utilitate: ut indoctuſ nemo uideri ſaniuſ poſſit: qui uel exactã mēbratim: uel in ſummã collectã: rationē reddere patriarú queat. Illú ſane Regeſ maxı̄o bonore ꝓſequuti ſunt: illú ingēteſ ſunt exercituſ admirati: illú Ductoreſ legionú: tanq̄ celeſtē ducē: ſunt ſequuti: illum miro amore omſ mortaleſ ſunt exoſculati: quē regionú piciã callere didicerút. Ob eã rē diuino ingenio atq; eruditióe uiri Hipparcbuſ. Eudoxuſ. Eratoſtbeneſ. Hippiaſ. Seboſuſ. Bion. Xenopbon Lampſacenuſ. Beton. Timeuſ. Dyoniſiuſ. Et artiſ totiuſ ſplēdor: et cóſtãſ artifex Ptolemeuſ: et ante illú Plyniuſ ac Mella. Auguſtiq; tꝑibuſ Strabo: aliiq; ꝑpluréſ: núq̄ ſatiſ laudati: prodiere. Abſq; id genuſ uiriſ nulla ab Impatoribuſ ac Regibuſ unq̄ expeditio eſt ſuſcepta. Id chriſtianitatiſ Principeſ: ac ſediſ tue Romane eccleſie ſanctiſſimi Antiſtiteſ recte intelligēteſ: et ante omſ Pōtificum Maximoꝝ ſplendor ingenſ Nicolauſ. v. predeceſſor: baud dudú tuuſ Pater Sācte: miro ſtudio egerút: ut Ptolemeuſ: Straboq; Cretēſiſ: nó minuſ biſtoricuſ q̄ Geogra/







Romaniſ uocibuſ
Iacobo Angelo
erēdi in Latinum
t Gregorio Ti/
Arcbecypiſ Aſiã
deerãt fragmtiſ:
n quo Tbeodoro
tiſſimiſ uiriſ: non
copiaq; : ac ſúma
ngua magnificē/
atiniſ bominibuſ
l dici nimiú pót.
calúniantē Pater
dicētia irritatuſ:
andú: nó qa tam
ſulanú ſuum: per
muni ſtudioſorú
n armenta lueſ:
quondã Timoni:
iſ: id ē noui Ti/
tibuſ: appellabo.

ita: ut ſi inter ulceroſi illum tergi: ut dicitur: plagaſ tetigero: reſponſú ſciat: nó dictú priuſ. nec deincepſ uſq; adeo fiat precepſ in conuitiando: ne dicendo quod uelit: quod nolit: cogatur audire. Ignoſcam enim illi in preſentia poene omnia: que: ſi irritabit crabroneſ. ſecundú bác preguſtationē profúdentur. Nam tanq̄ omſ docte caſteq; ſcribēdi occupatuſ locuſ omnino foret: nec ulla ſupereſſet materia ſapientie. in tetrã penituſ ac cadaueroſam totum ſeſe conuitiandi demerſit foeditatem: ut noſtra iuſtior fiat iracúdia. Que enim prob pudor intēperieſ: que larue: que niſi extrema demētia: